An ſub appellatione ſociorum veniant in ſaluoconductu hæretici, et hoſtes. p. 233 num. 30.
Quid de Iudæis. ibidem.
An ſi numerus ſociorum in ſaluoconductu ſit præfixus, et ducatur aliquis vltra numerum, iſte debeat gaudere, et cui ſpectet declarare quiſnam ſit ille, qui haberi debet extra numerum. p. 233. nu. 32. et ſeqq.
An ſaluus conductus datus à Legato à latere bannitis, ſeu aliјs contumacibus ad effectum capiendi alios bannitos ſuffragetur extra iuriſdictionem concedentis. p. 233. num 35.
Quid ſi banniti habentes ſaluum conductum ad dictum effectum habeant neceſſitatem tranſeundi per loca intermedia pro iuſtitiæ ſeruitio adimplendo. ibid. *verſ. quid ſi habens.*
An prohibitio facta de non concedendo ſaluum conductum comprehendat ſaluos cōductus, qui ex neceſſitate iuris debent pro ſeruitio iuſtitiæ concedi quales ſunt qui conceduntur bannitis, quando citantur pro alio delicto. p. 233. nu. 36. & ſeqq. & p. 235 n 45. ſeq.
An huiuſmodi ſalui conductus debeant peti à Reis, an vero à Iudicibus offerri, & in citatione inſeri. pag. 243. num. 37. & ſeqq.
Quid ſi cognitio delicti pro quo Reus debet aſſecurari ſpectet ad Principem. p. 234. num. 41 & ſeq.
Quid ſi Reus qui debet aſſecurari bannitus ſit in alio Tribunali, vel à Iudice ſuperiore. p. 234 n. 43. & ſeq.
Quid ſi Reus, qui debet aſſecurari ſit bannitus pro crimine mixti fori. p. 234. nu. 44. *verſ limitatur tertio.*
Quid ſeruetur de conſuetudine. pag. 235. num. 44. *verſ. poteſt tamen*, & num. 46. & ſeqq.
An Iudex validè det ſaluum conductum alicui ex correis, quando Princeps alteri eorum conceſſit. p. 236. n. 55.
An dato ſaluo conductu marito cenſeatur datus vxori. pag. 236. n. 56.
An ſaluus conductus ſit dandus ei, qui imputatus de homicidio cum aſſaſſiuio petit aſſecurari pro homicidio, cum intendat ſe defendere, & exculpare ſuper qualitate aſſaſſinij. pag. 236 nu. 56. *verſ. nec erit*, & n. 57. & ſeq.
An Iudex dato alicui ſaluoconductu poſſit illo pendente procedere in cauſa ad actus contumaciales. pag 238. n 69. *verſ. quæro ſexto.*
Quid ſi Iudex velit procedere non pro eadem cauſa, pro qua, & in qua fuit Reus aſſecuratus, ſed in alia penitus diuerſa cauſa. p. 239. n 70 & ſeqq.
Quid ſi Iudex velit contra habētem ſaluum conductum, & cum ſaluo conductu in carceribus conſtitutum aſſumere informationes ſuper alia cauſa ad effectum aggrauandi aſſecuratum, & oſtendendi eundem eſſe malæ qualitatis in eodem genere. p 239. n 72. & ſeqq.
An ſaluus conductus obtentus à carcerato ob aliud delictum, pro quo timebat arreſtari debeat ei ſuffragari. pagin. 240. num. 78.
An ſaluus conductus ſuffragetur aſſecurato ſi pendente ſaluo conductu delinquat p 240. num. 80 & ſeqq.
An ſaluus conductus currat ad momentum p. 240. n. 85. & ſeqq.
An datus pro eundo, & redeundo ſuffragetur pro aliqua mora in loco facienda. pag. 241. n. 87.
An datus, vt poſſit à certo loco ire ad alium certum locum ſuffragetur aſſecurato ſi reperiatur in domo. pag 241. num. 89 & ſeqq.
An, & quando ſaluus conductus ſit ſtrictè interpretandus. pag 241. n 90. & ſeqq.
An bannitus habens ſaluum conductum poſſit impunè offendi ab inimicis, ſeu alijs perſonis priuatis. p. 241. n. 93.
An offendens habētem ſaluum conductum ſciens eſſe à Principe aſſecuratum committat crimen læſæ maieſtatis, & qua pœna ſit puniendus. pagin. 242. numer. 100.

An

An ſaluus conductus falſus poſſit, & debeat habenti illum ſuffragari. pag. 242. num. 101. & ſeqq.
Quid ſi falſificet illum imitando manum ſuperioris, ſeu officialium. pag. 242. nu. 103. ſeqq.
Quid ſi vtatur ſaluo conductu ab alio falſificato. pag. 242. n. 108. ſeqq.
Quid ſi falſitas ſit viſibilis. pag 243. n. 112. ſeqq.
Quid ſi ſaluus conductus ſit obtentus ex aliqua falſa cauſa Superiori expoſita. pag. 243. n. 119.
An aſſecuratus ab amico de impetratione, & expeditione ſalui conductus, qui re vera non fuit expeditus, debeat reponi in priſtinum, ſi ex hac fidancia venit, & fuit captus pag. 244 n. 26. & ſeqq.
An Barones poſſint dare ſaluum conductum bannitis. pag 244. n. 129.

Ex Cap. XXXIII. §. V. ad XI.

Prohibetur receptatio bannitorum, & notoriorum delinquentium. pag. 245. in textu, & pag 247. n. 1. & ſeqq.
An diſpoſitio prohibens Patri, & Matri receptare filium delinquentem poſſit dici rigoroſa, & ad vnquem ſit exequenda. pag. 247. n. 2. & ſeqq.
An diſpoſitio prohibens receptare bannitos, & notorios delinquentes procedat, & habeat locum ſi receptatio non ſit ad malum finem. pag. 247. n. 6. & 19. et ſeqq.
Quid ſi fiat extra Statum, et Dominium bannientis. pag 248. n 11.
Quid ſi fiat ad tutelam ſui corporis ad reparandum, et tuendum ſe ab inimicorum impetu pag. 248. n. 12.
Quid ſi fiat ab eo, qui ignorat receptatum eſſe bannitum. pag 248. n. 13.
Quid ſi fiat coactè per vim, aut metum. p. 248. n. 14 et 15.
Quid ſi receptati ſint banniti, qui nullitèr banniti fuerunt. pag 248. n. 16. et ſeq.
An Vxor receptans maritum incidat in pœnam bannimentorum. p. 248. n. 23.
An amici receptantes bannitos amicos comprahendantur in prohibitione receptandi pag. 248. n. 24. ſeq.
An banniti, et notorij delinquentes æquiparentur, et an ſtatutum prohibens receptationem malefactorum ſit intelligendum de iam condemnatis, ſeu etiam de non condemnatis. pag. 249. num. 26. et ſeqq.
An prohibitio receptandi delinquẽtes comprahendat quoſcunque Reos delicto capitali irretitos, an verò ſolùm delicto atroci qualificatos. pag. 249. num. 29. et 31. et 32.
Quid in terminis Bullæ ſa. mem. Sixti V. ibidem num 30.
An publica vox, et fama ſufficiat ad inſtituendum quem in tali ſtatu, vt dici poſſit notorius, et diffamatus delinquens. pag. 249. num. 33.
An ſubminiſtrans arma, ſeu equos, ſeu mutuans pecuniam dicatur præſtare auxilium bannitis. pag 250 n. 34 et ſeqq.
An ſcribens bannitis, vel eis mittens nuncium comprahendatur in ſtatuto diſponente de loquentibus cum bannitis pag. 250. num. 37.
An verba *vna forte correttione* ſcripta bannito denotent inſtigationem ad malum pag. 250. n 40.
An allocutio facta incidentèr ex occurſu in itinere cum bannitis ſit punibilis. p. 251. num 42. et ſeq.
An operarius operans in aliquo opere cum alijs inter quos ſit aliquis bannitus incidat in pœnam pag. 251. n 44.
An alloquens cum bannitis, vel illis præſtans opem extra iuriſdictionem, et dominium bannientis incidat in pœnam. p. 251 n. 45. et ſeq.
An alloquens cum bannito in Eccleſia exiſtente incidat in pœnam p 251. n 47.
An, et quando receptatores malefactorum debeant puniri eadem pœna, qua tenentur ipſi malefactores. pa. 251. num. 48. et ſeq. et pag. 255 n 69.
An comminata pœna contra non exhibentem malefactorem poſſit exequi. p. 251. num. 49.
An Iudex in comminatione certæ pœnæ contra receptatores malefactorum poſſit comminare pœnam pro eius libitu, an vero teneatur aduertere ad qualitatem delicti, et qualitatem receptantis. p. 251. num. 50.
An diſpoſitio hic facta contra receptatores malefactorum comprahendat Parochos, et Regulares. pag. 251. n. 51.
An ſaltem comprahendat ſimplices Clericos. pag. 252. n. 52.

Pro-

Prohibitum eſt Clericis, et Eccleſiaſticis Bononiæ receptare bannitos ex Conſtitutione per Epiſcopum Bononienſem publicata. pag. 252 n. 53.
Prohibitum eſt Clericis, & Eccleſiaſticis in Regno Neapolitano receptare bannitos ex Conſtitutione ſan. mem. Sixti V. pag. 253. num. 54.
An receptans poſſit puniri ſi receptatus poſt receptationem habuerit gratiam. p. 253. num. 55.
An ſemel receptans bannitum debeat puniri, & qua pœna. pag. 253. n. 56.
An debeat puniri receptans fœminam bannitam. pag. 253. n. 57.
An receptio litterarum à bannito ſcriptarum poſſit recipienti eas imputari, & quando. pag. 253. n. 58.
An quis poſſit cogi denunciare, reuelare, ſeu detegere malefactores. pag. 254. num. 59.
An ſcientia banni præſumatur in receptante, & ſufficiat præſumpta ſcientia, vel debeat per fiſcum concludenter probari. pag. 254. n. 61. & ſeqq. & n. 67.
An ſublata per ſtatutum facultate allegandi ignorantiam banni poſſit allegari impedimentum neceſſariò concludens, ſeu præſeferens ignorantiam. pag. 254. num. 65. & ſeqq.
Receptatorum, & auxiliatorum genus odibile, & peſſimum, & quæ præſumptio reſultet contra eos. pag 255. n. 68.
An, & quando receptator impunitus faciat probationem. pag. 255. n. 70. & ſeqq.

Ex Cap. XXXIII. §. XII.

Prohibitum eſt agere pro bannitis, vel eos in iudicio defendere. pag 255. in textu & num. 1.
An licitum ſit gratiam petere pro bannitis. pag. 255. num. 2.
Quid ſi ſententia, & bannum ſit nullum, & iniuſta. pag. 256. n. 3.
An bannitus nulliter poſſit ſuper nullitate audiri per Procuratorem. p. 256. n 3.
An præſtans auxilium, vel fauorem nulliter bannito pœnam incurrat. pag. 256. num. 3.
An defendens hæreticum monſtrando quod non ſit hæreticus incurrat pœnam indictam contra defendentes hæreticum. pag. 256. num. 3.
An Aduocatus allegans ad fauorem banniti ad oſtendendum nullitatem banni dici poſſit fauere bannito. p. 256. n. 3.
An Iudex pronuncians ad fauorem banniti poſſit moleſtari, & puniri tanquam fauerit bannito. pag. 256. n 3. circa finem.

Ex Cap. XXXIII. §. XIII. ad XVIII.

Diſponitur eſſe delictis obuiandum, & datur modus obuiandi. p. 256. in textu.
Proponitur præmium præſentantibus, ſeu occidentibus bannitos. pag. 257. in textu.
An homines priuati teneantur obuiare delictis. pag 259. n. 1. & ſeqq.
An valida ſint banna, & edicta, quibus mandatur hominibus priuatis, vt accurrant, acclament, proſequantur, ſeu aſſocient officiales ad capiendum malefactores. pag. 259. n. 3. & ſeq.
An perſonæ nobiles, ciuiles, & Eccleſiaſticæ teneantur accurrere, & acclamare contra bannitos, & malfactores. p. 259. num. 5. & ſeqq.
An teneantur homines priuati accurrere contra bannitos, ſi officiales ſint per ſe ſufficientes ad capiendum. pag. 260. n. 7.
An homines priuati accurrentes contra delinquentes armis reſiſtentes teneantur de homicidio, quatenus occidant. pag. 260. num. 8.
An teneantur, & puniri poſſint ſi accurrant cum armis deferri prohibitis. p. 260. nu. 10. & ſeqq.
An priuati homines obtineant refectionem expenſarum, ſi expenſas fecerint in proſecutione, ſeu captura delinquentium. pag. 260. n. 14. *verſ. quid ſi fecerint.*
An ad Principem, vel Communitates ſpectet cura, & tutamen, & cuſtodia territorij, & viarum. pag. 260 n. 15. & ſeqq.
An delictum commiſſum in Platea Ciuitatis, ſeu Villæ dicatur commiſſum in via. pag. 260. num 19.
An, & quando viæ publicæ ſint de Regalibus. pag. 260. n. 20.
Quomodo probetur quod via ſit publica. pag. 260. n. 20.
An ad conuocandum populum ad arma contra delinquentes ſit vſus campana-

rum adhibendus. pag. 261. n.21.
An Ciuitatibus competat ius pulſandi campanas. pag. 261. n 27.
An Barones prohibentes vſum campanę ad conuocandum parlamenta grauent ſubditos. pag. 261 n.27.
An, & quando Principi competat iure meri Imperij tempore neceſſitatis vſus liber campanarum. pag 261.n.28.
An Eccleſiaſtici poſſint impedire pulſum campanæ ad proſequendos malefactores pag. 261. n 29.
An Eccleſiaſtici annuentes pulſationi campanæ ad proſequendum malefactores incurrant irregularitatem. p 261.n 29.
An ægrotantes, Doctores, Scholares, & vicinus poſſint inhibere immodicum pulſum campanarum. p.261.n.30.
An benedictio campanæ ſpectet priuatiuè ad Epiſcopum. pag.261.n.31.
An vſus campanarũ, an verò ignis, ſeu fumi in certis locis accenſi, ſit celerior, & aptior ad proſequendum malefactores, & denunciandum hoſtes. pag. 262. nu.32. & ſeqq.
An contra non accurrentes ad ſonum campanæ ad proſeguendũ malefactores poſſit procedi ſi non conſtiterit, quod fuerint in loco, ſeu territorio in tali diſtantia, vt ſonus potuerit audiri. pag.262. num. 36.
Quid ſi non accurerint ex quo ſunt inhabiles ad capiendum malefactores. ibidem num.73. & ſeqq.
Quid ſi non accurrerint ex quo ſunt Doctores. ibidem num. 39
An edictum quod banniti, & notorij delinquentes poſſit impunè occidi ſit validum. pag 262, n.40.ſeqq.
An præmium propoſitum ad inuitandum homines ad occidendum bannitos debeat ſolui ſummariè, ſeu ſeruatis ſeruandis. pag.262. n.42.ſeq.
An huiuſmodi edictum debeat latè, vel ſtrictè interprætari. pag.262 n.43.
An occiſores bannitorum debeant ad obtinendum decretum pręſentatæ ſe conſtituere in carceribus. p.262.n.45 ſeqq.
Quid in pręſentantibus càpita bannitorum, & an poſſint præſentari per Procuratorem. ibidem num.49.
An occidens bannitum debeat caput præſentare, an verò ei ſufficiat docere occidiſſe. pag.263.n.50.
An bannitus occidens bannitum debeat habere pacem à parentibus ad obtinendam liberationem. p.263.n.51.
An bannitus occidens bannitum teneatur oſtendere æqualitatem, vel minoritatem eius banni. p.263.n.54.
An bannitus præſentans alium bannitum teneatur exprimere delicta pro quibus intendit gaudere. pag.263.n.55.
An facta à Principe gratia poſſit ſuper illius effectu diſcuti abſque mandato, & ordine explicito ipſius Principis. p.264. num. 59.
An bannitus pro homicidio ſi præſentet bannitum pro adulterio, & ſimili gaudeat præſentata ſi edictum requirat paritatem, vel minoritatem delictorum. pag. 263. num.61.
An bannitus præſentans bannitum liberetur etiam quoad bona confiſcata. pag. 264. num 62.
An bannitus præſentans alium bannitum gaudeat præſentata, ſi præſentatus ob iniuſtitiam, vel nullitatem ſententię liberetur. pag. 264.n 63.
An occidens bannitum debeat gaudere ſi occiderit ſub pace, quam cum eodem inierat. pag. 264.n.64.& ſeqq.
An bannitus, qui falsò aſſeruit occidiſſe bannitum, & ſub tali mendacio obtinuit abolitionem ſententiæ, & remiſſionem poſſit ex eadem ſententia abolita puniri. pag.265. n.71 & ſeqq.
An bannitus nominatus ab habente facultatem nominandi vigore præſentatæ factæ alterius banniti gaudeat, ſi fuit captus ante cancellationem banni pag. 265. num 73.
Quid ſi nominatio non poterat eidem ob aliquam cauſam ſuffragari. ibid.& n.74.
Quid ſi nominatus ſit in bona fide. ibidem num.75. & ſeq.
An, & quomodo recognitio banniti ſit facienda ad hoc vt præſentãs gaudeat præſentata. pag.266.n.79.
An, & qumodo facienda ſit recognitio capitis banniti Curiæ præſentati. pag. 266. num. 80.
An capientes, ſeu occidentes bannitos priuilegientur à iure ſicut priuilegiantur à Principe, an ſcilicet euitent infamiam, & alias notas. pag. 266. n.81.& ſeqq.
An occidens eum qui bannitus eſt in Curia Baronis habeat præmium ſtatutũ à Principe ad fauorem occiſorum banniti. pag. 266. num.83.

An

An habeat præmium is, qui occidit nondum banuitum, citatum tamen ad ſententiam intra terminum, intra quem ob diſtantiam non potuiſſet comparere. pag. 266. num. 84. ſeqq.

An habeat præmium capiens, & præſentans bannitum aſſecuratum. pag. 299. nu. 87. ſequen.

An gaudeat præſentata, & habeat premium bannitus, qui exiſtens in poſſe Curiæ bānitum præſentat. pag. 266. n. 89. & ſeq.

An edictum ſuper preſentatis, & nominationibus comprehendat bannitos de futuro. pag. 267 n. 91.

An edictum prædictum comprehendat eum, qui occidit bannitum in Eccleſia. pag. 267. n. 94.

An comprehendat eum, qui bannitus eſt pro crimine excepto p. 276. n. 59. & ſeq.

An conſignatio banniti debeat fieri Curiæ maioris Tribunali, an verò ſufficiat ſi fiat Curiæ Baronum. p. 267 n. 97.

An Communitates dicantur delinquere, & quando, & quomodo teneantur. p. 267. num. 100.

An Communitates non capientes malefactorem teneantur ad intereſſe, & ad emendationem damni ei, qui illud paſſus fuit. pag. 268 n 101.

Et an teneantur vltra ſimplum. ibid. *verſ. benè tamen.*

Quid ſi non conſtet plenè de quantitate, & valore. ibidem *verſ. & nec debent.*

Quid ſi non conſtet plenè quod delictum ſit commiſſum in territorio illius Communitatis, quæ conuenitur. pag. 269. n 101 *verſ. & nec debent.*

Ex Cap. XXXIII. §. XVIII.

Præcipitur Cuſtodibus Portarum Ciuitatis ne permittat delinquentibus inde exire. p. 269 in textu.

Cuſtodes Portarum tanquam ſalarium habentes deberent eſſe vigiles, & aſſidui in ſeruitio. p. 269. n. 1 & ſeqq.

An Cuſtodes Portarum veniant nomine, & appellatione officialium p 269. n. 4.

An Cuſtodes Pratorum, ſeu Paſcuorum, & Cuſtodes Piſcium, & pecorum, ac porcorum veniant nomine, & appellatione officialium. p. 269. n. 5.

Quid de Cuſtodibus Arcium. ibid. n. 6.

An, & quando coquus poſſit dici artifex. ibid. n. 9.

Ex Cap. XXXIII. §. XIX.

Pręcipitur reuelatio armorum, ſcripturarum, & cuiuſuis alterius rei, ex qua poſſit deduci inditium contra delinquentes. pag. 270. in textu.

Ex Cap. XXXIII. §. XX.

Præcipitur ne homines priuati, qui adiumēto ſunt iuſtitiæ offendantur. pag. 270. in textu, & n. 1.

An offendens eos, qui ſunt adiumento iuſtitiæ incidant in Bullam ſa. me. Sixti V. ac ſi offendiſſet executores Curiæ. p. 270 numer. 5.

Ex Cap. XXXIII. § XXI.

Præcipitur ne fiant vociferationes erga homines priuatos adducentes ad Curiam carceratos. pag 270. in textu.

Quid ſi vociferationes fiant per laſciuiam, ſeu iocum. p. 271. n. 1.

An Iuuenes inſolentes debeant propter eorum inſolentias puniri, & qua pœna puniri poſſint. p. 271. n. 2. & ſeqq.

Ex Cap. XXXIII. §. XXII.

An pœna Statuti abroget pœnam iuris communis. pag. 271. n. 1.

Quæ pœna ſit imponenda an iuris, vel ſtatuti quando in ſtatuto determinatur pęna citra præiudicium, & derogationem iuris, vel aliorum ſtatutorum. pag. 270. num. 2.

Ex Cap. XXXIV.

De Bannimentorum concluſione.

Ex §. I. & II.

Leges, & Senatus Conſulta non poſſunt ita ſcribi, & concipi, vt omnes caſus comprehendantur. pag. 273. n. 2.

Circumſtantiæ factum vel aggrauant, vel minuunt pag.273. n.2.
Lex debet eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis. pag. 274 n 4.
Id quod hodie iuſtum, & vtile eſt poteſt ex circumſtantijs loci, & temporis fieri iniuſtum, ac contrarium publicæ vtilitati. pag 273. n. 5.
Quæ leges fuerint ex tempore mutatæ, & obliteratæ, & ex qua cauſa. pag. 273. num. 5.
Imperialis potentia quare rebus humanis à Deo propoſita. pag.273.n 5.
An in gubernanda Republica in vna ſententia perpetuò permanendum. p.273.n.5.
An arbitrium augendi, vel minuendi pœnam reſideat abſoluté in Principe, pag. 274. num.6. & ſeqq.
An Princeps ſit ſupra legem, & quomodo intelligendum huiuſmodi dictum. p.274 num. 8.
An ſecura conſcientia debeat proficiſci è ſinu, & pectore Iudicis, an verò è ſinu, & vtero legis. pag.274.n 10.
An arbitrium hic reſeruatum pro commutando pœnam habeat aliquam reſtrictionem, & qualem pag.274 n.11.
An circumſtantię ſemper inhæreant delicto, & quæ ſint quæ delicto inhærent. p.274. num.12. ſeq.
An ex circumſtantijs duplicentur delicta. pag.274.num 14.
An vna, vel plures actiones intentandæ quando ex vno facto plures actiones oriantur. pag.274.n.14.
An pœnæ ſint multiplicandæ pro numero delictorum pag.274.n 15.
An ſint multiplicandę ex circumſtantijs aggrauantibus. ibidem.
Quid in delictis commiſſis ad Officialibus. pag.275. n 16.
An, & quando hodie manus, aut pedis abſciſſio indici poſſit delinquenti. pag.275. num. 16.
An reſiſtens Curiæ dicatur committere delictum tangens Principem p.275. n 16.

Ex Cap. XXXIV. §.III.

Conſultores, & auxiliatores comprehendũtur in edicto quoad pœnas ſtatutas contra ipſos perpatratores, quamuis de auxiliatoribus nihil ſit dictum. pag 276. in textu.
An præſtans opem delicto debeat puniri eadem pœna, qua punitur delinquens. pag.276.num.2.

Ex Cap. XXXIV. §.IV.

Agitur de emendatione damnorum, & de iuramento in litem. p 276. in textu.
An Iudex criminalis poſſit incidenter pronunciare ſuper intereſſe, & ſic ſuper materia ciuili. pag.277.n.2.
An, & quando debeatur intereſſe hæredibus occiſi. pag.277.n.2.
An ſi plures ſint delinquentes ſint omnes condemnandi inſolidum ad intereſſe. pag.277. n.3. ſeq.
An Iudex criminalis condemnet Reum ad intereſſe, ſi ex inditijs condemnat eundem ad pœnam. pag 277.n 5. & ſeq.
Quid ſi adſint ſolum ſuſpiciones. ibid.
An Iudex criminalis condemnet ad intereſſe ſi hoc pars non petat. p.277.n 7.
Quid ſi condemnatio ad intereſſe feriat tertium poſſeſſorem. p.277.nu 8.& ſeq. & quid ſi adſint tantum inditia. ibidem num. 9.
Quid ſi tertius ille fuerit citatus. ibid. numer. 9.
An tertius citatus pro ſuo intereſſe poſſit excipere ſuper delicto, ſi Reus ſit contumax. p. 277. n.9. *verſ. ſed hic.*
An ſit locus iuramento in litem, vel requiratur probatio per teſtes quando ex dolo vnius proceditur contra tertium, puta contra patrem pro robaria facta à filio, vel contra Villam pro robaria facta in Territorio eiuſdem Villæ. pag. 278.numer. 9.
An occidens Seium volens occidere Caium teneatur ad intereſſe hæredibus occiſi. pag.278. num 10.
Quid reſpectu ad eum qui occidenti vnum pro alio aſſiſtit. ibid.n.11.
An occidens vnum pro alio debeat condemnari ad mortem. pag.278.n.12.
Quid in aſſiſtente, & auxilium cooperatiuum præſtante. ibid.

Ex Cap. XXXIV. §. V.

Impunitas non conceditur principali delinquenti,quando fuit ſolus in delicto,& non ſuffragatur ei, qui non ſubminiſtrat probationes ſufficientes ad condemnandum nominatos. pag.278.in textu.

Quid ſi ſubminiſtret tantum inditia ſufficientia ad torturam. p.279. n.2.

An impunitas, quæ iuxta diſpoſitionem bannimentorum debet dari cum clauſula dummodo delinqueus non fuerit ſolus, ſi detur abſque iſta reſtrictione ſuffragetur reuelanti pag.279.n.4.

An, & ad quid ſuffragetur impunitas conceſſa ab officiali non habente talem facultatem. pag.279. n.5.

Ex Cap. XXXIV. §. VI.

Reſeruatur Iudici arbitrium exequendi cum exemplaritate requiſita à qualitate delicti. p.279.in textu.

An poſſit in delictis mali exempli decerni, quod Reus antequam tranſmittatur, ad triremes fuſtigetur. p.279.n.1.

An diſpoſitio hæc bannimentalis procedat, & habeat locum circa modum procedendi. pag.280. n.2.

An, & quando in atrocioribus licitum ſit iura tranſgredi etiam quoad modum procedendi. pag.280 n.7.

Ex Cap. XXXIV. §. VII.

Pęnæ applicari debent Cameræ Ciuitatis, pag.280. in textu.

Pęnæ hic impoſitæ non faciunt ceſſare pœnas impoſitas de iure communi. pag.280 in textu.

An pœnæ pecuniariæ exigantur. pag.181. num.1. & ſeq.

An pœna ſtatuti faciat ceſſare pœnam iuris pag. 281. num.3.

An ſit in Electione Iudicis punire Reum vna, vel alia pœna quando agitur de crimine diuerſis legibus puniendo.pag.281 num. 4. & ſeqq.

Ex Cap. XXXIV. §. VIII.

Promittitur accuſatoribus remuneratio, & ſecretum. pag.281. in textu.

An Accuratores debeant ſecretè teneri, & quare. pag.281.n.1.

An hodie ſit in vſu inſcriptio in accuſatione. pag.281.num.3.

An hodie ſit in vſu pœna talionis. p. 281. num. 3.

Ex Cap. XXXIV. §. IX.

Statuitur quod contumacia eius, qui permittit ſe banniri, habeatur pro legitima delicti confeſſione. pag.281. in textu, & pag. 282. num 1.

An contumax, qui debet ex ſtatuto haberi pro confeſſo,debeat haberi pro tali etiam quoad circumſtantias, &qualitates delictum aggrauantes. p.283.n 2.

An qualitas matrimonij debeat probari quando proceditur pro adulterio. pag. 283. num.2.

Quid de paternitate in paricidio. ibid.

Quid in homicidio doloſo. ibid.

An ſufficiat quod qualitas habens deformitatem diſtinctam à delicto probetur ex confeſſione Rei. pag.283 n.2.

An ex ſola contumacia poſſit quis condemnari. pag 283 n.3.

An ſententia lata in contumacia legitimis non præcedentibus inditijs poſſit exequi pag. 283. num. 3.

Legitima inditia quæ ſint. pag.283. n.3.

An commiſſio citationis poſſit fieri die feſtiuo. pag.284.n.4.& ſeq.

An relatio citationis facta per Nuncium die feſtiuo ſit valida. p.284.n.67.

An relatio citationis debeat fieri per Nuncium Iudici, vel Notario. p.284 n.7.

An debeat fieri Notario cauſæ,an vero ſufficiat facta cuilibet Notario. ibid.n.7.

An citatio debeat fieri iuxta formam præſcriptam, an verò ſufficiat quod fiat quocumque modo,dummodo fiat domi.pag. 284.n.8.& 9.

An citatio debeat fieri in domo,in qua Reus retinet familiam. pag 284.n.10.

Quid ſi Reus habeat plures domos,& Nūcius in relatione non dicat in qua domo citauerit. pag.284.n.11.

An ſit neceſſarium quod Nuncius referat citaſſe domi ſolitæ, & vltimæ habitationis. pag.284.n.12.
An citatio facta in hoſpitio, vel in apotheca ſufficiat. pag.284. n.13.
Quid ſi domus, in qua Reus habitabat tempore delicti, ſit diruta, & quomodo tali caſu procedendum, vt Reus validè citetur. pag. 284. n.14. & ſeq.
Quid ſi Reus poſt factum delictum mutauit domicilium. pag.284.n 15.
An bannitus, ſi pro alio delicto ſit citandus, debeat citari domi ſolitæ habitationis, ſeu potius vt forenſis. pag.284.n 15.
An valida ſit citatio ſi Nuncius dicat citaſſe domi ſolitæ, & vltimæ habitationis, & non dicat an in Ciuitate, vel extra, & Reus habeat domum in Ciuitate, & in Territorio. pag.284.n.16.
An valida ſit citatio ſi Nuncius in relatione dicat citaſſe, prout habuit in mandatis. pag. 285. num.17.
Quid ſi referat citaſſe modo, & forma, vt ſupra. ibidem n.18.
An citatio ſit valida ſi Reo non aſſignetur terminus competens ad comparendum. pag.285. n.19. & ſeqq,
Et quando terminus dicatur eſſe competens ibidem num.20.& 21.
An terminus præfixus à ſtatuto poſſit mutari. pag 285 n.22.
Quid ſi mutetur ad fauorem Rei puta quod aſſignetur terminus magis amplus. ibid.
Qui ſi Iudici ex proceſſu conſtet, quod citandus eſt in loco valde remoto. pag 285 num 23. & ſeq.
An Iudex ſciens quod Reus citandus eſt in vno loco extra ſuam iuriſdictionem debeat facere diligentiam, vt in dicto loco citetur. pag.285.n.25.
Praxis citandi Reum exiſtentem extra Statum Eccleſiaſticum. pag 285 n.25.
An citatio ſit valida ſi Reus citetur ad locum non tutum. pag.285. n.26. ſeqq. & quando locus dicatur non tutus. ibidem num. ſeqq.
An exceptio mali aeris debeat opponi à Reo pag. 286 n.28.& ſeqq.
An excipiens de malo aere debeat dare cautionem de ſe præſentando debito tempore. pag.286.n 29.& 30.
An, & quando Reo citato ſit offerendus ſaluus conductus. pag.286.n.35.
An citatio commiſſa à Iudice delegato valeat ſi non inſeratur tenor delegationis. pag. 286.n.35. *verſ. ſexto requiritur.*
An mutato Iudice tempore proferendæ ſententiæ debeat fieri noua citatio p.286 n.35. *verſ. & qualenus.*
An contumacia ſit nulla ſi citatio fiat in loco vbi die factæ citationis celebretur feſtiuitas ſi in loco commiſſionis tale feſtum non celebretur. pag. 236 n.36.
An contumacia ſit nulla ſi qualitas criminis oppoſita in citatione non ſit verificata, & probata. pag 286 n.37.
An contumax opponat de incompetentia Iudicis. pag.286 n.39.
An contumax poſſit ex ſola contumacia torqueri, quando fuit admiſſus ad nouas pag. 286. n 40.
An condemnatus in contumacia in exilium ſub pœna triremium in caſu contrauenſionis poſſit tanquam contrauentor tranſmitti ad triremes quoties deueniat ad manus Curiæ. p.287. n 41.
An nullitas contumaciæ ob defectum citationis, vel alterius requiſiti poſſit opponi Reo exiſtente in contumacia. pag.287. num. 42.
An ſententiæ latæ contra contumaces ex ſolis legitimis inditijs ſint indifferenter exequendæ pag.287. n 50.& ſeqq.
Quid reſpectu ad confiſcationem. pag.289. n. 60. & ſeqq.& 66.& ſeqq.

Ex Cap. XXXIV. §. X.

Statuitur hic quod in quolibet caſu diſpoſito in bannimentis poſſit procedi etiam ex mero Iudicis officio. p.291. in textu.
Iudicis officium quotuplex ſit. p.291.n. 1.
An, & quando quilibet de Populo admittatur ad accuſandum. p.291.n 3.
An in omnibus delictis poſſit de iure procedi ex officio pag.291 n.4 & ſeq.
Quid vigore iuris Canonici. ibidem nu.6. & ſeq.
Quid in crimine adulterij. p.291.n.8.
Quid ſi adulterium ſit notorium. pag 291. num.8. *verſ. quid ſi adulterium.*
Quid in terminis Sac. Concilij Tridentini. pag. 291. num.8.
An Iudex poſſit ex ſe, & ex officio proſequi cauſam inceptam cum querela, quando pars accuſans poſt porrectam querelam deſiſtit. pag. 292.n 9.

Ex

Ex Cap. XXXIV. §. XI.

Statuitur quod teſtes confrontati debent haberi pro legitimè examinatis, & repetitis pag.292. in textu.
Ex confrontatione, ſeu affrontatione teſtium cum Reo, quæ bona deriuant. pag. 293. num.2.
An in confrontatione teſtium cum Reo requiratur præſentia Iudicis. pag.293.n.3.
An in confrontatione prædicta ſit renouandum teſti iuramentum. pag.293.n. 4.
An in confrontatione, facta mutua nominũ, & cognominum, ac perſonarum recognitione, ſit neceſſaria expoſitio in ſubſtantia, & ſummatim eorum, quę teſtis depoſuit in examine. pag.293.n.5 & ſeqq.
An neceſſaria ſit lectura totius, & integralis depoſitionis factæ per teſtem. p. 293. num.7. & 8. & 9.
An confrontatio poſſit fieri turmatim. pag. 293 n.10. & pag.295.n 24.& ſeq.
An confrontatio neceſſario fiat cum omnibus qualitatibus, quæ requiruntur vbi teſtes nunquam examinati fuiſſent. pag. 294. num.11.
An Reo in confrontatione danda ſit facultas interrogandi teſtem. p 294 n.12.
An Iudex debeat proteſtari, quod de ſtilo Tribunalis quatenus non interroget non poterit amplius teſtem interrogare, & repeti facere p.294.n.13 & 14. & ſeqq.
Quid in ſocio criminis. pag 294 n.18.
An ſocius criminis in confrontatione debeat etiam in faciem ipſius Rei torqueri vt in tortura dictum, & depoſitionem ratificet & confirmet. pag.294.n.20.
An, & quando Iudex ex neceſſitate teſtes cum Reo confrontet.p.294.n.21. & ſeq.
An teſtes turmatim examinati faciant aliquam probationem. pag. 295. num. 31. ſeqq.

Ex Cap. XXXIV. §. XII.

Statuitur quod præcedentibus legitimis inditijs poſſit deueniri ad torturam in delictis admittentibus pœnam arbitrariam, vel pecuniariam in ſumma ſcutorum quinquaginta. pag.296. in textu.
An tortura de qua hic ſit ad pœnam, an verò ad eruendam veritatem. p.299.n.1.
An tortura, de qua hic ſit tortura ordinaria, & ſolita adhiberi, & quot ſint genera torturæ. pag.299. & ſeqq.
An tortura Theologicis, ac politicis principijs repugnet. p. 299. nu.6. *verſ. quæro primo*, & ſeqq.
An, & vnde proueniat, quod quis in ſe ipſum ob tormenta mentiatur. pag. 301. num. 19.
An detur, & quæ ſit, cautela ad ſecuritatem Iudicis, & imputati ſimul ad cognoſcendum an per tormenta, vel pro veritate Reus depoſuerit. pag.302.n.23 & ſeqq.
An vera ſit aſſertio, quod tortura ſit maior pœna, quam vtriuſque manus abſciſſio. pag.303.n 31. & ſeq.
An tortura inferatur in delictis leuibus pro quibus imponitur pœna pecuniaria, vel corporis non afflictiua. pag.303. nu.33. & ſeqq.
An inferatur ſi inditia faciant pluſquam ſemiplenam probationem, & per torturam non poſſint ſufficienter purgari. p. 304. num. 43.
An pœna extraordinaria poſſit imponi quando Reus nequit ob aliquod impedimentum torqueri pag.305.n.44.
An Iudex ex circumſtantijs ſibi notis poſſit deuenire ad torturam. pag.306 n.48.
Quid ſi tunc impetret à Principe facultatem torquendi. ibidem n 49.
An tortura poſſit repeti. pag.306.n.50. ſeqq.
An tortura poſſit repeti ex qualitate, & atrocitate delicti. pag 306. n.53.
An tortura poſſit diuidi. pag.306.n.53.
Quid in tormento vigiliæ. ibidem.
Quid in homine robuſto. pag.307.n.53.
Quid ſi tortura non ſit ſufficienter illata. pag. 307. n.53.
Quid ſi Reus poſitus in tortura deficiat. pag.307. num.53.
Quid ſi Reus confeſſus in tormento ductus ad bancum iuris nolit ratificare. pag. 307 nu. 57. & an iſto caſu tormentum debeat dari ex integro, an verò pro tempore, quod ſupereſt. ibidem, & an hoc procedit quoad tormentum vigiliæ. ibid.
Quid ſi repoſitus in tormento iterum fateatur, & ductus ad bancum iuris iterum recuſet ratificare. pag.307.n.58.
An Iudex non proteſtans velle repetere, vel continuare torturã præiudicet fiſco. pag. 308. n 62.& ſeq.
An Reus recuſans ratificare confeſſionem factam

factam in tortura, ſi repoſitus in tortura eam negatiuus ſuſtinuit debeat dimitti, vel iterum torqueri, ac ſi non purgauerit inditia ex proceſſu ante primam confeſſionem extantia. pag.309 num.63. *verſ. iterum in hac.*

An debeat in actis ſcribi, quod Reus non vult ratificare confeſſionem in tormento factam, & redigere in ſcriptis reuocationem dictæ confeſſionis. pagin. 309. num. 64.

Quid ſi Reus, qui faſſus fuit in tortura, ductus ad ratificandum reſpondeat dubitatiuè, vel obſcurè, vel loqui, & reſpondere recuſet. pag.309.n.65.

An tortura purget plenas probationes. pag. 310. num. 66. & ſeqq. & pag.311. num 75.

An tortus ſtantibus plenis probationibus poſſit condemnari in extraordinaria puta triremium. p.310.n 70.

Quid ſi extabant ſolùm inditia indubitata. ibidem num.71.

Quid ſi agatur de latronibus, vel committentibus delictum atrociſſimum. ibidem num. 71.

Quid ſi Reus de pluribus imputatus ſuper vno fuit tortus,cum proteſtatione,quoad cætera crimina.pag.310 n.72.

Quid ſi poſt torturam ſubſtentatam ſuperueniant nouæ,& plenæ probationes. pag. 311 n.72. *verſ ſecundus caſus.*

Quid ſi confeſſus, & conuictus torqueatur ad ſciendum complices. pag.311.nu.72. *verſ tertius caſus.*

Quid ſi conuictus torqueatur ad hoc, vt nequeat appellare pag 311. nu.72. *verſ. quartus caſus.*

Quid ſi Reus inditijs ad torturam grauatus torturam ſuſtineat p.311. num.72. *verſ. quintus caſus*, & ſeqq.

An duriſſime tortus poſſit in aliquam pœnam extraordinariam condemnari ſi antequam torqueretur erat plenis probationibus grauatus. p.312 n.75.

An Reus plenis probationibus grauatus ſi fuerit tormento ordinario cordæ ſuppoſitus, & negatiuus permanſerit poſſit in aliquam, & quam pœnam extraordinariam condemnari. pag.312.nu.75. *verſ. ſi verò Reus*

An Reus inditijs indubitatiſſimis grauatus ſi fuerit tormento ordinario tortus, & negatiuus in eo perſtiterit poſſit in aliquam, & in quam pœnam extraordinariam condemnari. pag.312. num.76.

An pœna, quando ex aliqua cauſa minoratur, poſſit eſſe in eadem ſpecie.pag.312. num.77. & ſeqq.

An Reus inditijs vrgentiſſimis, & indubitatis grauatus ſi fuerit tortus tormento ordinario, & negatiuus in eo permanſerit poſſit condemnari, & in quam pœnam. pag.312.n.81. & ſeq.

An Reus inditijs ordinarijs grauatus ſi fuerit tortus tormento ordinario, & negatiuus in eo permanſerit poſſit in aliquam pœnam extraordinariam condemnari, an potius abſolui, vel cum cautione de ſe repræſentando relaxari.pag. 312.n.83. & ſeqq.

Quid ſi ante torturam erat grauatus pluſquam ſemiplena. pag.312.n.86.

An tortus in crimine hæreſis ſi ſubſtinuit negatiuam teneatur abiurare. pag 313. num. 86.

An Sacerdos poſitus ad torturam pro homicidio ex inditijs contra ipſum reſultantibus, & negatiuus in ea permanens poſſit haberi pro irregulari. pag. 313.n 86.

An Clericus non promotus ad Sacros Ordines tortus pro homicidio, & in negatiua permanens,durante nihilominus communi exiſtimatione Populi illum pro homicida reputantis cenſendus ſit irregularis, ita vt promoueri nequeat. pag.313. num. 86.

An Reus qualificatæ confeſſus debeat, & quando torqueri ad præciſè, & ſine qualitate reſpondendum. pag.313 num.87. & ſeqq.

An Reus confeſſus qualificatè debeant abſolui ſi in tortura perſiſtat in qualitate confeſſioni adiecta p.313.n.86. in nu, & pag.316.n.118 & ſeqq.

An confeſſus qualificatè puta non occidi, ſed ſi occidi ad meam defenſionem occidi poſſit torqueri ſi ex proceſſu non reſultent inditia. pag.314. num. 44. & pag. 315. num.300.

An confeſſus qualificatè puta occidi, ſed ad meam defenſionem occidi poſſit,& quando torqueri ad reſpondendum ſine qualitate. pag.315.n.95.& ſeqq.

Quid ſi fateatur cum qualitate in tormento pag 315. n.102.ſeqq.

An, & quando Iudex poſſit deſiſtere à tormento ſi Reus qualificatè fateatur. pag. 316 num.111. ſeqq.

An Reus in tortura ſufficienter illata negatiuus

tiuus poſſit condemnari ſaltem ad intereſſe partis. pag.317.n.123.ſeq.
An Reus tortus pro vno delicto ſi ſuperueniant inditia pro alio delicto debeat iterum torqueri. pag.317.n.125.
An Reus de pluribus delictis imputatus poſſit pro vnoquoque delicto ſeparatim torqueri. pag.317. ſub num.25. *verſ. dixi pro alio.*
An deficientibus inditijs audiantur partes ſe offerentes paratas ad torturam mutuò ſuſtinendam. pag.318.n.126.
An Reus habens aliquod impedimentum in perſona poſſit torqueri. p.318.n.127.
An excellens in arte poſſit torqueri. p.318. num.130. *verſ. ſed an inter.*
An infantes, vel ſenes poſſint torqueri, & quomodo. pag.318.n.131. & ſeqq.
An tortura poſſit inferri ſocijs criminis quando adſunt inditia cōtra ipſos etiam ſi non conſtet plenè de eo, qui occidit. pag.318. num.133.
Quid ſi delictum ſit appenſatum. ibidem *verſ. Primus eſt.*
Quid ſi delictum ſit rixoſum. ibid. *verſ. vel delictum non eſt.*
Quid ſi agatur de mandante, & mandatario ibidem. *verſ. ſecundus caſus.*
Quid ſi agatur de conſulentibus, auxiliantibus, proxenetis. ibidem *verſ. tertius caſus eſt.*
An Iudex procedēs ad torturam contra aliquem quando plures habet inditiatos de eodem delicto præiudicet fiſco ſi non præſeruet ius procedendi contra alios cum clauſula procedatur pro nunc contra N. pag.319.n.134
An Reo communicanda ſint inditia contra eum exiſtentia antequam deueniatur ad torturam. pag.319.n.135.
Quid in delicto atrociſſimo. ibidem *verſ. & hoc procedit.*
Quid ſi adſit timor ſubornationis. pag.320. num.135. *verſ. ſubdit hoc procedere.*
An Reo danda ſit copia totius proceſſus, an vero danda ſolum capitula. pag.320.nu. 135. *verſ. & quidem.*
An copia proceſſus danda ſit cum expreſſione nominum, & cognominum teſtium, & accuſatoris. pag 320.num 135. *verſ. ſed an copia.*
Quid in crimine hæreſis. ibidem. *verſ. ab hac tamen, & verſ. cæterum.*
Quid in alijs criminibus quando teſtibus, ſeu eorum conſanguineis poteſt imminere aliquod periculum. pag.321. nu.135. *verſ. ex hoc textu*, & an ſufficiat, quodlibet periculum. ibidem.
An in Tribunali S. Officij pandantur nomina teſtium, ſeu accuſatorum ſi deſſet timor, & periculum. ibidem *verſ. cæterum*, & pag 322. *verſ. tertiò non eſt.*
An pandantur in dicto Tribunali nomina teſtium quando proceditur contra memoriam defuncti. ibid. *verſ. cæterum.*
An in d. Tribunali detur copia proceſſus mutilatis nominibus teſtium, & mutilatis, ac occultatis circumſtantijs ex quibus teſtes poſſunt detegi, an vero dentur articuli. pag. 321. num. 135. *verſ. imo nec ſunt.*
An in Tribunali S Officij ſit occultandum nomen ſocij criminis. pag.322 num.135. *verſ. non eſt igitur.*
An in S. Officio ſit occultanda nomina teſtium in alijs cauſis, quàm fidei. pag 322. num. 135. *verſ. & nec eſt ſeruanda.*
Quid ſi delictum ſit occaſionatum ex cauſa fidei. ibidem *verſ. & exiſtimo.*
Quid ſi agatur de perſonis vilibus. ibidem.
An confrontatio in S. Officio ſit practicanda ſi agatur de aliquo caſu, graui ibid.
Quid ſi teſtis ſe offerat ad confrontationem. ibidem.
Quid teſtis ſit ſuſpectus de falſo ibid.
An nomina Eccleſiaſticorum ſint per extenſum ſcribēda in proceſſibus, qui ſiunt à Iudicibus ſecularibus, quoties delinquunt cum laicis, & à teſtibus nominantur. pag.323. num. 135. *verſ. non relinquenda.*
An dentur caſus, in quibus poſſit procedi ad torturam legitimis non præcedentibus inditijs, & quinam ſint iſti caſus. p.323. num. 136.
An detur ſortilegium taciturnitatis aduerſus torturam pag.324.n.137.
Quomodo in his Diabolus operetur. ibid.
An licitum ſit Iudici aduerſus maleficium taciturnitatis alio maleficio vti. pag.325. num. 141.
An carceratis liceat ſe adinuicem inſtruere. pag.325.n. 142. 145.
An ex inuentione ſchedulæ taciturnitatis penes carceratos oriatur inditium. pag. 325. num.145.
An, & à quo Iudice ſint puniendi vtentes ſortilegio taciturnitatis aduerſus torturam pag.325.n.145.

An

Digitized by Google

An, & quando adhiberi poſſit tormentum vigiliæ ad habendam veritatem à Reis, & quibus aduertentijs Iudex vti debet. pag.325. n.146 & ſeqq.

De tormento funis,ſeu cordæ, & per quantum tempus inferendum. pag.326. num. 157. & ſeqq.

De tormento taxillorum, & per quantum tempus inferẽdum. p.327.n.161.& ſeqq.

De tormento ſibilorum, quibus, & per quantum tempus inferendum. pag.327. num. 164.

De gradibus torturæ. ibid.n.165.

Ex Cap. XXXIV. §. XIII.

Legiſlator ſibi reſeruat ius interpretandi hæc bannimenta, ac facultatem procedendi de ſimilibus ad ſimilia. pag. 327. in textu.

An interpretari leges ſpectet ad eum, cui competit condere p.327.n.1.

Quot ſint ſpecies interpretationum, & de qua interpretatione agatur hic.pag.328. num.2 & ſeqq.

An extenſio poſſit fieri in pœnalibus, & quando. pag.329.n.10 & ſeqq.

Ex Cap. XXXIV. §. XIV.

Reuocantur omnia alia bannimenta hactenus edita pag.329 in textu, & pag.330. num 1. & ſeqq.

An in benè inſtituta Republica plures, vel paucæ debeant eſſe leges. pag. 330. n.3. & ſeqq.

An bannimenta, quæ non ſunt per hanc nouam diſpoſitionem expreſsè, vel tacitè correcta debeant eſſe in obſeruantia.pag. 330. num.6.

An ſufficiat ratio ad correctionem legis includendam. 330.n.7.

Ex Cap. XXXIV. §. XV.

Mandatur vt bis hæc bannimenta in ringheria publicentur ad hoc vt afficiant. pag. 330. in textu.

An neceſſaria ſint proclamata ad legis publicationem. pag. 331. n.1.

An forma publicationis præſcripta ſi ommittatur vitiet.p.331.n 1.& ſeqq.

An lex facta eius publicatione in Ciuitate afficiat omnes de Comitatu.p.331. n.4.

An ſciens eſſe publicandam legem ſuper taxatione pretij frumenti poſſit carius vendere ante eiuſdem legis effectiuam publicationem. pag.331.n.4. *verſ propterea non tranſiret.*

An ſciens eſſe publicandam prohibitionem certæ monetæ licitè illam expendat ante legis publicationem. ibidem

Quid ſi talis determinatio facta ſit in publico Concilio ibidem.

Quid ſi vendens, & reſpectiuè expendens ſit Officialis. ibidem.

An bannimenta legent ſtatim ac facta eſt publicatio. pag 332.n.6. & ſeq.

An probabilis, & veriſimilis ſcientia, quæ ſemper præſumitur eorum, quæ publicè fiunt, ſufficiat ad pœnam corporalem. pag.332. num.11. ſeqq.

CAPI-

CAPITVLVM XXIV.

RVBRICA.

Delle Armi prohibite, & dell'vſo di quelle, che non ſono prohibite.

Continuatio Tituli.

De ſtupro ad arma non eſt ſimbolus, nec argumentum, niſi ob effectu: ſolent enim Conſanguinei ſtupratæ quandoque deuenire ad arma contrà ſtupratorem arg. text. in *leg. vnica Cod. de raptu Virgin.* & non ſolùm propter ſtuprum ſequutum, ſed etiam propter timorem ſtupri futuri, de quo minæ ſint effuſæ iuxtà deciſionem Gram. *deciſ. 5.nu.9.& ſeqq.* & in hoc ſenſu optima eſt continuatio noſtræ rubricæ.

§. I.

Perche dall'eccesſiua tolleranza di portar Armi ſogliono naſcere molti delitti Sua Signoria Illuſtriſſima deſiderando mantenere la quiete in queſta Città vieta, e prohibiſce, che alcuno ſotto qualſiuoglia preteſto, ò colore di licenza di portar armi (eccettuando quelle conceſſe ſino al preſente giorno da Sua Signoria Illuſtriſſima, e le perſone, e ſorte d'armi conceſſe come à baſſo) non ardiſca, nè preſuma portare per la Città, Contado, ò diſtretto di Bologna, nè di giorno, nè di notte alcuna ſorte d'armi offenſiue, ó difenſiue ſotto le pene infraſcritte.

SVMMARIVM.

1 *Armorum materia à quibus Doctoribus tractetur.*
2 *Arma dicuntur ab armis iunctura bracchiorum, quæ arma ideſt inſtrumenta ad offendendum apta portare, & admenare ſolent.*
3 *Armorum ſpecies, & differentiæ remiſſiuè.*
4 *Enſis inuentio, & nobilitas.*
5 *Dicitur eſſe arma propria Hiſpanorum, & ab Hiſpanis Romanos ſumpſiſſe.*
6 *Arma fuerunt inuenta à Tubalchaim Nepote Caini.*
7 *Appellatone armorum veniunt omnia, quæ ſunt apta ad nocendum.*
Veniunt Saxa, Baculi, fuſtes num. 11.
Quando tamen ſequuta eſt percuſſio num. 12.
Sed diſtinguas, vt num. 15.
8 *Occidens patena non dicitur armis occidiſſe.*
9 *Percutiens cum Lapide pena maiori, quàm ſi percuſſiſſet armis debet puniri.*
10 *Contrarium.*
Et reditur ratio ibid.
13 *In Edicto prohibitorio armorum de conſuetudine non compræbenduntur ſaxa, nec cultelli ad incidendum panem, ſeu adaptandum calamum, & nec inſtrumenta ruralia, nec planella pedis.*
14 *Vulneratus cum planella pedis à muliere fuit Iuuenis, qui tetigit illius manum in fonte aquæ luſtralis.*
16 *Arma dicuntur eſſe cauſa delictorum ab aliquibus, ab alijs negatur.*
17 *Et quare.*
18 *Affirmatiua eſt vera.*
19 *Quia præbent occaſionem adhibendi violentiam vulnerandi, occidendi.*
20 *Armis priuari non debent populi finitimi, ſi periculum illis imminet à vicinis.*
Nec debet in ſpecie illis priuari Ciuitas, vel Prouincia, ne homines reddantur ignaui nu. 23.
Dummodò Populus non ſit ſuſpectus, vel ita efferatus, vt nequeat contineri, niſi per armorum ablationem num. 25.
Exemplum Romanorum nu. 26.
21 *Defenſio nemini eſt prohibenda.*
22 *Pacis laudes.*
24 Tex. Cod. de armorum vſu, *quomodo debet intelligi.*
27 *Barones habentes merum, & mixtum imperium, an poſſint concedere, vel interdicere delationem armorum remiſſiuè.*
28 *Argumentum, poteſt prohibere delationem armorum, ergo permittere poteſt, non valere ait* Bouadilla.

 29 *Ar-*

29 *Armorum delatio eſt leue delictum de Iure communi.*
30 *Secùs de Iure bannimentorum.*
31 *Delicti naturam grauitas pœna non immutat.*
32 *Verbum ardiſca denotat dolum.*
33 *Dolus in materia delationis armorum non ſumitur pro animo nocendi, ſed accipitur pro ipſa contrauentione.*
34 *Apprabenſio cum armis an ſit neceſſaria.*
35 *Diſtingue vt hic.*
36 *De conſuetudine requiritur apprabenſio.*
Dummodò non probibeatur etiam retentio, num. 39.
37 *Armorum pro delatione non proceditur per inquiſitionem excepto caſu delationis archibuſietti.*
38 *Et excepto caſu delicti ſequuti cum dicta delatione.*
40 *Armatus in domo, vel hoſpitio repertus, an dicatur arma deferre remiſſiuè.*
41 *Pœna delationis armorum confunditur cum pœna vulneris.*
42 *Contrarium.*
43 *Diſtinctionem ponit* Laganarius, & Danza.
44 *Arma deferens, & deferre faciens à famulo punitur.*
45 *Et ita deciſum penes* Riccium.
46 *Delatio armorum non punitur, ſi ſit momentanea*
47 *Contrarium dicit* Ripa.
48 *Mulieres comprabenduntur in banno armorum.*
49 *Parcitur tamen eis.*
50 *Et non ducuntur ad carceres, ſed cum cautione relaxantur.*
51 *Clerici in edicto armorum comprabenduntur.*
Saltem quoad pecuniariam nu. 54.
Contrarium num. 55.
52 *Clerici arma deferre probibentur de Iure.*
53 *Et deferentes ſunt excommunicandi.*
56 *Clericis non poſſunt Epiſcopi impartiri licentiam deferendi arma.*
57 *Contrarium ſeruatur.*
58 *Nam dant licentiam ex iuſta cauſa, puta inimicitia, & peregrinationis per loca periculoſa.*
59 *Et etiam ex cauſa venationis.*
60 *Hoc vltimum improbatur.*
Clerici non poſſunt armis ſpoliari à Curia, & Miniſtris Curiæ Sęcularis num. 60. verſ. ſed ſtante quod, & an poſſint reperti in fraganti crimine à dictis Miniſtris capi ad hoc, vt ad Iudicem Eccleſiaſticum ducantur ibid. verſ. quo verò.
61 *Famuli, & familiares Epiſcoporum non comprębenduntur in banna armorum.*
62 *Poſſunt portare arma.*
63 *Et gaudent priuilegio fori.*
64 *Idem etiam famulis, & familiaribus Sancti Officij.*
65 *Famuli, & familiares, & Officiales, qui gaudent prærogatiua deferendi arma, qui ſint remiſſiuè.*
66 *Birruarij conuincunt in materia delationis armorum.*
67 *Tribus concurrentibus, quæ tria referuntur.*
68 *Sed dicas quod faciunt ſolùm inditium ad torturā.*
69 *Idem de priuatis hominibus, qui capiunt aliquem cum armis.*
70 *Arma defenſibilia de Iure ff portari poterant.*
71 *Secùs de Iure Cod. & feudor.*
72 *Quæ ſint dicta arma.*
73 *Debent applicari fiſco de Iure communi, & vigore Iuris municipalis birruarijs.*
74 *Non ſeruatur de conſuetudine.*
75 *Arma offenſibilia ammittuntur etiamſi non exprimatur hoc in banno.*
76 *Et ſi ſint commodata debent reſtitui Domino, & commodatarius tenetur ad pretium erga birruarios.*
77 *Dummodò ignorabat commodans, quod commodatarius fuiſſet delaturus contra denetum, alias non recuperat.*
78 *Archibuſietti non acquiruntur fiſco, & nec birruarijs, ſed debent deuaſtari.*
79 *Vagina armorum quamuis gemmis pretioſis ornata acquiritur Curiæ.*

1 ARmorum materia ſatis amplè tractatur à
Decian. *tract. crim. lib. 8. cap. 2.* Borell. *de*
magiſtr. lib. 3. cap. 17. Baiard. ad Clar. *qu. 82. nu.*
49. & ſeqq. Cotta *memorial. verbo armorum* Ripa
de noct. temp. cap. 8. & Farin. *qu. 108. per tot.*
Io: Redin. *de Maieſt. Princip. verbo non armis ſolùm*
par. 2. num. 160. Ioſeph. Ricc. *de public. Iudic. in*
ſpecie qu. 20. per tot. Conciol. *crim. reſol.*
verbo arma Bouadill. *politica lib. 1. cap. 13. num.*
59. & ſeqq. Guido Pap. *dec. 437.* Didac. Perez.
ordinat. Caſtellæ lib. 2. tit. 14. l. 2. litt. A. D. Carol.
Petra *ritu 68. per tot.* Pereyra *de manu Regia cap.*
43. num. 5. Laurent. Matthęù *de regimin. Regni*
Valent. par. 2. cap. 8. §. 8. num. 158. & ſeqq. Cortiada
deciſ. 71. per tot. D. Sabellus *in ſumma §.*
arma per tot, Io: Vinc. de Anna *in repetit. conſtit.*
Regni ſiquis aliquem tit. de illicita percuſſione cum
armis Nouar. *in l. vnica C. vt armor. vſus lib. 11.*
Arma, vt incipiam ab ethimologia, dicun-
2 tur ab armis, iunctura brachiorum, quæ arma
ideſt inſtrumenta ad offendendum apta deferre,
& admenare ſolent, vt explicant Laurent.
Beyeelinch. in *Theatro vitæ humanæ tom. 1. verbo*
arma fol. mihi 516. & Benedict. Pereyra in
elucidario S. Theologiæ moral. & iuris vtriuſque
lib. 2. elucid. 3. ſect. 3. num. 617. apud quos plura
notabilia habentur, & præſertim circa ſpeciem,
& nomina armorum, quæ in bellis, & prę-
lijs adhibentur: & de ſpeciebus, & differentijs
3 armorum agit etiam Bouadill. *politic. lib. 1. cap.*
13. num. 60. vbi aliquid dicit de inuentione, &
4 nobilitate enſis, & enſem eſſe propria arma
Hiſpanorum, & ab Hiſpanis ſumpſiſſe Roma-
5 nos ex Vegetio, & Lypſio firmat etiam Laur.
Matthęù *de re crim. controu. 19. num. 15.* & de
conſuetudine diuerſarum nationum vtendi armis
ex Corio, ligno, coemibus ſcripſit Borell.
de magiſtr. lib. 3. cap. 17. num. 62. & ſeqq.
6 Fuerunt inuenta à Tubalchaim Nepote
Caini Auię feritatis hærede, vt ex Guliel. de
Benedictis, Foller. & Danza inquit D. Carolus
Pe-

Digitized by Google

Petra *Magn.Cur. ritu 68. num.2.* & latè Borell.
de *Magiſtr.lib.3.cap.17. num.68.* & remiſſiuè
Bouadill.*politica lib.1.cap.13.nu.58.*

7 Et ſtricto ſumpto vocabulo ſunt ea inſtru-
menta, quæ ſunt apta ad nocendum ex ſui na-
tura, & deſtinatione, vt dicunt Farin. *qu. 108.*
*num.88.*Ricc.*dec.158.num.1.par.3.*Nouar. *vaſ-*
ſallor.grauam.320.num.2.& in rub.pragm.de ar-
mis collect.1.num.1. Clar. *qu.82. ſtatuto 6.verſ.*
& ſatis in hoc propoſito, Caball. *crim. reſol.93.*
D.Carol.Petra *ritu 68. num.5.*Borell. *de magi-*
ſtr.lib.3.cap.17.num.5.& 60.& Iacob.de Mon-
te Iudaic.*in comment.ad leges,ſeu vſaticos Bar-*
cinonæ tit.de emendatione milit.num. 5. paginæ
mihi 7. ait, quod in ſtricta ſignificatione ap-
pellatione armorum intelliguntur gladij, en-
ſes, lanceæ, & ſimilia, in quorum ſingulis eſt
ferrum ad nocedum aptum. Vnde ſatis appo-
ſitè Decian.*tract.crim.lib.8.cap.2.num.8.*firmat
8 non poſſe dici armis occidiſſe, qui patena in
caput iaculata occidit ſuam vxorem, ex quo
patena non fuit fabricata ad vſum armorum,
ſed ad continenda fercula: & Io:Bapt.Thor.in
Codice rer.iudic.caſ.56.num.10. reprobata opi-
nione Martini de Caramanico dicentis in *con-*
ſtit. Regni ſi quis aliquem tit. de percuſſione illi-
9 *cita cum armis*, eſſe puniendum maiori pœna
eum, qui percuſſit cum lapide, quam cum
gladio, tenet cum Andrea de Iſernia in *dicta*
Conſtitutione, quod debet is, qui percuſſit cum
10 lapide mitiori pœna teneri ob rationem, quia
conſtitutio debet intelli de armis in genere
ſpecificatis in ſtatuto, & ita videtur conclude-
re etiā in terminis vſatici Barchinonen. Iacob
de Monte Iudaico *ad dict. vſatic. rub. de emen-*
datione militum nu.5.fol.mihi 7.à tergo, & eum
ſequitur Iacob. Galicius *in eodem vſatic. nu.8.*
*& 10.*qui ait, quod etiam de Iure communi
duriùs punitur ille, qui gladio, & ferro vulne-
rat, quam ille, qui baculo percutit, vt in *l. 1.§.*
diuus ff.ad leg.Corneliam de ſicar. & hoc idem in
terminis banni prohibētis arma dicit D.Franc.
de Vico *ad pragm. Sardin.lib.2.tit.30.cap.3.n.3.*

Lato verò ſumpto vocabulo arma di-
cuntur, & ſunt omnia ea inſtrumenta, quæ
apta ſunt ad offendendum *l.armorum ff.de ver-*
11 *bor.ſignific.*ibi -- *armorum appellatio non vtique*
ſcuta tantum, & gladios, & galeas ſignificat, ſed
& fuſtes, & lapides : & *in l.ſi pignore §. furem*
ff.de furtis, ibi -- *teli autem appellatione, & fu-*
ſtis, & ferrum, & lapis, & denique omne, quod
nocendi cauſa habetur, ſignificatur, & concordat
tex.*in l.3.§.armis ff.de vi, & vi armata, & in*
§.recuperandæ verſic.armorum Inſtit.de interdict.
leg.armatos, & l. pen.§.1.ff.de vi publica, Aret.
in §.lex Cornelia Inſt.de publ. Iudic. & Tuſchus
litt.A.concl.314. num.4. D. Matthæus Humem
Leitam *de iure luſitano lib.1. tract.3. de inquiſi-*
tione quæſt. 3. num. 107. Anton. Matthæus *de*
criminib.tit.de vi publica cap.1.num.7.& Iacob.
de Monte Iudaic.*loc.cit.* [illegible]
12 Præſertim verò ſequuta offenſione, vt innuit
gloſa in *dict.leg.armorum verbo non vtique*, &
expreſsè Giurb.*conſ.crim.73.num.3.*qui ex glo-
ſa in *clem.ne in agro verbo arma de ſtatu mona-*
chor. inquit appellatione armorum venire ba-
culos, fuſtes, ſaxa, quando ex illis fuerit ſe-
quuta percuſſio; idem de offenſione facta cum
cultro paruo ad incidendum panem, ſeu aptā-
dum calamum dicit Muta ad *pragm. tit. 41. de*
armis num.52.

At D.Carolus Petra *Mag. Cur. ritu 68.nu.5.*
ait de generali conſuetudine non compræhen-
13 di ſub appellatione armorum ſaxa, vel cultel-
los ad incidendum panē, ſeu aptandum cala-
mos, nec arma ruralia, nec ferramēta exercitij,
nec dentes, nec vngues, nec planellam pedis,
& ſubdit, quod mulier, quæ in fonte aquæ
luſtralis in Eccleſia fuerat à quodam Iuuene
ſtudioſè tacta in manu, qua ad ſe ſignandnm
14 aquam attigerat, & ex hoc indignata cum
planella pedis eundem Iuuenem in capite læ-
thalitèr percuſſit, non ſolùm euaſit pœnam, ſed
fuit laudibus commendata.

Cęterum de Iure communi textus ſunt cla-
ri, quod appellatione armorum veniunt om-
15 nia ea, quæ ſunt apta ad nocendum: de Iure
verò bannimentorum, quæ ſtrictè ſunt intel-
ligenda, attendi debent verba, & in dubio
arguendum eſt ex coniecturis, & ſubiecta ma-
teria, an veniant ea, quæ ſunt apta ad nocen-
dum, an verò veniant ſolùm ea, quæ principa-
liter ad nocendum ordinata ſunt, vt benè ad-
uertit Decian.*loc.cit. num.12.*

His poſitis ad ornatum noſtrorum banni-
mentorum. Quęro primò an tollerantia ar-
16 morum ſit, vt dicitur in bannimentis, cauſa
delictorum? Res eſt broccardica, & pro vtra-
que parte poſſunt adduci argumenta, & audi-
ui, cum eſſem in Ciuitate firmi locumtenens
in criminalibus Illuſtriſſimi D. Franciſci Cen-
nini, quem immatura mors nobis eripuit,
quod pręſidente in dicto gubernio Illuſtriſſi-
mo D.Scipione Delcio, qui ob doctrinam, &
eximiam pietatem fuit poſteà ad Cardinalatus
apicem euectus, fuit omnibus permiſſa licen-
tia armorum, & rariſſima fuerunt delicta cum
armis commiſſa: Prohibente verò Succeſſore
omnibus delationem armorum frequentiſsima
fuerunt delicta cum armis patrata: & poteſt
17 eſſe ratio, quia qui dubitat reoffendi ab ad-
uerſario armis munito, non proſilit ſic de fa-
cili ad offenſionem, & prouocationem, quod
non eſt, quando volens offendere certò ſcit ad-
uerſarium eſſe penitùs inermem.

Veritas tamen eſt, quod prohibitione mul-
18 ta delicta rixoſa tolluntur, quia niſi arma eſ-
ſent in promptu apud homines calore iracun-
dię feruidos, multi non occiderentur ex cauſis
friuolis, quę nullius momenti eſſe calore illo
refrigerato iiſdemmet delinquentibus viden-
tur, & propterea non poteſt negari, quin arma
prębeant occaſionem adhibendi violentiam,
19 vulnerandi, & occidendi, vt ex Roland. &
Azeuedo aduertit Bouadill. *politica lib.1. cap.*
13.num.61.circ. finem, & Didac. Perez *ordinat.*

Digitized by Google

Caſtella lib.2.tit.14.leg.74.litt.A. D.Carol.Petra *M.Cur.ritu 68.num.3.* Conciol. *crim. reſol. verbo arma reſol.* 11.*num.* 5. *circ. finem*, & latiùs Borell. *de Magiſtr. lib.3.cap.17.num.1.* & Cutellus *ad leges Siculas tit. ad leges Iacobi Regis cap.53.nota 56. num.2.* ait munus Regis eſſe arma in pacatis locis portanda vetare, cum per eorum tractationem ſępè quies publica turbari poſſit, delatione enim armorum homines audaciores, ac ad nouanda negotia, turbandamque publicam pacem promptiores efficiuntur.

Quæro ſecundò an populi, qui confinant cum exteris gentibus, & inimicis poſſint priuari armis? agit de hac quæſtione Mar. Ant.
20 Roueſchalenſis *in ſchol.* ad Bald. *conſ.382.lib.5.* & reſpondet, quod ſi periculum, aut damnum immineat, non ſunt priuandi, quia eſſet eos manifeſtæ morti exponere, quod Principes facere non debent, præſertim ſi exteris ſit permiſſa, aut ſaltem non prohibita iniuria, quia
21 eo caſu non deberet iſtis prohiberi defenſio; & extendit hoc etiam ad caſum, quo periculum eſſet, ne latrones irruerent in oppida, quia ſi populi carerent armis ad defendendam patriam, ſacra, liberos, bona, dicerentur facto Principis expoſiti manifeſto periculo, quod nullatenus eſt dicendum.

Quæro tertiò an ſaltem poſſit aliqua Ciuitas, vel aliqua Prouincia armis à Principe priuari? Dic quod de hac quæſtione agit idem Roueſchalen. *loc.cit.* & reſpondet, quod fortè aliquis Stoicus, & ſuprà modum ſeuerus inclinaret ad affirmatiuam tum ratione *tit. C. vt armor. vſus lib.11.* tùm ratione publicę vtilitatis, quæ conſiſtit in pace iuxtà illud *pax alit agri-*
22 *colas, pax ſtudia fouet, mercaturam exercet, diuitias comparat, vectigalia auget*; ſed ipſe contrarium autumat, quia diuturnum otium cau-
23 ſatum ex pace reddit homines ignauos, & debiles ad arma capeſſenda pro Republica, vel Principis defenſione, vt teſtantur Polibius, & Cornel. Tacitus, & tamen Reipubl. intereſt habere ſubditos ſtrenuos, & manu promptos, & audaces, & qui rumorem, & ſtrepitum armorum, aut tormentorum non timeant. *Secundò* quia antiqui nouos populos, aut rebelles, ſuſpectoſuè armis priuare conſueuerunt, vt apud bonos Autores legere eſt: ſublata ergò hac cauſa non debet Princeps populum aliquem, aut Ciuitatem armis priuare, quia hoc eſſet iniuria eos afficere. *Tertiò* minuuntur vectigalia, quæ perſolui conſueuerunt ratione armorum, quæ hinc indè euehuntur. Reſpon-
24 det ad contraria dicendo, quod tex. in *tit. C. vt armorum vſus* intelligitur de bello, quod non debet indici inſcio Principe iuxta explicationem gloſæ *ibid.* & ſaltem talis lex non eſt in vſu, cum paſſim arma deferantur. Reſpondet ad motiuum publicę vtilitatis, quod illa ex iam dictis confunditur; & ad motiuum pacis conſeruandæ ait, quod Reges, & Principes, apud quos eſt zelus, & cultus iuſtitiæ, benè ſciunt populos gubernare ſine hoc extremo, & inuſitato remedio; & tandem concludit populum non eſſe priuandum armis, niſi ſit ſuſpe-
25 ctus, vel de nouo ſubactus, vel ità efferatus, vt non poſſit contineri, niſi per armorum ablationem, vel adſit aliqua alia magna cauſa. Vide Bouadillam *politica lib.2. cap.13. num.61.*
26 vbi quod Seruius Tullius, & Gneus Pompeius abſtulerunt arma Romanis ex cauſa tumultus ob mortem Clodij, & vide latè tractantem Borell. *de Magiſtr. lib.3. cap.17. num.74. & ſeqq.* & Ignatium Gaſtone *Fiſcal. diſcept.2. num.69. & ſequentibus vſque in finem*, vbi cum retuliſſet decretum factum in Ciuitate Meſſanæ quo arma ignea, & ſclopi rotati deferri, & retineri prohibebantur, inquit prohibitionem huiuſmodi non eſſe nouam, cum de iure communi arma prohibita ſint ex *leg.1. ff. ad l. Iul. de vi publica, & in leg. vnica C. vt armor. vſus lib.11. & in §. ſi autem Auth. de armis*, & hinc ſtatuta prædicta eſſe valida dicunt gloſa in *d. auth. de armis verbo minores*, Maſuer. in *pract. tit. de remiſſion. num.13.* Crauett. *conſ.314.* Borell. *loc.cit.num.1.* Bouadill. *dict.cap.13. num.61.* imo, ait, eſſe rationabilem, & publico bono conuenientem cum arma ad humanam vitam non ſint neceſſaria, ſed arguant malum animũ in deferente gloſa in *l. licet C. de pactis* Gram. *voto 24.nu.6.* Blanch. in *l. fin. n.237. ff. de quæſtion.* & Alex. *conſ.103. vol.1.* & ſubdit fuiſſe præciſam in dicta Ciuitate Meſſanæ poſt ſedatam rebellionem; armati enim ſubditi audaciores ſunt ad iniurias inferendas, ad cædes, aliaque facinora perpetranda, promptiores etiam euadunt ad nouitates moliendas, pacemque publicam perturbandam Borell. *loc. cit.num.76.* Cutell. *ad leges Iacobi nota 66. nu.2.* ideoque armis priuandi ſunt iuxta exemplum datũ à Pompeio, de quo ſupra, & iuxta monitum Grotij *de iure belli lib.3. cap.8. num.3.* & Ciceronis in *orat. pro Cælio*.

Cæterum Cutellus *ad leges Siculas tit. ad leges Federici cap.109. nota 98. num.3. & ſeqq.* ait quod in Dominatu Monarchico debet concedi vſus armorum apud Populos fideles, & erga ſuos Reges ſtudio excellentes, & ſubdit ita practicari apud Siculos: quibus etſi bellorum temporibus nocturna armorum geſtatio vetita fuerit, hodie tamen, cum nullus penè ſit, qui facultate in id ſibi tributa armis non vtatur, nulla ſanè ex hoc turbatio Reipublicæ vnquam ſucceſſit, *vt merito*, ſunt eius verba, *poſſit aliquo ſeruato delectu, percepto quoque aliquo lucri genere communiter permitti, atque ita Oſſunenſi Duce Præſide paſſim conſtitutum eſt, dum ſoluta quadam quantitate, cuique armorum geſtatio diurnis horis permiſſa fuit paruulis igneis tormentis, piſtoletes nuncupant, omnino, ac ſemper interdictis*: in Dominatu verò Optimatum id ſeruari non oportet, etenim ibi rarior armorum vſus eſſe debet exemplo Porſennæ, & Pompei Magni; qui vllum telum eſſe in Vrbe prohibuerunt, imò Pompeius etiam militibus vſum armo-

armo-

armorum prohibuit,niſi cum in hoſtem proce-
dendum eſſet, ac ad arma conclamaretur, pu-
gna inſtante, reliquo temporis ſub cuſtodia
arma retinebantur, & adhoc plura iura ad-
ducit.

Quæro quartò an Barones, qui habent me-
27 rum, & mixtum imperium cum perpetua ad-
miniſtratione poſſint interdicere forenſibus,&
ſubditis delationem armorum in ſuis Baronijs?
affirmant Crauett.*conſ.*314. Roland. à Valle
*conſ.3.lib.*2.Ludouic.Morottus *conſ. 26. per to-
tum*, & plures relati à Muta *ad pragm. tit.*41.
*de armis prohibitis num.*71. nam ijs, quæ prohi-
bita ſunt de iure communi,poſſunt addere pę-
nam iuxtà gloſ.in *clement.ne Romani de electio-
nibus*,& hanc opinionem tenent Lucas de Pen-
na, Menoch.Surd.Becc.Bertazol.Baiard.citati
à Rouit. in *rub. pragm. de armis num.2. & 3.*
vide eum, & Doctores, quos ipſe citat, vide
etiam Capibl.*de Baron.pragm.14.num.58.tom.1.*
Rendell.*de paſtuis tit.de Baron. fol.*93. Nouar.
*Vaſſallor.gran.*323.*num.5.par.*1.Tondut.*de præ-
uentione par.*1. *cap.*11. *num.*25. qui ex Surdo
*conſ.*152. *num.*53. *& ſeqq.* ait quod Barones
poſſunt facere prohibitionem pęnalem ſuper
portu armorum: ſed quod ſubditi poſſunt pro
exceſſu pœnæ reclamare, & allegat Alber.
Brun. *conſ.*207. *lib.*2. & vide etiam Farinac.
*quæſt.*108. *num.*129. qui inſuper ait Barones
poſſe concedere licentiam ſuis ſubditis defe-
rendi arma in eorum territorio, dummodò
non ſint archibuſietti, ſed hoc improbat Bo-
uadilla in *politica lib.*1.*cap.*13. *num.*99. *lit.D.*
28 dicens non valere argumentum poteſt prohi-
bere, ergò poteſt permittere delationem ar-
morum, ſed Muta *loc.cit.* ait quod veritas eſt,
quod poſſunt Præſides Prouinciarum, Maſtra-
tus, Iuſtitiarij, Capitanei, & ſimiles inferiores
à Principe concedere hanc armorum porta-
tionem, & quod ità communiter eſt receptum
præterquam in archibuſiettis. Vide Don Fran-
ciſc.de Vico *ad pragm. Sardiniæ lib.*2. *tit.* 30.
*cap.*10.*per tot.* qui diffusè agit de hac quæſtio-
ne,& etiam de alia an ſcilicet Barones cogno-
ſcant circa delationem armorum contra de-
uetum Regis factam, & an pœnam ſibi poſ-
ſint applicare.

Quæro quinto an delatio armorum ſit leue,
vel graue delictum? dic quod de Iure com-
29 muni pœna eius leuis eſt iuxtà tex. in *cap.*1.*§.*
ſi quis ruſticus de pace tenenda. At de Iure ban-
30 nimentorum, quo, vt dicit Cortiada *deciſ.*
71.*num.*8. hodiè quælibet Prouincia vtitur,im-
ponentium pœnam corporis afflictiuam, non
dicitur leue delictum Calefat. *leg. ſi imperium
num.*82. *de iuriſdict. omn. Iudic.* qui refert ità
fuiſſe deciſum in Rota Senen. & ſequitur Fon-
tanell.*de pact.nuptial.clauſ.*4. *gloſ.*14. *num.*123.
Farinac. *quæſt.*108. *num.*154. Giurb. *conſ.*98.
*num.*11. at Cortiada *d.deciſ.*71.*nu.*12. *& ſeqq.*
31 inquit quod grauitas pœnæ non poteſt immu-
tare naturam delicti, & hoc pluribus medijs
comprobat, quod ego pluries dixi *in iſtis ob-
ſeruationibus, & ſignanter in proemio* 5.8.*nu.*26.
& ſeqq. & remitto me ad ea, quæ *ibi* dixi.

Non ardiſca, nè preſuma portare.

Pluriès in diſcurſu dixi in iſtis obſeruatio-
nibus, quod verbum *ardiſca*, ſeù *preſuma* de-
32 notat dolum, ideò hìc non repetam, ſolùm
addo Doctoribus hoc firmantibus Dec. *conſ.*
37.*num.*8. & Roueſcal.*in add.* ad Bald. *conſil.*
382. *lib.*5. Cardinal. Fęlin. Marſil. Bertazol.
Clar.Cæphal.locis relatis à Muta *ad pragm.tit.*
41.*de armis num.*39.

Sed an dolus in terminis bannimentorum
debeat probari concludentèr, an verò ſuffi-
ciat præſumptio, quæ ex delatione armorum
reſultat? vide Muta *ad pragm. tit.*41. *de armis
num.*39. & vide Ioſeph Ricc.*de public.Iudic. in
ſpecie quæſt.*20.*num.*8.qui ex Cęphal.*conſ.*206.
327. *& conſ.*350. ait eſſe ſpecialitèr proban-
dum dolum in terminis ſtatuti diſponentis
contrà deferentem, ſeù explodentem archibu-
ſium cum animo nocendi, & citat Ball. *de lit-
ter.diſperſ.caſ.5.num.3.lib.3.& ſuper pragm.tit.
41.pragm.3.4.5.num.5.& 6.* ſubdit tamen quod
ſufficeret confeſſio extraiudicialis deferentis
ex doctrina Angel.& Foller. quos citat, ſed
ego crederem, quod in terminis bannimento-
rum circà delationem armorum ſufficeret pręſ-
ſumptiua, quia dolus hìc non accipitur prò
33 animo nocendi, ſed benè accipitur pro ipſa
controuentione bannimentorum, & ſic pro ſo-
la delatione armorum facta contrà deuetum
Principis, vt in ſimili dicit Io: Hornung. in
tract.de amore venenato theſ. 41. 42. *in fine, &
theſi* 44.

Quæro primò an ſufficiat, quod quis ſit re-
34 pertus cum armis,licèt non ſit à birruarijs ap-
præhenſus? vide Ripam *de noct. temp. cap.*8.
*num.*30. *& ſeqq.* qui refert ſeptem caſus Pe-
guer.*deciſ.crim.*55.*per tot.*Franc. Mar. Prat. *in
addit.*ad Muſcatell.*tit.de probibit.armor.aſport.
num.8.& reſponſ.crim.9.num.49.* Afflict.*conſtit.
Regni incip. intentionis rub,9. num.9.* Paris de
Put.*de Sindic.verbo Iudex num.*4.Didac.Perez
*ordinat.Caſtellæ lib.2.tit.14.leg.2.lit.A.verſ.non
etiam* D.Carol.Petra *M.Cur.ritu* 68.*nu.*9.*lib.*1.
Bouadill.*politica lib.*1.*cap.*13.*num.*108. Marſil.
*ſingul.*395.Campanil.in *diuer. Iur. Canon. in* 4.
*Iudic.rub.num.*20.Conciol. *crim.reſol.verbo ar-
ma reſol.*11.*per tot.*Borell.de *Magiſtr.lib.*3. *cap.*
17.*num.*46. *& ſeq.* Muta *pragmatica tit.*41. *de
armis num.* 74. *& ſeq.* Capyc. Latro *deciſ.*78.
*num.*1.*& ibi* Gizzius *in addit.*Laganar.ad Ro-
uit.*pragm.4.de armis* Io: Bapt.Muccin. ad San-
fælic. *deciſ.*43. *num.*2. Don Franc. de Vico *ad
pragm.Sardin.lib.*2.*tit.*30. *cap.*3. *num.*8. Sed ve-
35 ritas eſt quod non requiritur captura, quan-
do bannimenta puniunt eum, qui arma defert
Secus quando puniunt eum, qui cum armis
fuit repertus, quia non punitur, niſi cum
illis fuerit etiam captus, vt declarant Menoch.
de

de arbitr.caſ.394.num.49.& Plach. per eum al-
legatus : de conſuetudine tamen requiritur
36 ſemper appræhenſio, vt teſtatur Farin. quæſt.
108.num.143. qui ait nunquam vidiſſe pro ſo-
37 la delatione armorum exceptis archibuſiettis
fuiſſe proceſſum per inquiſitionem in ſtatu
Eccleſiaſtico Angel.in l.1.in fin.ff.ad leg.Iul.de
vi publ.Aug.ad Angel. de maleſic. verbo d.An-
dreas armatus num.8.in fine Sanfęl. deciſ.43. per
tot. D.Maſſin. de confiſc. bon. quæſt. 8. num.14.
& 15. qui ampliat hoc ex doctrina Sanfęl.loc.
cit. vt procedat etiam in armis prohibitis,
dummodò non ſint archibuſietti, & dummo-
38 dò non ſit cum illis commiſſum aliquod deli-
ctum, quia ſequuto delicto poterit Iudex in-
quirere etiam pro aſportatione armorum, &
procedere per inquiſitionem etiam extrà ca-
ſum archibuſietti, vt firmant Sanfęl.& Maſſin.
loc.cit.quibus addo Io:Bapt.Thor.in addit. ad
Io:Grand.de bello exulum in prædicam. pati nu.
3. fol.mihi 33. & 34.& Muſcatell. de cognitione
delict.tit.de prohibit.armor.aſportat.num.18.No-
uar.pragm.1.de armis collect.2.num.5. Conciol.
d.reſol.11. in fine, & D.Io: Bapt. Muceium ad
Sanfęl. d.deciſ.43. num.9. & 10. vbi huius rei
reddit bonam rationem.

Limitatur quod dictum eſt de conſuetudine,
quando non ſolum prohibita eſt delatio, ſed
39 etiam retentio, quia tunc nullo modo requi-
ritur appręhenſio, vt ex Menoch. probat Cal-
ninus de æquitate lib.2.cap.129.num.27. & plu-
ribus citatis Cortiada deciſ. 71. num. 26. qui
ità practicari in Cathalonia aſſerit ibid.

Quæro ſecundò, an domi, ſeù in hoſpitio
40 repertus armatus dicatur arma deferre? circà
hanc quęſtionem vide Laur. Matthęu de Re-
gim.Regni Valent.par.2.cap.8.§.8.num.158. cir-
finem, vbi quid fuerit deciſum refert.

Quęro tertiò, an ſequuto delicto confunda-
tur pœna delationis armorum cum pœna de-
licti, puta vulneris? Cęphal. conſ.204. num.42.
41 lib.2. tenet quod debeat imponi tantummodo
pœna vulneris, licèt pœna delationis armo-
rum eſſet maior, dummodò tamen fuerint ſe-
quutę percuſſiones, aliàs voluit de delatione
dumtaxàt puniri; hoc idem volunt Sanfęlic.
deciſ.43.num.1.Capyc.Latro deciſ.78.Ricc. de-
ciſ.57.par.2. At quod vtraque puniatur arma
42 deferens, & cum illis delinquens volunt Ba-
iard.ad Clar.quæſt.84.num.26. Claud.ad Ber-
tazol.conſ.205.num.4. Caball. crim. reſol.158.
num.23.& ſeqq.Rouit.pragm.4.num.5.de armis,
& Farin.quæſt.108.nu.168.& ſeqq. & Guazzin.
reor.defenſ.29.cap.2. num.18. qui ſubdit ibidem
num.16. quod de conſuetudine non punitur
pœna ordinaria vulnerans cum pugione: vide
43 diſtinctionem, quam faciunt Laganar.ad Ro-
uit.dict.pragm.4.litt.A. Danza de pugna Docto-
rum tom.3. tit. de armis cap.8. & remiſſiuè ad
eos D.Carol.Petra ritu 68.num.12. vide etiam
Mutam ad pragmat. tit. 41. de armis prohibitis
num.63.& ſeqq. qui ait quod debet vnica pœ-
na imponi, quando quis ad effectum vulne-
randi detulit; & quando pœna vulneris eſt
maior, quam delationis armorum: at in facti
contingentia non recedas à conſuetudine, de
qua teſtatur Guazzin. loc.cit. dummodò non
adſit ſtatutum, ſeù bannum alitèr determi-
nans, quia ſi tale bannum ſuperuenit, derogat
conſuetudini, & debet attendi, vt dicam infrà
in §.33. num. 80. Bartol. tamen loco relato à Io:
de Platea §. item lex Iulia il ſecondo num. 10.
inſt.de publ.Iudic. ait confundi pœnam, quan-
do delatio armorum fuit ad committendum
illud maleficium, quod fuit patratum.

Quęro quartò, an deferre faciens arma per
44 ſuum famulum debeat puniri ęquè ac famulus
deferens? affirmatiuè reſpondendum, nam
armatum famulum ſecum ducens debet puni-
ri per tex. in leg.ſeruos C.ad leg.Iul.de vi publ.
Bertachin. verbo armatos num. 30. prout quo-
que debet puniri is, qui alieno nomine defert,
45 vt inquit Ricc. deciſ.211. per tot. par.3. vbi re-
fert fuiſſe punitum pœna edicti Clericum,
qui fuit repertus portare arma ſub nomine,
& de mandato Domini, quem tunc temporis
inſequebatur, & citat Nouar.pragm.28. rub. de
armis, & in tract.de elect. fori quæſt.42. ſect.2.
& rurſum tract. de datione in ſolutum quæſt.2.
par.2.& Tuſch. concl.474. litt. F. agit de hac
quæſtione Io:de Platea in §.item lex Iulia il
ſecundo num.16.Inſt.de publ.Iudic.& dicit quod
tenetur ac ſi ipſe portaret arg. leg.1. §.deieciſſe
ff.de vi, & vi armata, ſed poſteà determinat
contrarium ex traditis per Doctores per tex.
in leg.ſi quis perferendum ff.de furt.& reſponden-
do ad dict.§.deieciſſe, dicit quod bene videtur
portare arma, vt teneatur alia pœna, ſed non
illa qua tenetur portans arg. l.1.C. de nili agge-
rib.non rumpend. poteſt enim teneri ex eo quia
mandat delationem contra decretum Superio-
ris, & ſic contra it voluntati Superioris.

Benè verum quod ſi delatio eſſet momenta-
46 nea, ſiuè proprio nomine, ſiuè alieno, ſiuè
intrà, ſiuè extrà Ciuitatem etiam ad malum
finem ſit facta, non punitur, vt poſt Burſatt.
conſ.141.num.16.& ſeqq.vol.2. & conſ.331. nu.
37.vol.3.Bertazol. conſ. crim.217. & conſ.219.
& Farin.quæſt.108.num.43.vult Guazzin. reor.
defenſ.29.cap.2.num.17. apud quem alia haben-
tur notabilia. Sed iſta opinio non videtur tu-
47 ta Ripæ de noct.temp.cap.8. num.61. quia qui-
libet poſſet dicere ſe ſolo momento arma de-
tuliſſe, vide eum, quia adducit quandam mo-
dicationem, & concordantiam

Quæro quintò, an in bannimentis compre-
hendantur mulieres, quarum nulla eſt facta
mentio? dic quod comprehenduntur de ſtri-
48 cto iuris rigore, quia in ſtatuto prohibente
delationem armorum comprehenduntur fœ-
minæ, vt ex Gabriel.Baiard.Decian. Menoch.
Farin. Guazzin. Caball. Vrſell. ait Conciol.
crim.reſol. verbo arma reſol.7. num.1. ex Angel.
Bald.Imola, Put.Marſ.Gregor.Decian.ait Bo-
uadilla politica lib.6.cap.13.num.96.& ex Chri-
ſtinæo ad leg.municipal.tit.2.art.19.num.5.dicit

D.Sa-

D. Sabellus in *ſumma §. arma num.* 9. at de-
49 æquitate parcitur eis, vt ex Caluino *de æqui-
tate lib.*2.*cap.*129.*num.* 30. inquit Conciol. *loc.
cit. num.*4. *& alleg.*87. *num.*25. *& ſeqq.* refe-
rens ex Caluino *loco citato*, quod Senator Bel-
lonus dimiſit mulierem capram cum duobus
ſcloppis rotatis cum præcepto nè impoſterum
deferret ſub pœna fuſtigationis: de qua re vi-
de Giurb. *obſeru.*35. & remiſſiuè ad eum Io-
ſeph Ricc. de *publ. Iudicijs in ſpecie quæſt.* 20.
*num.*23. & ſaltem mulieres iſto caſu non de-
50 bent conduci ad carceres, ſed relaxari cum
cautione, vt ex Fęlyn. Arnon. Bonacoſſ. aduer-
tit Borell. *de Magiſtr. lib.*3. *cap.*17. *num.*40. vi-
de Muram *pragm. tit.*41. *de armis n.*13. qui ex De-
ciano *tract. crim. lib.*8. *cap.*3. *num.*27. ait quod
fœminæ comprehenduntur in prohibitione
portationis armorum, & quod magis punien-
dæ eſſent, quàm maſculi, dum abuterentur fra-
gilitate ſexus: ſed ſubdit *ibid.* quod ridicu-
lum videtur de hoc tractare, & neſcio, inquit,
quo iure poſſent iudices ad punitionem deue-
nire: tandem ſe remittit ad tradita per eum in
*conſuetud. Panorm. cap.*60. *num.*25. *& in cap. Re-
gni cap.*17. *Regis Federici numer.*6. *tom.*2. vide-
tur tamen loqui iuxtà particulares Regni ſan-
ctiones, & ideò non recedas propter eius di-
ctum à firmatis concluſionibus.

Quæro ſextò, an comprehendantur Clerici?
videtur reſpondendum affirmatiuè ex doctri-
na Io: de Platea in *§. item lex Iulia il ſecondo
num.*17. *Inſt. de public. Iudic.* dicentis, quod in
his, quæ concernunt publicam vtilitatem, qua-
le eſſe hoc bannum firmat poſt multos, quos
citat, Carolus Calà in *tract. de contrabannis Cle-
ricor. diſſertat. vnica num.* 189. Clerici omninò
comprehenduntur, & hoc idem dicit Calà *ibi-
dem*, Don Franc. de Vico *ad pragm. Sardiniæ
lib.*2. *tit.*10. *cap.*3. *num.*5. Adden. ad Io: Vincent.
de Anna in *conſtit. Regni num.*13. *tit. de illicita
percuſſione cum armis*, qui plures referunt con-
cordantes, & hoc indubitatum videtur eſſe hic,
51 tum quia verba *tutti quantunque priuileggiati*
poſita in §. *ſecundo* comprehendunt Clericos,
qui non ſolum non ſunt priuilegiati, ſed eis
52 expreſsè prohibitum eſt arma ferre *Clem.*1.
de vita, & honeſt. Cleric. Farin. *quæſt.*108. *nu.*21.
Maſſin. *de confiſcat. bonor. quæſt.*8. *nu.*46. & Con-
ciol. *crim. reſol.*24. *num.*1. *verbo arma*. Imò de-
53 ferentes ea ſunt excommunicandi *cap.*2. vbi
DD. *de vita, & honeſt. Clericorum*, tum etiã quia
ſumus in bannimẽtis emanatis à Cardin. Le-
gato à Latere, vt in terminis firmat Poſthi. *re-
54 ſol.*151. *num.*13. quam quoad pœnam pecu-
niariam ſequuntur Vrſell. *examin. apum concluſ.*
143. *num.*38. & Conciol. *d. reſol.*24. *num.*7. qui
refert plures Doctores tenentes edicta Princi-
pum Sæcularium concernentia publicam vti-
litatem, & quietem Ciuitatis, & Prouinciæ li-
gare Clericos, circà quam propoſitionem
eiuſque veritatem videndus eſt Cortiada *de-
ciſ.* 34. *numer.* 26. & videndi ſunt ſunt Do-
ctores quos citat *ibidem num.*37. & Pac. Iorda-
nus *lucubrat. vol.*1. *lib.*11. *tit.*3. *num.*265. *in fin.
& vol.*3. *lib.*13. *tit.*8. *num.*88. *& lib.*14. *tit.* 12.
*num.*86. Dian. *reſol. moral. par.*8. *tract.*1. *reſol.*8.
Sperell. *deciſ.*122. 123. 124. *&* 125. Ciarlin. *con-
trou.*15. *num.*73. *ſeq. & controu.*191. *num.*17. *&
ſeqq.* & D. Sabell. in *ſumma §. arma num.*17.

55 Contrarium tamen hic ſtatuendum ex defe-
ctu voluntatis Legiſlatoris, qui, vt alias dixi,
quando voluit comprehendere Clericos, ex-
preſsè eos nominauit *in aliquibus capitibus ſcilicet
§§. harum Conſtitutionum*: nec verba *tutti quan-
tunque priuilegiati* poſſunt eos includere, quia
enumerando priuilegiatos ibi — *Foraſtieri,
Viandanti, Caualleggieri, Soldati di Militia*, re-
ſtrinxit generalitatem ad nominatos, & illis
ſimiles *vulgatis Iuribus*, nec eſt verum, quod
edicta Card. à Latere Legati iuxtà dictum Po-
ſthij *loc. cit. num.*13. *in fine* comprehendunt Ec-
cleſiaſticos, quandò expreſsè eos non nomi-
nant ex ratione publicæ vtilitatis, quia, vt di-
xi obſtat defectus voluntatis, prout in Princi-
pibus Sæcularibus obſtat defectus poteſtatis,
vt in terminis de veriori dicunt Doctores ad-
ducti à Conciolo *dict. reſol.*24. *num.*8.

Dicas igitur, quod Clerici non comprehen-
duntur in bannimentis, ſed bene debent puni-
ri pœna iuris communis, quia eis prohibita
eſt armorum delatio, vt dixi *ſuprà num.*52. &
pro delatione archibuſiettorum debent puniri
ex *Conſtit.* Pij Quarti, & B. Pij Quinti, vt ex
Poſti. & Maſſin. dicit Conciol. *reſol.*24. *num.*1.
Verùm quod Clerici ob delationem archibu-
ſietti, & delictum cum illo patratum debeant
degradari, & Curiæ Sæculari tradi, vt dicit
Poſthius *d. reſol.*151. *n.*14. nõ tranſit ſine magna
difficultate ex rationibus per me adductis in
*cap.*1. *§.*14. *num.*20. *& ſeqq.* quas hìc non re-
peto.

Prætendunt tamen Card. Legati à Latere,
quod Epiſcopi nequeant impartiri Clericis li-
centiam deferendi arma ob rationem, quia
quæ concernunt bonum, ac quietum, ac poli-
ticum ſtatum Prouinciæ eis demandatæ pen-
dent totalitèr ab eorum poſſe, & arbitrio, &
vltrà auctoritatem Doctorum quos *ſuprà retu-
li* in hac materia armorum, prætendunt iuxtà
doctrinam Ricc. *deciſ.*557. *par.*3. Nouar. *pragm.
de Clericis collect.*6. *num.*4. Maſſin. *de confiſcat.
bonor. quæſt.*8. *num.*47. & Conciol. *d. reſol.*24.
*num.*5. quod Epiſcopis ſit de iure vetitum con-
56 cedere Clericis huiuſmodi licentias. Sed ego
vidi ſeruari contrarium tàm in Legationibus,
57 in quibus Ordinarij concedunt Clericis licen-
tiam arma deferendi non ſolum ob iuſtam cau-
58 ſam inimicitiæ capitalis, & itinerationis per
loca periculoſa, quibus in caſibus certum eſt
poſſe illam concedere, vt firmant Vgolin. Ric.
Campanil. Sperell. Vrſell. *locis relatis* à Con-
ciol. *d. reſol.* 24. *num.*6. ſed etiam concedunt
59 Clericis licentiam deferendi archibuſios ad
venandum, quod mihi videtur parum hone-
ſtum, ne dicam ſcandaloſum, quando etiam
60 ſi ob iuſtam cauſam deferrent, deberent de-
ferre-

Digitized by Google

ferre arma abſcondita ſub veſte, & pallio, ne laici, qui proni, & faciles ad hoc ſunt, ſcandalizentur, videntes Clericos portare arma vice breuiarij.

Sed ſtante quod, vt modo dixi, Clerici debēt puniti pęna iuris communis, an poſſint à Curia Sęculari reperti cum armis capi, ſeù armis ſpolari abſque metu, & ſcrupulo cenſurarum? quoad ablationem armorum affirmant Farin. *quæſt.8.num.96.* Scaccia *de iudic. lib.1. cap.78. num.5.* Ambroſ. *de immunit.cap.18.num.30.* Placha, Clar. Menoch. Couar. Salzed. ad Diaz, Parlador. Bouadill. Garzia, Ceuall. Peguer. Borell. Carleual. Pereira Carol. de Graſſ. *locis relatis* à Cutello, qui eos ſequitur in *commento ad leges Siculas tit. ad leges Fiderici cap.16. nota 18. num.3. fol. mihi 136.* plures referens Calà de contrabaunis *num. 190. ſeqq.* negant vero Salas, Barboſa, Madius, Bonacina, Duard. Bellett. Marta, Megala, Genuenis, Riccius, Anguianus *locis relat.* à Dian. *moral. p.1. tract.2. reſol.10.* & ego dixi in *c.5.§.1.n.25.* quo vero ad capturam ad effectum detinendi abſolutè omnes vnanimitèr dicunt miniſtros Curiæ Sęcularis non poſſe capere, & detinere cum iura ſint clara abſolutè prohibentia, ne Clericus à Laico Iudice cōpręhendatur, vt ait Diana *loc. cit. reſol.11. in principio:* ad effectum vero ducendi ad Iudicem Eccleſiaſticum affirmant Peregrinus, Gomeſ. Auendan. Oliban. Borellus, Duard. Ortiz. Cenedo, Pereira, Salgad. Bonacina, Coriolan. Graff. Nauar. Bellett. & alij relati à Diana *dict. reſol.11. verſ. ſed non deſunt*, quibus addendus Cutellus *loco citato*, qui teſtatur ita practicari in ſtatu Eccleſiaſtico, & vidiſſe Gubernatores captum ſummo manè Eccleſiaſtico Iudici remittere: negant vero Megala, Marta, Souſa *locis relatis* à Diana *dict. reſol.11.* qui afferr rationem, quia non eſt textus in iure canonico. qui declaret poſſe Laicum Iudicem in hoc caſu Clericum comprehendere etiam vt ad Prælatum ſuum ducat, niſi vt eſt tex in *cap. vt famæ §. Laici de ſent. excom.* de ipſius Prelati licentia. Conciliant Campanil. *diuerſ. Iur. Canon. rub.4. num.26.* Barboſa *collect. tom.2. lib.5. decretal. tit.39. cap.35. num.5.* & Diana *loco citato in fine*, vt miniſtri Curiæ Sęcularis poſſint capere poſt patratum delictum, & ſi ſuſpicio ſit de fuga, dummodo recto tramite ducant ad Eccleſiaſticum, niſi impoſſibile foret ad eum recto itinere accedere.

Et vt redeam ad materiam, nec in banni-
61 mentis comprehenduntur famuli, & familiares Epiſcoporum, qui habent priuilegium portandi arma ſecundum Mutam in *pragm. tit.41.*
62 *de armis nu.59.* Gratian. *deciſ.233. & diſc.340. num.27. ſeqq.* Amad. Farin. Menoch. Sperell. Vrſell. & his relatis Cōciol. *crim. reſol.19. n.2. verb. arma* reprobato Carleualio contrariū dicente in *tract. de Iudic. diſp.2. n.508.* cui appoſitè reſpondet Sperell. *loco relato* à Conciolo *vbi pro-*
63 *ximè*; Imò gaudent priuilegio fori, & exempti ſunt à iuriſdictione cuiuslibet alterius Tribunalis, vt pluribus citatis firmat Cortiada *deciſ.8. num.124. ſeqq.*

Idem dicendum de famulis, & familiari-
64 bus, ac Officialibus S. Officij, & Inquiſitorum hæreticæ prauitatis tradunt Doctores, quos refert, & ſequitur Conciol. *reſol.19. nu.3.* Muta *loc. cit.* & Cutellus *ad leges Martini de iuriſdict. cap.2. num.11. fol. mihi* 351. & hoc ſancitum extat *in extrauag.* Ioannis XXII. quam Pegna ad Emeric. *comment.105. fol.584.* extendit ad Officiales, nè aliquam iniuriam à malè credentibus, vbi maximè hæretici abbundant, patiantur.

Qui nam verò ſint iſti famuli, qui debent
65 hac prerogatiua gaudere ponit Conciol. *d. reſol.19. num.7.* & latiùs Cortiada *dict. deciſ.8. à num.117. vſque ad num.132.* qui plurimos referunt concordantes.

Quæro ſeptimò, an birruarij in materia de-
66 lationis armorum conuincant ad condemnandum? affirmatiuè reſpondent Bart. in *leg. diuus n.8. verſ. interueniſſe ff. de cuſtod. Reor.* Granut. *theor.19. num.5.* Guazzin. *Reor. defenſ.5. cap.9. num.8.* Farin. *quæſt.108. num.156.* & pleniùs Caball. *crim. reſol.126. num.11.* Don Franc. de Vico *ad pragm. Sardiniæ lib.2. tit.26. cap.13. nu. 1. & 2.* Sed quamuis hæc opinio poſſit admit-
67 ti tribus concurrentibus, primò, quod ſit veriſimile carceratum detuliſſe huiuſmodi genus armorum, vt aduertit Caball. *loc. cit.* ſecundò, quod ſit difficilè id aliter probare vt ait Caball. *ibid.* dicens ſe cum maiori audacia deuenturum ad condemnandum, ſi factum eſſet per ſe difficilis probationis reſpectu temporis, loci, vel alterius qualitatis; tertiò, quod captus cum armis ſit ſtatim cum illis adductus ad Iudicem, vt docet Locatell. *quæſt. Iudic. inſpect.5. num.259.* nihilominus quando ageretur de pœna capitali non admitterem birrua-
68 rios ad plenam probationem, ſed ſolum ad torquendum iuxtà aduertentiam Farin. *quæſt. 108. num.156.* de Franch. *deciſ.379.* & Giurb. *conſ. crim.98. num.10.* Mutæ *ad pragmatic. tit.41. de armis prohibitis num.33. & 34. & 80.* qui plures allegat concordantes.

Quæro octauò, an conuincant apprehenſores priuati, nempè illi, qui non ſunt birruarij, nec à birruarijs dependentes? Vide Ioſeph Ricc. *de publ. Iudic. in ſpecie quæſt.20. num.7.* vbi ait quod ſi duo fuerint non omni tamen
69 exceptione maiores ad torturam tantum ſufficiunt ex Bald. & Salyc. in *leg. fin. C. de probat.* & Giurb. *conſ. crim.98. num.7.*

Armi offenſiue, e difenſiue.

Prohibent hæc bannimenta delationem armorum offenſibilium, & defenſibilium, & concordant cum bannimentis Vrbis, & Status Eccleſiaſtici, quibus idem cauetur, vt ait Farinc. *quæſt.108. num.74.* & concordant cum diſpoſitione

tione iuris communis, vt ex tex. in *l.armorum*, vbi Alberic.*ff.de verb.ſignific.& in auth.de armis* §.*prohibemus* gloſ.in *clem.1.*§.*quia verò nonnulli de ſtatu Monach.* verbo *arma* firmant idem Farin.*dict.quæſt.*108.*num.*74. Bouadill. *politic. lib.1.cap.13.num.*62.Polidor.Ripa *de noct.tem-*
70 *por. cap.8. num.76.* quod eſt verum ſolùm de Iure Codicis, Authen. & feudor. quibus arma defenſibilia prohibentur *leg.vnica C. vt armor. vſus lib.11. & in cap.1.* §.*ſi quis ruſticus de pace tenend.* Marſil.Pariſ.Roland.Tiraquell.*locis relatis* per Borell.*vbi proximè num.8.* quibus ad-
71 dendus eſt Farinac.*d.quæſt.108. num.74.* nam de Iure ff. arma defenſibilia portari poterant, vt ex Bart.Barbat.Fęlyn.Marc.Mantua, Duennas inquit Borell. *de Magiſtr.lib.3. cap.17. n.7.* & concedit Farinac. *loc. cit & ius ff.* fuiſſe in prohibitione armorum mite colligitur ex traditis à Io:Vinc.de Anna in *conſtit. ſi quis aliquem de illicita percuſſione cum armis num. 1. & ſeqq.*

Sed quænam ſint arma defenſibilia remiſſi-
72 uè docet Farin.*loc.cit.num.75.* ego puto,quod ſint *lorica*, *panzetta*, *galea*, & vt dicitur *il giacco*, alia nominat Nouar.*pragm.14.de armis collect.6.nu.5.* & quamuis de iure arma defenſi-
73 bilia Fiſco acquirantur, & hodiè birruarijs applicentur, vt ex Parid.de Puteo, Claro, & Azeuedo inquit Bouadill. *loc. cit. num.62.* ta-
74 men de conſuetudine non ſeruatur, teſtante Decian. *tract. crim. lib.8. cap.4. num.18.* nunquam vidiſſe obſeruatum, quod deferens ſola arma defeſibilia illa ammittat, & ſequuntur Baiard.ad Clar. *quæſt.82. num.64.* & Farinac. *d.quæſt.108.num.73.* Sed deferens arma offen-
75 ſibilia vltrà pœnam corporalem, ſemper illa ammittit, licèt nihil dicatur in bannimentis de illorum ammiſſione, vt poſt Alex. Afflict. & Marſil.ait Ripa *de noct. temp. cap.8.num.63.* idem ex gloſ.Bart.Bald.Plach. Io: Ant.de Nigris tenet D.Carolus Petra *ritu 68. num.8.* & ex D.Maſſin.Sperell.Vrſell.Conciol.*crim.reſol. verbo arma reſol.23.num.2.*Borell.*de Magiſtr.lib. 3.cap.17.num.78.& ſeqq.* & Ripa *loc.cit. n.69.* ſubdit quod arma, quando ſunt commodata, debent reſtitui Domino, qui commodauit, ſi ignorabat, quod commodatarius erat delaturus ea contrà decretum Principis, & quod
76 tunc commodatarius tenetur erga familiam ad pretium eorumdem armorum, & allegat Salyc.in *leg.1.num.2.C.vt nemo priuatus.* Si ve-
77 ro non ignorabat,illa omninò perdit abſq; ſpe repetendi pretium à commodatario, vide eum, quia diffuſe loquitur, & reijcit Ludouiſ. contrarium dicentem *deciſ. Peruſin.31. num.8. & 9.par.1.* & vide etiam Bonadill.*politic.lib.1. cap.13.num.111.*& Conciol. *d. reſol.23. num.5.* & Muta *ad pragm.tit.41 num.46.*

Non acquiruntur tamen Fiſco, & nec bir-
78 ruarijs archibuſietti, quia ſecundum *Conſtit.* B. Pij Quinti debent deuaſtari, vt declarant Guazzia.*Reor.defenſ.29.cap.2. n.21.* D.Maſſin. *de confiſc.bonor.quæſt.8.num.55.* Conciol. *dict. reſol.23.num.2.*

Et non ſolum arma perduntur, ſed & va-
79 gina, quamuis gemmis pretioſis ornata, acquiritur Curiæ, Afflict.in §.*ſi quis ruſticus num. 11.de pace tenend.*Rouit.*in pragm.6.tit.de Cleric. & Diacon.Seluat.*Danza *de pugna Doctor.tom.3. tit.de armis cap.3.num.14.*Campanil.*direct.Iur. Can.rub.4.num.31.* & his relatis Dominus Carolus Petra *ritu 68. num.8.* Bouadilla *politica lib.1.cap.13.n.106.* ſed contrarium cũ Decian. *tract.crim.lib.8.cap.3. num.57.* tenet Benedict. Pereyra *de Accademia, ſeù Republic.litteraria lib.3. de priuileg. quæſt.13. num.483.* ob rationem, quia in pœnalibus, & odioſis non fit extenſio, & teſtatur ità vidiſſe ſæpè obſeruari: Verùm quia Decian.non tractat hanc quæſtionem, ſed dicit quod facta conuentione inter Duces belli, quod merces cuiuſcumque generis poſſent tuto in vtraque caſtra deferri, & aſportari exceptis armis cuiuſcumque generis, vaginæ ad gladios recondendos poterant aſportari, ob rationem, quia vagina non venit appellatione armorum, & Barboſa Pater, & filius, vt refert idem Pereyra, irreſoluti in hoc determinando manſerunt, ideò non audeo propter ſolam auctoritatem Pereyræ recedere à communi, præſertim, quia quandò vaginæ cum gladijs ſunt vnitæ; cenſentur vna res, & tanquàm acceſſoriæ ſequuntur naturam principalis *vulgatis iuribus*.

Cap. XXIV. §. II. III. IV. & V.

E prima dichiara affatto, & aſſolutamente prohibiti gl' archibugietti corti da ruota, ò da acciarino, baleſtrini, ò archetti corti, & altri ſimili arme atte à ferire da lontano di minor longhezza di trè palmi, cioè oncie dicidotto, le quali armi, à tutti quantunque priuilegiati, comprehendendo ancora i foraſtieri, e viandanti, (i quali in queſta ſorte d'armi non potranno allegare ignoranza) Caualleggieri, e Soldati di militia, ſono aſſolutamente prohibite, nõ tanto à portarſi per la Città, Contado, ò diſtretto, mà ancora à tenerſi in caſa, ò bottega, ò in altro qualunque luogo di queſta legatione, e queſto ſotto pena della forca, & altre pena contenute nella Bolla di Pio Quarto

ſopra ciò, ſaluo ſe, riſpetto à foraſtieri, quali veramente fuſſero viandanti, non pareſſe in altro modo all'arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima.

§. 3. Anzi commanda à tutti li Maeſtri, & Artefici, che non debbano in modo alcuno fare, nè acconciare ſimili archibuggietti, baleſtrini, ò archetti ſotto l'iſteſſe pene.

§. 4. Ordinando in oltre à detti Maeſtri, che debbano denontiare alla Corte, chi gli porterà, ò hauerà portate tali armi à conciare ſotto la detta pena, & denonciando (oltre l'impunità) guadagneranno la quarta parte delle pene pecuniarie, che ſi caueranno dal denunciato, e tanto guadagnerà, chi accuſaſſe l'acconciatore, ò fabricatore.

§. 5. Notificando, che chiunque ſaprà, che alcuno teneſſe preſſo di ſe tali armi, è frà trè giorni non nè darà notitia à Sua Signoria Illuſtriſſima, ò al Signore Auditore del Torrone, incorrerà in pena di ſcuti 200. e della galea per anni dieci, e dandone notitia guadagnerà la liberatione d'vn Bandito capitale.

SVMMARIVM.

1 *Arebibuſietti dicuntur eſſe arma inſidioſa, magis pernicioſa, proditoria.*
2 *Quarè, & vndè hoc ſit.*
3 *Debet exterminari à Reypubl. Chriſtiana.*
4 *Sunt reijecta huiuſmodi arma à Duelliſtis.*
5 *Quarè, & vndè hoc ſit.*
6 *Etiam in locis, in quibus delatio armorum non eſt probibita, hac arma excepta cenſentur.*
Et delicta cum huiuſmodi armis patrata ferè vbique puniuntur pœna mortis, & affertur ratio ibidem verſ. & delicta.
7 *Deferentes archibuſiettum, ſeu retinentes incurrunt pœnam criminis læſæ maieſtatis, & rebellionis.*
Et vitæ ac confiſcationis bonorum num. 54.
8 *Archibuſietsos deferendi licentiam nemo poteſt concedere, nec legatus à laterè.*
9 *Et neque Barones Status Eccleſiaſtici ſubditis ſuis.*
10 *Excipiuntur Nepotes Pontificis, & Generalis armorum.*
11 *Archibuſiettos poſſunt ipſimet Barones in eorum ſæudis deferre.*
12 *Etiam in terminis Bullæ.*
13 *Præſertim ſi habent omnia regalia.*
14 *Qualitas minoris longitudinis debet probari à Fiſco.*
15 *Et debet de ea conſtare per menſurationem.*
16 *Teſtes deponentes per verbum in circa non probant.*
Imò nec Rei confeſſio attenderetur num. 20. verſ. imò nec ſtaretur, niſi exceſſus à iuſta menſura conſiſteret in magno d. n. 20. verſic. ſed conciliat.
Intellige, vt non habeat locum, quando proceditur contrà contumacem n. 19.
Contrarium, nam poſſunt ſatis eſſe ad torturam tantùm num. 20.
17 *Et nec probant ſi dicunt vidiſſe aliquem deferre tormentum breue, & id benè cognouiſſe.*
18 *Quomodo debent deponere adhoc, vt probent.*
21 *Arma debent menſurari cum palmis de canna, non computata capſa.*
22 *Bulla Pij Quarti contra deferentes archibuſiettos comprahendit etiam eos, qui deferrent pro ſeruitio iuſtitiæ, & ipſoſmet miniſtros iuſtitiæ.*
23 *Tranſitus ſimplex non comprahenditur in banno probibitorio armorum.*
24 *Et ideò Barones, qui de vno fæudo in aliud tranſeunt cum archibuſiettis, non incidunt in pœnam.*
25 *Forenſes deferẽtes arma comprahenduntur in edicto armorum.*
26 *De conſuetudine etiam archibuſium onuſtum per Ciuitatem deferentes debent excuſari ſecundum* Bouadillam.
27 *Vide rationem, & nu. 28.*
29 *Intellige in ijs, qui actu tranſeunt.*
30 *Etiãſi in dicto trãſitu accedunt ad fontẽ, ſeu laniũ.*
31 *Dummodo non ſint certiorati de banno, ſeu moniti ad deponendum arma.*
32 *Et tunc etiam debent officiales vti æquitate erga illos ſecundum* Bouadillam.
33 *Retentio archibuſietti eſt probibita.*
34 *Retentio armorum non puni tur de conſuetudine niſi concurrat etiam aſportio.*
35 *Fallit ſtante banno expreſsè diſponente.*
36 *Sed de facto non ſeruatur etiam in terminis archibuſietti.*
37 *Bannum probibens retentionem armorum non procedit contra retinentem iure pignoris.*
38 *Contrarium vult* Farin.
39 *Nec contra retinentem breui temporis momento.*
40 *Nec contra ignarum.*
41 *Etiamſi neglexerit inueſtigare.*
42 *Quia multoties inimici abſcondunt arma in domo inimici ad nocendum.*
43 *Etiam ſi ignoratia ſit craſſa, & ſupina, & vide caſum ſingularem, & notabilem.*
44 *Etiamſi ſuperueniat ſcientia.*
45 *Nec contra eum, qui cum eſſet abſens fuit introductus ſcloppus in eius domum.*

46 *In-*

46 *Intellige ſi habita ſcientia fecit, quid potuit de leuando.*
Et in hoc Index attendere debet qualitatem perſonarum num.48.
47 *Caupones omnium malorum ſunt complices.*
49 *Innocens non debet puniri pro nocente, nec Pater pro filio,*
Niſi agatur de pœna modica pecuniaria ibidem.
50 *Retinens ſclopum, ligneum, ſeu fictum non comprehenditur in edicto.*
51 *Nec retinens inutilem puta rubigine infectum.*
52 *Impugnatur in hoc* Baiardus à Farinacio, *ſed immerito.*
53 *Nec comprehenditur is, qui non eſt ſubiectus, puta Clericus.*
55 *Minores deferentes archibuſiettos mitiùs puniuntur.*
56 *Archibuſiettos deferentes non poſſunt de facto, & abſque proceſſu, & defenſionibus puniri.*
57 *Et bannum hoc mandans non valeret.*
58 *Poſſet tamen procedi per horas.*
59 *Nec ſi archibuſiettus eſſet ſine rota.*
60 *Nec ſi eſſet imperfectus, ſeù non aptus.*
Contrarium num. 62. Cum ſit prohibita reaptatio ibid.
61 *Praxis faciendi experientiam armorum igneorum circa aptitudinem, & circa onerationem.*
63 *Artifices non poſſunt reaptare, nec fabricare archibuſiettos.*
64 *Arma fabricare, ſeu vendere non eſt licitum ſine licentia Principis.*
65 *Non ſeruatur.*
Reuelare delictum, vel delinquentem, nemo regulariter tenetur nu.65.verſ.ſi non eſſet. Fallit vbi eſt ſtatutum d.num.65.verſ.ſed ſtante, & ita fuit practicatum contra non reuelantem ibid. verſ.& hoc quoque.
66 *Archibuſietti retentionem tenetur, qui ſcit, reuelare vigore bannimentorum, vt in Regno Siciliæ.*

ARchibuſietti, & alia arma hic recenſita inſidioſa, & magis pernicioſa dicuntur à Fa-
1 rin *qu.108.num.52.*& ego adderem *ex Bulla ſ.*
mem.Pij Quarti *in ordin.49.§.1.*& B.Pij Quinti eadem eſſe proditoria, abhominabilia, &
deteſtanda, & quidem dicuntur proditoria ex
2 eo, quia poſſunt occulto deferri, & explodi
ſub pallio, & nemo poteſt ſibi ab huiuſmodi
arma deferrentibus præcauere, ob quam rationem ferè ineuitabilia eſſe dicuntur in *d.Bulla*
Pij Quarti *in princip.* & in terminis ità dicunt
Cutellus *ad leg.Federici cap.109.nota 98.num.1.*
Marius Muta *ad pragm.tit.41. de armis prohibitis num.91.& ſeqq.*& Laur.Matthęù.*de re crim.*
controu.31.num.20. qui plures allegat concor-
3 dantes: & ideò debent penitùs exterminari è
Republica Chriſtiana, & ab omni alia benè
inſtituta Ciuitate, vt fecit ſan.mem. Pius IV.
in *d.eius Bulla 49.* & Federicus in Regno Siciliæ in *d.cap.109.*& monet Bouadill.*politica lib.*
1. cap.13. num.97.& Matthæù *loc.citat.num.19*
Cortiad.*dec.71.num.8. circa finem*, & Cutellus
loc.cit.

Et etiam Duelliſtæ huiuſmodi genus armo-
4 rum reſpuerunt,& in eorum certamine abhor-
rere videntur non ſolùm,quia in taliter cógre-
5 dientibus non poteſt eluceſcere virtus, & ſtre-
nuitas illa,cuius decet viros nobiles,& milites,
ſed etiam, quia videntur velle congredi magis
aliquo furore,& deſperatione perciti,quam ad
propulſandas iniurias, & honoris, & exiſtimationis ſuæ conſeruandæ cauſa, vt ex Alciaro dicit Conradus *templ.omn.Iudic.part.3. concluſ.85.num.11.*

Propterea etiam in locis, in quibus delatio
armorum non eſt prohibita, vt in Cathalonia
teſte Cortiada *d.dec.71.num.4.* illud genus armorum inhoneſtum, falſum,& proditorium,
vt illud appellat Cortiada *ibidem*, exceptum
6 omninò cenſetur, ſecundum Peguer. *deciſ. 59.*
*num.5.*Azeuedo *recopil.lib.6.leg.6. numer.2.* &
Cortiada *d.dec.71. num.4.*

Et delicta cũ hiuſmodi armis patrata vbique ferè locorum puniuntur pęna mortis naturalis non ſolùm ob frequentiam delictorum, quæ ſolent committi cum dictis armis, vt aduertit Foller.*tit. de ictu ſcopittæ num.3.& ſeqq.* quem refert, & ſequitur Muta *loc.cit. num.91.* dicens quod ex frequentia delictorum fieri poteſt delictum capitale, nempè, vt quis capitaliter puniatur, quod alias non eſſet, nec eſſe deberet & citat Bart.&Angel.*in l.1.C.de ſuperexact.* ſed etiam, quia ſunt arma adeò proditoria, ac determinata ad occidendum, vt quandoque, & per viliſſimos, & ferè in omnibus inutiles homines famoſi Equites, & generoſi Milites his maledictis, & diabolica inuentione fabricatis armis, ſcopettis, archibuſijs, ac baliſtis occiduntur, cum rariſſimè tales ictus præuideri poſſint, vt ex Speculat.*tit. de aduocato §. conſequenter*, & Foller. *loc. cit. num.8. & 10.* inquit Muta *vbi proximè num.91. & 92.* ex hoc enim poteſt pœna alterari in plùs, vt ex Salyc. *in l.is qui cum telo Cod.de ſicarijs* ſubdit Muta *ibidem num.62.* qui ex hoc infert cum Muſcatello *tit.de ictu ſcoppittæ nu.24.* quod Iudex hanc pœnam nequit etiam ex cauſa innocare, prout Muſcatellum ſic dicentem Ego retuli in *tit.de homicidio.*

De Archibuſiettis vide *d.Bullam* Pij Quarti
49.in ordin. quę imponit contra deferentes, &
retinentes pœnam criminis læſæ maieſtatis, &
7 rebellionis, & de *d. Bulla* faciunt mentionem
Peguer.*dec.56.num.9.*Farin.*q.108.num.52.* Petrus Gregor.de *Republica lib.9. cap.1. num.19.*
Chartar.*dec.70.num.48.*Mar.Cutell. *de immun.*
lib.1.quæſt.17. nu.4. & his, & alijs relatis Matthæu *de re crim.controu.31.nu.36.*Conciol.*crim.*
reſol.verbo arma reſol.13. per tot. iterùm Cutellus *ad leg.ſiculas Federici cap.109.nota 98. nu.1.*
Muta *ad pragm. tit.41. de armis prohibitis nu.26.*
Franc. *deciſ.379.*Borell.*de magiſtr. lib.3.cap.17.*
8 *num. 23.* & licentiam deferendi dictos archi-
buſiettos nemo poteſt concedere, nec legatus
à latere, vt expreſsè ſtatuit Pius Quartus in
dicta eius Bulla, & dicit Farin. *quæſt.108.num.*

Digitized by Google

123.& conſ.131.in fine Guazz.*de confiſcat.bonor. concl.13.ampl.88.num.2.*

Et neque Barones Status Eccleſiaſtici poſ-
9 ſunt deferendi licentiam dare ſubditis Farin.
quæſt.108.num.58.& ſeqq. Guazzin. *loco citat.*
num.5. qui ſubdit hoc limitari in Generali Di-
10 ctore armorum Status Eccleſiaſtici, in Nepo-
tibus Summi Pontificis, & in Baronibus, qui
habent conſuetudinem pro ſe. Sed aduerte,
quod Bulla prædicta tollit omnem conſuetudi-
nem, & licentias quaſcunque nullas, & inual-
lidas exiſtere ſanciuit.

Quid dicendum quoad ipſos Barones? tan-
git hunc punctum D.Franc.de Vico ad *pragm.*
Sardiniæ lib.2.tit.30.cap. 10. nu.9. & ait non
eſſe à re alienum, quod ipſi ſint compræhenſi
in prohibitione, & citat Frecciam in *ſubfeud.*
& Natta *conſ.613.* At Andreol. *controuerſ.426.*
11 *num.9.& ſeqq.* concludit, quod poſſunt defer-
re in eorum feudis, & ex Farin. *quæſt.108. nu.*
104.inquit procedere etiam in terminis *Bullæ*
12 Pij Quarti, quia in hac parte non eſt in obſer-
uantia,& iſte caſus non eſt compræhenſus in *d.*
Bulla,cũ nulla ſit de eo facta ſpecifica mentio,
prout de neceſsè fieri debeat, quia iſte caſus
egebat ſpeciali diſcuſſione, & ideò cum rema-
neat in diſpoſitione Iuris communis, remanet
etiam indubitatum,quod eis licet omnia arma
in eorum feudis deferre ex doctrina Bald. Af-
flict.Menoch.Decian.Farin.quos citat, præſer-
tim quando Barones non ſunt adinſtar Baro-
num Siciliæ, ſed habent omnia regalia cum
13 omnimoda iuriſdictione, vt ſubdit Andreol.
ibid.num.19. Poteſt addi ratio, quia Baronum
arma, inſtrumenta pacis ſunt, non tumultus:
quo circa nulla eos prohibitio compræhendit,
vt dicit Cutellus *ad leg. Siculas tit.ad leges Fe-*
derici cap. 6. de portatione armorum nota 18. *nu.*
1.fol.mihi 135. Et licet Cutellus *ibid.* excepiat
caſum portationis armorum vetitorum, vt
ſunt cuiuſcunque generis ſclopi,quæ proditio-
nem præſeferunt, latronibus, facinoroſiſque
conueniantes, non autem nobilibus: & exce-
piat caſum, quo cum illis delinquerent, nam
etiamſi armis licitis abuterentur æquum eſſet,
vt qui ſimilem cum Plebe vitam ducunt, pa-
rem ſentiant legum vltionem,vt Summus Pon-
tifex concludit in *cap. recolentes de ſtatu Mona-*
chor. nec enim deriuata à maioribus nobilitas
eos à Plebe ſeparat, ſed diuerſa viuendi ratio.

Attamen in caſu ſimplicis delationis non eſt
recedendum ab opinione Andreoli, nam præ-
dictæ rationes admodum ſtringunt.

De armis igneis, & de origine, & inuen-
tione huius generis armorum, & quot nomi-
nibus nominentur, & vndè denominentur tra-
dit Guibert.Couſtan.*Poliſhoſtor.cap.9.*Zonaras
tom.2. relatus à Maiolo *dieb. Canicular. colloq.*
1. & remiſſiuè ad eos Rouit. *pragm. 1. de iſtu*
ſcopittæ num.1. & latiùs Matthæù *de re crim.*
*controu.31.per tot.*vbi multos recenſet.

Di minor lunghezza di trè pal-mi, cioè oncie dicidotto.

Iſta qualitas debet probari à Fiſco Bertazol.
14 *conſ. crim.461. num.10.lib.2.* Farin. *quæſt.108.*
*num.53.*Ambroſ.*proceſſ.inform.cap. 5.lib.1. nu.*
8.& 11. Conciol.*crim.reſol.verbo arma reſolut.*
*13.num.1.*Burſatt.*conſ.331.num.28. & 42. lib.*
*3.*Ioſeph.Ricc.*de public.Iud.in ſpecie quæſt. 20.*
num.6. Cortiada *dec. 71. num. 25.* Muta *pragm.*
tit.41. de armis num.32.

Et de paruitate debet conſtare per men-
15 ſurationem, & ocularem inſpectionem Guaz-
zin.*reor.defenſ.4.cap.8. num.3.& de confiſ. bon.*
concl.13.ampl. 88. num.15. Muſcatell. *de cognit.*
delict.tit.de prohib.armor.aſport.num.5. & ſeqq.
& Ciazzin.*ad defenſ.reor. diſcep.121. num.9. &*
10. & teſtes deponentes per verbum in circa
16 non probant paruitatem Ciazz. *loc.cit.* Farin.
*qu.108.num.55.*Burſatt. *conſ.48.in fine,& conſ.*
*331.*Cherubin. *ad Bullam* Pij Quarti *in ordin.*
49.Schol.1. Conciol. *crim. reſol. verbo arma re-*
ſol.13.num.2. D.Maſſin.*de confiſc. bonor. qu.8.*
num.20. Andreol.*controu.426. num.23.& ſeqq.*
& nec probant ſi dicant vidiſſe aliquem ge-
17 ſtare tormentum breue, & id benè cognouiſſe
Vermigliol.*conſ.crim.187.num.6.*Andreol.*con-*
trou.426.num.2.& ſeqq. & Conciol. *d.reſol.13.*
*num.3.*poſſunt enim de facile decipi vt ex Bur-
ſatt. Farin.Guazzin.& D. Maſſin. ait Conciol.
d.num.3. propterea teſtes debent iſto caſu di-
18 cere, vidiſſe, tetigiſſe, & menſuraſſe, & men-
ſura facta reperiſſe eſſe minorem duobus pal-
mis, alias non probant, vt docet nos Guazz.
defenſ.4.cap.8.num.4. & D.Maſſin. *de confiſcat.*
bonor. quæſt.8. num. 24. qui citat Muſcatell. &
Ciazzium,addo Cherubin. *loco citato Schol. 2.*
Andreol.*controu.426.nu.24.& ſeq.*& Conciol.
*d.reſol.13.num.4.*probant enim teſtes ſi dicant
menſuraſſe, vel menſurari vidiſſe, vt dicit D.
Sabellus *ſumma diuerſ.tract.5. menſura num. 7.*
*in princ.*etiamſi procedatur per inquiſitionem,
& piſtola non poſſit ſubijci oculis Iudicis, &
iudicialiter menſurari,vt ex Guazz.& Andreol.
inquit Conciol. *loc.cit. num.4.* ſed Cortiada
dec.71.num.25. circa finem ait, quod quando
19 proceditur per inquiſitionem contrà eum,qui
viſus fuit deferre arma prohibita, ſufficit,
quod teſtes deponant ſuper paruitate per ver-
bum *in circa*,& ita obſeruari in Cathalonia te-
ſtatur,& hoc idem ſeruatum fuiſſe Neapoli te-
ſtatur Thor.*compend.dec. p.3. ſect.2.verbo pœna*
aſportationis in fine, & teſtatur etiam D. Sabell.
d.5.menſura, qui ſubdit, quod iſto caſu de faci-
li condemnati obtinent gratiam, vel pœnæ
moderationem.

Verum hęc opinio non videtur admittenda,
niſi ad effectum torturæ, vt dicunt Burgos de
20 *modo proced. ex abrupt. quæſtion.23.numer.237.*
Muſcatell.*loca citat.num.9.*& D.Maſſin. *pariter*
loco citato num.24. alias res eſſet periculo ple-
na,

na. ſi credendum eſſet teſtibus deponentibus per verbum ambigunm, vt diximus.

Imò nec ſtaretur confeſſioni ipſius Rei ſi de paruitate deponeret, & fateretur per verbum *in circa*, vt ait Andreol *d.controuerſ.426. num.28.*

Sed conciliant has opiniones D. Sabellus *d.§.menſura num.7.verſ. iſta igitur opiniones* dicens, quod prima opinio habet locum, quando exceſſus, & receſſus à iuſta menſura conſiſtit in modico, quod per ſimplicem aſpectum non poſſit de facilè percipi à teſtibus: alia verò, & ſic Cortiadæ, & Thori opinio, procedat quando exceſſus conſiſtit in magno; nam ſi teſtes dicant vidiſſe Titium deferre mazzagattum breuionem vnius palmi,& Titius haberet licentiam deferendi archibuſium, non euitaret pœnam impoſitam contra deferentes terzettam. Nam magnus, ac patens eſt exceſſus inter huiuſmodi arma, ac facilè perceptibilis per ſimplicem aſpectum abſque menſuratione, & ideò erit tunc locus pœnæ impoſitæ pro terzettis, & non illæ impoſitæ pro archibuſijs longis, etiamſi menſura terzettarum non fuerit coarctata, & ad hoc citat Bartol. *tract.de teſtib.num.*47.Maſcard. *de probat. concl.* 1047.*num.*1.*&* 2. Muſcatell.*in prax. cognit. delict.tit.de prohibit. armor. aſport. nu.* 20. *&* 21.

Et hæc D. Sabelli eſt optima diſtinctio, & eſt de indubitabili: ſed Cortiada,& Thorus loquuntur de punitione facienda cum pœna impoſita pro mazzagatto, & in his terminis non recedas à firmatis.

Et nota, quod palmi debent eſſe de canna,
21 non computata capſa, vt aſſerit Cherubin.
loco citato Scholio 2. qui hoc deducit *ex bannimentis* Gubernatoris Vrbis *de anno* 1610. *editis* §. 8.

Comprendendo anco li Foraſtieri, e Viandanti, Caualleggieri, e Soldati di Militia.

Bulla Pij Quarti, de qua *ſupra*, comprzhen-
22 dit etiam eos, qui deferrent pro ſeruitio iuſti-
tiæ & ipſoſmet iuſtitiæ Miniſtros, Farin. *conſ.*
131.*in fine, & quæſt.*108.*num.*104. Guazzin. de
*confiſc.bonor.concl.*13. *ampliat.*88. *num.*3.*& defenſ.*29.*cap.*2.*num.*21.D.Maſsin.*de confiſc.quæſt.*
8.*num.*29.& Coneiol. *crim.reſol. verbo arma reſol.*14.*nu.*4.& reddit rationem Muta *ad pragm.*
*tit.*41 *de armis num.*27. quia ſeruitium Iuſtitiæ
non conſiſtit in hoc.

Sed an comprzhendantur illi, qui cum ha-
23 beant licentiam portandi huiuſmodi arma in
certis locis, pertranſeunt cum illis per loca
prohibita, dum accedunt ad loca permiſſa?
reſpondet negatiuè Andreol. *controu.* 426.
*num.*19.*& ſeqq.*& ponit caſum in Barone, qui
24 volens accedere ab vno feudo ad aliud per-
tranſit cum archibuſiettis per Dominium alterius, & dicit, quod per modicam moram, &
per modum tranſitus delatio tanquam momentanea non facit incidere deferentem in pœnam, & citat Burſatt. Bertazol. Baiard. Farin. Guazzin. *locis* per eum *relatis*, addo Ball. *tract.crim.lib.*4.*quæſt.*3. *num.*56. D. Maſsin. de *confiſc.bonor.quæſt.*8.*num.*33. & Conciol. *crim. reſol.verbo arma reſol.*16.*num.*1.

Circà forenſes vide Farin. *quæſt.*108. *nu.*16.
25 *& ſeqq.* vbi citat concordantes, vide etiam
Bouadill. *politica lib.*1. *cap.*13. *num.*68. qui allegat text. *in cap.*1.§.*ſi quis ruſticus tit. de pace tenend.* vbi Afflict. & Doctores *in auth.de armis* gloſ.*in rub.Cod de fabricen.lib.*11.Bart.in *l.*1.*in princ.ff.de vi publ.*Corrad.*templ.omn.Iudic.lib.*1. *cap.*1.§.4.*verbo arma probibet* Conciol. *crim: reſolut.verbo arma reſol.*4. & Bouadilla *ibidem*
26 ait de conſuetudine excuſari forenſes, qui
ſunt in tranſitu, etiamſi deferant archibuſium
onuctum per Ciuitatem, ob rationem, quia
viatores non debent eſſe conſtricti onerare,
27 & exonerare arma in ingreſſu, & egreſſu
cuiuslibet Ciuitatis, ſeu loci populati, & allegat Didac. Perez. *ordin. Caſtell.lib.*8. *tit.*19. *leg.*15. Menoch. *de arbitr. caſ.* 364. *num.* 58. *& ſeq.*& Put.de *ſindicat.verbo tortus cap.*3. *num.*3.
28 & ratio rationis eſt, quia viatores habent præ-
ſumptionem pro ſe, quod arma onuſta deferant ad tuitionem ſui contra latrones, inimicos, & contra animalia noxia, ad tex.in *leg.*1.*ff.ad.leg.Iuliam de vi publica,& in leg. pen. ff. eod.tit.* At Muta ad *pragma. tit.*41. *de armis prohibitis num.*84. vult totum contrarium, nempè, quod forenſis veniens deforis cum ſcopetta, & archibuſio parato debet antè ingreſſum Ianuæ Vrbis, locorum, & terrarum exonerare totam, & archibuſium, nè incidat in pœnam, eſto quod pergat in aliud territorium, quia poteſt deforis ire, & non introire, vel relinquere archibuſium ad portam, & conſignare Cuſtodibus Portarum, & allegat Bertazol. *conſil.* 308. *numer.* 5. in omnem caſum intellige opinionem Bouadillæ procedere ad
29 fauorem eorum, qui ſunt in via, & actu tran-
ſeunt, & etiam ad fauorem eorum, qui tran-
30 ſeundo accedunt ad fontem, ſeu intrant in
lanium, ſeu in alium locum ſimilem, vt explicat Bouadilla *ibidem*, ſecus ſi forenſis per aliquot dies moretur in loco, vel ſit ab ali-
31 quo certioratus de bannimentis, & ſit moni-
tus ad deponendum, & exonerandum arma,
nam tunc non excuſaretur, vt explicat Boua-
32 dill. *ibidem*, qui adhuc monet officiciales ad
vtendum æquitate erga iſtos.

Anco à tenerſi in caſa, ò in bottega, ò in altro qualunque luogo.

Concordant cum diſpoſitione iuris com-
33 munis, vt eſt tex.in *leg.*1.*ff.ad leg.Iul.de vi pu-*
blic. gloſ. Io: de Plat. Carrer. Duenn. Cyrill. Menoch.& his relatis Farin.*quæſt.*108.*num.*38. & concordant cum ſanctione Regni Siciliæ, de qua Muta *pragmat.tit.*41. *de armis num.*20.

& con-

Digitized by Google

& concordant cum diſpoſitione *Bullæ* ſan.me.
Pij Quarti in *ordin.49. §. 1.* ſuper qua Bulla,
vide Guazzin.*de confiſcat.bonor concl.13. ampl.
88.num.10.* Conciol.*crim.reſol.verbo arma reſol.
14. num.2.* & Farin.*d. quæſt.108. num.39.* qui
poſt aliquos, quos citat, inquit, quod de con-
34 ſuetudine non punitur ſola armorum retentio,
niſi concurrat etiam aſportatio: ſed loquitur
in caſu, quo retentio non ſit expreſsè prohibi-
ta in ſtatuto, ſeù banno; etenim data conſtitu-
35 tione expreſsè hoc ſanciente deberent ſeruari,
vt innuit Farin. *ibid.circà finem* Bertazol. *conſ.
73. num.3.* & Afflict. *conſtit. Regni intentionis
num.35.de illicit.portat.armor.* Menoch. *caſ.394.
num.1.verſ.tertius eſt caſus,* & Caluin. *de æqui-
tate lib.2.cap.129.num.27.* Verum etiam poſita
expreſſa prohibitione pœna ordinaria nun-
36 quam imponitur pro ſola retentione, vt in ter-
minis archibuſietti teſtatur Farinac.*loco citato
num.44.in fine,* quem refert Conciol. *dict.reſo-
lut.14.num.2.*

Vlterius aduerte, quod huiuſmodi ſtatutum
recipit plures limitationes.

Primò limitatur, quandò retinentur iure
37 pignoris, vt aduertit Bolognett.*conſ.25. n.13.*
Claud.ad Bertazol.*conſ.74.litt.A.* Burſatt.*dict.
conſil.331. num.46. & 48.* Conciol. *dicta re-
ſol.14. num.2.* ſed non placet Farinacio, qui
38 *ibid. num.42.* fundat ſe in ratione prohibitio-
nis, quæ valdè vrget in contrarium, & nec pla-
cet Mutæ *pragmatic.tit.41.de armis num.26.*

Secundò limitatur, quandò breui temporis
39 momento retinuit, puta, quia amicus venit in
domum, & ſtatim receſſit, Burſatt. *conſ.331.
num.46.lib.3.* Farin.*quæſt.108.num.43.* qui citat
Bertazol.*conſ.217.num.2.& ſeq.* & ibi Adden.
*& conſ.219. per tot. & conſ.173. num. 1. & 6.
lib.1.* idem tenent Roueſcal. *in add.* ad Bald.
conſil. 382. vol.5. Natta *conſil. 136. num. 12.
& ſeqq.* Vrſell.*exam.apum concluſ.143.num.47.
litt.A.* & Conciol.*crim.reſol. verbo arma reſol.
14. num.3.* Nouar. *pragm.4. de armis collect.3.
num.3.* Ricc.*deciſ.209. par.1.* Muta *ad pragmat.
tit.41.de armis prohibitis num.35.* nam verbum
retinere denotat temporis continuationem, &
non poteſt verificari in retẽtione momẽtanea;
benè tamen verum quod Muta *loc.cit.* ait quod
iſto caſu retinens excuſatur ſolu ſi reuelauit.

Tertio limitatur, quando Dominus domus
40 neſcit, ſeù non probatur quod ſciuerit dictam
retentionem, Burſatt. *conſ.331. num.55.* & Fa-
rin. *d.quæſt.108. num.44.* qui ex Burſatto am-
pliat, etiamſi Dominus non fuit diligens in
41 perquirendo, quia nemo debet credere, quod
arma prohibita in domum ſuam introducan-
tur, & ſubdit Farin.*ibi,* ſæpè vidiſſe, quod ini-
42 mici introduxerunt, & abſcondiderunt huiuſ-
modi arma ad nocendum inimico, & quod
fuit in Vrbe ſuſpenſus furca, qui proprium
43 Patrem calumniauerat cum tali peſſimo ſtra-
tagemmate: ampliat Roueſcal.*in add.* ad Bald.
conſ.382.lib.5. vt procedat, etiamſi ignorantia
ſit craſſa, & ſupina, puta, quod ſit prohibita
retentio ſcloppi rotati, & Dominus domus
vidit aliquem in domum ingredi cum ſclop-
po, & cum fune accenſa, nam ſi veriſimiliter
non potuerit videre, an eſſet à rota, non debet
teneri pœna proclamatis, quia attenta fune
accenſa, credere debebat non eſſe à rota, nec
amicum delinquere velle Alex.*conſ.127. nu.11.
vol.4.* & hoc quamuis ſuprauenerit ſcientia,
44 quod erat à rota, quia ex ſcientia ſuperue-
niente non debet puniri, quia hoc caſu initium
eſt ſpectandum gloſ.in *clem.1. verbo ſcienter de
conſanguin.* Crauett. *conſil.6. num.74.* & Bald.
conſ.410.num.5.vol.2. & ſubdit *ibid.* Roueſcal.
idem eſſe dicendum, ſi eſſent delati ſcloppi in
45 domum, dum Dominus eſſet abſens Bald.
conſ.250.num.10.vol.1. vel coactus fuerit illos
in domo recipere Socc. Sen. *conſ.262. num.15.
vol.3.* Cauendum tamen, & aduertendum ait
per quæ verba loquantur proclamata, & quo-
modò ſe declarant, & ſe extendant, & ego cre-
derem, non eſſe excuſandum Dominum, niſi
46 poſt habitam ſcientiam fecerit ex parte ſua
quicquid potuit, vt leuarentur à domo dicta
arma prohibita: & hoc præſertim reſpectu ad
Caupones, Stabularios, & Locanderios, vt
firmat Roueſcal. in *dict.add.* ad Bald.*conſ.382.
lib.5.* inquiens, quod ſi poteſt imputari eis ali-
qua culpa in perquirendo, vel interrogando
diuertentes ad eos, an in valiſijs habeant ar-
ma prohibita, tenentur: ſunt enim, vt ſubdit
Roueſcall.*ibid.* huiuſmodi nebulones, temera-
rij, audaces, & omnium malorum complices,
47 & ideò eſt præſumendum contra eos, & inue-
hit contrà Auguſtinum Caccialupum, & Ga-
ſparem Riſsium Locanderios, quos attenta
eorum qualitate ait poſſe capi, aculeo ſubijci,
& veritatem per omne genus tormentorum ab
eis exquiri, & ſic arbitrium Iudicis verſabitur
48 iuxtà facti, & perſonarum qualitatem, vt ad-
vertit idem Roueſcal.*loc.cit.* alias eſſet punire
ignorantes, quod non eſt dicendum, quia eſt
contrà ius, & contrà phas, & contrà commu-
ne bonum, quod inſons puniantur pro ſonte,
49 vt proſequitur idem Roueſcall.*ibi,* & eſſet pu-
nire vnum pro alio, quod neque eſt dicendum,
vt docet Roueſcall. *loc. cit.* qui hinc ait, non
valere edictum diſponens Patrem teneri pro
filio pœna pecuniaria, dummodò non ſit mo-
dica ob duplicem rationem; primò, quia pœ-
na pecuniaria magna æquiparatur corporali
gloſ.in *leg. hæ operæ ff.de oper. libert.* ſecundò,
quia per indirectum parentes darent pœnas
pro liberis. Sed circà pœnas innocentium pro
noxa nocentum, quandò ſcilicèt debeatur, &
exigatur, vel non, vide *plenum tractatum* Mutij
Chartarij *de legitima ſoluenda per Patrem*.

Quartò limitatur, quandò ſcloppus eſſet li-
50 gneus, ſeù fictus, vt inquit Roueſcall. in *add.*
ad Bald.*conſ.382.* per ea, quæ ſcribit Alex. in
leg. & eleganter §.qui reprobos ff. de pignor. act.
vbi mulier prohibita portare perlas, non pro-
hibetur portare perlas falſas, & facit ratio,
quia in archibuſio ficto, ſeu ligneo ceſſat ratio
pro-

prohibitionis, quæ conſiſtit in potentia offen-
dendi: caueant tamen habere huiuſmodi
ſcloppos, quia poſſunt inde habere moleſtiam,
ſi proceditur per inquiſitionem, & ad atteſta-
tionem teſtium, quorum ſenſus poſſunt decipi,
& Curia non admitteret de facili imputatos
ad probandum fuiſſe fictum, ſeù ligneum.

Quintò limitatur, quandò habens ſclopum
ob ſuperuenientiam prohibitionis ſeparauit
rotam à dicto ſcloppo, & tenuit illam in lo-
51 co, vbi rubigine ità conſumpta eſt, vt inuti-
lis omninò eſſet, cum nec claue circumduci
poſſet, nec ipſa propter rubiginem poſſet præ-
ſtare ignem, etenim iſte caſus non poteſt com-
prehendi in banno, quia ratio propter quam
huiuſmodi arma prohibentur, nempè ne offen-
dant, ceſſat in armis rubigine confectis, & non
aptis; paria enim ſunt non eſſe, vel inutilitèr
eſſe, vt ex Iaſ. in *leg. fin. col. 1. ff. de offic. eius &c. & in leg. quoties ff. qui ſatiſd. cogant.* inquit Ro-
uefcal. in *add.* ad Bald. *dict. conſ.* 382. vbi refert
hunc caſum habuiſſe de facto, & conſentit Fa-
rin. *quaeſt.* 108. *num.* 86. qui citat Bolognett. &
Bertazol. & reprobat Baiard. contrarium di-
52 centem in *add.* ad Clar. *quæſt.* 82. *num.* 79. at Ba-
iard. non meretur reprælendi in caſu ſuo, quia
non loquitur de ſclopo rubigine infecto, ſed
de illo, qui eſt ſine rota, quæ fraudolenter po-
teſt detineri alibi, & ad libitum archibuſietto
adaptari, & ità intelligendus eſt Muta *ad pragm. t. tit.* 41. *num.* 37.

Sextò limitatur, quandò retinens non eſſet
53 ſubiectus Iuriſdictioni ſtatuentis, quales ſunt
Clerici, ſeù familiares Inquiſitorum, vt in ter-
minis reſpondet Rouefcal. *loc. cit. in fine.*

Sotto pena della forca, & altre pene contenute nella Bolla di Pio Quarto.

Bulla Pij Quarti in *ordin.* 49. imponit pœ-
nam criminis læſæ Maieſtatis, & rebellionis, &
54 incurri pœnam vitæ, & confiſcationis bono-
rum propter delationem archibuſietti breuio-
ris menſuræ dicunt Guazzin. *de confiſcat. bo-
nor. concluſ.* 13. *ampl.* 88. *in princ.* D. Maſſin. *de
confiſc. quæſt.* 8. *num.* 2. & 58. Farinac. *quæſt.* 108.
num. 52. vbi vix dictam pœnam euitari poſſe
aſſerit, contrà opinionem Gabriel. teſtantis
conſ. 170. *num.* 4. *lib.* 1. nunquam vidiſſe ſerua-
ri, nam Gabriel conſuluit ante promulgatio-
nem *Bullæ*, & ſequitur Conciol. *crim. reſol. ver-
bo arma reſol.* 14. *num.* 1.

Quæro primò, an minores ob delationem
55 archibuſietti ſint furca ſuſpendendi? Cortia-
da *deciſ.* 71. *num.* 28. dicit, quod non compre-
henduntur, & quod mitiori pœna ſunt punien-
di, & ita apud eum practicatum fuiſſe refert.

Quæro ſecundò, an apprehenſi cum archi-
56 buſiettis ſint ſtatim abſque proceſſu puniendi?
dic quod non, vt ex Farin. *quæſt.* 108. *num.* 65.
dicit Cortiada *dict. deciſ.* 71. *num.* 29. Bertazol.
conſ. crim. 219. *num.* 2. Afflict. *conſt. Regni inten-
tionis num.* 28. & 59. & Muta *ad pragm. tit.* 41.
de armis num. 76. quicquid ſit quoad amiſſio-
nem armorum, quæ abſque proceſſu confiſcan-
tur, vt explicant Bouadilla, & Vela *locis rela-
tis* per Cortiada *ibid.* quibus addendus Muta,
qui loco citato ait, quod quandoque circà
contrauentionem bannorum, quoad pœnas
pecuniarias ſpectantes iuſtitiario, & alijs, ſolet
interloqui ipſis teſtibus receptis, & relationi-
bus Officialium, qui in fragranti ceperunt,
57 quod exequatur bannum. Imò ſi fieret pro-
clama, & bannum, quod reperti cum ſcloppo
rotato breuioris, vel longioris menſuræ, ſta-
tim ſuſpendantur nullis datis defenſionibus,
eſſet omninò nullum, vt reſpondet in terminis
Rouefcal. ad Bald. *conſ.* 382. *lib.* 5. quia tolleret-
ur defenſio, quæ nec diabolo eſt deneganda;
poteſt enim talis repertus tale quid dicere,
propter quod non ſuſpenderetur: poſſet tamen
58 procedi per horas, ad tradita à D. Carol. Ant.
de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 520. *per
totum.*

Quæro tertiò, an prædicta pœna imponatur,
59 tur, etiamſi archibuſiettus ſit ſine rota? dic
quod non, ex doctrina, & auctoritate Bolo-
gnetti *conſ.* 25. *num.* 24. Bonacoſſ. *queſt. crim. par.*
2. *verbo ſtatutum* Ball. *variar. lib.* 3. *caſ.* 6. *num.* 1.
Farin. *quæſt.* 108. *num.* 86. Cyriac. *controu.* 310.
num. 134. D. Maſſin. *de confiſc. bonor. quæſt.* 8.
num. 31. Conciol. *reſol.* 15. *num.* 2. *verbo arma*,
Ricc. *deciſ.* 93. *num.* 1. *par.* 1. & *deciſ.* 19. *par.* 3.
Nouar. *pragm.* 22. *de armis collect.* 7. *num.* 7. & 8.
Ioſeph Ricc. *de publ. Iudic. in ſpecie quæſt.* 20.
num. 8. & Cortiada *d. deciſ.* 71. *num.* 27.

Idem ſi non conſtat, quod ſit perfectus, &
60 aptus ad uſum Bolognett. *d. conſ.* 25. *num.* 24.
Bertazol. *conſ.* 74. *num.* 12. vbi Add. *litt.* C. Farin.
d. quæſt. 108. *num.* 86. Guazzin. *tcor. defenſ.* 4. *cap.*
8. *num.* 4. Cyriac. *d. controu.* 310. *nu.* 154. D. Maſ-
ſin. *loc. cit. num.* 29. Danza *de pugna Doctor. tom.*
1. *cap.* 3. *de remiſſ. cauſar. num.* 3. D. Carol. Petra
vitu 68. *num.* 4. *in fine* Coſta, & Caluin. *locis re-
latis* à Conciol. *d. reſol.* 15. *num.* 3.

Ideo cauti Iudices ſolent adhibere peritos
61 ad habendam relationem, quod archibuſiet-
tus, ſeù ſimile genus armorum habet omnia
inſtrumenta requiſita, & quod eſt aptus, &
idoneus ad explodendum, & poſtmodum fa-
ciunt præſente ipſo Reo extrahere ex canna,
ſeù fiſtula puluerem, & pilas, & omnia faciunt
coram teſtibus, & ipſo Reo annotare in
proceſſu, vt docent Ambroſin. *proceſſ. inform.
lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 11. Conciol. *verbo arma reſolut.*
12. *num.* 2. qui citat Corrad. Guazzin. & D. Maſ-
ſin. & practici ſoliti ſunt interrogare etiam
peritos, vt dicant an puluis nitratus, quo fuit
repertus onuſtus archibuſius, ſit ſufficiens ad
extrahendum pilas plumbeas intus eandem
fiſtulam terream repertas. Sed prædicta poſ-
ſunt habere locum in archibuſijs iuſtæ menſu-
ræ, at non in archibuſiettis, nam in iſtis cum
ſit prohibita etiam reaptatio vigore bannimen-
meu-

Digitized by Google

62 mentorum, non eſt neceſſarium, quod conſtet de perfectione, & aliis, de quibus *ſuprà*, vt pluribus argumentis probat in terminis Cortiada *decıſ.71.num.77.* Vide eum, & cogita in facti contingentia, quia dura eſt hæc opinio, niſi intelligatur iuxtà terminos in quibus loquitur Baiard.ad Clar.*quæſt.82.num.79.*& in ſtatu Eccleſiaſtico dictæ diligentiæ ſunt omninò neceſſariæ ex dictis ſupra *num.36.*

Fare, ò acconciare ſimili archibuggietti.

Simile bannimentum eſt in Vrbe teſte Fari-
63 nacio *quæſt.*108.*num.*37.in quo prohibetur fabricatio, venditio, reaptatio ſtilletti, baleſtrinæ, & archibuſietti: & in Hiſpania, teſte Bouadill.*politica lib.*2.*cap.*13.*nu.*97. & Didac.Perez *ordin,Caſtell.l.b.8.tit.19.leg.51.gloſ. en Toblado*:in Cathalonia Cortiada *deciſ.71.num.27. poſt medium*: in Portugalia Benedic. Pereyra *de academia ſiuè Republ. litteraria lib.3. de privilegijs quæſt.13.num.*481. in Regno Siciliæ, vt inquit Muta *in pragmat.tit.41. de armis prohibitis num.*22.*&*.31.

De iure communi non eſt licitum mercari,
64 & fabricare arma ſine Principis licentia, vt per tex. in *auth. de armis* §.*prohibemus*, & pèr Bart.Io: de Plat. Plach. Scaglion. Marſil. Decian.Menoch.& alios inquit Farin. *dict.quæſt.*108. *num.*35. at de conſuetudine non ſeruatur,
65 niſi in locis extet indiuidua, & ſpecialis prohibitio, vt aduertit Farin. *ibid. num.36. & 37.* qui *in fine* ſubdit nunquam vidiſſe pœnam corporalem impoſitam prò ſola venditione, & reaptatione ſtilletti non obſtante *Bulla* Beati Pij Quinti.

Ordinando à detti Maeſtri, che debbano denunciare alla Corte chi gli portarà, ò hauerà portate tali armi ad acconciare.

Si non eſſet ſpecialitèr prouiſum circà huiuſmodi denunciationē, non eſſent de iure puniendi artifices non denunciantes: regula enim communis, & trita eſt, quod nemo tenetur reuelare delictum, ſeù delinquentem, vt eſt tex. in *leg. 1. §. ſi tibi ff. de condit. ob turp. cauſ.* Iaſ.Bald. Hoſtien. Diaz, Bertazol.Bonacoſſ.*loc.relatis* à Farinac.*quæſt.*51. *num.*12. ſed ſtante hac ſpeciali prouiſione artifices non poſſunt denunciationem abſque pœna onimittere ex ijs, quæ dicit Farin.*ibid. num.*19.

Chiunque ſaperà, che alcuno teneſſe,

Et hoc quoque exorbitat à iure communi,& fuit exequutum tempore meo contrà quemdam Leontium Cauponem in hoſpitio tigræ, ſed iſte non ſolum tacuit, ſed etiam occultauit in Cella Vinaria piſtolam breuioris menſuræ, & quod plus eſt, aliquando cum illa appenſa ad latus fuit viſus extrà hoſpitium.

In Regno Siciliæ adeſt pragmatica contrà
66 ſcientes, & non reuelantes eum, qui retinet hoc genus armorum, vt refert Ioſeph Ricc. *de publ.Ind e. in ſpecie quæſt.20. num.23. verſ. circà verò ſcoppettones*, & Muta *ad pragm. tit.* 41. *de armis num.* 21.

Cap. XXIV. §. VI.

Li ſtilletti, pugnali corti, ò coltelli (non comprendendo coltelli da tagliar pane, i quali peró ſiano ſpuntati, e non ſiano di maggior longhezza d'vn palmo) minori di trè palmi non ſpuntati ſono, e ſarano aſſolutamente prohibiti à portarſi dentro à queſta legatione, come nella Bolla di Pio Quinto di ſan.mem. ſotto le pene impoſte di ſopra per gl'archibugetti, la qual pena hauerà luogo contro li priuilegiati, & anco Foraſtieri, e Viandanti ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſsima.

SVMMARIVM.

1 *Bulla Pij IV. contrà deferentes archibuſiettos fuit à B Pio V. extenſa ad deferentes, & retinentes ſtillettos, & cultros.*
2 *Sed non fuit vſu recepta reſpectu ad retentionem quoad pœnam corporalem.*
4 *Et nec reſpectu ad delationem quoad pœnam mortis, & confiſcationis bonorum.*
5 *Deferens pugionem fuit in Ciuitate Peruſij furcæ ſuſpenſus.*
Bannimenta non prohibent retentionem ſtilletti, & in omnem caſum recipiunt interpretationem, quam recipit Bulla, num.3.
6 *Pragmatica contrà deferentes ſtillettos extat Neapoli.*
7 *Et comprehendit deferentes cultros duorum palmorum.*

1 Bulla Pij Quarti, in qua prohibetur delatio, & retentio archibuſietti, fuit per B. Pium V. *conſt.*145. *in ord.* extenſa ad deferentes, & retinentes ſtillettos, & cultros minores trium palmorum, ſed *dicta Bulla* non fuit vſu
2 recepta, quoad retentionem, ſaltem quoad pœnam corporalem Farin. *quæſt.*108. *num.*41.

Guaz-

Guazzin. *de conſiſc. bonor. concluſ.13 ampl. 88. num.*10. & Conciol. *crimin. reſol.. verbo arma reſol.14.num.2.*

Bannimenta noſtra non faciunt mentionem explicitam de retentione ſtilletti, ſed poteſt dici quod comprehendant dictam retentionem ex verbis, *come nella Bolla di Pio Quinto*, dum enim ſe referunt *ad Bullam* cenſentur approbare omnia contenta *in eadem Bulla*: attamen tenendum, quod prohibeant ſolum dela-
3 tionem cum eodem rigore, cum quo prohibet Bulla, & in omnem caſum bãnimenta in hacparte non eſſent attendẽda prout de Bulla dicunt Farin. & alij Doctores citati.

Imò *prædicta Bulla* nec pro delatione fuit vſu recepta quoad mortem, & confiſcationem
4 bonorum, vt ex Guazzin. Farin. & Baiard. dicit Conciol. *loc. cit. reſol.17. per tot.* quamuis
5 Peruſiæ deferens pugionem fuerit furca ſuſpenſus, teſte Honded. *conſ.93. num.28. lib.2.*

Pragmaticam ſimilem prohibentem dela-
6 tionem ſtillettorum, et pugionum refert Nouar. *pragm.14.de armis collect.6.num.3.* et Ricc.
7 *deciſ.122. par.1.* vbi quod dicta pragmatica compræhendit eos, qui deferunt cultellos duorum palmorum.

Cap. XXIV. §. VII. vſque ad XXIX.

Le piſtole di miſura d'oncie diciotto s'intendano prohibite à portarſi per la Città, nelle Chieſe, Caſtelli, & altri luoghi murati, e nelli mercati, e feſte di balli coperte, e cariche ſotto pena della morte.

§. 8. Et iſcoperte, però cariche, in detti luoghi ſono prohibite ſotto l'iſteſſa pena, ſe la perſona ſarà ſolita far delitti, ò ſoſpetta di far male, e ſe non ſarà tale ſotto pena di cẽto ſcudi, & dieci anni di galea.

§. 9. E chi nelli detti luoghi le porterà ſcariche, però con la ruota, ò acciarino sù al ſuo luogo, incorrerà nella pena di cento ſcudi, e cinque anni di galea ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſsima.

§. 10. E chi le portarà cariche nel Contado, ò diſtretto fuori delle Chieſe, Caſtelli, mercati, luoghi murati, e feſte da balli caderà in pena di ſcudi 200. e della galea per cinque anni, ò dell'eſilio in luogo della galea.

§. 11. E ſcariche, però con la ruota, ò acciarino sù al ſuo luogo, caderà in pena di cento ſcudi, e di trè tratti di corda, ò della prigionia per vn meſe ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima.

§. 12. L'archibugio longo à ruota, ò da acciarino ſarà prohibito portarſi carico nella Città, Chieſe, Caſtelli, & altri luoghi murati, mercati, e feſte da ballo ſotto pena della galea per dieci anni, da eſtenderſi ſino alla morte in perſona ſoſpetta, ad arbitrio come di ſopra.

§. 13. E ſe non ſarà carico, mà però con la ruota, ò acciarino sù al ſuo luogo di 200. ſcudi, e trè tratti di corda.

§. 14. Mà fuori della Città, e di detti luoghi ſarà prohibito il portarſi carico ſotto l'iſteſſa pena, e ſcarico, mà con la ruota, ò acciarino al ſuo luogo ſotto pena di ſcudi 50. e trè tratti di corda.

§. 15. L'archibugio da fuoco ſarà prohibito à portarſi carico dentro la Città, Chieſe, o Caſtelli, e luoghi murati, e sù le feſte, e mercati con la corda acceſa ſotto la pena di ſcudi 200. e trè tratti di corda.

§. 16. Mà ſe con la corda eſtinta ſotto la pena di ſcudi cento.

§. 17. Et nel Contado pure carico à Contadini ſotto pena di ſcudi 25. ò di trè tratti di corda.

§. 18. Dichiarando, che gl'archibugi, ò piſtole s'intendono cariche ad effetto della pena ordinaria, quando dentro vi ſarà la poluere con altra materia baſteuole ad occidere, ò che il delatore, ò compagno haueſſero tal materia in pronto, ancorche la ruota non ſia tirata sù.

§. 19. Et quanto alla pena ſtraordinaria, quando ſi fuſſe ſemplicemente leuata la ruota, ò acciarino, mentre l'archibugio fuſſe carico dentro, la qual pena ſarà inferiore all'ordinaria poſta di ſopra ſecondo li caſi ad arbitrio di S. S.Illuſtriſſima.

§. 20. Dichiarando, che fuori della Citta, e luoghi ſottopoſti à queſta Legatione, non ſarà lecito à Foraſtieri portare nè le ſudette piſtole di miſura, nè archibugi longhi, quantunque da fuoco, nè altre qualſiuoglino armi di ſotto poſte; mà che ancor eſſi ſaranno puniti con le pene del preſente bando, eccettuando ſolo li foreſtieri veramente viandanti, e come à baſſo.

§. 21. Et perche Sua Signoria Illuſtriſſima non vuole, nè intende, che ne le piſtole, nè altre arme di ſopra ſpecificate da foraſtieri, quantunque anco viandanti ſiano portate dentro la Città; però dichiara eſpreſſamente, che ancor eſſi ſono compreſi ſotto l'isteſſa prohibitione, e contrauenendo ſaranno puniti con le ſudette pene ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima, & à fine, che non poſſino allegare, nè pretendere ignoranza, ordina à tutti l'Capitani, Gabellini, e Chiauieri delle Porte, che debbano notificare à tutti li foraſtieri la preſente prohibitione, e far laſciar le piſtole, e gl'archibugi, ò altr'armi alla Porta, doue entraranno per farle portare all'altra Porta, per la quale voranno vſcire, & ſe voleſſero reſtare in Bologna per qualche giorno le debbano conſegnare tutte riſpetto à gl'archibugi, ò piſtole ſcariche affatto, e con le ruote, ò acciarini tolti giù al Caponotaro del Torrone, che le reſtituerà, quando detti foraſtieri voranno partirſi, le quali all'hora nel iſteſſo modo detto di ſopra ſi doueranno portar alla Porta, per la quale voranno partire detti foraſtieri pur ſcariche, ſotto pena à detti Capitani, &c. di ſcudi cento.

§. 22. E l'iſteſſa pena incorreranno gl'Oſti, Tauernieri, Cameranti, & altri, doue alloggieranno detti foraſtieri, ſe non gli notificheranno la preſente prohibitione, e non portaranno, ò conſegnaranno dette armi come ſopra.

§. 23. E nondimeno li foraſtieri, auenga, che allegaſſero non eſſere ſtati auertiti, come di ſopra, ſe non laſcieranno le armi ſudette incorreranno nelle pene à ſudditi di ſopra impoſte ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima.

§. 24. E chi abbaſſerà, ò ſcaricherà archibugio, ò piſtola, di qualunque ſorte, ſe bene non feriſe, ò non pigliaſſe fuoco caderà nelle pene reſpettiuamente poſte di ſopra ſotto al Capitolo dell'homicidio.

§. 25. Tutti quelli della Città, Contado, ò diſtretto di Bologna, quali haueranno hauuta licenza di portar archibugio tanto nell'andare, quando nel ritornare di fuori, mentre ſaranno nella Città doueranno portare detti archibugi ſcoperti, e ſcarichi ſenza ruota, ò acciarino.

§. 26. Et il ſimile fare nelli Caſtelli, & altri luoghi murati, nè poſſano rimettere la ruota, ne gl'acciarini sù gl'archibugi, nè caricarli ſe non dopò partiti da detti luoghi.

§. 27.

§. 27 Mà nelle Chieſe, ne Balli, e Mercati non li potranno portare etiam ſcarichi, e ſenza ruota, ò acciarino ſotto pena di ſcudi 50. e trè tratti di corda.

§. 28. Dichiarando, che qualſiuoglia priuilegio, ò licenza, che ſi haueſſe di portar armi, uon ſuffraghi maſsimamente riſpetto à gl'archibugi nelle Chieſe, feſte di balli, mercati, Caſtelli, & altri luoghi murati, anzi ſiano, e s'intendano nulle, grauando li Maſſari, e Meſtrali ſotto le pene impoſte à delatori di dette armi à denunciare. e pigliar quelli, che contrauerranno.

§. 29. E li Sonatori, e Padroni delle feſte, ò Capi de balli, ſubito che vedranno tal'armi, doueranno ceſsare, ò far che ſi reſti di ſonare ſotto l'iſteſse pene.

SVMMARIVM.

1 *Explicatur bannum armorum.*
2 *Rixæ occaſio datur de facili, vbi adeſt concurſus hominum.*
3 *Armorum delatio in loco, vbi adeſt hominũ concurſus, eſt mali exempli.*
4 *Arma ignea debent per Ciuitatem, & loca murata in eundo, & redendo ferri ſine focile, & vacua Bononiæ vigore bannimentorum, & Neapoli vigore pragmaticæ.*
5 Zuccar. deciſ. lucen.6.*dicit contrarium.*
6 *Sed non procedit ſtante banno.*
7 *Arma ignea deferri debent per Ciuitatem vacua: ſi ſunt ad vaginam, debent deferri ligata.*
8 *Ligatura debet eſſe talis, quæ ad libitum non poſſit diſſolui.*
9 *Archibuſium deferens onuſtum ex eo, quia non potuit exonerare non debet puniri.*
10 *Intellige vt explicatur hic.*
11 *Archibuſium accipiens è damo ſua, vel aliena, ſeu è manu alterius ad inſultandum corrixantẽ, & ſtatim reuertitur, non punitur.*
12 *Arma non debent deferri occulta.*
13 *Et quare, & nu.34.*
14 *Delinquere ſoliti habent contrà ſe præſumptionem.*
15 *Deferentes arma dicuntur habere malum animum.*
16 *Semel malus, ſemper malus.*
17 *Leuitas deferentis arma ad oſtentationẽ debet puniri ob contemptum legis.*
18 *Mitiùs tamen, & quare.*
19 *Deferens piſtolam exoneratam intùs Ciuitatem punitur pœna triremium: intellige ſi eſt intus onuſta, vel deferens habet promptam, & penès ſe munitionem.*
20 *Vel ſaltem continuò cum piſtola exonerata incederet in contemptum iuſtitiæ.*
21 *Deferens archibuſium non onuſtum debet aliqua pena puniri.*
22 *Dummodò non ſit imperfectus.*
23 *Archibuſij quomodo debent deferri, adhoc, vt delatio ſit impunita.*
24 *Deferens arma ſine licentia contemnit ſuperiorem, & malum animum habere dicitur.*
25 *Maximè in laco populato.*
26 *Arma non prohibita poſſunt deferri in Campanea.*
27 Secùs *intus habitatum, & in Patria.*
28 *Deferens archibuſium onuſtum intus, ſed cum rota dimiſſa per Ciuitatem Bononiæ fuit furca ſuſpenſus.*
29 *Archibuſius vulgo à miccio comprahenditur in banno, etiamſi non ſit facta mentio in ſpecie, & ità fuit deciſum.*
30 *Sed ad meliùs eſſe caſus eſt hic ſpecificatus.*
31 *Forenſes debent certiorari de banna armorum ad hoc, vt incurrant pœnam banni.*
32 *Caupones, quanda non notificant debent teneri de armis illatis in hoſpitium remiſſiuè.*
33 *Archibuſiatam explodens aduerſus aliquem, qua pœna debeat teneri remiſſiuè.*
34 *Licentia deferendi arma debet eſſe expreſſa, & in ſcriptis.*
35 *Suffragatur conniuentibus oculis.*
36 *Etiamſi Officialis non habeat facultatem.*
37 *Licentia data pro ſe, & duobus ſocijs, quomodo intelligenda.*
38 *Et an ſocij poſſint incedere ſeparatim à principali remiſſiuè.*
39 *Archibuſius exoneratus, & ſine rota, ſeu acciarino habetur pro baculo.*
40 *Arma non poſſunt ferri ad præſentiam Poteſtatis.*
41 *Nec in Palatio Principis.*
42 *Intellige vt dicitur hic. & nu. 45.*
43 *Et nec in Eccleſia.*
44 *Non procedit hoc in delatione enſis.*
Arma ferri in tripudijs prohibetur, etiam in dominio Mediolanenſi nu. 47
46 *Armis ſpoliari in Eccleſia. an quis poſſit à Miniſtris fori Sæcularis remiſſiuè.*
48 *Arma in terra ad pedes multorum reperta cuius eſſe præſumantur, & an debeant omnes abſolui, vel condemnari ibidem.*
49 *Arma deferens ex priuilegio poteſt in quolibet loco etiam vetito deferre.*

Le piſtole di miſura d'oncie dicidotto s'intendono prohibite à portarſi per la Città, nelle Chieſe, Caſtelli, &c.

1 Aduerte, quod hic ſubintelligitur clauſula, non obſtante licentia, nam abſque licentia nemini licet deferre arma, vt fuit in principio huius capitali diſpoſitum, & ſic illi, qui habent licentiam, poſſunt deferre piſtolam exceptis locis in *hoc.* §. ſpecificatis, & ratio huiuſmodi exceptionis eſt, quia vbi ad
2 eſt concurſus hominum, de facili datur occaſio rixæ: & vlterius datur alijs anſa ſcandali,
3 & mali exempli, quod videtur innuere in ſimili ſanctione Muta *ad pragm. tit. 41. de armis prohibitis num. 81.* vide Didac-Perez. *ordin. Caſtell. lib. 8. tit. 19. leg. 91. gloſ. en poblado*, & Bouadill. *politica lib. 1. cap. 13. num. 97.*

Et ob hanc rationem Neapoli, vt hic, extat
4 ſancitum, quod arma ignea deferantur per Ciuitatem, & loca murata, tam in eundo, quàm in redeundo ſine fucile, & vacua, vt refert Nouar. *pragm. 6. de armis collect. 4. num. 1.*
5 & vbi extat tale bannum, non iuuaret deciſio Zuccar. *dec. lucen. 6.* quam refert Nouar. *loc. cit. num. 6.* & Vaſſall. *grauam. 323. num. 6.* dicentis licere deferre arma per Ciuitatem in diſceſſu,
6 etenim, ſi ſunt ad ignem, debent deferri va-
7 cua, & ſi ſunt ad vaginam, debent deferri ligata ad tex. in *cap. 1. §. mercator negotiandi cauſa tit. de pace tenen. in feud.* Iaſ. Bald. Alex. Corrad. Plach. & alij relati à Bouadilla *politica lib. 1. cap. 13. nu. 71.* & Baiard. Decian. Menoch. Farin. *locis relatis* à Conciol. *crim. reſol. 1. verbo*
8 *arma num. 1.* qui ait, quod tunc ligatura debet eſſe talis, quæ ad libitum non poſſit diſſolui, & hoc aduertit etiam Borell. *de magiſtr. lib. 3. cap. 17. nu. 38.* aduertendum tamen, quod Zuccar. *loco citat.* firmat concluſionem in terminis Iuris communis, nam tempore, quo Ruſticus fuit captus non erat publicatum edictum, quo prohibebatur delatio armorum intus Ciuitatem: innuens quod contrarium fuiſſet deciſum, ſi fuiſſet publicatum, prout poſt ſex dies à die capturæ fuit publicatum præfatum edictum prohibitorium.

Fallit tamen regula pluribus modis, primo
9 quando is, qui dum intrat redeundo Ciuitatem, ſeu Terram, aſportat ſcopettam onuſtam, eo quia illam exonerare non valuit, puta quia punctillus non ſubſiſtebat, vel quia fucile erat aqua vel aliter labefactum, vel ex legitima aliqua cauſa, vt dicit Nouar. *loco cit. nu. 5.* qui ita fuiſſe iudicatum refert *ibidem*. Verum
10 qui poteſt leuare, & auferre cartellam, ſeu rotam, & fucile è canna, debet hoc modo ſe, & Curiam cautelare, alias non eſſet abſque omni culpa.

Secundò fallit in eo, qui per momentum arma defert per Ciuitatem, nam delatio ſi ſit momentanea non attenditur, puta quod quis ad inſultandum inimicum accipiat archibu-
11 ſium de domo ſua, vel aliena, & cum illo vadit extra domum, ſed ſtatim reuertitur, vt ex Bertazol. Baiard. Farinac. Guazzin. Ball. D. Maſſiu. Andreol. firmat Conciol. *crim. reſol. 16. num. 1. verbo arma*, ſed circa hoc vide quod dixi *hoc capitulo* §. 1. *num. 46. & 47.*

Tertio fallit in eo, qui in impetu rixæ arma accipit è manu alterius, Caball. *crim. reſol. 62. in fine*.

Quartò fallit in eo, qui exit è domo cum armis ad ſedandum rumorem in ſtrata publica Bertazol. *conſ. 132.* & ex eo Ballus *var. lib. 4. qu. 3. nu. 56.*

Coperte.

Et his verbis videtur improbari ratio ſcan-
12 dali, & mali exempli per nos proximè adducta, ſed meo credere non improbatur illa, at pernicioſior habetur alia, ex qua poteſt oriri,
13 & deriuari proditio, & non præcautio reſpectu aliorum, qui ex occultatione armorum poſſunt de facili venire ad contentionem, ad quam non venirent, ſi viderent arma, & propterea à Pio Quarto in *Bulla 49.* & à B. Pio Quinto in *Bulla 145.* arma, quæ occulto deferri poſſunt, dicuntur eſſe ad necem inſerendam aptiora, & ferè ineuitabilia.

Se la perſona ſarà ſolita à far delitti, ò ſoſpetta di far male.

Optima eſt hæc diſtinctio, nam ſoliti de-
14 linquere ſemper habent contra ſe præſumptionem, vt per tex. in *l. ſi cui* §. 1. *ff. de accuſat. & in l. non omnes* §. *à barbaris ff. de re militar.* inquit Farin. *quæſt. 23. num. 20.* & ideò ſiuè deferant arma abſcondita, ſiuè eadem deferant
15 viſibilia, ſemper dicuntur habere malum animum, quia ſemel malus ſemper præſumitur in
16 futurum eſſe talis *cap. ſemel malus* vbi gloſ. & Dyn. *de reg. Iur. in 6. leg. 2 ff de ſenat. & d.* §. *à Barbaris* cum alijs Iuribus relatis à Farin. *loco citato num. 21.* Alij verò, qui non ſunt ſoliti delinquere, ſolùm præſumuntur habere malum animum, ſi arma deferant abſcondita, non verò ſi habeant viſibilia, quia illa viſibilitas oſtendit potiùs leuitatem, & oſtentationem, quam prauitatem animi deferentis; &
17 iſta leuitas debet puniri propter contemptum
18 legis, ſed mitiùs, quia non concurrit, nec vnitur cum contemptu etiam animus lædendi alium vt innuit Taſſonus *de antefato verſ. 12. obſeru. 1. num. 128.* & facit etiam Bouadill. *politica lib. 1. cap. 13. num. 119.* ſed ad propoſitum noſtrum magis facit tex. *in cap. 1.* §. *mercator*

nego-

negociandi de pace tenenda eiuſque violatoribus in feud.

Aduertendum obiter, quod rixoſis, manu promptis, & ſolitis delinquere, non debet dari licentia deferendi arma, imò quandoque ipſi compelluntur dare fideiuſſorem de non deferendo arma, vt dicit Caluin. de *æquitat. par. 2. cap. 129. ſub num. 30. verſ. ex qua concluſione*, qui ſubdit *num. 31.* quod pœna talis fideiuſſionis non incurritur, ſi prohibitus deferat arma in itinere, et in villis, et quod ita fuit per Senatum deciſum *die 18. Iunij 1629.* ad fauorem cuiuſdam fideiuſſoris, qui cum principale promiſerat illum non delaturum arma.

Chi nelli detti luoghi le porterà ſcariche, però con la ruota, ò acciarino sù al ſuo luogo.

Debet ſuppleri *iſte* §. nempè, vt intelliga-
19 tur procedere, quando piſtola eſſet intùs onu-
ſta, tunc enim intraret pœna triremium, quia
de facili poteſt eleuari rota, & poni puluis in
focone, & propter iſtam facilitatem, & po-
tentiam tedendi arma ad actum offenſionis
deferens debet tali pœna puniri, aliàs enim
eſſet diſpoſitio nimis rigoroſa, & ferè iniqua,
niſi ſaltem ſupponatur, quod deferens talem
piſtolam habeat penès ſe puluerem, & pilas
plumbeas, & quidem ità explicant banni-
menta *inferius* §. 18. vel debet intelligi, vt pro-
cedat, quando, vt plurimum quis incederet
20 per loca vetita cum armis vacuis, & diſcari-
catis, quia tunc continua, & affectata delatio
redoleret contemptum iuſtitiæ, & legis, &
propter dictum contemptum, deferens eſſet
puniendus Decian. *tract. crim. lib. 8. cap. 3. num. 56.* Farin. *qu.* 108. *num. 84.* Vrſell. *exam. apum concl. 143. num. 85.* Menoch. *de arbitr. caſ. 394. num. 31. in add.* Conciol. *crim. reſol. verbo arma reſol. 1. num. 2.* & Bouadill. *politica lib. 1. cap. 13. num. 71.*

Verum quod indiſtinctè deferens archi-
21 buſium non onuſtum, debeat aliqua pœna
puniri, ait Vrſell. *examen apum concl. 143. nu. 86. litt. A.* & admittit etiam Conciol. *loc. cit. reſol. 15. num. 1.* (dummodo archibuſius non
22 ſit imperfectus) & eo magis ſi eſſet onuſtus
cum ſolo puluere abſque pilis plumbeis Thor.
Cod. rer. indic. caſ. 60. num. 173. Ad effectum igi-
tur, quod huiuſmodi arma ignea poſſint de-
ferri impunè per Ciuitatem, & loca murata
23 ad vendendum, reaptandum, & ſimilem alium
caſum, debent eſſe abſque focile, incompta,
& abſque nitrati pulueris, & glandum muni-
mine, vt in terminis *pragm. Regni Neapolis* ait
D. Carol. Petra *Magn. Cur. ritu 68. nu. 4.* & ſub-
dit eſſe *dictam pragm.* conformem Iuri commu-
ni, prout dicunt Bertazol. *conſ. 74. nu. 12. lib. 1.*
& Danza *de pugna Doctor. tom. 1. tit. de remiſſ. cauſ. cap. 3.*

Chi le porterà cariche nel Contado, ò diſtretto.

Supple ſine licentia legitima, nam qui non
habet licenriam, & audet deferre arma, non
24 ſolum contemnit ſuperiorem, eiuſque legem
ad tradira per Taſſonum *de antefat. verſ. 12. obſeru. 1. num.* 128. ſed præſumitur etiam cum
malo animo, & mala intentione deferre, ma-
25 ximè in loco populato, Bouadill. *politica lib. 1. cap. 13. num. 98.* qui citat Didac. Perez. *ordin. Caſtell. lib. 8. tit. 19. leg. 51. gloſa en plobado* : &
quod deferens arma regulariter præſumatur
habere malum animum, & contra eundem
oriatur inditium, firmant Ricc. *deciſ. 19. num. 2. part. 3.* Viu. *deciſ.* 282. & Nouar. *collect. ad pragmatic. de armis rubric. collect. 1. num. 10.*

Dicit Nouar. *Vaſſall. gran. 323. num. 5.* quod
extrà habitatum licitum eſt deferre arma non
26 prohibita à pragmatica, quia quando quis
vadit in campaneam, & ſic extra habitatum,
licitè arma defert *l. 1. ff. ad leg. Iul. de vi public.*
Bertazol. *conſ. crim. 46.* Graſſ. *Cleric. effect. 20. num. 23.* ſubdens, quod intùs habitatum, &
27 præſertim in Patria propria nemo poteſt ar-
ma portare: debet tamen intelligi de armis,
quæ poſſunt deferri ex permiſſione expreſſa,
vel tacita Principis, nàm ſine licentia hodiè
nullum genus armorum permittitur ad tex. in
l. armorum ff. de verb. ſignif. §. prohibemus Auth. de armis clem. 1. §. quia verò de ſtatu monach. vbi
gloſ. *verbo arma*.

L'archibuggio longo à ruota, &c. da eſtenderſi ſino alla morte in perſona ſuſpetta.

Scio quod aliquando fuit extenſum arbi-
triũ vſque ab mortem incluſiuè contrà quen-
28 dam famulum repertum per Ciuitatem ince-
dentem cum archibuſio onuſto intùs; ſed cum
rota dimiſſa vulgo *Scroccata*, & fuit magna
reſolutio, quia ex proceſſu non reſultabat de
mala qualitate eiuſdem.

Fuit dubitatum alias, an in prohibitione fa-
cta de archibuſio ad rotam compræhendatur
etiam archibuſius, vt vulgo dicitur *à miccio*,
ratio dubitandi eſt, quia delatio archibuſij ad
rotam maiorem meretur pœnam, tùm quia
frequentior, tùm quia poteſt celari, præſertim
de nocte, tùm quia expeditior, & noſtris tem-
poribus plus damni affert, vt ex Bertazol.
conſ. 308. num. 9. lib. 2. inquit Muta *ad pragmat. tit. 41. de armis prohibitis n. 39.* Verum dico, quod
ex mente legiſlatoris debet comprehendi, mi-
litat enim eadem ratio prohibitionis, & ideò
29 in facti contingentia ita fuit affirmatiuè de-
ciſum in Audientia Apuliæ, vt refert Nouar.
pragmat. 6. de armis collect. 4. num. 4. At ad eui-
30 tandum controuerſiam etiam hic caſus in ſpe-

cie

Digitized by Google

cie fuit in noſtris bannimentis comprehenſus, vt habetur *§.15.*& quidem benè, quia ex Salyc.& Socc.& Ballis Muta *loco citato in fine*, ſentit poſſe ex hoc minorari pœnam.

Li Capitani, Gabellini, e Chiauieri delle porte debbano notificare à tutti li foraſtieri la preſente prohibitione.

Concordant bannimenta Vrbis, de quibus
31 Farin.*quæſt.*108.*num.*20. debent enim certio-
rari forenſes ad hoc, vt incurrant pœnam ri-
goroſiorem, & maiorem ea, quæ intraret de
Iure communi, de qua quæſtione agunt Me-
noch. Cephal. Bertazol. & alij de quibus Fa-
rin.*d.quæſt.*108.*num.*17.Caluin.*de æquitate lib.*
2.*cap.*129.*num.*28. & Carol. Ant. de Luca *in
add.*ad Vinc.de Franch.*deciſ.*521.*num.*2. Vide
quæ dixi *hoc tit.*§.2.*num.*25. *& ſeqq.* & vide,
quæ dicit Muta *pragmat. tit.*41.*de armis prohi-
bitis num.*14. *& ſeqq.* qui ait quod forenſes,
qui veniunt de longinquis partibus, in qui-
bus talia ſtatuta non vigerent, excuſandi ve-
nirent; præſertim quoad pœnam corporalem,
& citat, Cardinalem in *clem.*1. *in* 6. *quæſt. de
ſtatu Monachor.* Decian. *lib.*4. *cap.*3. *num.* 34.
*tract.crim.*Menoch.*conſ.*74.*vol.*1.Cephal.*conſ.*
350. *lib.*3. replicato *in* 5. *conſ.*720. Bertazol.
*conſil.crimin.*308.*& conſil.*461. *num.*1. *& ſeq.*
lib. 2. *& conſil.* 46. *num.* 11. *& conſil.* 173.
*num.*3.*& ſeq.lib.*1. Bolognett.*conſ.*25. *num.*9.
& ſeq. vel ſaltem mitius ſunt puniendi ſecun-
dum Petrum de Rauēna in *tract.de conſuetud.*
*num.*202.Bonacoſſ. *quæſt.crim. verbo de armis*
Baiard.ad Clar. *quæſt.*82 *num.*76. Imò vide-
tur Muta innuere, quod etiam certiorati à
Cuſtodibus Portarum venirent excuſandi in
aliquo, ſi ſine dolo introiſſent. Vide eum
ibid.& vide, quæ dicit *num.*84.

L'iſteſſa pena incorreranno gl' Oſti, Tauernieri, Cameranti &c. ſe non notificheranno.

Faciunt ad extornatum *iſtius* §. quæ dixi
32 *hoc tit.*§.2.*num.*47. ex doctrina Roueichal.in
*add.*ad Bald.*conſ.*382.*lib.*5. recurras ad ea.

Chi abbaſſerà, o ſcaricarà archibugio.

Vide, quæ diffuſe dixi de hac materia in
33 *cap.*7.*de homicidio* §.12. *per totum*. Etenim
fruſtrà hic repeterentur.

Tutti quelli, che haueranno hauuta licenza di portar archibugio &c. mentre ſaranno nella Città, li doueranno portar ſcoperti, ſcarichi, ſenza ruota, ò acciarino.

Viſibilitas archibuſij,& aliorum armorum multis inconuenientibus obuiat, vt dixi *ſuprà num.*12. *&* 13. & idem operatur id, quod diſponitur circà diſuitationem rotæ, ſeù plaſtræ acciarini, debent enim leuari è canna plaſtræ, ſeù, vt vulgò dicitur, *la cartella*, quia non poſſunt ſic de facili, & pauco momento temporis reaptari ad malum.

Sed an copulatiuè requiratur, quod fiſtula archibuſij ſit vacua, hoc eſt ſine puluere, & pilis? dic, quod ſic ex diſpoſitione facta in §.18.*&* 19.*&* §.26.

Aduertendum,quod licentia debet eſſe ex-
34 preſſa, & in ſcriptis, ſecundum Menoch. De-
cian. locis relatis per Bouadillam *politica lib.*
2. *cap.*13. *num.*99. *litt.G.*at quod etiam diſſi-
mulatione cenſeatur data, & ſuffragetur, ait
Borell. *conſ.*45.*num.*25. Giurb.*conſ.*63.*nu.*23.
& Ioſeph Riccius *de publ.Iudic.in ſpecie quæſt.*
20.*num.*17. & Borell. *de Magiſtr. lib.*3. *cap.*17.
*num.*37. ait ſuffragari permiſſionem factam
35 ab Officiali conniuentibus oculis, etiamſi
36 Officialis expreſsè dare non poſſit, & citat
Bald.Roman. & Marſil.

Et quando eſt data prò ſe, & duobus ſo-
37 cijs, amicis, ſeù familiaribus, an intelligatur
data prò defenſione ſuæ perſonæ tantum, vel
quod illi poſſint arma ad eorum libitum de-
ferre? tradit Farin.*conſ.*45. *num.*4.40. *& ſeqq.*
*lib.*1. & remiſſiuè Conciol.*crim.reſol.verbo ar-
ma reſol.*23.*num.*6.

Et an dicti ſocij poſſint deferre, etiam ſi
38 incedant ſeparatim à principali? ponit hoc
Farin.*conſ.*45.*per tot.* & remiſſiuè D.Maſsin.
*de confiſcat.bonor.quæſt.*8.*num.*11.

Nelle Chieſe, balli, e mercati non li potranno portare etiam ſcarichi, e ſenza ruota, o accarino.

Etenim in iſtis locis non eſt permiſſum alicui, etiam ſi habeat licentiam, deferre arma, & deferens de facto dicitur abuti armis, & licentia, vt per tex. in *cap.*1. §.*ſi quis ruſticus de pace tenen.verbo ad palatium*, & Angel. in *l.armatos in fine ff.de vi publica* dicit Paris de Puteo in *tract. de ſindic. verbo notorium Iudici num.*8. & ſequitur Criſpolt. *de priuileg. milit. priuil.*8.qui ait eſſe de iure, vt corā Magiſtratu, ſeù Iudice eiuſque Palatijs, & etiam in

locis,

ſocis, vbi multitudo hominum confluit nec
milites poſſint deferre arma.

Ex huius §. diſpoſitione apparet, quod
prohibitio habet fundamentum in ratione
ſcandali, & mali exempli, & in cultu Dei, quia
alias arma exonerata poſſent dici, & haberi
39 pro ſimplicibus baculis, & quidem ſi vetatur
40 acceſſus cum armis ad præſentiam poteſtatis,
vt obſeruat gloſ. in *l. qui dolo ff. ad leg. Iul. de vi
publ.* Marſil. *pract. crim. §. pro complemento nu.*
7. Viu. *deciſ.* 287. Afflict. *Conſtit. Regni intentio-
nis noſtrę num.* 14. & his relatis D. Carolus Pe-
tra *ritu* 68. *num.* 13. & vetatur acceſſus cum ar-
41 mis ad Palatium Principis, vt eſt tex. in *d. cap.*
1. *§. ſi quis ruſticus verſ. ad palatium tit. de pace
tenend. in feud.* Corrad. *templ. omn. Iudic. lib.* 1.
verbo arma probibet, qui plures allegat con-
42 cordantes, & Farin. *quęſ.* 108. *nu.* 45. *& ſeqq.*
& D. Sabellus in *ſumma §. arma num.* 4. & Bo-
rell. *de Magiſtr. lib.* 3. *c.* 17. *n.* 43. qui tamen ait
hoc non ſeruari, niſi in inquiſito de aliquo
maleficio, de qua conſuetudine teſtatur, etiam
Farin. quem refert, & ſequitur Muta *ad pragm.
tit.* 41. *de armis prohibitis n.* 12. vtiq; cum maiori
43 ratione debet eſſe prohibitus acceſſus cum
44 armis ad Eccleſiam, quamuis quoad enſem
nullibi ſit in vſu, ad tradita per Matthæù *de
re crim. contron.* 19. *num.* 15. vide D. Petram *loc.
cit.* & Taſſonum *de antefacto verſ.* 7. *obſeru.* 3.
45 *num.* 68. vbi tamen ait quod Neapoli permit-
titur acceſſus cum armis ad Collaterale
Concilium, & Palatium Proregis, et reddit
rationem talis permiſſionis. Sed an deferens
arma prohibita in Eccleſia poſſit armis ſpo-
46 liari à Miniſtris fori ſæcularis? vide Cortia-
dam, et Doctores per eum relatos *deciſ.* 72.
num. 6. 7. *&* 8. et vide, quæ dixi ego, in *cap.* 5.
§. 1. *num.* 40. *& ſeqq.* et vide, quæ dicit D. Sa-
bellus in *ſumma §. Iudex num.* 28. *& §. arma
num.* 18.

De prohibitione deferendi arma ignea,
ſeù haſtilia in tripudijs, agit Caluin. *de ęqui-
tate lib.* 2. *cap.* 129. *in princip.* vbi extare in do-
47 minio Mediolanenſi huiuſmodi proclama,
teſtatur, et multa pulchra *ibidem* dicit circà
materiam armorum, quæ per te videre po-
teris.

Quid ſi deferens arma in tripudijs ad ad-
uentum birruariorum proijciat arma in ter-
ram, et ex hominum multitudine, et confu-
48 ſione nequeat ſciri à quo, ſeù quibus fuerint
proiecta? agit de hac quæſtione poſt alios,
quos citat, Caluin. *d. cap.* 129. *per tot.* et dicit
quod Iudex ad detegendos veros delinquen-
tes debet proſpicere, an penès aliquem, ſeù
aliquos ex exiſtentibus in Tripudio reperian-
tur claues ſclopulorum, globuli plumbei, ac
nitratus puluuis, et an claues, et globuli ada-
ptentur ſclopulis in terra repertis, et quoad
alia arma debet proſpicere, an penès aliquem
reperiatur vagina, vel aliud ſignum, et ſtatim
eos ſeparatim interroget &c. quod ſi adhi-
bitis diligentijs non reperiuntur veri delin-
quentes, tunc diſtinguit, dicendo, quod ſi adeſt hominum multitudo, debent omnes ratione incertitudinis abſolui, quia tutius eſt nocentem abſoluere, quam innocentem condemnare, *vulgatis Iuribus*; nec vt aliqui dicant, & pręſertim Caball. Menoch. Decian. Chriſtinæus, Baiard. ad Clar. locis relatis à D. Sabello in *ſumma §. arma num.* 2. debent condemnari pecunialitèr, ſeù alia pœna extraordinaria, quia verior eſt opiniò gloſæ, et Bart. in *leg.* 1. *§. ſiuè autem ff. ſi quadrup. pauper.* dicentium neminem eſſe puniendum, quando incertum eſt, quis ex duobus exceſſerit.

Si verò non adeſt hominum multitudo, arma reperta ad pedes præſumuntur eſſe eorum, qui adſtant, & citat Bald. et Menoch. quod eſt verum, ſi, prout Caluin. *ibid num.* 25. explicat, tot ſint ſcopuli, quot ſunt perſonæ, quia tunc ceſſat incertitudo ex præſumptione, quod vnuſquiſque ſuum ſcopulum deferret, et citat Decian. *tract. crim. lib.* 8. *cap* 4. *num.* 12. Sed quia Decian. *ibid.* loquitur de repertione vnius gladij ad pedes vnius perſonæ: et etiam quia poteſt dari caſus, prout paſsim videmus, quod vnus deferat duos, aut tres ſcopulos, non poſſum adhærere opinioni Caluini, et teneo potiùs cum Pereyra *de accademia lib.* 3. *quæſt.* 13. *num.* 484. Farin. *quæſt.* 108. *num.* 158. & Decian. *dict. num.* 12. quod ſolum poteſt deueniri ad condemnationem, quandò arma reperiuntur ad pedes vnius, qui neſcit demonſtrare, quis arma ibi poſuerit, & nec veriſimilem affert rationem, quod ipſe illa non habuerit, imò cum iſto caſu procedatur ex præſumptione recederem à pœna ordinaria Edicti prout ex Sanfęlic. *deciſ.* 256. inquit D. Sabellus in *ſumma §. arma num.* 2. *verſ. ſi autem*, verum Muta *ad pragmat. tit.* 41. *de armis probibitis num.* 87. *& ſeq.* ait, quod vbi gladius repertus in terra ſit proximior vni, quam alteri, tunc ille vnus ſolus punietur ex doctrina Tancredi de Corneto, & Io: de Platea in *§. item lex Iulia il ſecondo col.* 3. *Inſt. de publ. Iudic.* & Gandini *tit. de multis quæſtionibus de pœnjs num.* 8. & ità determinatum fuiſſe dicit ex Alberic. *de ſtatutis par.* 2. *quæſt.* 121. Sed Albericus *ibid.* dicit quod fuit determinatum, quod omnes teneantur, vt vno ſoluente alij euadant liberi: ipſe tamen tenet quod propter incertitudinem omnes debent liberari.

Qualſiuoglia priuilegio, o licenza, che haueſſe di portar armi non ſuffraghi maſsimamente riſpetto all'archibugi nelle Chieſe, feſte di balli, mercati, Caſtelli, & altri luoghi murati.

Quid ſi expreſsè concedatur à Superiore, vt poſſint deferri in dictis locis? dic quod non eſſent nullæ huiuſmodi licentiæ, & ſuffraga-
reu-

Digitized by Google

rentur ; ſolum enim hic cauetur , quod in licentia generali non veniat facultas deferendi in dictis locis expræſsè ſpecificatis , & exceptuatis .

Quod ſi non eſſet hic expreſsè di-
49 ctum , fortè deferentes arma ex priuilegio poſſent ea deferre etiam in locis hic nominatis ex adductis per Rouir. in *pragm.4.de armis à num. 14. vſque in finem* , & per Capiblanc. *de Baron. pragm.3. num.31. & ſeq.* Contrarium tamen eſſet tenendum ex doctrina Io: de Platea in §. *item lex Iulia il ſecondo num.9. Inſt. de public. Iudic.* vbi firmat quod habens licentiam portandi arma , non poteſt deferre arma offenſibilia apud iudicium, nec in concione Congregatorum , ſeù Conuentu Scholarium *l. qui dolo §. item qui cum telo ff. ad leg. Iul. de vi publ.* vbi Angel. de Peruſio, & hoc idem ex Soccino *regul. 48. fallent.7.* vult D. Sabellus in *ſumma §. arma num. 6.*

Cap XXIV. §. XXX. vſque ad §. XXXII.

Le altre armi offenſiue prohibite ſenza licenza à portarſi per la Città , e per il Contado , & diſtretto , & altri luoghi ſoggetti à queſta Legatione , ſono le infraſcritte . Spade, pugnali longhi da gallone , ſtorte , o ſcimitarre , coltelli longhi vn palmo , o più , ſchioppi da fuoco, mazze , piombarole , partegiane , ſpiedi inhaſtati , e qualunque altre armi in haſta, o vero atte à ferire , le quali non ſi potranno portare per la Città ſenza licenza ſotto pena della perdita delle armi , e di ſcudi 25. d'oro , e di trè tratti di corda , e per il Contado ſotto pena della perdita delle armi , e di ſcudi 25. d'oro .

§. 31. E di più nelle Chieſe indiſtintamente , e per la Città ſola , e per il tempo di notte ſolamente s'intenderanno armi anco li baſtoni , ſaſſi , martelli , li quali s'intenderanno pur anche prohibite come è detto di ſopra ſolamente ſotto pena di ſcudi 25. d'oro , e di trè tratti di corda .

. . .

§. 32. S' intenderanno prohibiti à portarſi ſenza licenza , come di ſopra per la Città , & altri luoghi ſoggetti à queſta Legatione la manopola, rotella, zucchetto, giacco , e qualunque altre arme defenſiue , ſotto pena della perdita delle armi, & di ſcudi venticinque d'oro, & di più riſpetto alla Città anco di trè tratti di corda .

SVMMARIVM.

1 *Armorum offenſibilum, & defenſibilium ſpecies enumerantur in bannimentis .*
2 *Enſis inter arma offenſibilia obtinet primum locum*
3 *Eius inuentores Hiſpani ſecundum* Bouadillam: *Romani ſecundum alios .*
4 *Comprehendit omnes ſpecies armorum propter ſimilitudinem, & figuram .*
5 *Eſt arma nobilium .*
6 *Nobilibus non prohibetur .*
7 *Et Nobiles abſque licentia enſem deferunt .*
8 *Etiã famuli in multis Ciuitatibus hic recenſitis.*
9 *Nobiles poſſunt omnia arma deferre .*
10 *Contrarium .*
11 *Reſtringitur enim facultas ad ſolos enſes .*
12 *Baculi, ſaxa , ligones, &c. habentur pro armis ſecuta offenſione dumtaxat ſecundum ius commune .*
Contrarium ſecundum Bannimenta ibid.
13 *Arma venenata exigunt maiorem penam .*
14 *Sed debet conſtare de qualitate veneni , & quomodo remiſſiuè .*
15 *Arma applicantur fiſco de Iure : ſed de conſuetudine applicantur Baroncellis, adhoc, vt fiant magis diligentes in perquirendo , & capturando eos , qui arma deferunt .*

1 ENumerantur hic ſpecies armorum offenſibilium , & defenſibilium .
Inter arma offenſibilia primum locum ob-
2 tinet enſis, cuius inuentores ſecundum Boua-
dillam in *politica lib.1.cap.13.num. 60* fuerunt
3 Hiſpani : alij hoc inuentum tribuunt Roma-
nis, vt inquit idem Bouadilla *loc. cit.* & meri-
tò primum locum obtinet, quia enſis compre-
4 hendit omnes ſpecies armorum propter ſimi-
litudinem, & figuram, quam habet ad multas
virtutes, vt dicit Bouadilla *loco citat.* vide eum,
& Laur. Matthæu *de re crim. controu. 19. n.15.* &
Corrad. *templ. omn. Iudic. part. 3. de prouocato
concl.85.num.4. & ſeqq.*
5 Vlterius enſis eſt arma Nobilium , & quo-
ad eos non videtur eſſe de genere armorum
6 prohibitorum, vt ait Nouar. *Vaſſall.grau.323.*
7 *num.3.* & ideò poſſunt abſque licentia enſem
8 deferre, prout de Ciuitate Neapoli , Lucerię,
& Tro-

& Troiæ teſtatur Nouar. *loco cit. num. 3. & 4.*
& quoad Ciuitatem Neapolis etiam Rouit.
pragm. 4. de armis num. 25. & in Gallia Rebuff.
l. armorum verſ. 7. ff. de verbor. ſignific. quem re-
fert Rouit. *ibidem*. Quod eſt verum, quoad
enſes, non verò quoad alia arma, quia licet
9 multi Doctores deſumant ad fauorem nobi-
lium argumentum ex tex. *cap. 1. §. ſi quis ruſti-
cus de pace tenend.* vt ex Rebuff. Luc. de Penna,
Rainand. aduertunt Nouar. *loco citat. num. 4.*
& Borel. *de magiſtr. lib. 3. cap. 17. num. 9.* Contra-
10 rium tàmen volunt Tiraquell. Menoch. Plach.
locis relatis per Borell. *num. 10.* & idem dicit
D. Sabell. *in ſumma §. arma num. 5.* ſed Nouar.
11 *loco cit. num. 4.* conciliat contrarietatem, vt
prima opinio procedat quoad enſes; ſecunda
vero quoad alia genera armorum.

Dixi ſuprà, quod baculi, ſaxa, ligones,
12 ſecures, pilæ plumbeæ, ferramenta apta ad
artes, & huiuſmodi, veniunt appellatione
armorum, quando ex his ſequuta fuerit offen-
ſio, at hic ſancitur prædicta compræhendi
ſub appellatione armorum, quando deferun-
tur in Eccleſia, ſeu per Ciuitatem de nocte,
& ideò inuentus in Eccleſia de die, vel de no-
cte, & per Ciuitatem de nocte cum ſaxis, ba-
culo, &c. poteſt puniri, etiamſi nil mali fuerit
cum illis patratum.

Aduertendum, quod ſi hæc enumerata ar-
13 ma, ſeù alia eſſent venenata, grauiorem exi-
gerent pœnam, vt ex Plach. Menoch. Guazz.
Decian. & alijs firmat Conciol. *crim. reſolut 9.
num. 2.* & ex Barbat. Afflict. Cotta, Boniorn.
Decian. Claud. ad Bertazol. Bonacoſſa, inquit
Muta ad *pragm. tit. 41. num. 49.* & idem ex Me-
noch. D. Sabellus in *ſumma §. arma n. 6.*

At de qualitate veneni debet conſtare per
14 Chirurgos, Medicos, et Peritos, vt ex Guazz.
reor. def. 4. cap. 6. per tot. & cap. 8. num. 5. ſubdit
Conciol. *d. reſol. 9. num. 3.*

Sotto pena della perdita dell'armi.

De Iure arma applicantur Fiſco, ſed de
conſuetudine hodiè illa ſibi appropriant Ba-
15 roncelli, vt diximus *ſuprà*, & forſan hoc fuit
introductum ad animandum Birruarios ad
huiuſmodi inuentiones, & capturas, vt benè
aduertit Bouadill. *politica lib. 1. cap. 13. nu. 112.*
vbi Iuta, & Doctores allegat in *margine litt.
D.* & hoc comprobatur ex traditis à Muta ad
*pragmat. tit. 41. de armis prohibitis numer. 44.
& ſeqq.*

Cap. XXIV. §. XXXIII. vſq; ad XXXXVI.

Si eccettuano però dalla prohibitione del portar armi li ſotto ſcritti, li quali potranno portare ſolamente la Spada ſenza altre armi offenſiue, o defenſiue per tutto il giorno, e di notte come à baſſo.

Li Signori Antiani, e loro famiglia, che veramente ſtarà al loro ſeruitio.

Li Signori Tribuni della Plebe con vn Seruitore per ciaſcuno, che di più porti l'alabarda ſecondo il ſolito.

Li Signori Maſſari di Collegio per la loro perſona ſolamente.

Li Signori Senatori con trè Seruitori per ciaſcuno.

Li Signori Rettori, e Priori dello ſtudio, & il Signore Rettore del Collegio di Spagna con due Seruitori per ciaſcuno.

Li due Sindici dello ſtudio per le loro perſone ſolamente.

Li Signori Auditori dell'Illuſtriſsimo Legato, Reuerendiſs. Vice-Legato, o Gouernatore con due Seruitori per ciaſcuno.

Li Signori Auditori di Rota con due Seruitori per ciaſcuno.

Il Signore Podeſtà con la ſua famiglia.

Li Signori Dottori di Collegio Legiſti, & Artiſti con vn Seruitore per ciaſcuno.

Il Signore Giudice della Mercantia, & il Rettore dell'arte della Lana per le perſone loro con vn Seruitore per ciaſcuno.

Il Signore Depoſitario della Camera di Bologna pro tempore con due Seruitori.

Gl'Officiali delle Bollette, & Eſſecutori del loro officio.

Lì Datieri, & Appaltatori tanto delli Datij della Citta di Bologna, quanto di Roma, e loro Eſſecutori, quali ſaranno deſcritti nella notula ſottoſcritta da Sua Signoria Illuſtriſsima.

Gl'Officiali della Banca de' Soldati per le loro perſone ſolamente.

Li Capitani delle Porte della Città.

Li Conti, e Caualieri priuilegiati per le loro perſone ſolamente, purche ſiano nobili, e viuano Caualereſcamente, e non facciano eſſercitio mecanico, e li loro priuilegi altre volte ſiano ſtati preſentati, & admeſſi, altrimente nõ concorrendo le predette qualità non gli ſuffragaranno.

Li Conſiglieri dello ſtudio.

Li Procuratori rotulati, e li Notari del Ciuile di Sua Signoria Illuſtriſſima.

Dichiarando, che li Seruitori ſudetti non goderanno del priuilegio della ſudetta conceſſione, ſe effettualmente non ſeruiranno in Caſa, e non ſaranno inſieme ſalariati dalli ſudetti, e di più dati in nota nella Cancellaria di Sua Signoria Illuſtriſſima, tanto riſpetto à preſenti Seruitori, quanto à quelli, che ſaranno per l'auenire pigliati à ſeruigi de' ſudetti priuilegiati; quali in virtù del preſente non potranno portare ſe non la ſpada ſola, e non altre arme offenſiue, ò defenſiue.

E queſto priuilegio di portar la ſpada ſeruirà riſpetto alli ſudetti Magiſtrati di Palazzo, e della Ruota, & à Signori Senatori, & à loro Seruitori per tutta la notte, e riſpetto à gl'altri, come di ſopra priuilegiati, dalla Feſta di tutti li Santi al primo giorno di quadrageſima ſino alle hore ſette di notte ſonate, e dal primo giorno di quadrageſima alla detta Feſta di tutti li Santi ſino alle quattr'hore di notte ſonate.

§. 34. E dichiarando, che gl'eccettuati, o priuilegiati, o che haueranno licenza, non potranno portare la ſpada in tempo di carneuale, cioè dal dì nel quale ſi ſarà cominciato di andare in maſchera ſi al giorno di quadrageſima in tempo di notte, ſe non ſino alle quattr'hore incluſiue ſotto la pena detta di ſopra.

§. 35. Si eccettuano ancora dalla ſudetta vltima prohibitione li Cittadini, & altri habitanti in Bologna, li quali andando in Villa, & iui ſtando, & di lì tornando nella Città potranno portare ſenza altra licenza le armi ſecondo il ſolito, cioè archibugio da fuoco. ſcarico però per la Città come di ſopra, ſpade, pugnali longhi da gallone, ſtorte, ſcimitarre, coltelli longhi vn palmo, ò più ſenza punta, e parteggiane, & altre armi inhaſtate.

§. 36. Si eccettuano dalla ſudetta prohibitione li Soldati della guardia di Sua Signoria Illuſtriſſima, e Caualleggieri ſecondo il ſolito; non già mai per gl'archibugietti, nè per altre ſimili arme aſſolutamente prohibite.

§. 37. Et ſi eccettuano anco li Soldati della Militia del Contado, Territorio, e diſtretto di queſta Città così à Cauallo, come à piedi, à quali ſi permette portare le armi conforme à priuilegi conceſsi loro da N. S. & non in altra maniera intendendo però di quelli, che ſaranno veramente Soldati, e rolati, e dati in nota al Capo Notaro del Torrone.

§. 38. Si eccettuano anco dalla ſudetta

detta prohibitione gl' Artefici, li quali potranno portare li loro ordegni, & inſtrumenti neceſſarij per li loro meſtieri in tempo opportuno, dichiarando però, che li Brentatori non poſſano portar baſtone da veruto col ferro più lõgo di mezzo palmo, cioè oncie trè ſotto pena di ſcudi 50. d'oro, e di trè tratti di corda; auertendo, che nell'iſteſſa pena incorreranno anco quando lo portaranno di notte, ſe bene di miſura, ſenza euidente neceſſità.

§. 39. Si eccettuano parimente dalla ſudetta prohibitione coltelli da tauola longhi meno d'vn palmo, temperarini, forbicine, e ſtuzzetti ordinarij, quali ſi poſſono in ogni tempo, e luogho portare.

§. 40. Dichiarando, che le licenze di portare armi per la Città conceſſe, ò da concederſi da Sua Signoria Illuſtriſſima, ò dal Reuerendiſs. Monſignore Vicelegato s'intendano per la ſpada ſola, e non per altra ſorte d'armi offenſiue, ò difenſiue, e ſuffraghino riſpetto alla notte dalla Feſta di tutti li Santi al primo giorno di Carneuale ſino ad hore ſette di notte ſonate, e dal primo giorno di Carneuale alla detta Feſta di tutti li Santi ſino alle quatro hore di notte ſonate.

§. 41. E non ſuffragheranno tali licenze à foraſtieri, ſe non ſarà eſpreſſo in eſſa, che ſiano tali.

§. 42. E dichiarando, che alcuno quantunque con priuilegio, ò licenza non poſſa portar altr'armi alle Commedie, che la ſpada, ancorche haueſſe licenza di portar altr'armi, la quale in tale caſo non li ſuffragherà, mà incorrerà non ſolo nelle pene di chi porta tal'armi ſenza licenza, mà di più anco, quando in tale caſo la pena del preſente bando fuſſe minore, nella pena della galea per dieci anni, ò delle eſsilio, e di 500. ſcudi ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima.

§. 43. Chi hauerà la licenza d'armi difenſiue, non potrà in virtù di quella portar la rotella, ò manopola, ſe tal ſorte d'armi non ſarà eſpreſſa nella licenza.

§. 44. E chi hauerà la licenza d'armi offenſiue, quantunque per il Contado, non s'intenderà habilitato à portar la piſtola di miſura, ſe nõ ſarà nella licẽza ſpecificato in indiuiduo

§. 45 Commanda di più, che le lanterne, che ſi portaranno, habbino trè oſſi, accioche le perſone, che le portano in tempo di notte, poſſano eſſere vedute, e conoſciute, ſotto pena à chi contrauerrà di ſcudi 25. e di trè tratti di corda, e ſe la lanterna fuſſe di quelle, che ſi voltano, ò altrimente prohibita della galea per cinque anni.

§. 46. Auuertendo finalmente, che la contrauentione in portar armi contra la forma del preſente bando non ſi confonderà con l'inſulto, ò delitto, mà i delinquenti ſarãno puniti con l'vna, e l'altra pena.

SVMMARIVM.

1 *In materia delationis armorum etiam de Iure communi fit exceptio perſonarum.*
2 *Magiſtratus Ciuitatum de Iure communi poſſunt arma deferre.*
3 *Sed vſus eſt in contrarium.*
4 *Ideò hic, prout in ſtatuto Vrbis expreſſè exceptuantur à prohibitione.*
5 *Antianorum Ciuitatis Bononia officium, & Iuriſdictio remiſſiuè.*
6 *Decernunt capturam contrà fraudem committentes in mercimonijs.*
7 *Bononienſes ſeſe protectioni Pontificis dederunt cum diuerſis capitulationibus, quas recenſet* Gargiareus.
8 *Conſules Ciuitatum non habent merum, & mixtũ imperium, nec omnimodam iuriſdictionem.*
9 *Ideò non decernunt capturam delinquentium.*
10 *Fallit in leuibus.*
11 *Contrarium etiam quoad leuia eſt verius.*
12 *Niſi habeant ex praſcriptione.*
Et niſi procedant contra onerantes annonam n. 14.

Et tunc qualem pœnam poſſunt imponere nu.15. verſ.punitio autem.

13 *Iuriſdictio ex præſcriptione acquiritur.*

15 *Quomodo præſcriptio, ſeu quaſi poſſeſſio oſtendatur, & probetur.*

16 *Tribuni Plebis in Ciuitate Bononiæ, qui ſint habetur remiſſiuè,*

17 *Maſſarij Collegij quinam ſint.*

18 *Senatores Ciuitatis Bononiæ ſunt de Regimine Ciuitatis, & appellantur vulgo Quaranta.*

19 *Sic dicti, quia ex numero quadraginta conſtabat* Senatus, *hodiè Senatores ſunt quinquaginta numero, ſed quadraginta nomine.*

20 Peregrinus *penès* Farinac. *loquitur de Senatoribus.*

21 *Senatores, an debeant in criminalibus audiri per Procuratorem.*

22 *Senatores aliqui ſunt Perilluſtres: aliqui illuſtres: aliqui clariſſimi.*

23 *Senatores qui ſolùm dicuntur clariſſimi non gaudent priuilegio, vt audiri debeant per Procuratorem.*

24 *Illi, qui poſſunt audiri per Procuratorem in criminalibus, debent nihilominùs ſe ipſos exhibere adhoc, vt examinentur.*

25 *Sed hoc non procedit in illis, qui ex priuilegio audiri debent per Procuratorem.*

26 *Et nec in illis, qui conueniuntur criminaliter in cauſis pecuniarijs.*

27 *Numerus quadraginta Sacer, & Miſteriosſus ſemper fuit apud Deum.*

28 *Rector ſtudij hodiè non fit Bononiæ, ſed Legatus à latere agit eius vices.*

29 *Studium Ciuitatis Bononiæ multa habet priuilegia.*

30 *Collegium Hiſpanicum à quo erectum.*

31 *Non habetur pro Eccleſia.*

32 *Et cenſetur locus profanus.*

33 *Officiales poſſunt de Iure ferre arma.*

34 *Et poſſunt ſecum ducere alios cum armis pro eorum ſecuritate.*

35 *Etiam tempore ſindicatus.*

36 *Quicquid dicat* Afflictus, *nam tunc egent maiori cautela pro ſui corporis tuitione.*

37 *Doctores, & Aduocati poſſunt de Iure arma deferre.*

38 *Contrarium ſeruari in praxi teſtatur* Farin.

39 *Contrà quam praxim inſurgit* Verſutus *penès* Andreolum.

40 *Officiales Bollectarum ſunt præpoſiti ad exigendum gabellam à meretricibus.*

41 *Gabellam impoſitam meretricibus improbat* Carpzouius.

Antiquitus exigebatur Romæ ab Officialibus Curiæ de Sabellis, *& erat pro ſalario Iudicis, qui ius reddebat inter meretrices nu. 44.*

Exigebatur etiam Neapoli nu.45.

Fuit ſublata dicta gabella in dictis Ciuitatibus, & quare n.46.

42 Carpzouius *inuehit contra Presbyteros, ſed non benè.*

43 *Mulieres multæ abſtinent à vita meretricia ex hoc ſolùm, ne deſcribantur in libro, & Tribunali meretricum.*

47 *Bulla* S. M. Leonis X. & Clem. 7. *in quibus mandatur bona mulierum impudicarum decedentium ſine teſtamento, ſeu, &c. eſſe applicanda Monaſterio* Conuertitarum *reuocanda conſulitur.*

48 *Et quare.*

49 *Camerales deſtrentes arma excuſantur ex conſuetudine.*

50 *Conſuetudo deferendi arma excuſat à dolo.*

51 *Maximè quando non eſt indiſtincta quoad omnes, ſed ſolùm ad fauorem certarum perſonarum.*

52 *Patentati non gaudent priuilegio deferendi arma, niſi ſint matriculati, & copulatiuè exercerant officium.*

53 *Debent continuatè ſeruire.*

54 *Et per ſe ipſos.*

55 *De laruis remiſſiuè.*

56 *Arma tempore baccanali prohibentur etiam militibus, & priuilegatis.*

57 *Contrarium, niſi de militibus fiat expreſſa mentio.*

58 *Milites deferentes, vendentes, pignorantes arma puniuntur.*

59 *Artifices poſſunt deferre inſtrumenta ad vſum exercitij.*

60 *Per ſe ipſos, non per alios.*

61 *Dummodò non ſint diſcipuli.*

62 *Incidunt tamen in pœnam, ſi deferant abſcondite.*

63 *Armorum delatio non permittitur ruſticis.*

64 *Quare.*

Contrarium num. 67.

65 *Ruſtici debent eſſe ſecuri etiam inter inimicos, & exercitus armatos, quia illi pro nobis laborant, & ideò debent eſſe Sacroſancti.*

66 *Et ità fecit* Nabucdonoſor.

68 *Gladij ad incidendum panem, & aptandum calamos poſſunt deferri.*

69 *Dummodò non malo animo.*

70 *Nec ſequatur indè delictum.*

71 *Licentia deferendi arma intelligitur de ſolo enſe.*

72 *Forenſes demorantes in Ciuitate debent impetrando licentiam armorum ſpecificare, quod ſunt tales.*

73 *Forenſes tranſeuntes pro armorum delatione non debent de iure moleſtari, niſi arma ſint prorsùs vetita.*

74 *Forenſes, qui contraxerunt domicilium, & propter animum continuandi acquiſiuerunt ciuilitatem habentur pro ciuibus.*

75 *Arma non debent ferri præſertim ignea, & breuioris menſuræ in locis, vbi adeſt concurſus, & multitudo populi.*

76 *Vagationes nocturnæ prohibentur ſine lumine aperto, & viſibili.*

77 *Nobilis tamen venit ſupportandus.*

78 *Lanternam deferre quando, & quomodo liceat remiſſiuè.*

79 *Delatio armorum confunditur cum inſultu de iure communi.*

Contrarium num. 81.

80 *Sed debent ſeruari bannimenta.*

82 *Ha-*

82 *Habens licentiam ferendi arma, ſi cum illis delinquit, debet puniri etiam pro delatione armorum.*
83 *Contrarium.*
84 *Concilia.*
85 *Explica conciliationem.*
86 *Habens licentiam ferendi arma ſi cum illis delinquit, ammittit priuilegium licentiæ, ità vt deinceps captus cum armis punitur pro delatione.*

S'eccettuano però dalla probibitione del portar l'armi li ſotto-ſcritti &c.

1 EXceptio perſonarum in hac materia indicitur etiam de iure communi, vt videre eſt apud Decian.*tract.crim.lib.8.cap.3.*& apud Bouadill. *politic.lib.1.cap.13.num.75.& ſeqq.* qui decem, & nouem limitationes affert, & apud Nouar.*decif.170.* qui ſatis amplè loquitur Bertazol.*conſ.329.num.1.lib.2.* Menoch.*de arbitr.caſ.394.num.64.*Farin.*quæſt.108. nu.95. & ſeqq.* & Conciol. *crim. reſol. verbo arma reſol.19.& 20.*

Signori Antiani.

Magiſtratus Ciuitatum, & Vniuerſitatum
de iure communi, ex quo habent iuriſdictio-
nem, poſſunt arma deferre abſque licentia,
2 Decian.*tract.crim.lib.8. cap.3. num.46.* Farin.
quæſt.108.num.103.& Bouadill. *politica lib.1.*
cap.13.num.84. Sed quia vſus obtinuit, vt hu-
3 iuſmodi Magiſtratus ab Ordinarijs Officiali-
bus Principem repræſentatibus licentiam im-
petrent, vt prædicti Doctores affirmant; ideò
4 noſtra bannimenta expreſsè eos exceptuant
ad exemplum forſan bannimentorum Vrbis,
in quibus, teſte Farin.*dict.num.103.* inter eos,
qui poſſunt arma deferre, expreſsè nominati
ſunt Conſeruatores, Capita Regionum, &
eorum Prior.

De Antianis Ciuitatis Bononiæ, eorumque
5 officio, & Iuriſdictione tractant Bald.in *conſ.*
178.num.1.vol.2. & Io.Bapt. Gatgiareus *conſ.*
85.num.8.lib.1. qui teſtatur, quod D.Antia-
6 ni dictæ Ciuitatis decernunt capturas contrà
defraudantes publicum, vel priuatum, &
quod ita practicauit, & practicari vidit, &
hoc fundat in diſpoſitione ſtatuti, & in capi-
tulationibus factis cum Sede Apoſtolica tem-
7 pore quo DD. Bononienſes ſeſe protectioni
S.Pontificis tradiderunt, quas ad verbum re-
giſtrat, & Bald. *vbi ſuprà* addit etiam funda-
mentum, quaſi poſſeſſionis.

Et quidem videtur hoc eſſe ſpeciale priui-
legium, quia cum Conſules, & adminiſtra-
8 tores Ciuitatũ non habeant merum, & mix-
tum imperium, & nec Iuriſdictionem omni-
modam, vt tenent Innoc. in *cap.cum ab Eccle-*
ſiarum de offic. ordin. & Petrus Iacobi in pra-
ctica *tit.de munere, quod imponitur*, & Boer.*de*
Cuſtod. Clau.num.38. non poſſunt decernere
9 capturam delinquentium, quia non habentes
imperium, ſeu Iuriſdictionem altam non poſ-
ſunt aliquem incarcerari facere, ſecundum
Paul.de Caſtro in *l.cum proponas C.de bon.au-*
*tor.Iudic.poſſeſſ.*Boer.*decif.215.num.34.*& Sal-
gad.*de protectione Reg.par.2.cap.4.n.21.&22.*
& ità propter hanc rationem reſponderunt in
terminis Farin. *quæſt.27. num.6.* Corrad. in
pract.tit.de captura num.1. verſ.nec dubium erit
Decian.*tract.crim.lib.7.cap.10.num.23.*

Poteſt dici, quod hoc priuilegium eſt de
iure communi conceſſum omnibus Conſuli-
bus, & Adminiſtratoribus Ciuitatum, qui in
10 caſibus leuibus poſſunt facere incarcerare, &
delinquentes punire, vt eſt tex. in *§.nos igitur,*
& §.audiantur, & §.iuſiurandum, & §. quod ſi
delinquentes Auth.de defenſorib. Ciuitatum coll.
3.& in l.1. C.de defenſor.Ciuitatum, & propte-
reà vocantur Conſules Iuſtitię, *cap.licèt ex ſu-*
ſcepta de foro compet. & habent Iuriſdictionem
voluntariam *ff. de offic. conſul.* & etiam con-
tentioſam *leg. ille, à quo §. tempeſtiuum ff. ad*
Trebell.& l.1.§.denique ff.de appellat.

Verum dicta iura procedebant antiquitùs
in Vrbe Roma, & Conſtantinopolitana, &
quod dicitur de illis Conſulibus, hodiè non
11 ſeruatur in alijs, quia non ſunt hodiè alibi ta-
les Conſules, quales erant in prædictis dua-
bus Ciuitatibus, vt aduertit Petrus Iacobi in
pract.tit.accuſat.furti, & Boer.*d.tract.de cuſtod.*
clau.num.39. qui ex hoc infert, quod Conſu-
les Montiſpeſſulani eius Patriæ poſſunt dici
Conſules Villæ, & allegat gloſ.in *l.1.C.ſi vnus*
ex plurib.tutor.& rub.C.de Decurion. lib.10. &
Rebuff.in *l.nemini num.2.& 3. C. de Conſulib.*
lib. 12.

Ideò ſatis appoſitè Bald.*loco citato* recurrit
12 ad beneficium præſcriptionis, & quaſi poſ-
ſeſsionis, quia certum eſt, quod ex præſcri-
13 ptione longiſſimi temporis acquiritur iuriſ-
dictio cum mero, & mixto imperio, vt poſt
Iacob. *tit.de minor.& tit.accuſat.furti*, & gloſ.
in *§. iuſiurandum verb. iuriſdictione, & cap.1.*
§.Iudices, & ibi Bald.*de pace iuram firman.* te-
net Boer.*de cuſtod. clau. num.4.* & quod Con-
ſules, & Adminiſtratores Ciuitatum poſsint
14 præuia præſcriptione procedere, & punire
delinquentes in exercitio annonæ, & circà
annonam firmat nouiſſimè Capyc. Latro *de-*
ciſ. 77.num.12.& ſeqq. qui ait eoſdem eſſe ma-
nutenendos in poſſeſſione, ſeù quaſi poſſeſ-
ſione Iuriſdictionis, & inſuper oſtendit, quod
huiuſmodi poſſeſſio, ſeù quaſi poſſeſſio Iuriſ-
15 dictionis probatur per emiſſionem banni,
item per decreta facta, item per eleuationem
inſtrumenti, quo rei publicè plectuntur vulgò
la girella della corda, & hoc idem vult Donat.
Ant.de Marin. *allegat. iuris 149.per tot. & ſi-*
gnanter num.17.

Punitio autem, quæ competit huiuſmodi
Magi-

Digitized by Google

Magiſtratui non debet, nec poteſt excedere modum, & fines modicæ coercitionis, nam modica tantum caſtigatio, & leuium criminum examinatio his Magiſtratibus erat etiam antiquitus conceſſa, vt eſt tex. in *l. Magiſtratibus ff. de iuriſdict. omn. Iudic. & in auth. de defenſor. Ciuit. §. audient*. Aliqui reſtringunt hanc coercitionem ad illam, quæ conſiſtit in verbis, & eſt ſimplicis Iuriſdictionis, vt pronunciare de mittendo in poſſeſſionem ex primo decreto ob contumaciam, vel denegare contumaci ſuam audientiam, *l. ſed & ſi Prætorem §. ſed et ſi cum decreto ff. ex quib. cauſ. maior.* vel condemnare in refectionem expenſarum *l ſancimus C. de Iudic.* ſed dictam coercitionem eſſe corporis afflictiuam innuit Gonzalez Florez *variar. quæſt. 22. num. 11.* dicens non eſſe tutum intellectum, quem aliqui Doctores tribuunt tex. in *l. 1. §. fin. ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſd.* vt loquatur de verbali coercitione, cum legum conditores non faciant mentionem de tali coercitione, & nec in iure Cæſareo, & nec in iure Pontificio reperitur, vt ipſe ait, textus aliquis de verbali coercitione loquens: & ſubdit *num. 13.* in modica corporis coecitione includi verberationem non atrocem *l. ſi quid erit ff. de offic. Proconſul.* & Angel. in *l. Magiſtratibus ff. de iurid. omn. Iudic.* & includi inciſionem auriculæ, vel digiti ex doctrina Gnil. de Cuneo, & Oltrad. quos citat Alb. in *leg. imperium*, ſed hoc non placet Dec. & Angelo, & nec ipſi Florez, qui eos refert, quia talis abſciſſio excedit modicā coercitionem, prout, & verberatio, ſi ſit publica, & perſona honeſta: Videtur igitur concludere Florez *loc. cit. num. 15.* modicam coerctionem eſſe verberationem non atrocem in vilibus, & carcerationem per aliquos dies in perſona honeſta.

Cæterum qualis ſit iuriſdictio, & ad quam pœnam ſe extendat iuriſdictio Dominorum Antianorum huius Ciuitatis habetur penès Io: Bapt. Gargiareum *in deciſionibus Tribunalis D. Antianorum per eum impreſſis*, ad quas me remitto.

Li Signori Tribuni della Plebe.

De iſtis Tribunis Plebis vulgò Dominis de
15 Collegijs tractat Io: Bapt. Gargiareus *conſ. 85. per tot. lib. 1.* & Bald. *conſil. 402. & conſil. 412. lib. 4. & ſexaginta tres deciſiones* factas in dicto Tribunali in diuerſis cauſis refert idem Gargiareus in *libello inſcripto caſus deciſi in ampliſſimo Tribunorum Plebis Bonon. Magiſtratu*, vide quæ dixi circa amplitudinem huius Tribunalis in *addit.* quam feci *ad c. 2. §. 6. n. 23.*

Maſſari di Collegio:

Collegiorum Maſſarij ſunt de corpore
17 Collegij, & Tribunorum Plebis, & habent votum, & voces in dicto Collegio.

Li Signori Senatori.

Senatores ſunt illi, qui deſtinantur ad Re-
18 gimen Ciuitatis, & vulgò dicuntur *Quaranta*, quia ex tali numero conſtabat Senatus, &
19 quamuis hodiè excreuerit numerus vſque ad quinquaginta, adhuc retinent nomen antiquum.

Peregrin. *conſ. 85. num. 158. inter conſilia*
20 Farin. *lib. 1.* facit mentionem de Senatoribus, & agit de pulchra, & notabili quæſtione, an
21 ſcilicet, & quando Senatores in cauſis criminalibus poſſint, & debeant admitti ad reſpon-
22 dendum per Procuratorem, & diſtinguit eos in tres ordines nempè Perilluſtres: Illuſtres, &
23 Clariſſimos, & dicit Perilluſtres, & Illuſtres potiri dicto priuilegio, non autem Clariſſimos.

Aduertendum obitèr, quod illi, qui poſſunt audiri per Procuratorem in criminalibus, debent nihilominus ſe ipſos exhibere perſonali-
24 ter ad effectum ſubijciendi ſe examini, debent enim ſuper delicto interrogari; & quamuis poſſint mittere Procuratorem cum inſtructione præciſa ad ſic, & ſic reſpondendum, vt dicit in terminis cauſæ criminalis Butrigar. in *l. fin. verſ. ideò tutiùs C. de procur.* qui ponit formam talis mandati ſpecialiſſimi ad ſic, & ſic reſpondendum ſigillatim ſuper omnibus, & ſequitur Rouitus *deciſ. 34. num. 6. 17. 26.* quia tunc reſponſio dicitur eſſe facta à Principali met per organum Procuratoris, vt ex Bart. et Alex. dicit Rouit. *loc. cit. num. 17.* imò talis reſponſio dicitur eſſe depoſitio à Principali in ſcriptis facta, et per Procuratorem in actis exhibita, vt ex Seaccia aduertit Rouit. *loc. cit. num. 19. verſ verum in vtroque*, nihilominùs ſi Iudex exiſtimet neceſſarium eſſe videre Principalem, et ex vultu arguere innocentiam, vel culpam, vtique poterit compellere ad comparendum in perſona, vt terminato examine relaxetur in forma, et deindè audiet illum per Procuratorem, vt inquiunt Bart. in *l. fin. C. de procurat.* Farin. *quæſt. 99. nu. 246. & 248.* Marta *voto 70. num. 12.* D. Carolus Petra *ritu 190. num. 8.* qui loquitur in terminis vſurarij, et Ayllon. ad Gomez. *de delict. cap. 1. num. 14.* vbi ait, nunquam vidiſſe aliquem audiri in prædictis cauſis, vel alijs per Procuratorem, niſi ſit carceratus, vel ſe præſentauerit. Verum
25 exiſtimo, quod non habeat locum concluſio in cauſis eorum, qui ex priuilegio audiuntur per Procuratorem, alias nulla eſſet differentia inter eos, et alios priuatos, qui in cauſis pecunia-

26 cuniaris non debent reijci, ſi inſtant audiri
per Procuratorem, vt poſt multos, quos citat
dicit Farin. *d.quæſt.99.num.76.*

Item obiter notandum ad nobilitatem no-
minis, et ordinis quadraginta Virum Ciuita-
tem Regentium, quod numerus quadraginta
27 Sacer, et miſterioſus ſemper fuit apud Deum,
vt ex D.Auguſt.D.Hieronym.D.Baſil.D.Am-
broſ.et S.Iſidoro aduertit Pater Io: Marquez
*in eius Gubernatore Chriſtiano lib.1.cap.24. §.2.
lib.B.pagina mihi* 181.qui hoc treſdecim exem-
plis per te *ibidem* videndis optimè oſtendit.

Li Signori Rettori, e Priori del-
lo ſtudio.

Hodiè non creatur Rector Studij,ſed eiuſdẽ
28 vices gerit D.Cardinalis Lagatus prò tempo-
re,& quamuis ſcholares poſſint ſibi facere Re-
ctorem, ſicut quælibet alia Vniuerſitas poteſt
facere,vt per tex.in *l.vlt.ff.de iuriſdict.omn.Iu-
dic.*dicit Bart.in *auth.habita.num.5. C.nè filius
pro Patre*. Nihilominus prò bono gubernij
potuit hæc poteſtas eis auferri, & forſan
ipſimet renunciarunt, quoad criminalia,
facultati, & iuri ſibi competenti ad Re-
ctorem, ſeù Iudicem eligendum, vt teſtatur
Bart.in *d.auth.habita num.4.in fine*, vbi inſuper
ait, quod Scholares Ciuitatis Peruſij nolue-
runt renunciare, prout renunciauerunt dicto
iuri Scholares Bononiæ,ſed adhuc de Schola-
ribus Peruſinis hoc, exceptis Clericis, non
ſeruaretur.

Studium Ciuitatis Bonòniæ multa habet
29 priuilegia, vt videre eſt penès Ludou.Bologn.
*in ſuo commento priuilegij ſtudij Bononien. con-
ceſsi à Theodoſio Imperatore*, cuius meminit
Afflict. in *præludijs ad conſtit. Regni Neapolit.
quæſt.2.num.2.*

An Scholares habeant in ciuilibus vnum,
vel plures Iudices, & quinam ſint; an poſſint
variare;& ad quem appellent ponit Bart.in *d.
auth.habita num.5.& ſeq.C.nè filius pro Patre.*
Et vide Benedictum Pereyra *de Accademia,ſeù
Republica litteraria lib.7.* §.954.955.*& ſeqq.*

Et il Signor Rettore del Collegio
di Spagna.

Collegium Hiſpanicum tit. S. Clementis
30 fuit erectum à Cardinale Ægidio Alborno-
tio, vt habetur penès Io: Geneſium, & Io:
Franciſcum Sanarum in *compendio Belli Geſti
in Italia ab Ægidio Albornorio*.

De Collegio, & Collegialibus prædictis
agit Ludou.Bolognin. *conſ.37.per tot.*& Gon-
zalez Florez in *libro variar. quæſt. iuris in Epi-
ſtola ad Regem Hiſpaniarum*.

Dictum Collegium tanquam erectum au-
toritate alterius, quam Epiſcopi, non habe-
31 tur pro Eccleſia, ſeu ſimili, & nec Eccle-
ſiæ gaudet priuilegio, & cenſetur eſſe lo-
32 cus profanus,vt pluribus monſtrat Bolognin.
loc.cit.num.19.& 20. qui ait non valere argu-
gumentum, eſt locus pius, ergò habet iden-
titatem, & paritatem Eccleſiæ, & Hoſpi-
talis.

Imò *de anno 1469.* appellabatur dictũ Col-
legium cum nomine Palatij, & non Collegij,
vt videre penès Barbatiam in *cap. cæterum in
fine de offic. delegati* vbi *in fine* D.Barabona de
Auila aſſerit, quod *cum eſſet Scholaris Palatij
Hiſpanorum Bononiæ per Reuerendum*, ſunt for-
malia verba, *in Chriſto Patrem Dominum D.
Ægidium de Albornoz Sacroſanctæ Romanæ Ec-
cleſię Epiſcopum Cardinalem Sabinenſem fundatũ
proprijs manibus ſcripſit repetitionũ d.tex.factam
à dicto Barbatia*. Hodiè tamen dictum Col-
legium eſt in magna exiſtimatione, & gaudet
omni prærogatiua, & eſt vnum de Collegijs
maioribus Hiſpanorum.

Li due Sindici dello Studio.
Li Signori Auditori dell'Illuſtriſsi-
mo Legato, e Reuerendiſsimo
Vice-Legato.

Officiales poſſunt de iure deferre arma ſine
33 incurſu pœnæ Plach.Menoch. Decian.Farin.
Caball.D.Maſsin.Cyriac.& alij relati à Con-
ciolo *crim.reſol.verbo arma reſol.19.n.1.* & poſ-
ſunt etiam ſecum ducere alios cum armis pro
34 eorum ſecuritate,vt ex Caball.aduertit Con-
ciol. *ibid.* & non ſolum durante officio, ſed
35 etiam tempore ſindicatus ob reliquias di-
gnitatis Decian. *tract.crim.lib.8.cap.3. nu.45.*
Vrſell.*exam.apud concl.143.num.91.*quicquid
36 in contrarium dicant Afflict. Put.& Farinac.
quos ſequitur Conciol. *loc.cit.* nam tunc eget
Officialis maiori cautela pro tuitione eius
perſonæ.

Li Signori Auditori di Rota.
Il Signor Podeſtà.
Li Signori Dottori di Collegio Le-
giſti, & Artiſti.

Doctores, & Adnocati poſſunt, & ipſi de
37 iure ferre arma abſque incurſu pœnæ, vt ex
Plach.Tiraq.Decian. Baiard. Menoch. Farin.
& alijs inquit Conciol. *crim. reſol. verbo arma
38 reſol.20. num.1.* & praxim in contrarium,de
qua teſtatur Farin. *quæſt.108.num.96.* impro-
39 bat Verſutus de Landis penès Andreol. *con-
trou. 325. per tot.* quem refert, & ſequitur
Conciol. *ibid. num.3.* vide Mutam *ad pragmat.
tit.41.de armis num.53.*

Digitized by Google

Il Signor Giudice della mercantia. Il Signor Depoſitario della Camera. Gl'Offitiali delle Bollette.

Officiales Bollectarum ſunt illi, qui præ-
40 ſunt exactioni gabellæ impoſitæ meretrici-
41 cibus, quam exactionem improbat Carpzou.
pract.crim. par.2. quæſt.70.num.7. & ſeqq. &
42 inuehit contrà Presbyteros, ſed non benè,
quia eſt certum, quod multæ mulieres non
proſtituunt ſe ex hoc ſolùm, quia timent de-
43 ſcribi in libro, & Tribunali meretricum, vt
aduertunt Scanarol. *de viſit. carcer. lib.1.§.3.
cap.4.num.1.* & D.Sabell.*pract.vniuerſ.§.mere-
trici num. 32.*

Huiuſmodi gabella ex meretricibus anti-
44 quitus exigebatur Romæ ab Officialibus
Curię de Sabellis ad Salarium Iudicis, qui ius
reddebat inter meretrices, vt ex Veſtrio *pract.
lib.1.cap.14.num.4.* inquiunt Ricciull. *de per-
ſon.reprob.lib.2.cap.37.num.1.* & Scanarol. *de
viſit. carcer. lib.3. §.6. num. 26.* ſed hodiè eſt
ſublata ex *Bulla* ſan.mem. Gregorij XIII. *26.
in ordin.§.13.* cuius meminit Scanarol. *loc. cit.
num.34.* & exigebatur etiam in Ciuitate Nea-
45 poli, & paritèr hodiè eſt ſublata, vt teſtatur
46 Pratus *in addit.* ad Paſchal. *de patr. poteſt.
par.2.cap.10. num.26. verſ. curioſa circà finem,*
qui refert *in fine ibid.* dictam gabellam fuiſſe
ſublatam ad euitanda plura ſcandala, quæ ex
ea oriebantur in informationibus capiendis &
ad ead. ſcandala euitanda, licet non dubitetur
de Iuſtitia *Bullæ* B.Pij V. ad fauorē Conuerti-
tarū noncupatarum S. Mariæ Magdalenæ hu-
ius Ciuitatis emanatę, vt probat Megalius *var.
tomo 1.reſol.9.per tot.* eſſet *ead. Bulla* reuocan-
da, prout in Vrbe eſſet reuocanda *ſimilis con-
47 ſtit.* ſan.mem.Leonis X.*39. in ord.§.7.* & Cle-
ment.*7.in ord.14.§.8.* in ea parte, in qua man-
dant bona mulierum impudicarum deceden-
tium ſine teſtamento eſſe applicanda Mona-
ſterio Conuertitarum, nam quotidiè fiunt
48 proceſſus, (& Deus ſcit quales ſunt teſtes) in
præiudicium honoris, & exiſtimationis mulie-
rū defunctarum, & earum familiarū. Scio quid
dico, nàm fui Procurator Pauperum in Vrbe,
& vidi aliquem proceſſum ſuper hac materia,
& ſic mens ſancta Pontificis remanet defrau-
data in hoc, & etiam remanet defraudatum
Monaſterium Conuertitarum, cui quotidiè
aliquid lucri ex meretricibus obuenit, & ta-
men Moniales ſemper egent pane, cuius verò
culpa neſcio; hoc vnum ſcio, quod fami-
liæ multæ depauperantur, & infamantur, &
Moniales Conuertitæ nullum indè ſentiunt
leuamen, ſeù commodum: leges enim in ma-
lum vſum ex malitia hominum deductæ, ſunt
penitus abrogandæ: vide in contingenti caſu,
quid dicant Megalius pro explicatione, & in-
telligentia *dictæ Bullæ* Beati Pij V. Scanarol.
loco citato §.3.cap.4.num.31.& ſeq. Guazz. *de
confiſcat.bonor.concl.13. lim.42.* D.Vrceolus *de
tranſact.quæſt.39.num.40.* D.Sabellus *in pract.
vniuerſ.§.meretrici num.4. ſeq.& num.48.& in
ſumma diuerſ.tract. §. meretrix num.10.* qui ex
Rota penès Seraphinum *deciſ.999.* ait quod
dicta Bulla non habet locum, & nec compræ-
hendit meretrices, quæ ad meliorem frugem,
& vitam redierunt.

Li Datieri, & Appaltatori delli datij.

De datiarijs cameralibus deferentibus ar-
ma vide Cyriac. *contr. forenſ.152. per tot.* qui
allegat Pariſ.*conſ.171. num.19. vol.4.* & Bur-
ſatt. *conſ.77. per tot. & conſ.141.* qui aiunt,
49 quod conſuetudo eos excuſat, ſi deferunt ar-
ma prohibita extrà Ciuitatem, vel intrà Ciui-
tatem per tranſitum, dum exire volunt, ſequi-
tur Andreol. *contr.426. num.3. & 13.* & Con-
ciol. *crim.reſol.verbo arma reſol.21. num.1.* vbi
50 firmat, quod conſuetudo excuſat à dolo,
maximè, quando non eſt indiſtincta, quoad
omnes, ſed eſt reſtricta ad certū genus perſo-
51 narum, vel certum locum, & tempus, quia
talis conſuetudo eſt valida ſecundum Ro-
land. Farinae. Cyriae. Vrſell. & Menoch. quos
allegat Conciol. *ibid. num. 3.* vide Bouadill.
politica lib.1.cap.13.num.84.

Se effettiuamente non ſeruiranno in caſa, e non ſaranno inſieme ſalariati &c. e dati in nota &c.

Regula communis, & generalis eſt, quod
52 patentati non gaudent priuilegio, niſi ſint
matriculati, & copulatiuè etiam exerceant
effectiuè officium, cui ſunt præpoſiti, vt benè
aduertit Caracciol. *de fori priuileg. remiſſ. qu.
13. per tot.* qui allegat Vinc. de Franch. *deciſ.
481. per tot.* & Caſtill. *deciſ.39. num.4. part.1.*
53 imò requiritur præſtatio ſeruitij continuati
ſecundum Bart. in *l. ſeruiarios* vbi Franc. de
Aretio *in 2.notab.col.1.verſ.nota,* & Dec. *in 2.
not.C.de teſtib.* Franch. *dict. deciſ.481.* Imol. *in
clem.vnica num.9. de reliq. & venerat. Sanctor.*
Octauian. Caraciol. *loc.cit. num.4.* Io: Franc.
de Ponte *de poteſt. Proreg. rub. de aſſeſ. Reg. tit.
7. §.7. num.40. & tit. de portu num.11.* Afflict.
Conſtit. Regni intentionis, Niger *repetit. Clem.1.
de vita, & honeſtate Cleric. num.26.* Anna *alleg.
44. & ſing.321.* qui refert ſic deciſum per
Sacr. Concil. & eſt ratio iuxta text. in *l. ſem-
per §.quibuſdam cum ſeq.ff.de iure immun.* quia
artificij cauſa priuilegium conceditur, &
ideò, qui non ſeruiunt, non gaudent, & ſe-
quitur Io: Bapt. Thor. *in add.* ad Io: Franc. de
Ponte *loc.cit.num.8.* & Capibl. *de Baron. pragm.
8. num.239. par.1.* & Rouit. *in rub. pragm. de ar-
mis num.10.*

Et debent per ſe ſeruire, quia non ſufficit
ſerui-

Digitized by Google

54 ſeruire per ſubſtitutos Aret. Iaſ. Dec. locis re-
latis per Io: Franc. de Ponte *loco citato tit. de
portu num.13.*

Dichiarando &c. che non potranno portar la ſpada in tempo di Carneuale, cioè dal dì, nel quale ſi ſarà cominciato di andare in maſchera.

Iſta prouiſio fuit neceſſaria, quia tempore
baccanali de facili oriuntur rixæ.

Dixi multa de Laruis in *cap.18. §.33.* vide
55 in occurrenti caſu ea *ibi* poſita.

An compræhendantur milites, & priuile-
giati? reſpondeas affirmatiuè, quià qui om-
56 nes dicit, nullum excludit, præſertim quando
ità diſponitur ob bonum publicum, & ad eui-
tanda ſcandala, & ob hanc rationem com-
præhendere milites, ait Bouadill. *politica lib.
1. cap.13. num.77.* & citat Plach. *epit. delict.*
57 *lib.2. cap.8. n.25.* At contrarium, niſi de militi-
bus fiat expreſſa mentio, reſpondet Capibl.
de Baron. pragmat.3 num.31. & ſeq. vide Mu-
tam in *pragm. tit.41. de armis num.48.*

S'eccettuano li Cittadini, li Soldati della guardia, e della militia, gl'artefici per li loro ordegni, & inſtrumenti neceſſarij per li loro meſtieri in tempo opportuno.

Milites debent deferre arma, & illa defe-
58 rentes, vendentes, oppignorantes, ſeu aliquo
modo alienantes debent puniri *l. qui commea-
tus §. arma, & l. deſertores §. miles ff. de re milit.*
Corradus *temp. omn. Iudic. par.3. de pronocato
concl.85. num.6.* Criſpolit. *militar. caſ.6. ſub n.3.*
qui *ibidem* reſoluit fuiſſe puniendum militem,
qui ſine enſe incedebat. Muta *ad pragm. tit.41.
de armis prohibitis num.48.* dicit quod veris
militibus conceditur delatio armorum tàm
tempore belli, quàm illo finito, & ſic ſemper
ſecundùm Duennas, Menoch. Decian. Ber-
tazol. & Farinac. quos allegat: aliter ſi non
ſint veri milites, quia iſtis neceſſaria eſt li-
centia ex Farinac. & Afflict. *locis* per eum
relatis: at ipſe ſubdit *ibidem*, quod archi-
buſietta, & ſcoppettonos etiam veri milites
non poſſunt ſine licentia deferre.

Artifices verò poſſunt inſtrumenta, & ar-
59 ma ad eorum exercitium apta deferre, In-
trigliol. *ſing. 7. lib.1.* Rònit. *pragmatic.1. de
armis num.9.* Bouadill. *politica lib. 1. cap.13.
num.42.* Nouar. *Vaſſall. grau.61. par.2.* Muta
*ad conſuetud. Panormi cap. 60. num.26. & ad
pragmatic. tit.41. de armis num.49.* limitat quo-
ties quis quotidiè tranſiret per Vrbem, & lo-
ca habitata cum dictis armis, nam etiamſi
deferret ea ligata, poſſet aliqua pœna extra-
ordinaria puniri, niſi taliter eſſent ligata,
vt vix cum difficultate diſſolui poſſent.

Sed aduertendum eſt, quod dicta ferra-
60 menta poſſunt deferri à ſolis artiſtis, non
autem ab alijs de eorum artiſtarum volunta-
te, vt dicit Ricc. *deciſ. 211. par. 3.* & No-
uar. *vaſſallor. grau.61. par.2. & pragm.14. de
armis collect. 6. num.2.* niſi ſint diſcipuli, &
61 dependentes ab artiſtis in eadem arte, vt ſub-
dit Nouar. *ibid.*

Quid ſi deferant abſconditè? dic quod in-
62 cidunt in pœnam ſecundum Nouar. *dict. grau.
61. num.6.* quaſi tunc videatur habere ani-
mum delinquendi: quod eſt verum, ſi locus,
& tempus ſit importunum.

Dicit vnum notabile ad propoſitum Bo-
63 uadill. *politica lib. 1. cap.13. num.95.* quod
ſcilicèt ruſticis colentibus terram non per-
mittitur delatio armorum, quia illi non de-
64 bent timere, ſed ire ſecuri inter omnes, etiam
inimicos, & exercitus armatos, & debent ha-
65 beri pro ſacroſanctis, quaſi ipſi ſoli pro alijs
omnibus laborent ad prouidendum de victu,
& citat Decian. Petr. Gregor. & Plach. &
Mutius Surgens *in adnotat.* ad Marc. Anton.
eius fratrem in *tract. Neapoli illuſtrata pag.
252.* ait quod Nabucdonoſor capto Rege
65 Zedechia, omnique eius exercitu proſtrato
agricolas, boues, et alia in fundis exiſtentia in
pace reliquit, et quod apud Indos belli tem-
pore nulla in re agricolis nocebatur, et citat
Diodor. Sicul. *lib. 3.* Arnulph. *de iure Regal.
priuileg. 54.* et Gulielm. de Benedict. *cap.
Raynutius verb. vxorem num 905.* Subdit ta-
67 men Bouadilla *loco citato*, quod hodiè ru-
ſticis permittitur cum licentia delatio ar-
morum.

Cortelli da tauola, temperini, forbicine, e ſtuzzetti ordinarij, quali ſi poſſono portare in ogni tempo, e luogo.

De huiuſmodi paruis gladijs ad incidendū
68 panē, ſeù aprandum calamos aptis agit Di-
dac. Perez *ordinat. Caſtellæ lib.2. tit.14. leg.2.
litt. A. verſ. præterea ſtatutum*, gloſ. in *auth. de
armis verbo minores collat.6.* Iaſ. in §. ex *male-
ficijs num. 85. Inſt. de act.* Æneas Falcon. ad
Panormit. in *cap. Clerici num. 7. verb. cul-
tello de vita, & honeſtat. Clericorum* Farinac.
poſt plures, quos allegat, *quæſt.108. num.77.
& ſeqq.*

Dicit gloſ. in *auth. de armis*, quod cultelli
ad calamos aptandos veniunt appellatione
armorum offenſibilium, et ſequuntur Felyn.
in *cap. ità quorundam de Iudæis*, et Adden. ad
Roman. *ſing.267.* Contrarium vult Beſoldus
in *Theſau. pract. adauct. litt. M. §. 116. fol.
mihi 668.* arg. tex. *in 2. feud. cap. 21. tit. de Vaſ-
ſall. milit. & in nouell.85. de armis*, ibi *permit-*

Digitized by Google

*timus cultellos minores, quibus nullus in præ-
lijs vtitur*, fatetur tamen Beſold. *ibidem*, quod
continentur in prohibitione, et punitione vſus
illiciti, et propterea ſatis appoſitè Farinac.
loc. cit. num. 82. ait non procedere diſpoſi-
69 tionem, quando quis dolo, et animo malo
huiuſmodi gladios deferret ad aliquem offen-
dendum, et multò magis ſi offendiſſet, et hoc
70 idem vult Borell. *de Magiſtr. lib. 3. cap. 17.
num.* 26. *& ſeq.*

Vndè bannimenta recipiunt hanc inter-
pretationem, vt ſcilicèt quis poſsit dicta ar-
ma impunè deferre, quandò non habeat ma-
lum animum, et quando cum illis non com-
miſit delictum.

Le licenze di portar armi s'intenda-
no per la ſpada ſola.

Appellatione armorum venit qualibet ſpe-
cies, et comprehenditur quodlibet inſtru-
71 mentum aptum natum ad offendendum, *vt
ſuprà* dixi, ideò erat neceſſaria iſta ſpecifica
reſtrictio, quia alias licentia eſſet generali-
tèr intelligenda prò quauis ſpecie armo-
rum.

Non ſuffragheranno tali licenze à fo-
raſtieri, ſe non ſarà eſpreſſo in
eſſe, che ſieno tali.

Intelligitur de forenſibus demorantibus in
72 Ciuitate, ſeù Comitatu, vt declarant Me-
noch. *conſ. 74. per totum vol.* 1. & Borell. *de
Magiſtr. lib. 3. cap. 17. num.* 42. etenim tran-
ſeuntes non indigent hac licentia, niſi defe-
73 rant arma prorsùs vetita, qualia ſunt archi-
buſietti, pugiones, ſtilletti, prout ex Menoch.
& Caball. aduertit Antonell. *de loco legali lib.
3. cap. 12. num.* 26.

Sed quid dicendum de forenſibus, qui
contraxerunt domicilium, & per longitudi-
nem temporis, & animi continuationem
etiam ciuilitatem? puto quod non compræ-
hendantur in iſta diſpoſitione, quia haben-
tur prò Ciuibus, vel ſaltem ob aſſiduam con-
74 uerſationem pro incolis haberi debent, ex
traditis poſt alios à Felyn. in *cap. dilectus il ſe-
condo num. 11. & 12. de reſcript.*

Non poſſa portare altre armi alle Co-
medie, che la ſpada.

Vbi adeſt populi concurſus, & multitudo,
75 non debet permitti armorum delatio, præ-
ſertim igneorum, & breuioris menſuræ. Vide
Bouadill. *politica lib. 1. cap. 13. num.* 98. & Di-
dac. Perez *ordin. Caſtell. lib. 8. tit. 19. leg. 51. gloſ.
poblado*.

Le lanterne, che ſi portaranno
habbino trè oſsi.

Tendit hæc diſpoſitio ad euitanda deli-
cta, & ſcandala, vt innuit Capiblan. *de Ba-
ron. pragmat. 14. num. 48. lib.* 1. nocturnæ enim
76 vagationes debent prohiberi, niſi fiant cum
lumine, vel cum titione ignis Nouar. *Vaſſall.
grauam. 236. num. 3. par.* 1.

77 Aduertendum, quod nobilis venit ſuppor-
tandus, ſi ſit bonæ conditionis, & famæ iuxtà
opinionem Silu. de Arcerijs *conſ. crim. diuerſ.
71. num. 2. tom.* 2.

De deferentibus lanternam agit Boua-
78 dill. *politica lib. 1. cap. 13. num.* 66. Plach. *epith.
delict. cap. 8. num.* 12. Duennas *regul.* 55. *limit.
fin. circ. finem.*

La Contrauentione in portar
armi non ſi confonderà col-
l'inſulto.

Dixi *ſupra*, quod Cephal. *conſ. 204. num. 42.
79 lib.* 2. firmat quod confunduntur delicta in-
ſultus, & delationis armorum, ſed quia de-
80 bent ſeruari bannimenta, vt aduertunt Baiard.
ad Clar. *quæſt. 84. num.* 26. Claud. ad Bertazol.
conſ. 205. num. 4. Caball. *crim. reſol.* 158. *num.* 13.
& ſeqq. Farinac. *quæſt.* 108. *num.* 168. *& ſeqq.*
Guazzin. *reor. defenſ. 29. cap. 2. num.* 18. Conciol.
crim. reſol. 2. num. 1. verbo arma, ideò non diſ-
putamus, an opinio Cephal. ſit vera, quàmuis
non confundi dicat de iure communi Con-
81 ciol. *loc. citat.* qui citat Carrer. Iſern. Afflict. &
Capyc. Latro.

Poteſt huic annecti quæſtio, an habens li-
82 centiam debeat puniri pro delatione armo-
rum, ſi cum illis delinquat? affirmatiuè te-
nent Farin. *loco citat num.* 131. Guazz. *d. def. 29.
cap. 19. num.* 19 & Baiard. ad Clar. *quæſt.* 82.
num. 75. Marſil. *pract. crim. 5. pro complemento
num.* 9. Afflict. *ſuper Conſtit. Regni Intentionis
num. 51. tit. de illicit. port. armor.* Anton. Ball.
tract. crim. lib. 4. quæſt. 3. num. 55. Carrer. *pract.
crim. 5. in textu num. 10. & ſeqq.* nàm licentia
deferendi arma continet in ſe tacitam condi-
tionem, ſi & quatenùs habens dictam licen-
tiam armis non abutatur, vt præfati Doctores
83 dicunt. Contrarium firmant Decian. *tract.
crim. lib. 8. cap. 3. num.* 62. cui videtur adhærere
Don Franc. de Vico *pragm. Sard. lib. 2. tit. 30.
cap. 10. num.* 11. & Caball. *crim. reſol. 63. num.* 10.
moti, quia quoad delationem armorum non
delinquit percutiens, cum licentiam ſuperio-
ris haberet, & eſt, quoad ipſum perindè, ac
ſi de Iure communi non eſſet prohibita porta-
tio armorum: concedunt tamen, quod gra-
uiùs debet puniri propter abuſum licentiæ,
quia præter delictum offendit etiam benigni-
tatem ſuperioris, qui dedit licentiam, &
ità

Digitized by Google

ità tenet etiam Conciol. *verbo arma reſolut. 3. num. 2.*

Hanc contrarietatem conciliant Capiblanc.
84 *de Baron. pragm. 7. num. 44. part. 1.* & D. Orilia
ad Campanam *ſelect. reſol. 1. num. 43. & ſeqq.*
dicendo, quod prima opinio procedit, quando habens licentiam deferendi arma, cum illis
delinquit appenſatè: Secunda verò procedit,
quando habens dictam licentiam armis abutitur in rixa, & puto quod in iudicando non
85 ſit recedendum ab iſta opinione, niſi quando concurreret duplex abuſus, quia ſcilicet
habens licentiam deferendi archibuſium intùs Ciuitatem vacuum, illum detulit onuſtum,
et cum illo etiam deliquit, nàm tunc non attenderetur licentia, vt innuit Caball. *loc. citat.*
ibi — *niſi in impetratione licentiæ promiſiſſet de non abutendo*: accipiens enim licentiam ſic
reſtrictam tacitè promittit de non portando arma aliter, quam in licentia continetur, et
ſic ſi detulit arma onuſta intus Ciuitatem, et in Ciuitate cum illis deliquit etiamſi in rixa debet puniri; ac ſi licentiam non habuiſſet.

Quæro ſecundo, an habens licentiam deferendi arma, et cum illis delinquens, ammittat priuilegium licentiæ, ità vt repertus deinceps cum armis poſſit pro delatione armorũ
86 puniri? reſpondeas affirmatiuè ex veriſimili mente concedentis, et ita quoad pœnam amiſſionis licentiæ intelligendum eſſe Marſil. *d. 5. pro complemento num. 9.* aduertunt Decian. *tract. crim. lib: 8. cap. 4. num. 62.* Caball. *d. caſ. 63. num. 6. & ſeqq.* et D. Orilia *d. reſol. 1. num. 48. circa finem.*

Cap. XXIV. §. XXXXVII.

E conſiderando il pernicioſo effetto, che naſce dalla tolleranza, che per lo tempo inanzi la Legatione di Sua Signoria Illuſtriſſima s'è fatta da Barigelli, Cancellieri, e Sbirri, che ſi ſia portata ogni ſorte d'armi mediante le corrutele, e donatiui; commanda Sua Signoria Illuſtriſſima, che per l'auenire non ardiſcano li Barigelli, Cancellieri, e Sbirri tollerare, che ſi portino armi di qualſiuoglia ſorte ſenza licenza di Sua Signoria Illuſtriſſima, ſotto pena della galea perpetua, & anco della vita ſecondo la qualità de' caſi; E quei tali, che ardiranno di portar armi ſotto la tolleranza, ò corruttela de gl'iſteſſi Barigelli, e Sbirri incorreranno in pene più graui di quelle, che ſariano incorſi per portare le armi ſenza licenza ad arbitro di S. Sı Illuſtriſſima.

SVMMARIVM.

1 *Armorum tollerantia per birruarios facta remiſſiuè.*
2 *Dominicus Rizzolius ſuſpenſus Bononiæ ob delationem piſtolarum breuioris menſuræ.*
3 *Fama quod illas deferebat ex tollerantia Baroncelli.*
4 *Sed ex proceſſu nec fumus de hoc habetur.*
5 *Adhuc tamen potuiſſet ſuſpendi vigore bannimentorum, & vigore Iuris communis.*
6 *Licentia data à non habente facultatem non debet ſuffragari.*
7 *Et in terminis armorum ita reſpondet* Perez.
8 *Et datum Baroncello pro huiuſmodi licentijs poteſt repeti in Sindicatu.*

De hac materia dixi plura *ſupra in cap. 4.* videa, & vide etiam Didac. Perez. *ad ordinat.*
1 *Caſtella lib. 2. tit. 14. leg. 18. lit. A.*
De anno 1664. fuit in hac Ciuitate furca
2 ſuſpenſus Dominicus Rizzolus ob delationẽ
duarum piſtolarum breuioris menſuræ, ſeu
Mazzagatti, & fuit tunc dictum, prout poſteà
3 audiui, quod deferebat illas ex tollerantia
4 Baroncelli, ſed voluto, & reuoluto proceſiu
nullum verbum de hoc inueni: at quando
5 apparuiſſet, adhuc potuit vigore bannimentorum ſuſpendi, & poteſt etiam attentari, quod
licuiſſet ita iudicare, quamuis non eſſet ita
diſpoſitum in bannimentis, quia licentia, &
6 tollerantia data, et facta à non habente facultatem non debet ſuffragari ad tradita per Afflict. *dec. 4. per tot & ſignanter num. 5.* et in ter-
7 minis ita reſpondet Didac. Perez. *ordinat. Caſtell. lib. 2. tit. 14. leg. 2. litt. A. verſ. amplicatur*,
vbi firmat, quod de licentia Alguazeli non
ſit cuipiam arma portare licitum, ob rationem, quia conceſſio licentiæ ad ſolum Principem pertinet, *arg. l. fin. Cod. de erog. milit. annon. lib. 12.* Imò vult etiam Perez. *loco citato*, quod
8 is, qui aliquid Alguazelo tribuit pro huiuſmodi licentia poterit in ſindicatu repetere id
omne, quod dedit.

CAPITVLVM XXV.

RVBRICA.

Che non ſi faccino conuenticole, nè quadriglie, nè ſi piglino poſſeſſi ſenza licenza de' Giudici, nè ſi faccino alcune altre coſe, dalle quali ſi poſſano cauſar delitti.

Conuenticulæ regulariter fiunt cum armis, vnde benè poſt prohibitionem delationis armorum prohibentur conuenticulæ, adunantiæ, & huiuſmodi, quæ cum portu armorum ſuccedunt.

---

§. I. II. & III.

Per leuare le occaſioni de i ſcandali, che naſcono dalle adunanze di perſone armate, Sua Signoria Illuſtriſſima commanda, che perſona alcuna non ardiſca ſotto qualſiuoglia preteſto, in alcun luogo di queſta Legatione far conuenticole di perſone per qualſiuoglia cauſa non permeſſa ſotto pena al Capo di 300. ſcudi, e delle galea per cinque anni, & à gl'altri di trè tratti di corda per ciaſcheduno, ò in luogo della corda, dell'eſſilio. E tutto ciò, mentre non nè ſeguiſſe altro effetto, poiche ſe ne ſuccederà altro delitto, ſi aggrauarà la pena ſecondo la qualità del delitto ſino alla morte incluſiuè.

§. 2. Dichiarando, che ſarà tenuta conuenticola non permeſſa, & à mal fine, ogni volta, che ſaranno inſieme più di ſei perſone con armi, ò più di dieci, trà li quali alcuno habbi arme, e trà queſti coadunati ci ſia, chi habbi inimicitia, ò qualche occaſione di far queſtione, quando però tali congregati ſiano inſieme à queſto fine, ò per fare altro delitto.

§. 3. Dichiarando anco Sua Signoria Illuſtriſſima, cha le medeſime pene incorreranno quelli, che armati andaranno per la Città, ò per qualche altro luogo murato di giorgo, ò di notte in quadriglia, la quale s'intenderà, quando andaſſero più di ſei perſone armate con occaſione di riſſe, ò inimicitie à fine d'incontrarſi con altri loro Emuli, ò inimici, ancorche non nè ſeguiſſe cattiuo effetto.

SVMMARIVM.

1 *Coadunatio hominum differt à conuenticula.*
2 *Conuenticula ſonat ſemper in delictum.*
3 *Non punitur ſi fiat abſque dolo.*
4 *Requiritur Dux in conuenticula, & quare.*
5 *Requiritur etiam tractatus, & ſic deliberatio.*
6 *Coadunatio multorum poteſt fieri caſualiter ſi vnus poſt alium in locum conueniant.*
7 *Conuenticulæ Auctor grauiùs peccat, & grauiùs etiam punitur.*
8 *Maximè quando auctor eſſet abſque dictis adunatis facturus.*
9 *Dummodò non fiat conuenticula contra Principem, quia tunc omnes punirentur pœna vltimi ſupplicij tanquam Rei criminis læſæ maieſtatis.*
10 *Conuenticula conſtituitur, ſi homines armati ſint vltra ſex, & ſine armis decem.*
11 *Sufficit, quod ſint ſex ſecundum* Beccium.
12 *Contrarium.*
13 *Imò ſi teſtes dicant, quod viderunt ſex perſonas, & vltra non probant.*
14 *Homines armati zappis, fuſtibus, lapidibus, &c. non faciunt numerum.*
15 *Sed in hoc vide Doctores citatos.*
Et an mulieres armatæ faciant numerum dicto num. 15.

Digitized by Google

numer. 15. verſic. quæro quartò.

16 *Caualcatas, coadunationes, conuenticulas in Statu Eccleſiaſtico prohibuerunt plures Pontifices.*

17 *Quorum Bullæ explicantur à Doctoribus.*

18 *Adunantia nuncupata quadriglia, quæ ſit, & qui Doctores mentionem faciant de illa.*

19 *Iudex debet prouidere ne, partes veniant ad arma.*

20 *Et cogit illas ad dandum cautionem de ſe non offendendo.*

21 *Cautiones de non offendendo debent regiſtrari in libro ſpeciali in Cancellaria retinendo iuxta Bullam Pauli Quarti.*

22 *Et Officiales ſubordinati tenentur eas tranſmittere ad Cancellariam Maiorem Metropolitanam.*

23 *Et deficientes puniuntur ex bannimentis Status Eccleſiaſtici.*

24 *Notarius non edens inſtrumentum tenetur pœna falſi.*

25 *Notarij Cancellariæ maioris ſi ommittunt regiſtrare in libro cautiones tranſmiſſas ab inferioribus, ſeu receptas in Tribunali tenentur pœna falſi.*

26 *Et fuit ità deciſum penes* Sanfel.

27 *Iudex in caſu vrgenti, periculoſa, & moram non admittente ſtatim tranſmittit præceptum rixantibus, & conſanguineis de præſtando cautionem de non offendendo cum clauſula, quod interim habeatur pro præſtita.*

28 *Et poſt præſentationem præcepti offendens aduerſarium tenetur pœna contenta in præcepto.*

29 *Et pœna omninò exigitur.*

30 *Si non de Iure, ſaltem ex obſeruantia Tribunalium Secularium.*

31 *Ideò in Curia Eccleſiaſtica non exigitur pœna niſi probato dicto ſtylo.*

32 *Cautiones de non offendendo non dantur in locis in quibus non extat obſeruantia.*

33 *Sed tranſmittuntur præcepta principalibus, & etiam Conſanguineis, vt ſtatim accedant ad domum, & inde non diſcedant ſub pœna &c.*

34 *Et poteſt addi in præceptis clauſula, quod domus eis aſſignatur pro carcere.*

35 *Sed tunc datur eiſdem Præceptatis ſecuritas, ſeu ſaluus conductus pro delicto, pro quo tranſmittitur præceptum, aliàs eſſet nullum, & non afficeret.*

36 *Et debet inſeri in eodem præcepto.*

37 *Formula huiuſmodi præcepti ponitur per extenſum.*

38 *Præceptatus ſi aduerſarium offendit punitur pœ contenta in præcepto, & tenetur pœna ordinaria delicti patrati poſt dictum præceptum exequutum.*

39 *Nobiliſſimus Vir ex hoc fuit Neapoli decapitatus.*

40 *Pœna appoſita in præcepto non poteſt exigi ſtatim elapſo termino, nam debent accuſari contumaciæ.*

41 *Imò poſt accuſationem contumaciæ debet expectari triduum.*

42 *Diſtingue, & dic, quod ſtatim exigitur, ſi præceptum fuit perſonaliter exequutum, quia tunc contemptus eſt manifeſtus, & non poteſt tergiuerſari.*

43 *Admittitur tamen re integra præceptatus ad purgandam moram.*

44 *Vide rationem.*

45 *Terminus trium dierum aſſignatur in cauſis ordinarijs.*

46 *In alijs, quæ non patiuntur dilationem terminus abbreuiatur, & etiam tollitur.*

47 *Quando periculum eſt in mora receditur à regulis iuris.*

48 *Commiſſarij vnde ſumpſerunt in Regno practicam procedendi per horas.*

49 *Reprobatur hæc praxis.*

50 *Præceptum exequutum domi afficit.*

51 *Sed non exigitur pœna poſt lapſum horarum, quia in dubio debemus dicere, quod non adeſt contemptus, & quod præceptatus ignorauerit.*

52 *Et etiam, quia non citatus perſonaliter non poteſt mulctari.*

53 *Præceptum præuia licentia Iudicis Eccleſiaſtici poteſt exequi in Eccleſia, & ibi exiſtenti intimari.*

54 *Exiſtens in Eccleſia poteſt citari,*

55 *Dummodò non intret pœna ſanguinis.*

56 *Iudex in caſu vrgenti, periculoſo, & moram non admittente ad ſuccurrendum celeriter inconuenientibus decernit militarem cuſtodiam.*

57 *Vel procurat capturam conſanguineorum delinquentis.*

58 *Nam delinquens metu pœnæ conſanguineorum retrahitur à delictis.*

59 *Et hoc eſt permiſſum ratione publicæ vtilitatis.*

60 *Vel conſanguinei iubentur exfractare.*

61 *Iſte modus capturandi, vel mittendi in exilium conſanguineos eſt violentus, nec practicandus, niſi in cauſis arduis.*

62 *Et contra conſanguineos bannitorum,*

63 *Et à legatis à latere, qui vices Pontificis gerunt.*

64 *Exemplum practicatum contra quendam Coroneinam.*

65 *Conſanguinei, & affines nulla habita gradus conſideratione coguntur ad dandam cautionem de non offendendo, & hoc de ſtylo Sacræ Conſultæ: nam de iure communi, nemo cogitur ad cauendum pro alio.*

66 *Sed attenditur, quod proximiores, qui ab inteſtato ſuccedunt, cogi poſſunt ad dandam dictam cautionem de non offendendo, nec coguntur affines, niſi in ſubſidium.*

67 *Ceſſat tamen ſtylus prædictus quando is pro quo quis adſtringitur ad fideiubendum eſt inimicus eiuſdem.*

68 *Imò ceſſat etiam quando eſt diſcolus, rixoſus, & malæ conditionis, & famæ.*

69 *Et quando nihil habet in bonis ad releuandum.*

70 *Et nec quando eſt bannitus.*

Sed hæ exceptiones præter inimicitiæ non admittuntur d. num. 70.

71 *Pater cautionem præſtat pro filio ſpurio. & pro filio religioſo.*

72 Quid

71 *Quid ſi filius religioſus ſit iam profeſſus.*
72 *Conſanguinei coguntur dare cautionem de non offendendo à Iudice fori ipſorum.*
74 *Iudex ergo non cogit forenſem, ſi non eſt ſibi ſubditus: & Iudex Eccleſiaſticus non cogit Sæcularem, nec cogit maritum ad dandam cautionem de non offendendo Vxorem, niſi cauſatiuè, vel ratione incidentiæ.*
75 *Iudex Eccleſiaſticus, vel Sæcularis quando poſſit ſe intromittere ad exigendam cautionem à religioſo, & reſpectiuè à Sæculari.*
76 *Rixantibus recuſantibus dare cautionem de non offendendo Iudex relaxat mandatum realiter exequendum in bonis, & capta tenuta declarat bona ſtare loco cautionis.*
77 *Cautio debet præſtari priùs ab illo, qui eam petit.*
78 *Proteſtatio, quod cautio præſtita non valeat, niſi reciprocetur, debet reijci.*
79 *Cautio eſt danda à ſubditis.*
80 *Cautionem Conſanguinei dant pro ſe, & rixante tantum.*
81 *Cautio pro rixante carcerato non debet dari ex coactione Iudicis à Conſanguineis, ſed carceratus debet inuenire fideiuſſorem.*
82 *Cautio debet dari etiamſi rixans ſit diues,*
83 *Et pauper non inueniens fideiuſſorem debet eijci.*
84 *Accuſatus etiamſi repertus ſit innocens, debet dare cautionem de non offendendo, vel debet eijci.*
85 *Æquiùs tamen eſt, quod dimmittatur dato verbo de non offendendo.*
86 *Cautio debet præſtari, etiamſi ſit ſatisfactum parti læſæ quoad pœnam, & quoad intereſſe.*
87 *Cautione de non offendendo fracta non fit compoſitio per Officiales inſcia S. Conſulta.*
88 *Et ſi pœna exigitur à Muliere debet exigi ita, vt Mulier non remaneat indotata.*
89 *Et pœna ſoluta debet reſici à principale.*
90 *Et quando hoc ſit verum.*
91 *Proceſſus nouus fit in caſu fractionis cautionis de non offendendo.*

1 COadunatio Hominum, & conuenticula
differunt inter ſe eo modo, quo differunt
genus, & ſpecies, nam coadunatio eſt genus
compræhendens in ſe certum quid indifferens,
nec ad malum declinans, adeò vt Bald.
conſ.262.num.1.lib.2. dicat eſſe genus generaliſſimum,
quod prædicatur de Congregatione
2 nuda; At conuenticula ſonat vbique, & ſemper
in malam partem, et in delictum, et Corn.
conſ.216.nu.5.lit.3. ait, quod conuenticula eſt
generaliter prohibita, ad quod vide Dacian.
tract.crim.lib.7.cap.7. num.8. & 9. et Farinac.
3 *quæſt.113.num.118.* Vnde ad intelligentiam
bannimentorum puto eſſe aduertendum, quod
abſque dolo non punitur coadunatio, et conuenticula,
vt in ſpecie conſuluit Menoch.
conſ.28.num.13.lib.1. Bertaz. *conſ.77.num.13.*
Tondut. *de præuent.par.1.cap.11.nu.23.* Burſatt.
conſ.141.num.20. lib.2. et Farin. *d. quæſt. 113.
nu.143.* et hinc ſupponunt bannimenta, quod
4 in conuenticula adſit Dux, et author, quia
Dux præſumitur ad malum finem, et malo
animo facere vnionem, vt ex Iaſ. *inſt. de action.
§. ex maleficijs*, et Alex. *conſ.224.vol.2.* ait Boſſ.
tit. de crim. læſæ maieſtat. num.26. & 27. et ſine
Duce, et Authore adunatio non dicitur conuenticula,
et nec illius pœna habet locum, vt
docet Farinac. *loco citat. num.137. & conſ. 55.
num.9.* vbi dicit, quod duo riquiruntur ad effectum
puniendi gentium coadunantiam.
Primo quod conſtet de capite, et authore ta-
5 lis adunationis. Secundo, quod fuerit facta
ad malum finem animo deliberato, et tractatu
præcedente in tantum, quod non ſufficeret
probare, quod multi homines concurriſſent
6 ad locum rumoris vnus poſt alium, cum poſſint
abſque dolo ex improuiſo, et ad bonum
finem currere, et vnus poſt alium ſuperuenire
Alex. *d. conſ.224.vol.2.* Crauett. *conſ.4. num.18.*
et Corn. *conſ.216. num.6. lib.3.* et propter di-
7 ctam præſumptionem, et etiam, quia grauius
peccat author, in bannimentis diſponitur,
quod puniatur pęna triremium per quinquennium
Author conuenticulæ, et alij interuenientes
plectantur pœna trium ictuum funis,
ſeu exilij: etenim ſtante dicta præſumptione,
quæ extat contra Ducem, et authorem par eſt,
quod grauiori pœna ipſe plectatur, vt etiam
de Iure communi teſtantur Crauett. *conſ.224.*
8 *num.4. & 5.* Guid. Pap. *dec.423.* et Farin. *d. qu.
113. num.140.* maximè ſi ſine Duce, et authore
alij non ſe vniuiſſent, nam ſi alij etiam ſine
ipſo erant omninò facturi non intraret pœna
rigoroſa, ſed arbitraria etiam reſpectu ad ipſum
Ducem, vt benè aduertit Farinac. *d. num.*
140. imò ex ſola vnione, ſi aliud malum non
ſequatur, poſſet diminui pœna etiam in terminis
bannimentorum, vt dicit Farinac. *loco
citat.* et ante eum Boſſ. *tit. de crim. læſæ maieſtat.
num.29*, vbi teſtatur quod in Statu Mediolani,
licet tales vniones eſſent vigore decretorum
puniendæ pœna corporali, tamen illam nunquam
vidit imponi ex ſola vnione alio malo
nò ſequuto, et hoc idem dicit Crauett. *d. conſ.*
224. num.4. ibi -- *quando maleficium ſuper quo
ſiebat coniuratio eſſet impletum*, et ibi - *ſi poſteà
factum ſequutum eſſet*, et ibi -- *quia etiam ipſi
principales eſſent puniendi pœna arbitraria.*

Hoc tamen non procedit in conuenticula
9 facta contra Principem, quia tunc omnes vltimo
ſupplicio afficerentur, ex quo eſſet
commiſſum crimen læſæ maieſtatis ad text. in
l.1. §.1. ff. ad leg. Iul. maieſt.

Et quia non omnis congregatio hominum
inducit conuenticulam, ideò Bannimenta
requirunt, quod homines adunati ſint vltra
10 ſex cum armis, et ſine armis vltra decem, et
inſuper requirunt, quod aliquis ex coadunatis
habeat inimicitiam, vel aliquam occaſionem
faciendi quæſtionem, et rixam, et
in ſubſtantia requirunt, prout diximus
ſupra, quod coadunati ſint ad malum finem.

Quæro primo, an dici poſſit conuenticula,
ſi ar-

ſi armati homines eſſent tantum ſex , et non
11 vltra? Franc.Becc.*conſ.71.* quem refert Claud.
ad Bertaz.*conſ.192.litt.B.* videtur dicere, quod
ſic ob rationem, quia ſtatutum hoc eſt exten-
dendum, cum ſit fauorabile propter publicam
12 vtilitatem . Sed tu teneas partem negatiuam
cum Farin.*d.quæſt.113.num.*136. ob rationem
quia non verificata qualitate requiſita à ſtatu-
to pœnali non poteſt procedere ſtatuti diſpo-
ſitio, propter quam rationem ita concludit
etiam Burſatt. *conſ.141. num.* 17.*& ſeqq.lib.*2.
ſed hoc non procederet in terminis *Bullæ*
Sixti V. de qua facit mentionem Farinac.
conſ.65. quia *Bulla* non ſe reſtringit ad aliquẽ
numerum ad conſtituendam conuenticulam ,
cum reſpiciat etiam ſingularitatem , vt ad-
uertit Farin. *d. conſ.65. num.46.& 47.* Ad au-
toritatem Franc.Beccij *loco cit.* reſpondetur ,
quod ipſe loquitur in caſu, quo, ſi non intra-
ret pœna ſtatuti, delictum remaneret impuni-
tum, vt ipſe ſe explicat *in fine dicti conſilij*, ibi-
*Non obſtant allegata in contrarium, quia conſtat
ea procedere, quando in omnem caſum delictum
eſt puniendum, tunc enim minor pœna imponitur,
& nunquam fit extenſio, vt maior pœna imponatur:
ſecus quando delictum remaneret impunitum,
ſi extenſio non fieret, vt in caſu noſtro , & ita no-
tanter declarat* Bart.in *l.2.§. exercitum ff. de his,
qui notantur infam. cuius declarationem nos exi-
ſtimamus veriſſimam , & mirum eſt dictos Patres
aduerſantes non conſideraviſſe* , hactenus Becc.

Sed nec ex hoc capite poteſt eius dictum ſu-
ſtineri , quia ſupponit , quod conuenticulæ
non ſint punibiles de iure communi , et quod
ideò ſtatutum ſit extendendum , ſed hoc ſup-
poſitum eſt erroneum , quia vniones ad ma-
lum etiam non extante ſtatuto debent puniri
de iure , nam facere vnionem ad malum eſt
de genere prohibitorum, vt per tex.in *l.dolum
Cod.de dolo, & in l.1.Cod.de ſicar.* probat Boſſ.
tit.de crim. læſæ maieſt. num. 24. & in terminis
ita reſpondet ad rationem allatum à Beccio
Farin.*d.num.*136.

Quæro ſecundo, an ſit probata conuenticu-
la, ſi teſtes dicant vidiſſe ſex perſonas, & vltra,
13 & non ſpecificat? dic reſpondendum eſſe idem
in hoc caſu , quod fuit reſponſum in antece-
denti, quia numerus debet eſſe certus, & teſtes
debent concludere de neceſſe ſuper qualitate
requiſita à ſtatuto, dicto enim illa, & vltra, in
dicto, & depoſitionibus teſtium non releuat ,
quia Iudicem certum non reddit , vt per tex.
in *l.cum furti ff.de in litem iurand.* inquit Bart.
in *l.cum filius §.Pater num.4.ff.de legat.2. & in
d. l.cum furti num.5.*

Quæro tertio , quid dicendum , ſi vltra ſex
homines eſſent armati zappis , fuſtibus , lapi-
dibus, pungettis, ſecuribus, alijſque ruralibus
14 inſtrumentis ? Dic quod non puniretur pœna
conuenticulæ , quia prędicta non veniunt, ſtri-
ctè loquendo, appellatione armorum Farinac.
quæſt.113. num.142. & Corn. *conſ. 199. num.2.*
15 *lib.4.* Sed vide Farin.*in addit.ad d.qu.113.num.*
140.*impreſſ.poſt 3.lib.conſil:* Decian. *tract.crim.
lib.8.cap.2.num.3.& 5.* & Caball.*reſolut. crim.
caſ.63.num.4.*

Quæro quarto, an mulieres armatæ faciant
numerum ? vide Tondut *de præuentione part.1.
cap.11.num.23.* qui ex Corneo *conſ.216.num.1.
lib.3.* tenet partem affirmatiuam .

Quæro quintò , an in ſtatu Eccleſiaſtico
vltra Conſtitutionem ſan.mem Sixti V. de qua
16 *ſuprà* adſint aliæ Conſtitutiones prohibentes
conuenticulas , & coadunationes ? dic quod
plures extant Pontificum Conſtitutiones
nempè ſan. mem. Ioannis XXII., *in nouo Bul-
lar.*10.*in ord.* Paul. II. 4. *in ord.* Alex.VI. 1. *in
ord.* Iul.II. 6. *in ord.* quarum Conſtitutionum
ad propoſitum, de quo agimus, potiſſima eſt
conſtitutio prædicta Pauli Secundi : extat in
Vrbe ſtatutum *lib.2.cap.34.* Et extant banni-
menta generalia ſtatus Eccleſiaſtici , & de
materia conuenticulæ , illicitæ coadunatio-
nis , & caualcatæ in terminis dictarum Con-
ſtitutionum tractant Farin. *quæſt.113.nu.148.*
17 *& ſeqq.& in addit.ad d.quæſt.113. d.num.148.
impreſſ.poſt 3.lib.conſil. eiuſd. & in quæſt.175.
num.86. & conſ.65. lib.1. & conſ.195. per tot.
lib.3.* Guazz.*de confiſcat.honor. concl.13. ampl.*
86. Vermigl. *conſ. crim.134. num.9. conſ.154.
num.7.& conſ.356.num.6.* Spada penes Farin.
conſ.229. num.35. & ſeqq. lib.3. quod conſi-
lium eſt impræſſum in *lib.1.conſiliorum* Spade
conſ.25. Cohell.*ad Bullam Boni Regim. cap.13.*
Poſth.*de manuten.obſeru.1 num.78.* & Conciol.
crim.reſol.1. per tot. verbo Bulla , apud quos
explicitæ remanent dictæ Bullæ, vt nihil addi
poſſit ,

Di giorno , ò di notte in quadriglia.

Videtur ſuperflua hæc repetitio, quia in §.
antecedenti ſatis erat prouiſum: ſed hæc eſt ſpe-
18 cialis pro adunanza , ſeù vagatione ; quæ fit
in Ciuitate, ſeu locis muratis, ab eis, qui ſic
vnitim incedunt armati ad inueniendũ Æmu-
los, ſeù inimicos, vt pugnent cum illis ; Vide
circà hanc adunantiam hominum armatorum
vulgò nuncupatam *quadriglia* Bouadill.*politi-
ca lib.1.cap.13. num.95.* Auiles, Perez, Marſil.
Plach.Paz.Azeuedo, Decian. locis citatis per
Bouadill. *ibid.in margine litt.I.*

Con occaſione di riſſe , ò inimicitie à fine d'incontrarſi con altri loro Emuli .

Quia ad Iudicis officium ſpectat prouide-
19 re, nè partes veniant ad arma, per tex. in *leg.
æquiſſimum ff. de vſufruct.* ideò in ſtatu Eccle-
ſiaſtico , in Hætruria , & alijs locis ferè vbi-
que iuſtificata cauſa timoris , & periculi, ſeù
ſcandali, vt ex Vinc.de Franch. Gaill. Farin.
Guazzin.

Guazzin. Caball. Vermigliol. inquit Conciol.
crim.reſol.7.num.6.verbo cautio de non offenden-
do, & D. Vrceolus *conſult.41. num.24. par.1.*
Baron.*de effect. inimic. effect.*112. *num.3.* à pru-
dente Iudice pro ſufficienti de iudicanda, vt
dicunt præfati Doctores, coguntur partes pręſ-
ſtare ſibi adinuicem cautionem de non of-
20 fendendo, datis ſcilicet fideiuſſoribus, vt ad-
uertunt Bart. in *l.illicitas §.ne potentiores nu.4.*
ff.de offic. Præſid. Farinac. *quæſt.107. num.36.*
pluribus relatis Guazzin.*de pace, & tregua p.2.*
quæſt.15. num.1. D.Sabell. in *ſumma §. cautio*
num.1. nam ſub nomine cautionis venit illa,
quæ præſtatur cum datione fideiuſſoris, vel
pignoris, vt dicunt Maur. Gratian. Duen. Tu-
ſch. Merlin. Barboſa Rota *locis relatis* à D.Sa-
bell. *ibidem*, quod eſt verum etiamſi ipſi prin-
cipales, qui debent dare cautionem, ſint ditiſ-
ſimi, adhuc enim debent fideiuſſoribus datis
cauere, vt diſcuſſo plenè articulo deciſum
refert D.Sabell.*loc.cit.* & ita de conſuetudine
in criminalibus iudicijs ſeruari dicunt Clar.
quæſt.47.num.5. Vulpell.*de pace quęſt.76.nu.2.*
Guazzin. *d.quæſt.15. num.6.* & his relatis D.
Sabell. *d.num.1.*
21 Et dictas fideiuſſiones præſtitas ſan. mem.
Paulus Quartus in *conſtit.in ord.10. §.15. in*
Bullar.nono. mandauit regiſtrari in libro ſpe-
ciali in Cancellaria criminali retinendo.

Et Officiales ſubordinati inferiorum Tri-
22 bunalium tenentur eas tranſmittere ad Can-
cellariam maiorem, & deficientes in hoc eo-
23 rum munere obeundo puniuntur *vigore ban-*
nimentorum generalium ſtatus Eccleſiaſtici pœ-
na pecuniaria, & priuationis officij; & non
eſt mirum, cum notarij debeant habere in
promptu huiuſmodi acta, quæ Fiſcum rele-
uant, ſicut tenentur habere in promptu in-
ſtrumenta, quorum copiam non edentes poſ-
24 ſunt conueniri pœna falſi ad trad. per Bald.
in *l.fin.num.23.C.de edend.* & Maugrella *in ad-*
*dit.*ad Bart. in *l.ſi quis §.an heredi ff.eod.tit.&*
in rub ff.ad leg.Corn.de falſis, & in ſimili ità re-
peritur cautum in Regno Aragoniæ teſte
Creſpi *obſeruat.5.num.59.*

Et notarij in Cancellaria maiori exiſten-
25 tes, ſi illas in libro non regiſtrant, tanquam
falſarij puniuntur, vt dicit Creſpi *loco citato*,
& Sanfęl. *deciſ.60. num.4.* qui teſtatur fuiſſe
26 tanquam falſarium punitum quemdam no-
tarium, penes quem repertæ fuerunt quędam
informationes, in quibus non erant notati
dies in receptione Teſtium, nec erant regi-
ſtratæ, vel in eis rubricæ appoſitæ; vide eum,
& intellige, vt loquatur de Notarijs, qui cum
dolo, & ad finem occultandi huiuſmodi acta
non regiſtrant, alias poſſunt quidem teneri
de incuria, & negligentia, ſed non de falſo,
quod requirit ad ſui eſſentiam dolum, & im-
mutationem, vel occultationem veritatis.

Quæro primò, quomodo Iudex in caſu vr-
genti, & periculoſo, & moram non patiente
poſſit celeritèr ſuccurrere; dic, quod Doctores
aſſignant quatuor modos, quibus Iudex po-
teſt muneri ſuo ſatisfacere, loquor de locis,
in quibus non obſtat priuilegium, vel præ-
ſcriptio immemorabilis, prout obſtat Bono-
niæ, vbi nequit Superior vti aliquo ex ſubſe-
quentibus remedijs tanquam læſiuis, & con-
trarijs priuilegio, & conſuetudini immemo-
rabili Ciuitatis.

Primò ſuccurret, & celeriter obuiabit in-
conuenientibus, ſi cogat principales ad dan-
dam cautionem de non offendendo, vt eſt
tex. in *l.illicitas §.potentiores ff.de offic.Præſid.*
& ibi Guil. de Cuneo, & Bart. in *l. denuncia-*
mus C.de his qui ad Eccleſ.confug. Franch.*deciſ.*
359. & Saufel. *deciſ.142. num.4.* qui ait hanc
cautionem eſſe neceſſariam, & debere à Iu-
dice exigi, vbi adeſt timor.

At quia talis coactio exigit tempus, & hoc
interim poſſunt partes ſe offendere, ideò, vt be-
nè aduertit Guazzin. *mox cit.quæſt.17.num.5.*
introductum eſt, vt Iudex tranſmittat princi-
27 palibus rixantibus, & conſanguineis præce-
ptum de cautiones præſtando cum clauſula,
quod *interim habeantur pro datis* juxtà praxim
deſumptam ex *l.cum poſtulaſſem ff.de damn.in-*
fecto Guazzin.*tit.de caut.de non offend.§.3. qu.*
17.num.5.par.2.qui ibid.nu.6. ponit formulam
præcepti per extenſum, de Luca ad Vinc.de
Franch.*deciſ.359.nu.4.* & Vermigl. qui (quic-
quid dicant Cyriac. *contron.forenſ.*101. *nu.64.*
& Marius Antonin. Maceraten.*var.lib.3.reſol.*
31. num. 5. qui loquuntur in terminis iuris
communis) probat præceptum cum dicta
clauſula eſſe validum *conſ.*166. Conciol. *reſol.*
7. verbo cautio de non offendendo, Pratus ad
Paſchal.*de patr.poteſt.par.4. cap.7. verſ.non in-*
fulsè, & ſi quis poſt præſentationem præcepti,
28 alteram partem offenderit, tenetur ad pœ-
nam in præcepto contentam, vt dicit Guazz.
reor.defenſ.11.cap.1.num.12. & in tract.de pace
par.2. §.3. quæſt.3. Baiard. ad Clar. *quæſt.47.*
num.21. Caball. *reſol. crim. cap. 219. num.13.*
D.Sabellus in *ſumma §.cautio num.19.* & pœ-
29 na omninò exigitur in caſu contrauentionis
Hercul.*de caut.cap.5.num. 1. 5.& ſeqq. & cap.*
9.num.21. Far.*quæſt.107.par.1.num.13.* & Ver-
migliol. *conſ.166. num.7.* vbi ait, quod ſuſti-
30 netur id ex ſola obſeruantia Tribunalium ſę-
cularium; quapropter in Curia Eccleſiaſtica
non debet admitti, niſi probata hac obſer-
31 uantia, & citat Vulpell. Hercul. Guazz. Ca-
ball. & Baiard. & quatenus in Curia Eccle-
32 ſiaſtica traſmittatur de facto præceptum
cum dicta clauſula illud eſſet nullum ex defe-
ctu iuriſdictionis vt pluribus citatis firmat
Conciol.*reſol.7.num.5.*

Imò nec præceptum ſimplex debet admit-
ti in locis, in quibus talis conſuetudo non
fuit recepta ex eadem ratione, quia obſeruan-
tia, tanquam quid facti, debet ante omnia pro-
bari, & vt ait Merenda penes D.Vrceolum
conſult.41.num.43.par.1. debet probari ita vt
poſſit dici tranſijſſe in conſuetudinem pro-
prie.

Digitized by Google

priè, & ſtrictè acceptam iuxtà doctrinam Baldi in *l.1. num.94. C. de ſumma Trinit.* præſertim cum ſit contra regulas iuris communis, quod quis caueat pro ijs, quos non habet in ſua poteſtate, vt per tex. in *l.1.§.famil.ff.de vi,& vi arm.* Bart.Panormit.Curt.Sen.Ripa, & alijs dicit Sanfęl. *deciſ.142.nu.15. verſ. quæ ſententia,* potiſsimum ſi is, qui cogitur dare cautionem non ſit principalis rixans, vel ſaltim nō ſit particeps rixæ, vt pluribus oſtendit Merenda penes D.Vrceol.*conſult.forenſ.par.1. conſult.41.num.35. & ſeqq.* & eſt pariter contrà regulas iuris ordinarias, quod quis non promittens remaneat tamen obligatus ex adductis à Mario Antonin. Maceraten. *variar. lib.3.reſol.31.num.3. & 5.* ſed vbi adeſt obſeruantia ſeruanda eſt, quia ob bonum publicum eſt introducta, vt innuit Sanfęl.*d.num.15.verſ. attamen materia. & verſ. verum quicquid,* cum hoc tamen, vt nec ex maioritate rationis poſſit extendi vltra terminos præciſę obſeruantiæ, vt ex Farin. *conſ.144.nu.12.* quem refert, firmat Merenda *loco citato num. 46.*

Secundò modo poteſt opportunè ſuccurre-
33 re præcipiendo tàm principalibus, quàm conſanguineis, vt ſtatim accedant domum, & indè non diſcedāt ſub pęna pecuniaria pro ſumma benè viſa Iudici, qui poteſt in dicto præ-
34 cepto apponere clauſulam, quod eis aſſignat domū pro carcere, ſed iſto caſu debet reis ſic
35 præceptatis dari ſecuritas, ſeù ſaluus conductus pro delicto, pro quo tranſmittitur præceptum, alias præceptum eſſet nullum, & non afficeret, vt ait Pratus ad Paſchal.*de patr. poteſt.par.4.cap.7. verſ.cuius Domini Regentis,* & illi non tenerentur accedere ad eorum domum, quia nemo tenetur ſe ſupponere pœnæ,
36 & dicta aſſecuratio debet inſeri in ipſo præcepto iuxtà formulam, quam per extenſum ponunt Sanfælic. *deciſ.142. num.2.* Prat. ad Paſchal.*de patr.poteſt.par.4.cap.7.verſ. notabilis,* & de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ.359. num.4.* & talis eſt videlicet. *Tenore præſentium mandatur N.quatenus infrà ſex horas, qua-*
37 *rum duas prò primò termino, duas prò ſecundò, & reliquas prò tertiò, vltimo, & peremptorio termino aſſignari volumus, ſe conferre habeat ad eius domum ſitam intùs hanc Ciuitatem &c. illamque tenere loco tuti, & ſecuri carceris vſque ad alium ordinem in ſcriptis &c. ſub pœna ſcutorum mille applican. C. A. elapſo dicto peremptorio termino, & mandato prædicto non ſeruato, cum aſſecuratione tamen pro pœna delictorum ex cauſa prædicti mandati, & præſentationis &c.* quo præcepto ſtante, ſi præ-
38 ceptatus ſub tali fiducia inſultaſſet inimicum, & interficeret, non ſolum eſſet puniendus pœna pecuniaria indicta in præcepto, vt dicunt Sanfęl.& Pratus *locis citatis,* ſed teneretur pœna ordinaria homicidij, & refert Io:Bapt.Thor. in *annot.*ad Io:Grand. *de bello exulum prædic.quantitatis quæſt.3.nu.29.* fuiſſe decapitatum quemdam nobiliſſimum
39 Virum ex eo, quia habita rixa cum alijs nobilibus, exiſtente ordine Proregis intermedio, ne diſcederent ab eorum domibus, ſub tali fiducia cum commitiua inimicos inſultauit, & vnum interfecit, ac alium vulnerauit, & ad hoc citat Clar. *§.homicidium num.51.* & poteſt eſſe ratio, quia aſſecuratum à ſuperiore occidit, vt innuit Thor. *ibid.* alias ſi durante calore iracundiæ occidiſſet, eſſet à pęna ordinaria excuſandus *ex iuribus vulgatis.* Vnde non propter homicidium, ſed propter qualitatem aſſecurationis vnitam homicidio intrat pœna ordinaria.

Et tunc poterit dubitari, vt euenit in Sac. Conc. Neap. teſte Sanfęl. *d.deciſ.142. num.3.* an ſtatim elapſo dicto termino ſex horarum appoſito in præcepto, poſſit procedi ad exequutionem pœnæ? & Sanfęl.*loc.cit.* reſpondit
40 negatiuè, quia neceſſe eſt quod accuſentur contumaciæ, ſequitur Franc. Mar. Pratus ad Paſchal.*de patr.poteſt. par.4. cap.7. verſ.an autem poſſit procedi ſtatim,* vbi ait, hoc eſſe conforme iuri communi, & ritui Magnæ Curiæ *in ord.118.& in addit.* ad Muſcatell.*de fideiuſſ. mod.15.p.1.verſ.tertia ſit quæſtio,* inſuper ait,
41 quod iuxtà ritum Magnæ Curiæ ſit poſt incuſationem contumaciæ expectandum triduum. Poteſt in contrarium dici, quod exequuto perſonalitèr præcepto, & non ſeruato, poſſit
42 elapſo termino appoſito procedi ad exequutionem pœnæ ratione contemptus Iudicis, ex quo nulla poterit allegari cauſa legitima, quare mandato non fuerit paritum; ait enim Fęlyn. in *cap.ſi quis num.1.de maior. & obbed.* & Dominic. in *cap. nullus 55. diſt.* tunc aliquem in contemptum non parere, vbi ſcienter, & contumaciter ſuperioris præcepto ſubijci non vult, & ideò debet puniri pœna comminata, vt in ſimili ait Octau. Vulpell. *reſp. crim.139.num.12.& 13.* cum hoc tamen, quod
43 re integra, hoc eſt interim delicto non ſequuto, & pœna cum effectu, & realitèr non exacta, ſemper admittatur ille ad purgandam moram ex ijs, quæ copioſè tradit Giurb. *conſ.33. num.9. & ſeqq.* & ità fuiſſe exequutum, teſtatur Sanfęl.*deciſ.141. in fine,* & ratio
44 poteſt eſſe, quia termino præcepti elapſo auditur quis re integra, ſi ab homine ſit præfixus, ſecus ſi à lege Innoc. in *cap. cum in tua verb. banna, qui matr.accuſ.* Bald.in *l.ſi eo tempore C.de remiſſ.pign.& in Margaritta verb.terminus* Bertach. *verb.terminus nu.50.* nec poteſt obſtare, quod termini ſoliti trium dierum ſint
45 aſſignandi, quia id procedit in cauſis ordinarijs, & non in ijs, quæ non patiuntur dilationem temporis; & ideò ex Iudicis arbitrio terminus prædictus poteſt ex cauſa non ſo-
46 lùm abbreuiari, ſed etiam tolli, vt ait Bald. in *l.2.Cod.de dilat.& in l.vnius §. cognitum ff. de quæſt. & in l. cum reis C. de pœnis* relatus à Bertach. *loc. cit. in princip.* nam in caſibus, in quibus mora poteſt afferre peri-
47 culum, tunc receditur à iuris regulis, tex. &

Bart. in *leg. de Pupillo §. ſi quis ff. de non. oper.*
nunc. Giurb. *conſ.34. num.33.* & contumaciæ
poſſunt accuſari poſt lapſum horarum, eo
modo, quo accuſautur poſt lapſum dierum,
in quorum locum ex cauſa bene viſa Iudici
ſucceſſerunt horæ, quod poteſt fieri, maxi-
mè cum non tollantur defenſiones, vt ex Bart.
in *extrauag. ad reprimendum verſ. ſummariè*, vbi
Apoſtill. *litt. B.* vult Io: Grandis *de bello exu-*
lum ſpecial. 55. num. 4. qui ait hinc ſumpſiſſe
48 practicam Commiſſarios, qui dant dilatio-
nem ad horas, & licèt ipſe talem practicam
49 non approbet; tamen hoc eſt, ex quo putat
ex breuitate temporis tolli Reo defenſiones,
quod non euenit in caſu, de quo loquimur, &
ideò benè vti poſſumus practica ſupradicta, de
qua teſtatur etiam Io: Bapt. Thoro in *addit.* ad
Grandem *loc. cit.* apud quem plura notabilia
habentur tam in *dicto loco*, quam *in prædic. pati*
qu.2. n.6. vbi docet practicam requirendi Reũ.

At non exequuto præcepto perſonaliter,
ſed domi ſolitæ habitationis, quod ſufficit
ſecundum Conciol. *crim. reſol. verbo cautio de*
50 *non offendendo reſol. 9. n. 8.* Guazzin. *de pace, &*
tregua par. 2. q. 27. n. 7. & ſeq. de Luca ad Vinc.
de Franch. *deciſ. 359. num. 4.* Pratus ad Pa-
ſchal. *d. cap. 7. verſ. notabilis tunc*, Raphael Vi-
loſa *de fugitiuis cap. 18. §. 3. num. 26.* qui refert
fuiſſe deciſum valere, & obligare ad pœ-
nam arbitrariam, quando nulla pœna
fuerit expreſſa; non eſſet æquum poſt lapſum
51 horarum deuenire ad exequutionem pœnæ
comminatæ, ſed deberent accuſari contuma-
ciæ poſt ſolitum terminum trium dierum, ob
rationem, qui in dubio debemus iudicare,
quod non adfuerit contemptus, & quod
ignorauerit præceptum iuxtà ea, quæ tradit
Giurb. *conſ. 34. num. 33.* et etiam quia non ci-
tatus perſonaliter non poteſt mulctari Iaſ. in
52 *l. vnica §. fin. ff. ſi quis ius dicen. non obtemp.* et
Capyc. Latr. *deciſ. 141. num. 4.*

Et adeò fauorabilis eſt iſta prouiſio facta
pro bono pacis, et pacifici ſtatus conſerua-
tione, vt præcedente licentia Iudicis Eccleſia-
53 ſtici, vt eſt penes D. Zuffum in *Conſtitut. Bar-*
berina n. 50. licitum ſit exequi præceptum in
Eccleſia, et exiſtenti in ea intimari, vt inquit
Sanfel. *deciſ. 141. per tot.* qui teſtatur fuiſſe in
Eccleſia verbaliter citatus quidam prouocans
ad duellum, qui ad impediendum Iudicis
mandatum in Eccleſiam ſe contulit, et ſub-
dit, quod ceptum fuit exequi contrà eum per-
manentem in contumacia pro pœna pecunia-
ria, ſed non proſequutum, ex quo præcepto
54 paruit, & quod hoc fieri poſſit docet Abb.
in *cap. inter alia num. 9. extrà de immun. Eccleſ.*
Aluar. Valaſ. *conſult. 81. num. 4.* Rouit. *ad prag.*
1. de iuriſd. inuic. non turb. nu. 17. & in pragm. 2.
de cit. num. 12. & alij, quos refert, & ſequitur
Sanfel. *loc. cit. num. 1.* & 2. qui Doctores hoc li-
55 mitant in caſu, quo citatus eſſet puniendus
aliqua pœna ſanguinis, quia tunc non valeret
citatio, & quod iſta opinio ſit communiſſi-
ma tenent Petr. Pecch. *tract. de iure ſiſten. cap.*
6. & Borell. in *ſumm. deciſ. tit. 44. de citat. n. 74.*
verbo verbalis citatio, quos refert Sanfel. in
addit. ad dictam *deciſ. 141.* Sed vide quæ circà
hanc materiam citationis in Eccleſia executæ
latè dixi in *cap. 1. §. 11. num. 31. & ſeqq.*

Verum his non obſtantibus non recedas à
praxi, quam docet Sanfelic. *loco citato*, quia
reſtrictio termini ad horas fuit facta ex cauſa
boni publici, vt ſcilicet volens rixari coarcte-
tur ſtatim ad accedendum ad domum, & hoc
modo inhibeatur rixari: Sed exactio pœnæ tã-
quam odioſa non debet habere idem priuile-
gium, & ideò quoad illam debet ſeruari ſty-
lus ſolitus, etiam ſi intimatio præcepti ſit fa-
cta perſonalitèr.

Aduertendum tamen cum Domino Ioan.
Bapt. Muccio ad Sanfel. in *dilucidat. ad deciſ.*
142. num. 4. quod cum dicto præcepto non
ceſſat timor rixæ, ſeù vt dicit D. Muccius, ti-
mor, ne fiat duellum, quia poteſt fieri per in-
terpoſitionem, ſeù ſubrogationem alterius
perſonæ, nàm etiam duelliſtæ, quando ſe ſer-
uant in libertate per aliquos dies, poſſunt
poſteà ſaluo honore obedire præcepto, & ſub-
rogare alium pro ſe ad duellandum. Ideò
cautela eſt, *vt in præcepto iniungatur, quod de-*
beat ſe conferre ad domum, illam habere pro car-
cere, & non debeat per ſe, vel per alium duella-
re. Nos dicemus, quod *non debeat per ſe, vel*
per alium quoquomodo offendere, aut offendi fa-
cere; ſed meo iudicio tutius eſſet tranſmittere
dictum præceptum, & vno, eodemque tem-
pore etiam citationem ad fideiubendum cum
clauſula, quod *interim habeatur fideiuſſio pro*
præſtita, iuxtà ſtylum, de quo *ſuprà*, & ſequor
in hoc doctrinam Guazzini *de caut. de non of-*
fend. par. 2. quæſt. 59. num. 5. vbi ait, quod ad
plenè conſulendum bono publico debẽt cogi
conſanguinei bannitorum ad cauendum,
quod non ingrediantur ſtatũ Eccleſiaſticum,
& inimicos non offendent, & Ricc. *var. reſol.*
395. num. 4. par. 2. dicentis poſſe quem adſtrin-
gi ad dandam cautionem de benè viuendo,
& etiam aliam de non offendendo.

56 Tertiò modo celeriter ſuccurrit, ſi decernit
militarẽ cuſtodiam, vt per tex. *l. fin. C. de era-*
gat. militar. annon. lib. 12. dicit Alciatus in *leg.*
ſi ſuper. poſſeſſione num. 22. & ſeqq. Cod. de tran-
ſact. vbi teſtatur ita vidiſſe practicatum, Vul-
pell. *de pace quæſt. 77. in fine*, & Sanfel. *dec. 142.*
num. 8. de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ. 359.*
num. 4. hoc eſt debent aſſignari milites ad
cuſtodiam eius, in quem cadit timor, ſeù pe-
riculum, & hoc debet fieri expenſis concuſſo-
ris, vt dicunt præfati Doctores, & Salyc. in
l. denunciamus num. 3. Cod. de his, qui ad Eccleſ.
confug. ait, quod ſuperior poteſt loco mili-
tum, dare licentiam concuſſo, vt deferat ar-
ma, & armatos ſecum ducat ad ſe defenden-
dum, & hoc multoties ſolet fieri; ſed ego non
permitterem, niſi homini cognitæ bonitatis.
57 Quartò tandem modo ſuccurreret cum ca-

ptura

ptura conſanguineorum , vt ait Io: Grandis
de bello exulum in prædic. pati quæſt.2. num.4.
qui ad hoc citat Marſil.in *rub. Cod. de probat.*
num.230.& ſeqq.& in l.repeti ff de quæſt. Fę-
lyn.in *cap. Paſtoralis* §. *pen. de offic. deleg.* &
Diaz. in *reg.370.* & Grandem ſequitur Thor.
in *addit. ad eum d. num.4.* qui addit Doctori-
bus allegatis per Grandem , Reg. de Ponte
tract.de poteſt.Proreg.rub.de prouiſ fieri ſolit. §.
5.n.14.& ſeqq. certum eſt enim, quod delin-
58 quentes ſaltem metu pœnę conſanguineorum
retrahuntur à delicto , vt in Patre pro filio
dixit Bald.in *l.ſancimus C.de pęn.*Imol. in *leg.*
*cum filius ff.de verbor.oblig.*Alex.in *l.ſæpè ff.de*
*re iudic.*Bart.in *l.iure prouiſum*, vbi Alex. *C.de*
*fabricenſi. lib.*10.& hoc eſt permiſſum ratione
59 publicę vtilitatis, vt pluribus comprobat Fę-
lyn.in *cap.2.de conſt.*& Io: Grandis *loc.cit.* &
Io:Bapt.Thor.in *annot.* ad eum in *prædic. pati*
quæſt.2.num.2.& Reg.de Ponte *de Poteſt.Pro-*
reg.rub.de prouiſ.fieri ſolitis §.5. *num.2.* qui lo-
60 quuntur in caſu , quo conſanguinei bannito-
rum iubentur exfractare, & dicunt , quod ta-
le edictum comprehenderee etiam fœminas
conſanguineas, Rouit.*rub.de exul. num.*11. &
comprehenderet etiam conſanguineos Cleri-
corum turbantium quietem publicam, Fran-
chis *deciſ.463. num.9.* & id eſſe licitum pro-
bat, vt dixi in *proœm.* §.6. *num.92.* ex Baldo,
& Petro de Ancharano Barbatia in *cap. quia*
quæſitum num.86. de offic. delegati , vbi ait,
quod , cum quidam rebelles Florentini occi-
diſſent in Ciuitate Aretij Ambaſiatores Flo-
rentinos, ſcandalum fuit non mediocre in po-
pulo Florentiuo , & quod propterea fuit fa-
ctum ſtatutum ex conſultu populi,quod Con-
ſanguinei eorum,niſi pręſentarent illos Com-
muni viuos, aut mortuos , punirentur ipſi ea-
dem pæna , & quod tempore Anchara-
ni fuit factum ſimile ſtatutum , & fuit ſequu-
tus effectus , quia conſanguinei illorum fece-
runt illos occidi .

61 Verum iſte modus eſt nimis violentus , &
ſapit ininſtitiam , & iniquitatem , vt inquit
Demoſtenes *epiſt. 3.* ibi *iniquiſſimum eſſet,*
quarum rerum Patrem accuſant quidam, ob eas
filios in vincula conijci , quem ad hoc adducit
D.Mutius Cartharius *de pænis innocent. in*
pręfat.num.21. & Simancha *de Cathol. inſtit.*
tit.29. num.6. qui ſubdit hoc durum , fęrum,
& barbarum eſſe .

Et quamuis ex Philon.Philoſopho *lib.2. de*
ſpecial.legib. ſubdat D.Carthar. *ibid. num.22.*
quod , qui nimium ſecuritati conſulit, cogi-
tur ſæpè innoxijs non parcere , & conſonat
ius Canonicum in *cap. ſine culpa de reg.iuris in*
6. vbi dicitur, quod quis poteſt puniri ſine
culpa ſua , ſi ſubſit cauſa ; vnde gloſa in *cap.*
cognoſcentes de conſtit.& in cap.fin.de eo qui co-
gnoſ.conſang.vxor. quam communiter ſequun-
tur Doctores, & ſignanter Rebuff. & Paul.*lo-*
cis relatis à Solorzano *de iure indiar.tom.1. lib.*
2.cap.11.num.32. ait, quod quis puniri poteſt
ſine culpa ſua , non tamen ſine cauſa , & So-
lorzanus *loc.cit. tom.2. lib.1. cap.14. num.68.*
ait, quod pœna irrogatur etiam ſine culpa ,
ſi aliqua iuſta cauſa interuenit, quæ id requi-
rere videatur , puta , quod expediat Reipu-
blicæ .

Nihilominus per prudentem , & Chriſtia-
num Superiorem aliter , quam cum remedio,
inſontibus præiudiciali,bono publico eſt con-
ſulendū;præſertim verò cū tex.in *d. c.ſine cul-*
pa,& gloſ.in d.c.cognoſcentes intelligantur per
Doctores,vt procedant in pœnis,quæ non ſine
corporis afflictiuę,vt explicat Solorzan.*d.cap.*
*14.nu.69.& ſeqq.*qui vult , quod diſpoſitio d.
tex. procedat ſolū quoad pœnas ciuiles, puta
priuationem honorum, bonorum, aut ſucceſ-
ſionis, & iu cauſis tantum arduis, vt in crimi-
ne læſæ Maieſtatis .

Propterea carceratio non eſt practicanda,
niſi in caſu, quo adeſſet ſaltem ſuſpicio, quod
ſuis conſanguineis delinquentibus ſint auxi-
lij, & pręſidij , in quibus terminis loquuntur
Io: Grandis, Thor. & alij Doctores *ſuprà ci-*
tati, prout dixi etiam in *proœm.§.6.nom.90.&*
ſeqq.& quidem non vidi , niſi in his terminis
ſuſpicionis occultæ intelligentiæ,practicari,&
62 nec contrà alias perſonas , quam conſangui-
neos Bannitorum,in quibus terminis loquun-
tur etiam Grandis, & Thor. *locis citatis* , &
63 nec per alios Prælatos , quàm per legatos à
latere,qui iu legationibus ſuis vice Pontificis
gerunt ad tex.in *cap.1. extrà de offic. Legati*, &
in his terminis memini, quod tempore Lega-
tionis Eminentiſsimi D.Cardin.Octauij de
Aquauiua Domini Mei infeſtante Prouiu-
64 ciam Romandiolæ quodam Tarone cum ro-
barijs,& recaptis, ſeù compoſitione per vim,
fuit de ordine præfati Eminentiſſimi D. Car-
dinalis Legati à latere, vt retuli in *proœm.* §.6.
num. 95. carceratus eius Pater nuucupatus
Coroncina , contrà quem erat ſuſpicio intelli-
gentiæ, & fuit detentus , donec promiſit , &
fideiuſſorem , ſi rectè memini , dedit, quod
filius non ingrederetur amplius in Prouin-
ciam .

Magis tamen proprium eſſet,vt redeam ad
principiū quęſiti,procurare capturā, & deten-
tionem eius,qui rixę cauſam pręſtitit,maximè
ſi eſſet aſſuetus rixari,vt bene aduertit Vulpell.
*de pace q.77.n.3.*qui ſubdit *n.4.*quod Iudex po-
teſt è Ciuitate eijcere, vel relegare tales rixo-
ſos, quod vult etiam Guazz.*loco cit.quæſt.17.*
num.12. &benè faciet ſuperior , ſi ante car-
cerationem, & ante eiectionem procuret , vt
partes pacificentur, medicantibus amicis, ſeù
hominibus , qui in aliquibus locis , & præſer-
tim in Romandiola nuncupantur Pacerij, ad
hoc ſpecialiter deputatis ; illi enim ex depu-
tatione generali , ſeù ſpeciali audient ipſas
partes , & auditis differentijs pacificant eos,
vel referunt ſuperiori , vt opportunè proui-
deat , vt bene ponderat D.Io:Bapt. Muccius
ad Sanfęl.*deciſ.142.num.15.& 16.*

Quæro ſecundò qvinam ſint cogendi ad
dandam cautionem de non offendendo? dic
quod iuxtà terminos iuris communis nemo
65 poteſt cogi ad cauendum pro alio, cum alie-
ni facti promiſſio non ſubſiſtat §. *ſi quis alium*
inſtit. de inutil. ſtipul. l. ſtipulatio iſta §. 1. ff. de
verb. oblig. Pariſ. *conſ.* 156. *vol.* 4. Sanfel. *deciſ.*
142. *num.* 15. præſertim vero pro ijs, quos co-
gendus non habet in ſua poteſtate, & quibus
non poteſt prohibere, ne delinquant, vt per
tex. in *l.* 3. §. *familiæ ff. de vi, & vi armata,* &
Sanfel. *dec.* 142. *n.* 15. dixi *ſuprà*. Sed iuxtà pra-
xim Tribunalium, præſertim ſtatus Eccleſia-
ſtici, coguntur omnes tàm conſanguinei,
quàm affines, nulla habita conſideratione
gradus, ad cauendum de non offendendo, vt
de ſtylo Sacræ Conſultæ teſtatur Guazzin. *de*
pace, & tregua par. 2. *quæſt.* 59. *num.* 5. quem re-
ferunt, & ſequuntur D. Maſſin. *de conſiſt. bonor.*
quæſt. 47. *num.* 95. & Paſchal. *de patria poteſt.*
part. 4. *cap.* 5. *num.* 73. Sed quod ſint cogendi
conſanguinei proximiores, qui ab inteſtato
ſuccederent, non verò alij, qui carent ſpe re-
leuationis, vult Vermigliol. *conſ. crimin.* 320.
num. 1. hæc enim materia regulatur à ſucceſ-
ſione inteſtati, vt ipſemet Vermigliol. ait *loc.*
cit. & replicat in *conſ.* 316. *num.* 1. qui inſuper
affirmat, quod hac ratione non ſunt cogendi
66 affines, niſi in ſubſidium alijs proximioribus
idoneis non exiſtentibus, & ita decreuit Sa-
cra Conſulta 27. *Octobris* 1607. in litteris di-
rectis Gubernatori Peruſiæ, -- *che dette ſi-*
curtà ſi diano dalli parenti più proſſimi loro, ſe
ſaranno idonei, e caſo nò da quelli, che ſono remo-
ti, purche ſiano idonei, con farli rileuare poi dal-
li più congionti, vt refert Vermigliol. *d. conſil.*
316. *num.* 3. & Caſtellus *in ſuo memoriali pag.*
60. refert ſimiles litteras fuiſſe tranſmiſſas
Præfecto Nurſiæ 3. *Nouembris* 1607. & hæc
opinio ſecundum me eſt tenenda, quam tenet
etiam Conciol. *crim. reſol.* 4. *num.* 6. & 7 *verbo*
cautio de non offenden. licet D. Maſſin. *loc. citat.*
num. 96. reiciat Vermigliol. *d. conſ.* 316. ex eo,
quia eius ſcripta pugnant diametraliter cum
obſeruantia Sacræ Conſultæ relata à Guaz-
zino *loc. cit.* Etenim ex tenore litterarum Sa-
cræ Conſultæ relatarum à Vermigliolo, &
Caſtello, apparet quod Stylus Sacræ Conſul-
tæ non eſt talis, qualem refert Guazzinus, &
in caſu relato à Guazzino potuit ille Sacer
Senatus moueri ad ita decretandum ſpeciali-
ter ob imminentiam periculi. Nam non eſt
veriſimile, quod voluerit ità generaliter de-
cretare, quando ius, & æquitas conſtituunt, &
præbent remotioribus exceptionem, quod
proximiores debeant cauere ob ſpem, & emo-
lumentum ſucceſsionis, vt ex Hercul. & Ca-
gnolo, & alijs firmat Guazzin. *loc. cit. num.* 2.
& 3. & 4. Siquidem cum iſta materia
ſit odioſa, & oneroſa, & etiam irrationabilis,
& in tantum ſit introducta, in quantum con-
ſert quieti Reipublicæ, non eſt extendenda, &
dilatanda, ſed eſt potius reſtringenda ad hoc,
vt minùs quàm fieri poſſit ius commune læ-
dat, & minùs quam fieri poſsit grauet ſubdi-
tos, vt aduertit Vulpell. *de pace quæſt.* 83. *in*
fine, quem refert, & ſequitur Merenda penes
D. Vrceolum *conſult.* 41. *num.* 40. *par.* 1. & hoc
vult etiam Gratian. *deciſ. Marchiæ* 133. *num.* 9.

Et quamuis ſubditi poſſint dici grauati,
etiam quando, qui non ſunt in gradu ſucceſ-
ſibili, in ſupplementum non habilium adſtrin-
guntur ad fideiubendum, nam, vt dixi, ij ſo-
lum deberent teneri, qui emolumentum ſuc-
ceſſionis ſperare poſſunt ad tex. in *auth. ſicut*
C. de legit. tutel. & auth. defuncto C. ad Tertul-
lian. Etenim de iure ij dicuntur in propo-
ſito attinentes, conſanguinei, & affines, qui
ſunt ſucceſſibiles, vt tollatur, & euitetur infini-
tas, vt per tex. in *l. ſi quis §. fin. ff. de pericul. &*
commod. rei vendit. Alciat. Tiraquell. Herculan.
inquit Guazzin. *d. quæſt.* 59. *num.* 3.

Nihilominus tollerandum, & ſupportandū
tamen eſt ob bonum publicum, quia, vt dixi
ſuprà, poteſt quis ſine culpa puniri pecunia-
litèr, quando adeſt legitima cauſa, vt eſt tex.
in *cap. ſine culpa de reg. iur. in* 6.

Propterea dicendum quod Sacra Conſulta
à dicto ſtylo, quatenus adfuerit, receſſerit, &
alium, de quo Vermigliol. *dict. conſil.* 316. et
Caſtell. in *memoriali* introduxerit.

Aduertendum tamen, quod proximiores
67 eximi debent à dicta obligatione præſtandi
cautionem, quando illi, pro quibus debent
cauere, ſunt eorum inimici, etenim ęquitas
non patitur, quod quis teneatur promittere
factum ſuorum inimicorum, vt ex Farinac.
Guazzin. Vermigliol. Laderch. Gratian. et
alijs inquit Conciol. *d. reſol.* 4. *num.* 4. *verbo*
cautio de non offenden. Paſchal. *de patr. pot. par.*
4. *cap.* 7. *nu.* 19. Baron. *de effect. inimic. effect.* 111.
num. 1. & 2. & *effect.* 112. *num.* 15. poteſt enim
ſuſpicari, ne contraueniant ad hoc, vt ipſi, qui
cautionem præſtiterunt, vexentur, & affli-
gantur ad tex. in *l. ſi merces §. culpa ff. locati*,
& aduertit Vulpell. *de pace quæſt.* 83. *num.* 2.

Aduertendum ſecundò, quod licet mul-
68 ti dicant, quod conſanguinei non tenentur
præſtare cautionem de non offendendo pro
conſanguineis diſcolis, rixoſis, malæ condi-
69 tionis, & famæ, & nec pro illis, qui nihil ha-
bent in bonis, & per conſequens non poſſunt
releuare indemnes eos, qui fideiubent, & aſſi-
gnant rationem, quia nemo tenetur ſe pone-
re in manifeſto diſcrimine, & ſunt Hercul.
70 Maurus, & alij relati à Conciol. *dict. reſol.* 4.
num. 5. attamen in praxi huiuſmodi excuſatio-
nes non admittuntur, vt dicunt Farin. *quæſt.*
107. *num.* 32. & Guazzin. *de caut. quæſt.* 10. *num.*
26. cum quibus pertranſit Conciol. *loc. cit.*
qui videntur hoc limitare in caſu, quo con-
ſanguineus eſſet Bannitus, ſequitur Merenda
loc. cit. num. 50. ſed indeferenter non vidiſſe
admitti teſtatur D. Sabell. in *ſumma §. cautio*
num. 28. *verſ. in practica tamen*.

Aduertendum tertiò, quod data cautione
per

Digitized by Google

per Patrem pro ſe, & filijs, non tenetur pro
filio ſpurio, quia ſpurij tamquam iure ciuili
incogniti non veniunt ſub appellatione filio-
rum, imò nec ſub appellatione coniuncto-
rum, vt probat Guazzin. *de caut. par.* 2. *quæſt.*
11. *num.* 2. & ibi Adden. citat Caroccium *de-
ciſ.* 8. & Caball. *caſ.* 210. & nec tenetur pro filio
Religioſo Profeſſo, vt oſtendit D. Vrceolus
conſult. 41. *per tot. part.* 2. vbi teſtatur ità fuiſ-
ſe iudicatum, quia Religioſus non eſt in
Patris poteſtate, & habetur mortuo ſe-
culo.

71 Poteſt tamen Pater cogi ad cauendum pro
ſpurijs ſpecificè, vt dicunt Guazzin. *dict. quæſt.*
11. *num.* 5. & Sanfælic. *deciſ.* 142. *num.* 15. *verſ.
quinimò* Farinac. *q.* 107. *n.* 351. Pratus *in add.*
ad Muſcatell. *de fideiuſſ. modo is par.* 2. Caball.
crim. reſol. 210. *num.* 11. & D. Sabell. in *ſum-
ma* 5. *cautio num.* 21. & idem dicendum re-
ſpectu ad filios Religioſos, vt ait Sanfęl. *dict.
deciſ.* 142. *num.* 12. licet D. Vrceolus *d. conſult.*
41. *num.* 47. dicat quod poteſt recurri ad Su-
periores Religionis, vt Religioſum remoueat
à loco; etenim talis abſentia non erit ſuffi-
ciens. Nec obſtat, qnod non ſit in poteſtate
Patris, & quod habeatur pro mortuo, quia
adhuc debet pro illo fideiubere, quando iuſta
cauſa vrget, vt fuit reſolutum penès Sanfęlic.
dict. num. 12.

Cæterum quoad cauendum pro filijs Reli-
72 gioſis Profeſſis pertranſeùndum eſſe puto
cum diſtinctione, quam poſt Hercul. Laderch.
Farinac. & Gnazzin. qui hos citat in *tract. de
caut. par.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 24. in terminis præ-
ciſis facit Merenda penes D. Vrceolum *dict.
conſult.* 41. *num.* 36. & 58. nempè quod Pater
teneatur cauere pro filio Religioſo, ſi ipſe
ſit principalis, vel particeps rixæ, ſecùs ſi ipſe
nullam habeat partem in ea, & filius Reli-
gioſus occaſionem offendendi habeat, ſepa-
ratam à perſona Patris. Et ratio eſt quia
quando Pater eſt prorſus alienus à rixa Iu-
dex non habet vllum ius eum cogendi ad dan-
dam cautionem: non pro ſe ipſo, quia non
deliquit: non pro filio Religioſo, quia non
eſt amplius ſub eius poteſtate.

Nec in iſto caſu Iudex poteſt ſe fundare in
ſtylo Tribunalium, de quo *ſuprà*, quia ſtylus
introductus quoad ſeculares, non poteſt ex-
tendi ad Religioſos, vt inquit Merenda *loco
cit. num.* 45. nam ſtylus cogendi ad cauendum
de non offendendo introductus contra regu-
las Iuris non poteſt extendi, nec ex maiorita-
te rationis, vt ex Farinac. *conſ.* 144. *num.* 12.
lib. 2. ſubdit Merenda *ibidem num.* 46. qui pro-
pterea exigit quod de neceſſe ſit probandum
huiuſmodi ſtylum ſic practicatum fuiſſe quo-
ad religioſos, ad hoc vt poſſit obſeruari.

Quæro tertiò à quo Iudice ſint cogendi ad
dandam cautionem ij, qui timentur ne offen-
73 dant? Dic quod debent cogi à Iudice ſuo
competenti, cum in cautione præſtanda de
non offendendo attendi debeat forus eorum,
qui cogi debent ad cauendum, vt dicunt
Guazzin. *de pace, & tregua par.* 2. *quæſt.* 13.
num. 1. & 3. Vermigl. *conſ. crim.* 166. *num.* 3. *in
fine* Baron. *inimic. effect.* 112. *num.* 11.

Et hoc eſt adeò verum, vt nec per præſta-
tionem fideiuſſoris dici poſſit prorogata iu-
riſdictio Iudicis coram quo fuit cautio præ-
ſtita, vt eſt tex. in *l. ſi fideiuſſor* §. *ſi quis ff. ſi quis
caut.* Etenim talis præſtatio cautionis habet
in ſe tacitam conditionem, ſi, & quatenus
præſtita cautio valeat, vt dicunt Bart. Hercu-
lan. Cyn. Pariſius, Decian. Baiard. ad Clar.
locis relatis à Guazzino *loco citato quæſt.* 27.
num. 1.

74 Sequitur hinc primò, quod ſi forenſis venit
ad Ciuitatem, in qua habet aliquem ſuum ini-
micum, cum non fecerit aliquid, vt poſſit ibi
conueniri, non poterit cogi ad dandam cau-
tionem de non offendendo, vt inquit Marſil.
in *leg.* 1. §. *præterea num.* 49. *ff. de quæſtion.* Ba-
ron. *inimic. effect.* 112. *num.* 16. & Vermigliol.
conſ. 166. *num.* 3.

Secundò quod Iudex Eccleſiaſticus non
poteſt cogere ſecularem ad dandam cautio-
nem de non offendendo vxorem, niſi hoc fa-
ciat cauſatiuè, & in conſequentiam, quando
ſcilicet maritus peteret coniugis reſtitutio-
nem, illaque exciperet de ſæuitijs, nam eo
caſu Iudex Eccleſiaſticus poſſet pronunciare
reſtitutionem, ſub conditione cautionis præ-
ſtandæ, vt eſt tex. in *cap. ex tranſmiſſa de reſtit.
ſpoliat.* Guttier. *can. quæſt. cap.* 24. *num.* 1. &
ſeqq. Rota *deciſ.* 371. *num.* 13. *poſt* 2. *lib. conſil.*
Farin. & his citatis Vermigl. *c. conſ.* 166. *nu.* 4.
& hoc idem quando cognoſcit, quod Reus,
qui ex deductis in proceſſu debet abſolui, ſed
timet ne abſolutus velit poſtea ſe vindicare
tum; & tunc ratione incidentiæ poteſt etiam
ex officio cogere ipſum Reum ad dandam
cautionem de non offendendo, prout ſæpè
hoc practicari dicit Riccius *deciſ.* 129. *num.* 1.
par. 1. vbi ad hoc plures allegat concordan-
tes, his enim ceſſantibus non poteſt cogere,
& ratio eſt, quia Iudex Eccleſiaſticus non ha-
bet in laicum iuriſdictionem *cap. ex tenore de
foro competent.* Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 125. &
Vermigl. *d. conſ.* 166. *num.* 2.

Tertiò quod Iudex Eccleſiaſticus non po-
75 teſt cogere ſecularem ad dandam cautionem
de non offendendo Religioſum, vt ob eam-
dem rationem, quia nullam habet iuriſdi-
ctionem in laicum, firmat in terminis Vermi-
gliol. *d. conſ.* 166. *num.* 1. & 2.

Et quamuis ſecuta offenſione in perſonam
alicuius Eccleſiaſtici illata à laico delictum
euadat mixti fori, & eſt locus præuentioni in-
ter Iudicem Eccleſiaſticum, & Iudicem lai-
cum, vt dixi in *cap.* . . . nihilominus ante fa-
ctam offenſionem Eccleſiaſticus Iudex nul-
lam prorſus habet in laicum Iuriſdictionem,
vt dictum eſt, & per conſequens, non poteſt
eumdem cogere ad cauendum, quia timor
offenſionis non eſt ſatis ad tribuendam iu-
riſdi-

Digitized by Google

riſdictionem, vt in terminis ex Bart.& alijs reſpondet Vermigl. *loc. cit. num.3.* maximè quando timor non eſt fundatus in aliquo actu poſitiuo, & in proceſſu non eſt concludenter iuſtificatus, vt ex Herculan. conſiderat Vermigl. *d.num.3. verſ. & nullus ab hac concluſione*, & eſt ratio differentiæ, quia iuſtificatio illius actus poſitiui inducentis iuſtum timorem poteſt tribuere Iudici Eccleſiaſtico iuriſdictionem in laicum ad conſtringendum illum ad cauendum, ne ad executionem vlterioris offenſionis procedat.

Quartò quod Iudex ſecularis non poteſt cogere laicum ad dandam cautionem pro Clerico, vel alio Religioſo, & Eccleſiaſtico, quod non offendat, nec offendere faciat, quia licet habeat iuriſdictionem plenam in laicum ſuum ſubditum, non tamen habet facultatem, & auctoritatem, et iuriſdictionem cognoſcendi de cauſa Clerici, vel alterius Eccleſiaſtici, et ſic non poteſt facere proceſſum ad iuſtificandum cauſam timoris, ſine qua iuſtificatione non poteſt tranſmitti præceptum, & eo minus poteſt quis cogi ad dandam cautionem de non offendendo, vt dixi *ſuprà num.19.* & Doctoribus ibi adductis addendi ſunt Gaill. *de pace publica lib.1.cap.2.num.10.* Farinac. Caball. Guazzin. de Franch. *locis citatis* à Vermigl. qui hos ſequitur *d. conſ.166. num.8.* Ricc. *deciſ.129.per tot.par.1.*

Nec opponatur de re iudicata penes Sanfęlic. *deciſ.142.num.12.* quem refert, & ſequitur Pratus ad Muſcatell. *de fideiuſſ. modo 15. verſ. quinta ſit quæſtio, & in addit.* ad Paſchal. *de patria poteſt.par.4.cap.7.verſ.an autem poſſit laicus cogi*, & Baron. *inimicitiæ effect. 112. num.14.*

Quia reſpondetur primò, quod exemplis non eſt iudicandum *leg. nemo Cod. de ſent. & interloquut.omn.Iudic.* Secundò, quod in caſu relato à Sanfęl. Michel Francus, vel erat principalis in rixa, & Nicolaus eius frater, qui erat Clericus particeps, vel è contra, vt apparet ex forma relata à Sanfęl. ibi *tam ſuo nomine. quam Nicolai Franchi fratris Clerici ſe obligauit ſub verbo, & fide Regia de non offendendo Nicolaum Coppula*; & non eſt mirum quod fuerit coactus pro ſe, & fratre Clerico, quia tunc Curia ſęcularis habet iuriſdictionem in laicum ex cauſa, & facto proprio, & non ſe ingerit in cauſa ſine fundamento, iuxta ea, quæ in terminis aduertebam *ſuprà* ex Merenda penes D. Vrceolum *conſul.41.nu.36. & 58.*

Nec dicatur, quod hoc poſito non poteſt conſuli bono publico ad impediendum rixas.

Quia iam dixi, quod iuſtificata cauſa actus poſitiui timoris poteſt Iudex ſe interponere, & ideò non remanet caſus iſte ſine prouiſione.

Nec facit, quod Guazzin. *loc.cit. quæſt. 14. nu.12.* dicat, quod Clericus rixoſus poteſt cogi per Iudicem laicum ad cauendum de non offendendo.

Quia debet explicari, vt hoc poſſit Iudex ſęcularis facere mediante requiſitione, auctoritate, & coactione facienda per Iudicem Eccleſiaſticum, vt ex Riccio *deciſ. 160. per tot. par.2.* aduertit Adden. ad Guazzin. *dict.quæſt. 14. num.12.* & de hac imploratione brachij Iudicis Eccleſiaſtici loquitur Guazzin. *ibid. quæſt.17.num.11.* & ita practicari Florentiæ inquit D. Sabellus in *practica vniuerſali §. offeſe num.17.*

Fallit tamen regula principalis, quando quis ſponte ſua, & ſic non citatus, & nec pręceptatus dat cautionem de non offendendo coram Iudice non ſuo, nam tunc iuriſdictio dicti Iudicis prorogatur, vt ex Herculan. dicit Guazzin. *de pace par.2. quæſt. 27. num.2.* Ideò ſi Clericus comparet coram Iudice ſęculari, & det cautionem de non offendendo aliquem laicum, ad hoc vt idem laicus illã, datis fideiuſſoribus reciprocet, tunc talis cautio valida eſt ob prorogationẽ, & ſaltẽ fideiuſſor Laicus, ſi Clericus offendat aduerſarium, & cautionem rumpat, non poteſt ſe tueri cum exceptione, quod ſuus principalis, pro quo fideiuſſit, erat Clericus; nam iſta exceptio declinatoria fori, quę competit Clerico principali, non competit laico fideiuſſori *l.ſi Reus ff. iud.ſolu. & l.ſed etſi reſtituatur §.1.ff.de iud.* Afflict. *deciſ.206. num.1. & 2.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum Roman. *ſing.633.* Guidopapa *deciſ.562.* Hercul. *de caut.cap.50. num.70.* Vrſill. ad Afflict. *d.deciſ.206. num.1.* & his relatis Guazzin. *d.quæſt.27.num.3.*

Et cum hoc temperamento ſpontaneitatis debent intelligi Imbert. Aufer. Chriſtinæus *locis relatis* à D. Sabello in *ſumma §.cautio n.16. verſ.an ſit præſtanda à Clerico*, qui videntur velle contrarium.

Quæro quarto, quid eſt faciendum, quando quis non vult fideiubere, & cautionem de
non offendendo præſtare, quamuis fuerit trãſ-
miſſum præceptum, & omnis alia adhibita
fuerit diligentia? Dic quod ommiſſis remedijs
violentis carcerationis, exilij, & aliorum de
quibus plenè agit Guazzin. *de pace, & tregua*
part.2.qu.17.num.12. & 13. Tunc Iudex debet
mandatum realiter exequendum in bonis re-
76 laxare, & capta tenuta declarare, & interlo-
qui, quod bona in exequutione capta ſtent lo-
co cautionis, & fideiuſſionis de non offenden-
do vt fuiſſe practicatum *vigore litterarum Sacræ Conſultæ*, teſtatur *in ſuo memoriali* Raimundus Caſtellus *fol. mihi 64. verſ. E non trouandoſi ſtrada.*

Aduertendum, quod ſemper cautio debet
77 præſtari priùs ab eo, qui eam petit, & iuxtà
vires patrimonij, & quod debet poſtea reciprocari pariter iuxtà vires patrimonij ab alia parte, & quatenùs in aliquo patrimonium reciprocantis deficiat (*ſummariè conſtituto de paupertate*) debet iſte admitti pro ſupple-

mento

mento ratæ deficientis ad cautionem iuratoriam, vt de practica teſtatur Caſtell. *loco citato*.

Iterùm aduertendum, quod multoties dantes cautionem de non offendendo, proteſtantur, quod cautio non debeat valere, niſi ſit reciprocata ab Aduerſario, ſed tu debes di-
78 ctã proteſtationem reiicere ad tollendam occaſionem litium, vt ait Caball. *reſp. crim. caſ.* 219.*num.*11. Farin.*quæſt.*107. *num.*23. & rarò eſt, quia etiam admiſſa non valet, quia omnes DD.affirmant, quod ſi offenſio ſit ſequuta ex parte promittentis, pœna omninò debeatur, Bertaz.*conſ.crim.*183.*num.*13.*lib.*1. Baiard. ad Clar. *quæſt.*47. *num.* 22. Vinc. de Franch. *dec.*359.Guazzin.*reor. defenſ.*12. *cap.*10.*num.*3. Conciol.*crim reſol.9. verbo cautio de non offend.* de Luca ad Vinc. de Franch. *d. deciſ.*359. *num.*3.& Caball.*loc.cit.* & ideò intrat regula, quod non debet permitti,quod quis faciat ea, quæ facta non iuuant, nec releuant.

Tertiò aduertendum, quod cautio eſt dan-
79 da per ſubditum, vel conſanguineos ſubditi delinquentis extra Statum, vt inquit Caſtell. *loco cit fol.mihi 63. verſ.da darſi etiam dalle parti, &* teſtatur fuiſſe ſic iuſſum à S. Conſulta Præfecto Nurſiæ *ſub dat. Romæ* 5.*Octob.* 1622. & ſubdit ipſe, quod ad dictam cautionem
80 præſtandam non coguntur conſanguinei pro alijs, quàm pro ſe, & rixante, ſed in hoc ſeruanda eſt praxis, & conſuetudo Tribunalis. Benè verum, quod ſi principalis reperiatur in poſſe Curiæ,& carceratus,non poſſunt conſan-
81 guinei cogi, ſed ipſe debet inuenire eum, qui fideiubeat,vt teſtatur Caſtell. fuiſſe iniunctum Gubernatori Beneuêti *ex litteris S.Conſultæ,ſub dat.11.Ianuarij* 1623. *& Auguſti* 1633. & debet
82 dare fideiuſſorem etiamſi eſſet Diues, vt dixi *ſupra num.* 12. & Doctoribus adductis addo Bonacoſſ.*com opin.*1. *verſ. cautio*, & in caſu, quo eſſet Pauper, & fideiuſſorem non habe-
83 ret, debet potiùs eijci de Ciuitate,quam relaxari cum cautione iuratoria Clarus *loc.cit.* & Farin. *quæſt.*107.*nu.*41. tutiùs tamen eſt, quod aliqua perſona nobilis ſumat verbum, & fidem, quod non offendat, neque offendi faciet Aduerſarium, vt inquit Guaz. *de pac. treg. & verb.in* 2.*par.*§.3.*qu.*15.*nu.*4.*in fine*.

Quartò aduertendum, quod paſſim occurrit, prout euenit tempore, quo eram Locumtenens Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Franciſci Cennini in Ciuitate Firmi in quodam Ioanne Iacobo Cornelij de Ripa Tranſona, vt quærelatus, & recognitus pro delinquente detegatur eſſe Innocens. Tu iſto caſu
84 non debes illum relaxare abſque cautione de non offendendo quærelantem, & teſtes, licèt abſoluatur tanquàm innocens, quia poteſt eſſe, quod velit vindictam ſumere de dicta imputatione, & ex hoc inoleuit ſtylus, quod vel præſtet cautionem de non offendendo, vel exulet à Prouincia, vt ait in terminis Vrſill. ad Afflict. *dec.* 149. *num.* 9. qui allegat Fælin.*in rub.de treg.& pace*, & Capyc.*dec.*141. *per tot.*& tradit fundamenta Vinc.de Franch. *dec.* 359. *num.*1. & allegat Bart. Fælyn. Parid. Clar.Menoch.Gomez.*locis* per eum *relatis*, & ſequitur Franc. Mar.Prat. *in addit.* ad Muſcatell.*de fideiuſſ.mod.*15.*in princ.par.*1.*& in addit.* ad Paſchal.*de patr.poteſt.par.*4.*cap.*7. *verſ. non inſulſe*,& hoc idem dicit Sanfel.*dec.*142.*nu.*10. ſed æquius eſt, quod iſto caſu is, qui non po-
85 teſt præſtare cautionem, obliget ſe ſub verbo de non offendendo, vt fuiſſe practicatum refert Pratus *loco citato*, & in Vrbe paſſim dimittuntur carcerati *cum fide Capitanij*, quando non poſſunt cauere de non offendendo, & *formulam* ponit Guazz.*de pace, tregua, & verbo par.*2.*cap.*2.ſeu vt dicit Guazz. *d. quæſt.* 15. *num.*4.*in fine*,recipiatur verbum pro ipſo Paupere per aliquem potentem Virum, vt ſi reuerentiam illius ſe abſtineat ab offendendo aduerſarium. Periculum enim eſt, vt ait Guazz. *ibid.* ne eiectus aſſociet ſe cum facinoroſis, & improbis hominibus.

Aduertendum quintò, quod cautio debet
86 præſtari, etiamſi ſatisfactum ſit, parti læſæ quoad pœnam,& intereſſe vt firmat ex Sanfel. Vrſill. ad Afflict.& alijs Pratus *loc. cit.*

Sextò aduertendum, quod in caſu fractionis dictæ cautionis non poteſt deueniri ad
87 compoſitionem abſque ſpeciali mandato, & ordine S.Conſultę,teſte Caſtello *loc.cit.fol.*65. qui dicit emanaſſe ſuper iſto particulari *litteras* 27.*Maij* 1610.At ſi fuerit facta à muliere eſt
88 exigenda pœna ita,vt non remaneat indotata, prout aduertit idem Caſtellus.

Sed an poſſit fideiuſſor repetere
89 à principali? dic quod Vrſill. ad Afflict. *deciſ.*149. *nu.*5. reſpondet affirmatiuè in duobus terminis, prout ante eum dixerat Affl.*ibid.n.*3.& eandem opinionem tenet Farinac. in tribus caſibus *quæſt.* 107. *num.* 35. Primò quando ita ſe expreſsè obligauit. Se-
90 cundò quando promiſſionem per eum factam ſaltem ratificauit, licèt expreſsè non promiſerit releuare. Tertiò quando promiſſionem pro eo factam ſciens dolo fregerit, vt faceret incidere illum in pœnam, vide Vermigl. *conſ. crim.*328.*num.*5.

Septimò aduertendum, quod in caſu fra-
91 ctionis cautionis, non eſt neceſſarius nouus proceſſus contra fideiuſſorem, vt videre eſt penes Cherubin. *in Bulla* Sixti Quinti *in ordin.*6.

Octauo aduertendum, quod fideiuſſor, qui ſoluit ex eodem proceſſu, & via executiua repetit ſolutum eadem via eſſecutiua, & eodem modo quo fuit coactus ſoluere,vt audio fuiſſe in S.Conſulta reſolutum de anno 1667.

Cap.

Digitized by Google

Cap. XXV. §. IV.

In oltre per leuar le occaſioni de' ſcandali prohibiſce, che alcuno ſotto qualſiuoglia preteſto etiamdio di licenza conceſſali dalla parte, ò dal teſtatore, non ardiſca ſcientemente pigliar, ò far pigliar poſſeſſo d'alcuna ſorte de' beni, che altrui poſſieda, ò tenga in qualſiuoglia modo, ſenza licenza del Giudice; perche ſe il poſſeſſo ſarà de' beni immobili, e ſarà con armi offenſiue, ò violenza incorrerà in pena della galea per trè anni, e di ſcudi 400. d'oro; mà ſe ſarà ſenza armi, ò violenza incorrerà in pena di ſcudi 200. d'oro, e ſe il poſſeſſo ſarà di coſa mobile, ò d'animali con armi, ò violenza la pena ſarà ſolo di ſcudi 100. d'oro, e ſe ſenza armi, ò violenza di ſcudi 50.& in tutti li caſi ſudetti il delinquente caderà da tutte le ragioni, & attioni, che pretendeſſe, ò haueſſe in detti beni, e detto poſſeſſo ſarà nullo, & inualido, e non apporterà pregiuditio alcuno all'altra parte, la quale nullità hauerà luogo etiam che ciò ſi faceſſe ignorantemente.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis licentia requiritur ad capiendam poſſeſſionem, & ratio eſt nè alias deueniatur ad arma.*
2 *Dummodò poſſeſſio non ſit vacans.*
3 *Procedit etiam manente pacto in inſtrumento, quod propria autoritate ſine citatione, & licentia poſſit capere poſſeſſionem, nam quicquid ſit de iure communi, de quo iure adhuc requiritur aſſociatio famigliæ.*
4 *Vigore bannimentorum requiritur etiam Iudicis licentia.*
5 *Imò etiam habita licentia Iudicis debet deſiſtere, ſi pars ſe opponat, & de facto reſiſtat.*
6 *Sed iſto caſu capiens poſſeſſionem excuſaretur in aliquo, & quando.*
7 *Pena capientis poſſeſſionem propria autoritate, qua ſit de iure communi, & quæ ſit de iure bannimentorum.*
8 *Diſpoſitio* tex. in l, ſi quis in tantam Cod. vnde vi receſſit ab aula.
9 *Poſſeſſionem capiens propria autoritate, & cum aſſociatione hominum armatorum incidit in pænam Bulla Sixti V.*
10 *Bulla Sixti V. eſt reſtricta.*
11 *Et non habet locum in poſſeſſione capta rerum mobilium.*
12 *Nec in adunantia facta pro manutenenda poſſeſſione, à qua nunquam fuit electus, niſi per vim prius recuperaſſet.*
13 *Armatos homines adunare ad tuendum ius ſibi competens impediendi cuilibet ingreſſum in fundum ad venandum, ſeſeque in dicto iure manutenendum cuilibet permittitur de iure num. 45.*
14 *Afferuntur plura iura.*
15 *Et afferuntur plures Doctores hoc firmantes n. 48.*
16 *Arma, & armatos retinere domi, in agro, ſeu villa præter vſum venationis, & itinerıs eſt prohibitum.*
17 *Fallit quando retinentur gratia defendendi ſe, & ſua bona.*
Etiam ſine licentia Superioris *num. 21. & 23.*
18 *Vim propulſare licet etiam ſi fiat à dormiente, ſeu mentecapto, & ſic fiat ſine animo iniuriandi.*
19 *Vim propulſare cum moderamine inculpatæ tutulæ eſt de iure gentium.*
20 *Vbi non eſt delictum, ibi non eſt pœna, & nec accuſatio recipitur, & nec inquiſitio formatur.*
22 *Autoritate propria poteſt, quis impedire, & reſiſtere ei, qui vult intrare in agrum ad venandum num. 48.*
24 *Omnia noſtra facimus, quæ de mandato noſtro fiunt.*
25 *Bulla Sixti V. prohibens caualcatam non comprahendit manutenentem ſe in poſſeſſione hominibus armatis.*
26 Farinacius *Doctor inſigniſſimus.*
27 *Ab eius opinione non eſt de facili recedendum.*
28 *Secundæ cognitiones fiunt cum maiori, & maturiori reflexione, & ideò tutiores, & ſecuriores exiſtimantur.*
29 *Bulla Sixti V. prohibens caualcatam non comprehendit hominum armatorum adunationem ad frangendum carceres factam.*
30 *Et nec comprehendit adunantem homines ad tuitionem ſui corporis, & cum illis per Ciuitatem ambulantem num. 52.*
31 *Et ita fuit iudicatum tempore Pontificatus Clement. Octaui.*
32 *Contrarium tenentibus reſpondetur remiſſiuè, & num. 51.*
33 *Bulla prædicta Sixti V. prohibens caualcatas fuit declarata à Paulo V. vt non comprehendat eum qui homines armatos adunat ad vim vi repellendam cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
34 *Timor iuſtus, & ſuſpicio fundata dicitur, quotics*

ties procedunt ſigna actus manifeſtæ voluntatis Aduerſarij, vel præparamento.

35 *Bulla Pauli V. declarans illam Sixti prohibentem caualcatas non requirit, quod cauſa adunationis ſit iuſtà, contentatur enim, quod ſit vera, & non ficta.*

36 *Iudex cui ex proceſſu conſtat de qualitate excludente, vel minorante delictum debet illam attendere ad eximendum imputatum à vexatione.*

37 *Et quando de dicta qualitate habet fumum in proceſſu debet veritatem indagare.*

38 *Coadunans homines armatos ex cauſa à iure permiſſa non tenetur de commiſſis ab eiſdem hominibus præter eius voluntatem n. 46.*

39 *Nec quidem pœna extraordinaria.*

40 *Reijcitur* Berò *contrarium dicens.*

41 Io: Andreæ *dictum expenditur.*

42 *Coadunans homines armatos quando teneatur de commiſſis à dictis hominibus præter cogitatum adunantis eos.*

43 Tex in leg. quoniam multa facinora Cod. ad leg. Iul. de vi publica *expenditur.*

44 *Armorum retentio hodie non punitur, niſi retineantur archibuſietti, & ſtilletti in Statu Eccleſiaſtico.*

47 *Venandi ius eſt cuilibet à natura tributum.*

48 *Niſi à Dominis agrorum prohibeatur.*

49 *Ad remedium facti non eſt recurrendum, quando remedium iuris adhiberi poteſt.*

50 *Explico niſi iura, & leges id permittant.*

53 *Bulla Sixti V. prohibet caualcatas ad defendendum poſſeſſionem rei violenter adeptæ, vel recuperatæ.*

54 *Perpenduntur verba dictæ Bullæ num. 59. 63. 65. & 77.*

55 *Qui vim vi repellit non dicitur agere temerè.*

56 *Stans in ſuo armatus ad retundendam vim nemini facit iniuriam.*

57 *Et ſi inſultatur ita ſtans non adhibet, ſed patitur vim.*

58 *Ius ſibi dicere eſt recuperare propria autoritate.*

60 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

61 *Conſuetudo differt à lege.*

62 *Conſuetudo eſt quando fit contra legem per conſuetudinem.*

64 *Facinoroſitatis qualitas requiſita à Bulla Sixti Quinti non adaptatur ei, qui ſe, ſuaque bona tuetur.*

66 *Verba quantumcunque generalia intelligenda ſunt eo reſpectu, quo proferuntur, & ad cauſam propter, quam proferuntur reſtringuntur.*

67 *Pœna conſtitutionis non incurritur niſi verificentur qualitates omnes in conſtitutione expreſſæ.*

68 *Leges omnes habent pro finali cauſa tranquillitatem, & quietem ſubditorum, & tamen reſtringuntur ad ſpecialitatem, propter quam ſunt.*

69 *Principes habent iura in ſcrinio pectoris.*

70 *Defenſio cum moderamine eſt permiſſa etiamſi per ſtatutum prohibeatur nu. 79.*

71 Tex. in leg. 3. & in l. fin. Cod ad leg. Iul. de vi public. *explicatur num. 74.*

72 *Buccellarij ſunt latrones.*

73 *Iſauri ſunt latrones alijs perfidiores.*

75 Tex. in l. ſi quis in tantam C. vnde vi, *loquitur de inuaſore.*

76 *In lege attendi debet diſpoſitiua.*

78 *Coadunatio armatorum comprehenditur in Bulla Sixti V. ſi fiat poſt adeptam, ſeu recuperatam poſſeſſionem.*

80 *Dominus retinens res famuli in domum per illum inuectas non poteſt à famulo criminaliter accuſari nu. 84. 85.*

81 *Creditor, qui ſine vitio reperitur in poſſeſſione rei ſui debitoris, non tenetur reſtituere, niſi offeratur ſuum creditum.*

82 *Res commodata poteſt ex iuſta cauſa non reſtitui.*

83 *Aliud eſt accipere propria autoritate, aliud eſt retinere propria authoritate.*

86 *Dominus, an poſſit propria autoritate ſpoliare veſtibus famulum recedentem remiſſiuè.*

87 *Turbatiua eſt ſpecies delicti, quæ differentias varias in ſe continet.*
Et quæ ſint num. 89.

88 *Plura ſunt negocia, quàm vocabula.*

90 *Turbatiua eſt nomen generale continens quamcunque moleſtiam.*

91 *Turbat, qui contendit poſſidere rem, quæ ad aliũ ſpectat.*

92 *Et qui mittit executores in bonis alienis.*

93 *Et qui mittit litteras inhibitoriales.*

94 *Et qui negat alium poſſidere.*

95 *Turbatiua inducitur ex ſolis verbis.*

96 *Pro turbatiua agitur ciuiliter, & criminaliter, ſed vna via electa ceſſat alia.*

97 *Sed finita cauſa ciuili poteſt inſtitui criminalis.*

98 *Imò ſi diuerſa ſint facta poteſt vtrumque iudicium inſimul intentari.*

99 *Iniuriarum actio competit, quando turbatiua ſit ſine violentia.*

100 *Sed ſi ſit cum violentia competit actio ex lege* Iul. de vi publica.

101 *Pro turbatiua non agitur criminaliter in Gallia.*

102 *Et nec in Statu Eccleſiaſtico.*

103 *Sed contrarium ſeruari in Statu Eccleſiaſtico teſtatur* Farin.

104 *Conciliantur opiniones.*

105 *Dolus requiritur in turbatiua, adhoc, vt intret pœna.*

106 *Aſſignatur ratio.*

107 *Colonis non competit ius turbatiuæ, quia non dicuntur poſſidere.*

108 *Cauſa colorata, temeraria, iniuſta excuſat à turbatiua.*

109 *Accipiens propria autoritate rem ſui debitoris perdit ius, & actionem, & extraordinem punitur.*

110 *Etiamſi ſit mulier, miles, vel ruſticus.*

Senza licenza del Giudice.

1 RATIO ſanctionis eſt, nè deueniatur ad
arma, & ſcandala indè oriantur *l. non*
eſt ſingulis de reg. Iur. Caſtr. in *l. vlt. nu. 1. Cod. de*
edict. Diu. Adr. toll. & Rot. apud Seraph. *deciſ.*
423. num. 3. quod procedit, dummodo poſſeſ-
2 ſio non ſit vacans, nam poſſeſſione vacua ma-
nente, quis poteſt illius poſſeſſionem capere
abſque incurſu pœnæ, quia bannimenta exce-
ptuant hunc caſum, & quando non exciperent,
adhuc eandem interpretationem reciperent à
Iure communi, vt in terminis bannimentorum
aiunt Menoch. *de recup. poſſeſſ. rem. 5. num. 30.*
& 31. Gratian. *diſcept. foren. cap. 542. num. 13.*
& 14. & Poſth. *de manuten. obſeru. 13. num. 6.* D.
Franc. Vico ad *pragm. Sardiniæ lib. 2. tit. 25. cap.*
19. num. 7.

Sed an manente pacto in Inſtrumento, quod
quis poſſit propria auctoritate ingredi poſſeſ-
ſionem etiam abſque citatione partis, & abſ-
que licentia Iudicis adhuc teneatur Iudicem,
vel partem requirere? quidquid ſit de Iure
3 communi, de quo Iure requiritur ſaltem aſſo-
ciatio familiæ ad euitandum ſcandala, vt do-
cuit Rebuff. *in Conſtit. Regn. Galliæ tit. chirogra.*
recogn. num. 104. car. 197. tom. 1. Socc. *conſ. 11.*
col. 3. vol. 3. Maſcabrun. *conſ. 90. num. 17. &*
plurib. ſeqq. Dec. *conſ. 73. col. 1. & 2.* ac his ci-
tatis Borgn. Caualc. *dec. 27. nu. 70. part. 2.* indu-
4 bitati Iuris eſt, quod vigore bannimentorum
requiritur præcisè licentia Iudicis, & habita
licentia Iudicis, adhuc ſi pars reſiſtat debet,
5 quis deſiſtere, quia Iudex non cenſetur vo-
luiſſe dare licentiam, vt ingrederetur per vim,
etiamſi reperiret reſiſtentem, vt videtur in-
nuere Menoch. *de recuper. poſſeſſ. rem. 8. num. 32.*
& Farin. *qu. 175. num. 147.* plures citans Vico
loco citato num. 10. & hoc expreſsè volunt Bart.
in l. 3. Cod. de pignor. & Barbatia in *cap. verum*
col. 21. de foro compet. puto tamen, quod in fa-
6 cti contingentia in aliquo excuſaretur, dum-
modò non cauſauerit aliud extraneum deli-
ctum, vt ait Salyc. in *l. 3. num. 11. 12. & 15. Cod.*
de pignor. Menoch. *de adipiſc. poſſ. rem. 5. n. 85.* &
Farin. *d. qu. 175. num. 239.*

Quæro primo, quæ ſit pœna capientis poſ-
ſeſſionem propria auctoritate? aut interuenit
7 vis, & pœna erit triremium per triennium, &
de Iure communi eſt pœna *l. Iul. de vi public.*
vbi vis publica illata fuerit, vt ait Menoch.
de arbitr. caſ. 39. num. 4. Boſſ. *tit. de pluribus vio-*
lent. Decian. *tract. crim. lib. 8. c. 16. 17. 18. 19. &*
20. & Theſaur. *dec. 35.* & alij relati à Farinac.
d. qu. 175. num. 145. aut non interuenit vis, &
imponitur pœna pecuniaria, & vlterius debet
condemnari ad reſtitutionem poſſeſſionis, vt
benè dicit Farin. *loc. cit. num. 144.* qui ex Specu-
lat. Guliel. de Benedict. & Couar. ait, quod pœ-
na *l. ſi quis in tantam Cod. vnde vi*, hodie eſt an-
8 tiquata, & receſſit ab Aula, & ſi tali occaſio-
ne ſucceſſerit aliquod delictum ingreſſus tene-
tur de omni eo, quod fuit indè ſequutum, iux-
tà doctrinam Salyc. *loc. ſupra cit.*

Quæro ſecundò, quæ ſit pœna capientis
poſſeſſionem propria auctoritate cum aſſocia-
tione hominum armatorum? dic quod tunc
9 intrat diſpoſitio *Bullæ* Sixti V. in *ordin. 75.* quæ
prohibet fieri caualcatas pro recuperanda,
adipiſcenda, vel retinenda poſſeſſione agro-
rum, finium, limitum, & terminorum, Farin.
qu. 113. num. 151.

Sed aduertendum eſt *circà d. Bullam*, quod
incertus ſcribens apud eundem Farinac. *conſil.*
65. à num. 68. ad num. 141. & idem Farin. *in add.*
ad qu. 113. num. 160. oſtendit, quod *Bulla præ-*
10 *dicta* ſit reſtricta ad caſum dumtaxat adipi-
ſcendæ, retinendæ, vel recuperandæ poſſeſſio-
nis, & ait *in fine d. conſ.* quod ità fuit reſolutum
per Clementem Octauum, & hoc teſtatur etiã
Guazzin. *de bon. confiſc. ampl. 86. concl. 13. nu. 3.*
qui *num. 5.* ex Farin. *conſ. 65. num. 51. & 66.* ait
11 quod *prædicta Bulla* non habet locum, quando
agitur de adipiſcenda, retinenda, vel recupe-
randa poſſeſſione rerum mobilium, ſed vide
omninò Io: Baptiſtam Spad. *inter conſilia* Fa-
rin. *conſ. 229. per tot. lib. 3.* quod reperitur im-
preſſum in *libro primo conſiliorum ipſius* Spadæ
conſ. 15. vbi latè explicat dictam Bullam.

Aduertendum iterum, quod in *dicta Bulla*
12 non prohibetur adunantia pro manutenen-
da poſſeſſione, à qua nunquam quis fuit eie-
ctus, niſi prius per vim eam recuperaſſet, vel
adeptus fuiſſet Farinac. *in addit. ad d. qu. 113.*
num. 151.

Et quia ſcripſi requiſitus ſuper contentis in
dicta Bulla, non ab re forſan erit, vt allega-
tionem hic referam per extenſum.

Non poteſt monitorium aliquod formari
contra N.N. contumacem ſuper retentione,
& vſu armorum, & nec ſuper conuenticulã,
ſeu adunatione armatorum, & nec ſuper exi-
mitione carcerati, & homicidijs Birruariorũ
ab hominibus armatis eiuſdem N. N. vt ſup-
ponitur, patratis.

Quo enim ad retentionem, & vſum armo-
rum, & coadunationem hominum armatorũ
conſtito, prout conſtare ſupponitur, quod D.
N. homines prædictos coadunauit ad tuen-
13 dum ius, quod de iure ſibi competebat, im-
pediendi cuilibet ingreſſum in fundum ſuum
ad venandum, ſeſeque in dicto iure manute-
nendum, non poteſt teneri de retentione, &
vſu armorum, & nec de conuenticula, quia
14 habentur in Iure textus expreſsè permittentes
cuilibet ſe, ſuaque bona armata manu, & ho-
minibus coadunatis tueri in *l. 1. Cod. vnde vi*
ibi — *rectè poſſidenti ad defendendam poſſeſſionem,*
quam ſine vitio tenebat inculpatæ tutelæ modera-
mine, illatam vim propulſare licet, & in l. 1. §. vim
vi, & §. vi poſſidere ff. de vi armata, ibi — *qui per*
vim poſſeſſionem ſuam retinuerit, labeo ait non vi
poſſidere, & in l. quamuis. ff. de acquir. rer. domin.
ibi — *etiam manu prohibendus eſt, ſi cum incom-*
modo

Digitized by Google

modo cæterorum id faciet, & melior ad propoſitum, de quo agitur textus eſt, intellectus à contrario ſenſu, *in l.prætor ait §.dolo autem.ff. de vi bonor. raptor.* ibi -- *adhoc ipſum homines colligit armatos, vt damnum det, bonaque rapiat*.

15 Et extaut plures Doctores id expreſsè fir-
mantes, quos refert, & ſequitur Vermigl.
16 *conſ.*134.*num.*4. qui ait, quod licet prohibitum ſit armatorum copias colligere, ac arma, & tela in domo ſua, in agro, in villa præter vſum venationis, ac itineris, vel nauigationis retinere ad tex.*in* l.1.*ff.de vi public.& in l.vnica Cod.de armor.vſu lib.*11. ac propterea abſque antoritate, & licentia ſuperioris collegia, ac ſodalitia, etiam Militibus in Caſtris ſint prohibita ex tex.in *l.*1. *Cod.de colleg.*

Attamen (ſunt formalia verba Vermigl.*ibid.*
17 *num.*4.) nulla eſt difficultas, quod gratia defenſionis, tàm perſonæ, quàm rerum licitū eſt gentes colligere, adeò, vt congregationes armatorum hominum licitæ ſint ceſſante dolo malo, & conſilio alijs damnum inferendi ex tex.in *l.* 2. *§. dolo autem malo in princip. & ante medium verſ. homines coactos accipere debemus ff.de vi bonor.raptor.*Bart.*in l.hoſtes num.*14. *ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.* vbi, quod priuatus pro defenſione rei ſuæ poteſt facere adunationem gentium Boſſ.*tit.de crim.læſæ Maieſt.n,*23. Decian *tract. crim.lib.*7. *cap.*19. *num.*48.Farin. *quæſt.*113.*num.*139.*& nu.*141. *&* 143. Sola ad *conſt.Sabaudiæ tit.de proceſſ. inquiſitional.gloſ.*1. *par.num.*10.*fol.*242.

Et hoc procedit etiam dato, quod N. N. voluiſſet ire ad venandū in poſſeſſione præfati N.N. ſine animo, & intentione iniuriandi, vel aliter offendendi, quia vt dicit Bart.in *l.vt vim*
18 *num.*4.*ff.de iuſt.& iure*, licita eſt defenſio, & propulſatio etiam aduerſus vim factam à dormiente, & mente capto, nam propulſare vim iniurioſam, vel non iniurioſam eſt de iure naturali *l.*1.*§.arietes ff.ſi quadrup. paup. feciſſe di-*
19*catur*, licet propulſare cum moderatione inculpatæ tutelæ ſit de iure gentium, vt ſubdit Bart.*ibidem*.

Propterea cum pręfatus N.N.fecerit, quod à iure ei fuit permiſſum, debet eſſe exemptus ab
20 omni prorſus vexatione, quia vbi non eſt delictum, ibi pœna non cadit, accuſatio non recipitur, & inquiſitio non formatur, vt ex Bart. *in l.vbi pactum num.*10.*verſ.& ideò Cod. de tranſact.& in l. ſeruus num.*3. *Cod.de his qui ad Eccleſ.confug.* Bald.*conſil.*415.*num.*1. *verſic. quarto probatur lib.*4.Dec. Marſil.Iaſ.& Farin. firmat Petrus Caball.*crim reſol.*1.*n.*12,

Nec ommiſſio recurſus ad Superiorem, ac deficientia licentiæ eiuſdem Superioris refragatur.

Quia huic obiecto occurrit ex Cartar. *dec. crim.*1. *num.*5. Vermigliol. *d.conſil. crim.* 134.
21 *num* 4.dicendo, quod congregationes hominum armatorum, quæ fiunt ad defenſionem, & ſic ad bonum finem ſunt licitæ, & nullatenus puniri poſſunt, licet fiant ſine authoritate Superioris, & Ego pondero adhoc textum in *l. quamuis ff.de acquir. rer. domin.* vbi Pomponius ait -- *quamuis, quod in littore publico, vel in mari extruxerimus noſtrum fiat, tamen decretum Prætoris adhibendum eſt, vt id facere liceat, imò etiam manu prohibendus eſt, ſi cum incommodo cæterorum id faciet* verbum enim *manu* hic ſignificat factum propria autoritate abſque vllo conſenſu, ſeu licentia Prætoris, vt habetur in *l.de pupillo §.meminiſſe ff de nou.oper. nunc.*vbi gloſ.verbo *manum*, allegat adhoc tex. in *d.l.quamuis*, & eundem tex. adducit Bart.*in d.§.meminiſſe in princ.* dicens, quod vtrumque competit, prohibere ſcilicet præcepto Prætoris, & ſua autoritate.

Pondero etiam text. & gloſam loquentem
22 in terminis præciſis oppoſitionis, & reſiſtentiæ factæ volenti ingredi fundum ad venandum in *l.quod enim §.plane ff.de acquir. rer.domin.* ibi -- *plane qui in alienum fundum ingreditur venandi, aucupandiuè gratia poteſt à Domino, ſi is præuiderit, iure prohiberi, ne ingrediatur*, vbi gloſa in verbo *prohiberi* aduertit, quod licet principaliter prohiberi non poſſit occupare, quod nullius ſit, tamen per conſequentiā, cum prohibetur ingredi, prohibetur, & capere, & ſubdit - *nota, quod poſſum prohibere intrantem in meum, vel etiam manu reſiſtere, vt ſupra ad leg.aquil.leg.quemadmodum circà princip. &* hoc idem dicit Bart. *ibid.* nempè, quod poſſum prohibere volentem ingredi fundum meum, vel etiam manu reſiſtere.

Et tandem conſidero, quod Doctores, qui firmant, licere ad ſui corporis, vel bonorum
23 tuitionem homines armatos adunare, & reſiſtere excludunt prorſus concurſum licentiæ, & conſenſus ſuperioris, quia eo interueniente res eſt de indubitabili, vt ex Corrado, & Farin.ait Raudenſ.*conſ.*59.*num.*7.*lib.*1. quia
24 tunc intrat regula trita, & communis omnia noſtra facimus, quæ de mandato noſtro fiunt, firmum igitur, & inconcuſſum remanet, quod de iure præfatus N.N. nullum delictum commiſit, & propterea, quod nequit monitorio aliquo turbari.

Non obſtat Conſtitutio ſan.mem. Sixti V. *la* 75. *in ord.*

Quia dictam Conſtitutionem non compre-
25 hendere manutenentem ſe in poſſeſſione hominibus armatis pro veritate à Pontifice requiſitus reſpondit incertus ſcribens penes Farin.*conſ.*65. *à num.*68.*vſque in finem*, & ſe-
26 quitur Farinac.cuius opinio magni facienda eſt non ſolum, quia eſt Doctor inſigniſsimus,
27 à quo de facili non eſt recedendum, ſed etiam quia recedendo ab ijs, quæ iam typis mandauerat, hanc tuetur concluſionem in *addit.*quam fecit ad *quæſt.*113.*n.* 148.*&* 151.*&* 160. ſecundæ enim cogitationes, cum maiori,
28 & maturiori refleſsione fiant, tutiores, & ſecuriores exiſtimantur. Et nec compræhendere
29 facientem caualcatam, & hominum armato-

Digitized by Google

rum coadunationem ad frangendum carce-
res, & eximendum carceratos pariter à Pon-
tifice pro veritate requiſiti reſponderunt tres
inſignes Rotæ Auditores Seraphinus. Blan-
chettus, Oranus, vt habetur *deciſ.61.poſt lib.
2.conſilior.* Farinac. *num.7.16.17.19.22.*

Et in terminis tuitionis ſuæ perſonæ ad fa-
30 uorem eius, qui homines armatos adunauit,
& ſecum per Vrbem duxit quo veritate re-
ſpondit Vermigl. *dict.conſ.crim.134.num.7.* ibi
*ſentit pro veritate D. Abb. ob prætenſam coadu-
nationem, & vagationem hominum armatorum
in magna comitiua per Vrbem iniuſtè vexari ex
prætextu applicationis præfatæ Sixti V. Conſti-
tutionis*, qui eandem aſſertionem pluries rati-
ficauit, vt in *conſ.154. num.7. & 8. & conſil.
356. per tot.* & idē firmarunt ſcribentes penes
Farin. *conſ.65.num.11.17.21.55.62.ſeqq.*

Et cum iuxtà hanc opinionem fuerit aliàs
31 tempore Pontificatus ſan. mem. Clem. VIII.
iudicatum, vt refert Farinac. *d.conſ.65.in fine*,
& forſan fuerit etiam iudicatum in alijs cau-
ſis, in quibus præfati Doctores ſcripſerunt.
ab ea non eſt hodie recedendum.

Præſertim cum motiuis, & fundamentis
pro contraria opinione allatis ab Anonymo
penes Farin. *d.conſ.65.à n.68 vſq; ad n.88.* & à
Spad. Fiſci, & Cameræ Aduocato in *conſ.25.* &
penes Farin. *conſ.229. lib.3.* ſatisfaciat ad vn-
32 guem præfatus Anonymus penes eundē Far.
d.conſ.65.à nu.109.vſque in finem, & ſatisfacit
Vermigliol. *conſ.356.per tot.* & quidem adeò
diffuſè, & benè, vt nihil addi poſſit.

33 Eoque minus obſtat, quia præfata Sixtina
fuit declarata à ſan. mem. Paulo V. in Con-
ſtitutione impreſſa penes Cherubinum *poſt
Schol. ſecundum ad dictam Conſtitutionem Sixti*
in qua expreſsè exceptuatus eſt caſus noſter
ibi *motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura
deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis
plenitudine hac noſtra perpetuò valitura conſtitu-
tione decernimus, & declaramus Conſtitutionem
Sixti prædeceſſoris huiuſmodi in retinendæ poſ-
ſeſſionis, & quibuſcunque alijs caſibus locum
habere, excepta tantummodo cauſa vera, & non
ficta, ac neceſſaria ad vim vi repellendā cum mo-
deramine inculpotæ tutelæ defenſionis, non tamen
violenter, aut de facto adeptæ, vel recuperatæ
poſſeſſionis, cæteriſque omnibus cauſis in d. Con-
ſtitutione expreſsè exceptis, & permiſsis.*

Etenim ex hac declaratione remanet ſublata
omnis difficultas, quia repulſio in caſu vio-
lentis ingreſſus fuit N. N. neceſſaria pro ſui
iuris tuitione, & manutentione ex ijs, quæ
dixi *ſuprà*.

Nec valet replicatio, quod coadunatio ho-
minum armatorum fuit facta ex ſuſpicione,
& non ex cauſa vera.

Quia cum concedatur N. N. extitiſſe
cum hominibus ad venandum, & cum illis
ingreſſum iam fuiſſe in fundum vicini, ti-
34 mor N. N. fuit omninò iuſtus, & ſuſpi-
cio fundata, quia ad hoc, vt impunè quis
iſto caſu operetur; ſufficit videre ſigna,
& actus manifeſtæ voluntatis, vel præpara-
menta, vt ait poſt alios Farinac. *quæſt.125.
num.63. & 64.* qui ibidem *num.196.* ex Bald.
in *l.1.num.29.C. vnde vi* ſubdit licere vulnera-
re eum, qui ſe præparat, aut eſt in itinere ani-
mo expellendi alterum de ſua poſſeſſione, &
35 per conſequens non ſolum cauſa eſt vera, &
non ficta, ſed ex abundanti eſt etiam iuſta,
qualem non requirit Conſtitutio prædicta
Pauli V. quia Pontifex ibi requirit ſolum,
quod non mendicetur prætextus ad arman-
dum homines.

Et quatenus de veritate huius cauſæ non
plenè conſtet in proceſſu (neſcio enim quo-
modo res probetur) Iudex habet neceſſitatem
indagandi melius, & exactè ſuper illa, quia
ad impunibilitatem N. N. ſufficit quod ha-
beatur in proceſſu N.N. extitiſſe in Villa ad
venandum, & iam ingreſſum fuiſſe fundum
præfati Vicini, nam ſufficit fumus qualitatis
excludentis, vel minorantis delictum, & ſic
vel conſtat de prædicto motiuo, quod habuit
N.N. homines armatos adunandi, & Iudex
36 debet illud attendere ad liberandum eundem
à vexatione, quia iam de hoc ſibi conſtat ex
eodem proceſſu informatiuo, vt ait in his ter-
minis Farin. in *d.addit.ad quæſt.113. num.174.
impreſſ.poſt 3.lib.concil.* vel non conſtat plenè,
& de dicto motiuo habetur in proceſſu ali-
quis fumus, & tenetur Iudex ex officio ſuper
37 eo indagare iuxtà praxim inconcuſſam Sa-
cræ Conſultæ, de qua teſtatur idem Farinac.
conſil.121.

Quo verò ad eximitionem carcerati, &
homicidia birruariorum ab hominibus arma-
tis dicti N.N. commiſſa eſt certum, quod præ-
fatus N.N. non poteſt vllatenus teneri, quia
38 cum iure coadunauerit homines, non poteſt
teneri de delictis, quæ homines prædicti præ-
ter eius intentionem patrarunt, vt eſt tex. in
cap. dilectus filius ibi *nec dedit operam illicitæ
rei, extra de homic. & in cap. Ioannes ibi nos igi-
tur attendentes, quod d. Sacerdoti, qui dabat ope-
ram rei licitæ, nihil potuit imputari eod.tit. & in
cap. fin. ibi attendentes igitur quod Sacerdos ipſe
dabat operam rei licitæ cod. tit. de homicid.* per
quæ, & alia iura, & Doctorum autoritates ità
firmat Farin. *quæſt.126. num.75.* qui ait hoc
39 eſſe verum, tàm quoad pœnam ordinariam,
quàm extraordinariam.

Et licet Bero in *conſ.178. poſt num.23. lib.3.*
dicat intrare pœnam extraordinariam, quan-
do quis dando operam rei licitæ, & non do-
loſæ, vt puta defendendo res, & perſonam
ſuam, inde ſequatur aliquod homicidium.

40 Nihilominus ipſe Bero in hoc expreſsè reij-
citur à Farin. *ibid. num.76.* & quidem iure
merito, quia ſe fundat in auctoritate Io: Andr.
in *cap. quod quis mandato de regul.iur.in 6.* quem
citat Paul. de Caſtro in *conſ.277. num.3. verſ.
ex his ſequitur reſponſio lib.2.* ſed Io: Andr. ibi
41 non tractat de hac quæſtione, & ſolum poſt
num.6.

num.6. in fine, ait quod cum quis committit homicidium ſine dolo: aut aggreditur factum doloſum, ex quo ſequitur illud delictum, aut non doloſum, primo caſu de illo tenetur quaſi doloſè commiſſo, quamuis in illo dolum non commiſit *l.quoniam ff.de vi publ.& priu. & l. eum qui §.ſi iniuria ff. de iniur. & l.ſi quis ſeruum §.fin. & l.ſeq. ff. de ſeruo corrup.* Secundò caſu aut ſequitur delictum in aliam perſonam, quam contra quam ſactus eſt aggreſſus, aut in eandem, primò caſu tenetur de culpa *leg.ſcientiam §.ſed ſi defenſionis ff.ad leg. aquil.* minor tamen imponitur pœna, quam ſi dolo feciſſet *l.1.§.ſed ſi clana ff. de ſicar.* fallit ſi aduerſarius dedit culpam illi delicto *l. item ſi obſtetrix §. pen. l.item mela in princ. ff.ad leg. aquil.* in ſecundo caſu, aut delictum habet rationabilem, & probabilem excuſationem, aut non, ſecundo caſu punitur, minori tamen pœna, quam ſi dolus interueniſſet *l.3.in princ.ff. de ſicar.* primò caſu excuſatur in totum per *leg.pen.ff.de adult.*

Ex his verbis Io: Andreæ apparet, quod ipſe loquutus fuit de eo qui patrauit homicidium, & ne verbum quidem poſuit de autore coadunationis hominum armatorum factæ ad ſui defenſionem, per conſequens Bero perperam ſe fundat in illius doctrina, & merito, vt dixi reijcitur à Farinacio, quia loquitur ſine lege & ſine auctoritate.

Et in omnem caſum opinio Bero *loc. cit.*
nō poteſt adduci ad deciſionem caſus noſtri,
quia *hic non fuit*, prout *in caſu ſuo*, deuentū ad
congreſſum, & ad pugnam, ſed ſolum N.N.
ſtetit præparatus cum hominibus ad propul-
ſandam violentiam in caſu inuaſionis, & ideò
non debet teneri de delictis, quæ interim prę-
ter ſuam intentionem ab eius hominibus fue-
runt patrata in perſonam aliorum, quam ho-
minum factionis aduerſarij, & ratio eſt quia
cum principaliter, & ab initio de iniuria, &
violentia propulſanda ageret, quod de ſui na-
tura licitum, & permiſſum eſt vt dixi ſuprà, &
firmat ipſe Bero *ibid,num.28.* delictum ex hac
occaſione, præter cogitatum, ab hominibus
42 adunatis commiſſum, eſt prorſus impunibile
reſpectu ad autorem adunationis, vt benè
explicat Salyc.in *leg.quoniam num.7. C.ad leg.
Iul.de vi publ.* ibi -- *quæritur an delinquens
vltra, præter, vel extra cogitatum puniatur, &
qualiter? aut in cogitato non eſt erratum, aut eſt
erratum, primò caſu, aut dabat operam rei licitæ,
& tunc delinquendo præter cogitatum, vel cul-
pam non tenetur, vt ff.ad l.aquil.l.qui occidit §.
pen.& l.ſi eum ſeruum ff. de iniur.&c.* & hoc
replicat Salyc. *ibid. num.16.* dicens: ex pro-
poſito dabat operam rei licitæ, & permiſſæ
igitur vltrà cogitatum non tenetur, & hoc
clarius vult Cyn. in *eadem leg.quoniam num.3.*
dicens, cum quis delinquit, & incidit in ma-
ius delictum præter conſcientiam ſuam, re-
fert, an incidat in eandem ſpeciem delicti, aut
in aliam. Si in eandem ſpeciem delicti incidit,
tunc, aut circa plures res, & non tenetur vltra
propoſitum delinquendi, vt *l.vulgaris §.ſi is,
& §.idem iul.* aut circa eandem rem, & tunc,
aut plus deliquit reſpectu eiuſdem rei, aut re-
ſpectu plurium perſonarum, ſi reſpectu plu-
rium perſonarum non tenetur præter propo-
ſitum *vt ff.de iniur. l.eum qui §. an aliquis*. Si
reſpectu ipſius rei, tunc tenetur prout eſt de-
lictum commiſſum, non prout fuit animus
delinquendi, vt *d.§.ſi quis*, ſi verò (*& eſt ca-
ſus noſter*) incidit in aliam ſpeciem delicti, in
quam incidere non propoſuit, tunc non tene-
tur, vt eſt exemplum in *d.l.qui iniuriæ, & leg.
verum ff.de furt.*

Verum eſt quod Cyn.*ibid.* ait hoc non pro-
43 cedere in caſu *dict.leg.quoniam*, vbi quis in-
cidit in homicidium, & ſic in aliam ſpeciem
delicti, & tamen tenetur, ob rationem, quia
violentia eſt crimen ordinatum ad illud, &
alia facinora: ſed verum eſt etiam, quod ipſe
Cyn. ſubdit *ibidem*, ſecus eſſe ſi crimen, quod
ex animo debuit fieri, non ordinatur ad illud
delictum, quod committitur ſine animo.

Vnde propter duas potiſſimū rationes non intrat limitatio in caſu noſtro: prima eſt quia diſpoſitio *d.l.quoniam*, habet locum in eo, qui intendit facere violentiam, & non procedit in eo qui intendit ſe defendere, & violentiam repulſare, quia iſte etiam ſi occidat, ad nihilum tenetur, vt apparet ex littera tex.in *ead. l. quoniam* ibi -- *placuit ſi forte quis vel ex poſſidentis parte, vel ex eius, qui poſſeſsionem temerare tentauerit, interemptus ſit: in eum ſupplicium exerceri, qui vim facere tentauerit, & alterutri parti cauſam malorum præbuerit*. Secunda eſt quia dictus N.N. non habuit in animo aliquod delictum committere, & ſic eo fortius ad eius fauorem procedit doctrina Cyni eum penitus excuſantis, ſi (ceſſante diſpoſitione *d.l.quoniam*) crimen, quod intenditur, non ordinatur ad illud delictum, quod committitur ſine animo.

His ſtantibus non obſtant, quæ poſſunt pro Fiſco adduci, nam

Si fiat fundamentum in retentione armo-
44 rum; quicquid ſit de iure, hodiè pro ſola re-
tentione armorum non proceditur vt ex Bart.
Io: de Platea, Claro, Angel. Decian. & alijs
firmat Farinac. *quæſt.108.num.39.* qui *nu.41.*
excipit in ſtatu Eccleſiaſtico retentionem
archibuſietti, & ſtilletti ex Conſtit. ſan.mem.
Pij Quarti, & B.Pij V.

Si fiat fundamentum in delatione, & vſu
eorundem armorum, & coadunatione homi-
45 num armatorum iam dixi *ſuprà*, quod leges,
& Doctores permittunt ſe armare, & homi-
nes armatos adunare, & habere ad ſui corpo-
ris tuitionem, & bonorum manutentionem.

Si fiat fundamentum in ſcandalo, & incon-
uenientibus inde ſequutis, iam pariter dixi
46 *ſupra*, quod dato principio licito ea, quę prę-
ter, & extrà propoſitum eueniunt, non atten-
duntur ad aggrauandum, & vexandum auto-

rem

Digitized by Google

rem coadunationis: & iura,& Doctores,quæ,
& qui poſſunt adduci in contrariũ loquuntur
de coadunante homines ad faciendam vio-
lentiam, vel rem illicitam, vt videre eſt pe-
nes gloſam, & Doctores in *leg. quoniam ff. ad
leg.Iul.de vi public.*

47 Si fiat fundamentum in iure à natura cui-
libet conceſſo venandi, & quod nullius eſt
capiendi, iura ſunt clara, & expreſſa, quæ
48 concedunt Dominis agrorum ius prohiben-
di de facto, & propria auctoritate ingreſſum
ijs, qui ad venandum ingredi volunt,vt oſten-
di ſupra, & textui, gloſæ, & Bart.allegatis
§.*pondero etiam*, addo auctoritatem Georgij
Mor de Nigro Monte in *tract. de iure venandi
cap.2.num.11.& ſeqq.* dicentis -- *is tamen,qui
alienum fundum venandi, vel aucupandi gratia
ingreditur, poteſt à Domino, ſi is præuiderit,pro-
hiberi, ne ingrediatur §.fera inſtit.de acquir.rer.
domin.& l.3.§.1.ff.eodem tit. & l.diuus ff. de
ſeruit.ruſtic.prædior.* vbi dicitur -- *Diuus Pius
aucupibus ita reſcripſit; non eſt rationabile, no-
lentibus Dominis, vos in alienis agris aucupari,*
& gloſa *ibidem* dicit, *idem in venatione*, me
enim inuito non licet vicino ire per agrum
meum *leg.per agrum C.de ſeruit. & aqua*: quin
& Dominus (*ſunt eius verba*) armata manu
ingredientem prohibere, & ei reſiſtere poteſt
ſecundum gloſam *in ſæpè citata l.3.*verbo *pro-
hiberi, facit l.quemadmodum §.1.* ibi -- *iure ſuo
poſſe eum intercidere ff.ad leg.aquil.*

Addo Auendanum in *tract.de venatione,im-
preſſo poſt tract.de exequen. mandat. Regio ſolio
mihi 9. in octauo caſu* ibi -- *aunque ſea con ma-
no armado.*

Addo Harprect.in §.*fera num.50. inſtit. de
rerum diuiſ. & acquir.ear. domin.* ibi -- *vt ve-
nator armata etiam manu à Domino prohiberi
poſſit, ne fundum ſuum ingrediatur.*

Et addo Iacobin. de Sancto Georgio in
tract.de feud.verbo, & cum venationibus num.4.
ibi -- *item etiam armata manu poſſum reſiſtere
contra volentem intrare fundum meum me inuito.*

49 Nec replicetur, quod, vbi habetur reme-
dium iuris, non poteſt impunè recurri ad re-
medium facti.

Quia hoc procedit, quando iura non tri-
50 buunt vtrumq; remediũ,prout tribuere in ca-
ſu iſto apparet ex *ſupra* adductis, & ex Har-
prect. *loco citato num.44.* ibi -- *vel priuata;
quod facere poteſt,vel publica hoc eſt Iudicis,au-
ctoritate ſit repulſurus.*

Si demum fiat, prout audio, fieri funda-
mentum *in ſupradicta Conſtitutione* ſan.mem.
Sixti V. ſupplico aduerti, quod hodie ſtante
dicta declaratione facta per ſan. mem. Pau-
lum V. ceſſant argumenta, quia ſolum verba
præfatæ declarationis ſunt attendenda, quæ
vt dixi reddunt factum dicti N.N. penitùs
impunibile.

Vlteriùs argumenta,quæ potuerunt,& poſ-
ſunt excogitari ſuper *dicta Conſtitutione* Sixti
fuerunt omnia adducta per dictum incertum
ſcribentem penes Farinac. *d.conſ.65. à nu.68.
vſque ad num.88.*& per Spadam *d.conſ. 25.per
51 tot.*& eiſdem argumentis, vt dixi *ſupra in §.
præſertim*, fuit etiam ſigillatim, & ſufficienter
reſponſum ab eodem incerto ſcribente *d.conſ.
65.à num.109.vſque in finem*, & à Vermigliol.
conſ.356.per totum.

Vnde pro reſponſione ad ea, quæ poſſunt
adduci ex dicta Conſtitutione, ne longo, &
inutili ſermone morer,ſupplico, vt videantur
præfati Doctores.

Duo tamen non ommittam. Vnum eſt
quod Spada, qui *d.conſ.25.*conatus fuit oſten-
dere Conſtitutionem prædictam eſſe genera-
lem, & amplam, & omnes caſus adunationis
armorum comprætendere, caſum noſtrum
expreſsè exceptuat *ibid.num.13.& num.20.&
52 melius num.27.* ibi -- *non enim tollit, vt ex
aduerſo præſupponitur, defenſionem legitimæ
poſſeſſionis, nec tuitionem propriæ perſonæ, quæ
omni iure permittitur cum moderamine inculpa-
tæ tutelæ l.vt vim ff.de iuſt.& iure leg.1. & ibi
ſcribentes C. vnde vi cum concordan. Sed ſolum
53 probibet defenſionem poſſeſſionis violentèr ade-
ptæ, vel recuperatæ, quæ etiam de iure com-
muni eſt probibita ſaltim, quando incontinen-
ti violentus poſſeſſor à primo poſſeſſore eijcitur
dict leg.1.* & ibi gloſa, Bart. Bald. & alij *Cod.
vnde vi l. auctoritatem Cod. eod. tit. Contrà verò
ius humanum nihil aliud continet, niſi quod
probibet defenſionem manu armata etiam ex
interuallo poſſeſſionis violenter, & de facto
adeptæ, & recuperatæ, ac recuperationem
poſſeſſionis etiam incontinenti, & num. 33.*
ibi -- *quia quoad caſum retinendæ poſſeſſionis
iſta Conſtitutio nihil innouat,niſi in caſu poſſeſſio-
nis violentèr adeptæ, vel recuperatæ.*

Aliud eſt, quod ex lectura, & verbis eiuſ-
dem Conſtitutionis Sixti apparet, quod illa
non comprætendit caſum, de quo agitur.

54 Primò, quia verba -- Non eſſe ferendum,
vt quis temerè, vel vi adhibita, ius ſibi dicat
non comprætendunt poſſidentem, qui cũ ho-
minibus armatis ſtat in ſuo ad repellendũ vio-
55 lentum agreſſorem,quia ille non agit temerè,
nam vim vi licet repellere *d.l.vt vim ff.de iuſt.
& iure*,& gloſa,*ibi,& in l.liberam verbo vltio-
nẽ in fine C.quando liceat vnicuiq,* Non adhibet
56 vim, quia ſtans in ſuo præparatus ad retun-
dendam vim nemini facit iniuriam ad tex.in
*leg.quoniam C.ad leg.Iul.de vi publ.& in d.leg.
liberam* ibi -- *Liberam reſiſtendi cunctis tribui-
57 mus facultatem*, imò dum inſultatur non
adhibet, ſed patitur vim, vt habetur in *d.leg.
quoniam*. Et demum ius ſibi non dicit, quia,
vt per tex.qui eſt ad litteram in *l.extat ff. quod
metus cauſa* ait Cynus in *l. vaica. num.4. C.ne
58 quis in ſua cauſa*, ius ſibi dicere eſt recupera-
re auctoritate propria,qui autem ſe,& ſua bo-
na tuetur nihil recuperat.

Secundò, quia verba -- *Vrgentiores, &
59 vrgentiſſimas,etiam conſuetudine permiſſas,cau-
ſas etiam ſi ab alijs prouocati,& laceſſiti fuerint.*

Nec

Nec ipſa compræhendunt poſſidentem, qui
ſe, & homines armat ad ſuam poſſeſſionem
tuendam, nam cum Pontifex reſtrinxerit lo-
cutionem ad cauſas ſe armandi *conſuetudine*
permiſſas, reliquit in ſuo eſſe cauſas armandi
permiſſas à iure, & lege, inter quas eſt illa
60 tuendi ſe, & bona ſua, exceptio enim firmat
regulam in contrarium *vulgatis iuribus*, nam
61 multum differt conſuetudo à lege, ſiquidem
ſecundum Bart. in *l. de quibus nu. 2. ff. de legib.*
62 conſuetudo eſt, quando fit contra legem per
conſuetudinem.

63 Tertiò, quia nec verba -- *vt facinoroſorum
hominum audacia, & immanitate compreſſa ſe-
curitas, & quies, & tranquillitas perpetuò vi-
geat, & conſeruetur*. Compræhendunt poſſi-
dentem, qui ſe, & homines armat ad ſuam
64 poſſeſſionē tuendam, quia in iſtū nullo modo
cadit facinoroſitas, nec ei iſta qualitas poteſt
vllatenus adaptari, vt ad intelligentiam prag-
maticæ factæ ad reſtringendum malefacto-
rum, & facinoroſorum audaciam aduertit
Gizzarell. *deciſ. 25. num. 10. & 11.*

Non eſt ergo Conſtitutio adeò generalis,
vt nullam qualitatem cauſæ homines adu-
nandi perpendat.

Nec verba, quæ videntur eſſe generalia --
65 *Ad remouendos tumultus, ad pacem, & tran-
quillitatem conſeruandam*, refragari poſſunt,
quia, vt ait Vermigl. *d. conſ. 356. num. 1.* verba
prædicta expreſſa ſunt eo reſpectu, quem
Papa in eadem Conſtitutione declarat, ne
quiſquam temerè, vel vi adhibita ius ſibi di-
66 cat: verba enim quantumcumque generalia
intelligenda ſunt reſpectu, quo proferuntur,
& ad caſum propter quem proferuntur, re-
ſtringuntur ex Crauett. Seraph. & Rota *locis*
per eùm *relatis*, & hoc idem replicat *num. 2.*
dicens quod hæc generalitas, vt illi locus ſit,
debet includere qualitatem caſus, quod ſibi
quis temerè ius dicat, dum conſtitutio in hoc
reſidet, vt vis non adhibeatur: & hunc putat
verum Conſtitutionis eſſe ſenſum, vt nempè
generaliter intelligatur in quocumque caſu,
& ex quacumque cauſa collectæ armatorum
fiant ad effectum ſibi propria auctoritate ius
67 dicendi: vbicumque enim agitur de impo-
nenda pœna ex aliqua Conſtitutione oportet
verificari omnes qualitates in ipſa Conſtitu-
tione expreſſas, & aliàs pœna non committi-
tur Rota *deciſ. 167. num. 40. ad finem par. 1. rec.*
& in idem coincidit reſponſio, quam generа-
litati huius Conſtitutionis dat ſupradictus
incertus ſcribens penes Farin. *d. conſ. 65. num.
109. & ſeq. & num. 114. & 115.*

Nec quicquam facit quod Pontifex ha-
bens pro cauſa finali tranquillitatem, & pa-
cis conſeruationem inter ſubditos non habuit
rationem ad finem licitum, vel illicitum.

68 Quia omnes leges habent pro finali cauſa
tranquillitatem, & pacem ſubditorum, & ta-
men reſtringuntur ad ſpecialitatem propter
quam fiunt, vt de ſe patet: inſuper Imper. in
leg. nullus Cod. de Iudæis habuit prædictum
finem conſeruandi pacem inter ſubditos; &
tamen habuit rationem ad finem licitum, il-
lumque excludit, vt apparet ex verbis prædi-
ctæ legis ibi -- *idcircò tamen iudiciorum vigor,
iuriſque publici tutela videtur in medio conſtitu-
ta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat vltio-
nem*: vltio enim ſonat in vindictam, vt ait
gloſa in *l. liberam verbo vltionem C. quando li-
ceat vnicuique*.

Nec eſt veriſimile, quod Pontifex voluerit
compræhendere finem licitum, prout re vera
69 de illo non fuit loquutus, quia cum Princi-
pes habeant iura in ſcrinio pectoris, vt eſt
text. in *leg. omnium C. de teſtamen.* benè ſciuit
70 quod defenſio cum moderamine permiſſa eſt,
etiamſi per ſtatutum prohibeatur Bart. Bald.
Alex. *locis relatis* à Bruno *de conſtit. decretis,
ſtat. verbo defendere.*

In hac cauſa fuit oppoſitum circa reten-
71 tionem Armatorum aliter diſpoſuiſſe Le-
giſlatores in *leg. final. Cod. ad leg. Iuliam de
vi publica*, ſed fuit reſponſum cum gloſa
ibidem, quod Imperator prohibuit, ne quis
72 haberet tales, qui tranſeuntes ſpoliant, & ver-
bo *buccellarios* ait illos fuiſſe latrones, & ver-
73 bo *Iſauros* ait fuiſſe latrones perfidiores alijs.

In *leg. 3. ff. ad leg. Iul. de vi publica*, ſed fuit
74 reſponſum, quod gloſa *ibidem* verbo *habue-
rint* remittit ſe ad explicationem factam in
dict. leg. final. Cod. eodem tit. nempè quod in
tantum prohibitum eſt habere ſeruos, aut li-
beros in armis, in quantum ſint latrones, &
ad malum habeantur, vt in *d. leg. final.*

In *leg. ſi quis in tantam C. vnde vi*, ſed fuit
75 reſponſum, quod tex. ille loquitur de inua-
ſore ibi -- *violenter inuaſerit.*

Et circa Bullam Sixti fuit oppoſitum, quod
Pontifex expreſsè caſum manutenendæ poſ-
ſeſſionis compræhendit, dum in *primo* §. fecit
mentionē etiam de manutenenda poſſeſſione.

76 Sed fuit reſponſum; quod in omni le-
ge attendi debet quid fuerit dictum in di-
ſpoſitiua, vt ex Purpurato inquit Menoch.
*de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 2. num. 15. &
ſeq.* propterea cum poſt verba *hac noſtra
77 perpetuò valitura Conſtitutione diſtrictè inten-
dimus* (à quibus incipere diſpoſitiuam eiuſ-
dem Conſtitutionis eſt manifeſtiſsimum)
87 fiat ſolùm mentio de coadunatione arma-
torum ad effectum recuperandæ, vel adi-
piſcendæ poſſeſſionis, ſeu quaſi dominiorum
&c. locutio generalis ſuperius facta reſtringi-
tur ad ſpecificata in hac diſpoſitiua ad tradi-
ta per Purpurat. & Menoch. *vbi ſupra*, & in
terminis hoc expreſsè dicit Farin. in *add. ad
dict. quæſt. 113. num. 148. 151. & 160.*

Præſertim, quia verba narratiuæ, & expo-
ſitiuæ ſub prætextu recuperandæ, ſeu manu-
tenendæ, aut adipiſcendæ poſſeſſionis poſſint
ſtare cum verbis diſpoſitiuæ, & eundem ſen-
ſum recipere, ſi explicetur, quod tunc coa-
dunatio facta ad effectum manutenendæ ſit
com-

compræhenſa, ſi fiat poſt adeptam poſſeſſio-
nem, vt bene explicat Farin. d. adit. d. num. 148.
ibi — imò Bullu prædictu non prohibet armatos
vocare pro defenſione ſuæ perſonæ, cum, quod &
minus eſt, nec etiam hoc prohibet pro defenſione
ſuæ poſſeſſionis, à qua quis nunquam deiectus
fuit, licèt bene id prohibeat pro defenſione poſſeſ-
ſionis per vim adeptæ, vel recuperatæ, & nu. 152.
ibi — pro manutenenda poſſeſſione, à qua nun-
quam quis deiectus fuit Bullu prædictu nō prohi-
bet armatos conuocare. niſi in caſu quo quis prius
eam per vim recuperaſſet, aut adeptus fuiſſet, &
num. 160. ibi — verius eſt dictum Bullam non
loqui, niſi de armatis factis pro recuperanda, vel
adipiſcenda poſſeſſione, vel etiam manutenenda
eu per vim recuperatu, & adepta.

Et quidem hæc explicatio conuenit litteræ
79 dict. Conſtitutionis, tùm quia tollitur abſur-
dum, quod oritur ex prohibitione defenſio-
nis cum moderamine, quæ, vt dixi ſuprà,
competit etiam ſtatuto eam prohibente, tum
quia tollitur, & euitatur, quod Pontifex ſe in-
continenti correxerit, vel oblitus fuerit de
expoſitis in narratiua, tùm quia in dubio fa-
cienda eſt interpretatio fauorabilis Reo, tùm
demum quia verbum, manutenendæ, poſitum
inter verbum recuperandæ, & adipiſcendæ di-
ctam explicationem congruè denotat.

Et hæc dicta ſunt ex abbundanti, quia ad
prosternenda omnia argumenta, quæ fieri
poſſunt ſuper dicta Conſtitutione Sixti ſatis
ſunt reſponſiones ſupradictorum Vermiglio-
li, & Anonymi.

Quæro tertio, an Dominus retinens, & re-
cuſans reſtituere veſtes, vel alias res in do-
mum inuectas à famulo poſſit criminalitèr
accuſari, ſi prætendat ſibi in illis ſatisfieri de
80 aliquo credito? & negatiuè reſpondendum,
nam creditor, qui reperitur in poſſeſſione ſine
81 vitio, non tenetur reſtituere, niſi ſibi offera-
tur ſuum creditum, ſiue illud habeat hypo-
thecam, ſiue non l. vnicu Cod. etiam ob chiro-
graph. pecun. Etenim is, qui poſſidet, non te-
netur reſtituere, ſi ex rationabili aliqua cauſa
poteſt retinere, quamuis res illa hypothecam
non habeat, & ponitur exemplū in re commo-
82 data, quæ ex iuſta cauſa poteſt non reſtitui,
vt inquit Balduin. de pignor. & hypothec. cap.
13. Thomat. deciſ. 19. num. 5. & eſt ratio, quia
ex hoc non videtur dominij poſſeſſio inter-
uerti, per tex. in l. qui rem. ff. de acq. poſſeſſ. Ro-
ta in Fauentina bonorum coram Placca, quæ
eſt poſt Marcheſ. par. 1. fol. mihi 976.

Nec obſtant bannimenta, quia aliud eſt ac-
83 cipere propria autoritate, aliud retinere, ad
tradita per Vermigliol. conſ. crim. 466. nu. 23.
& ſeqq. qui in terminis ait, quod ideò non po-
84 teſt puniri criminaliter retinens rem, ſine vi-
tio à principio acceptam, cum præſumatur
hoc facere pro ſuo Iure conſeruando, vt vult
Bald. in l. in poſſeſſionem Cod. ad leg. Iul. de vi
public. & alia allegat Vermigl. in tacti contin-
gentia videndus.

Et in terminis, quod Dominus poſsit reti-
85 nere veſtes ſui famuli recedentis à ſeruitio,
vult Anna ſingul. 187. & Danza de pugna Docto-
rum tit. de ſalario cap. 5. num. 18.

Sed an Dominus poſſit propria autoritate
86 ſpoliare veſtibus famulum recedentem, an ve-
rò teneatur repetere? Danza loc. cit. remittit ſe
ad Bart. Bald. Imol. in l. & in his §. ſeruis ff ſol.
matrim. & Aufrer. dec. 337.

Quæro quarto, an ſub iſto §. compræhenda-
87 tur turbatiua? & reſpondendum negatiuè,
quia turbatio eſt quædam ſpecies delicti, quæ
88 differentias in ſe varias continet, vt vix com-
præhendi poſſit, cum plura ſint negotia, quā
89 vocabula l. ſi quis in fūdi ff. de legatis 1. Bart. conſ.
112. lib. 1. & ſi vis ſcire quot, & quales ſint,
adeas Menoch. tract. de retinen. poſſ. rem. 3. qu.
61. nu. 462. & ſeqq. Rebuff. in comment. ad Reg.
Conſtit. Galliæ tom. 3. tit. de mater. poſſeſſ. art. 1.
gloſ. 2. num. 36. & ſeqq. & Maſcard. de probat.
lib. 3. concluſ. 1390. per tot. apud quos omnem
materiam benè explicatam inuenies, & pro-
90 pterea cum turbatiua ſit nomen generale, &
quamcumque moleſtiam comprænhendat, ita
vt turbare dicatur is, qui contendit poſſidere
91 rem, quæ ad alium ſpectat Alex. conſ. 88. n. 31.
92 vol. 5. Ruyn. conſ. 106. num. 21. lib. 5. & is, qui
mittit executores in bonis alienis Socc. Sen.
conſ. 158. num. 3. in fine vol. 1. Afflict. deciſ. 376.
93 num. 3. & is, qui mittit litteras inhibitoriales,
vt dicit Fuſar. conſ. 195. num. 61. & is qui negat
94 alium poſſidere, vt ait Maſcard. de probat. con-
cluſ. 1390. num. 25. & 27. & Fuſar. loc. cit. nu. 60.
95 & tandem turbatiua inducatur etiam ex ſolis
verbis, Menoch. præſumpt. 98. num. 12. Fuſar. d.
conſ. 195. num. 58. vtique ſic generaliter ſumpta
non comprænhenditur.

Notandum obiter, quod pro turbatiua po-
96 teſt agi ciuiliter, & criminaliter, & vna via
electa, ceſſāt altera; finito tamèn iudicio Ciui-
97 li poteſt quis ad criminalem accuſationem
confugere, vt benè declarat Natt. conſ. 138.
98 lib. 1. per tot. imò ſi facta ſint diuerſa, ciuile
non præiudicat criminali, quia poteſt quis ex
vno facto ciuiliter turbatorem conuenire, &
ex alio ſubſequenti facto criminaliter accuſa-
re, vt exemplificat Natt. d. conſ. 138. quod con-
ſilium notabile eſſe dicit Farin. qu. 100. nu. 134.
99 & quando agitur criminaliter, ſi turbatiua
fuerit ſine violentia competit actio iniuriarū,
Mau. Angelell. conſil. crim. diuerſ. 47. num. 3. lib.
2. in paruis, ſi verò turbatiua fuerit cum vio-
100 lentia competit actio ex l. Iul. de vi public. vel
priu. Menoch. de retinen. remed. 3. n. 549. Ioſeph.
Ludou. concl. 71. in 1. verſ. iſta tamen cōmunis opi-
nio, & quamuis Rebuff. loc. ſup. cit. art. 1. gloſ. 2.
101 num. 46. dicat de conſuetudine in Gallia
non ſeruari, vt pro turbatiua criminaliter de
iniurijs agatur, ſed ſolùm pro damnis, expen-
ſis, & intereſſe; & Virgil. Boccacc. in tract. viti
poſſidentis cap. 12. num. 13. dicat nec ſeruari in
102 Statu Eccleſiaſtico, vt quis pro ſola turbati-
ua poſſit accuſari criminaliter, vel iniuriarum
actio-

actione conueniri. & tantum contra turbantem dari, probata poſſeſſione, mandatum de
103 manutenendo cum inhibitione aſſerat: nihilominus apud nos contrarium ſeruari teſtatur Farinacius dicens *quæſt.* 100. *num.* 40. quod quotidiè videmus pro turbata poſſeſſione criminaliter, & per viam quærelę coram Iudicibus criminalibus agi.

Poſſunt tamen conciliari opiniones dicen-
104 do, quod Boccaccius loquitur in eo, qui ſine dolo, & ſine animo turbandi, ſed potiùs vtendi iure ſuo, & illud conſernandi turbat,
105 nam ſine dolo nemo punitur, vt in terminis dicit Maſcard. *de probat. concl.* 1390. *num.* 87. *& concluſ.* 1191. *per tot.* vbi docet, quomodo, & à quo probatur dolus; & ſine animo turbandi nemo debet criminaliter teneri Menoch. *de retinen. poſſeſſione remed.* 3. *num.* 631. *& ſeqq.* & Ioſeph Ludouic. *concluſ.* 71. *verſic. quinto quando quis*; accuſatio enim in cauſa turbatiuæ non procedit ſi deficiat dolus Bart. in *l.* 1. *ff. ſi is, qui teſtam. liber eſſe iuſſ erit* Bald. *conſ.* 431. *vol.* 4. Ang. *de malefic.* 5. *ſcienter, & doloſè in princip. nu.* . . Io: Petr. Ferrar. *in forma libellan. pro turbata poſſeſſ. verb, & in ea nititur* Boſſ. *tit. de pluribus violent num.* 48. *&* 65. Gabriel. *conſ.* 166. *num.* 12. *vol.* 2. & his relatis Camill. Borellus *conſ.* 72. *num.* 1. Farinac. verò loquitur, quando quis cum dolo, & animo turbandi procedit ad turbatiuam.

Hæc diſtinctio fundatur in eo, quia non reperitur lege cautum, quod pro turbatiua detur, & inſtituta ſit actio criminalis, vt ait Borell. *loc. cit. num.* 2. datur tamen, & inſtituta eſt pro ea actio iniuriarum, vt per tex in *l. iniuriarum* §. *ſi me ff. de iniur.* & ex Angel. & Zaſio ſubdit Borell. *ibid.*

Sed actio iniuriarum requirit dolum, qui
106 capitur ex affectu, & animo iniuriandi *l.* 3. §. *pen. & fin. cum l. ſeq. ff. de iniur. & in l. ſi non conuicij Cod. eodem tit.* & ſic quoties concurrit dolus intrat opinio Farinacij.

Vide plura penes Borell. *loc. cit. per tot.* vbi
107 ait, quod remedium turbatiuæ non competit Colono *l.* 1. §. *deijcitur* vbi gloſa *ff. de vi, & vi armata*, nam Coloni non dicuntur poſſidere, vt pluribus citatis Doctoribus probat Borell. *ibidem num.* 5. *& ſeq.* & ideò non poſſunt agere, quia ſine poſſeſsione prædictum remedium non competit, vt probat Borell. *ibid.*

Aduertendum tamen, quod omnis cauſa
108 etiam colorata, etiam temerària, etiam iniuſta excuſat in delicto turbatiuæ, & violentiæ vt ex Socino *conſ.* 131. *num.* 9. *lib.* 1. Decio *conſ.* 565. Imola *conſ.* 16. & alijs probat Ludou. Meſſia *ad legem Toleti fundam.* 23. *par.* 2. *pagina* 151. *à tergo num.* 9. *& ſeqq.* ſubdens ex Angel. quod rapiens ſeruum fugitiuum ab alio poſſeſſum, vel rem ſuam de manibus exteri, aut incogniti excuſatur à pœna violentiæ, quia putauit ita ſibi licere, & ex Baldo ait ſtatutum factum contra turbantes, vel turbare volentes intelligi, quod compræhendat eos, qui turbant principaliter, & non ſecundario, & occaſionaliter.

Caderà da tutte le ragioni, & attioni.

Vide ſuper ammiſſione Iurium, & actionum Calephat. *conſ. crim. diuerſ.* 106. *num.* 6. *lib.* 1. *in folio*, Cępol. *conſ.* 26. *num.* 10. *&* 11. Ludou. *dec.*
109 *lucen.* 1. *num.* 20. qui concludunt, quod accipiens propria authoritate rem ſui debitoris perdit ius, & actionem, & hoc vltrà pœnam extraordinariam Gomez. Bart. Calephat. Tiraquel. & alij citati à Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 1. *n.* 61. & Ludou. *loc. cit.*

An ab hac pœna eximatur mulier, miles,
110 ruſticus? D. Franc. de Vico *ad pragm. Sardiniæ lib.* 2. *tit.* 25. *cap.* 19. *num* 2. *&* 3. ex gloſa, Azone & Farin. reſpondet *negatiuè*, quoties poſſunt peritos conſulere.

Cap. XXV. §. V. VI. & VII.

Ordina anco, che alcuno non ardiſca fare alle ſaſſate nella Città, ò fuori, nè tirar ſaſsi nelli tetti, fineſtre, ò geloſie, porte, ò caſe di qualſiuoglia perſona ſotto pena alli maggiori di diciotto anni di trè tratti di corda, e di ſcudi 50. & alli maggiori di quatordeci, e minori di diciotto di cinquanta ſtaffilate, le quali pene ſi aggrauaranno, ſe queſti tali haueſſero armi, ó baſtoni, ò ne ſeguiſſe altro, conforme alla qualità del delitto.

§. 6. E nelle medeſime pene incorreranno quelli, che ſteſſero à veder fare alle ſaſſate.

§. 7. Chi per le ſtrade della Città tirarà ſaſſi, ò farà bagordi, & in particolare la notte, ò publicamente ad alta voce dirà parole ſporche, ò licentioſe, ſarà punito con la pena di ſcudi 25. ò vero di trè tratti di corda alli maggiori di diciotto,

& alli minori come ſopra di 25. ſtaffilate.

SVMMARIVM.

1 *Puerorum eſt proprius vſus lapidum.*
2 *Lapidationes à Pueris factæ probibentur.*
3 *Ratio aſſignatur num. 12.*
4 *Pugna cum lapidibus permiſſa homicidia indè prouenientia eſſent impunita.*
5 *Lapidum proiectio eſt leue delictum de iure communi, & pœnam corporalem non admittit.*
6 *Neapoli extat pragmatica contra proijcientes lapides, prout in Ciuitate Bononiæ extant bannimenta.*
9 *Cauſam illius promulgationi dederunt Iuuenes, qui adinuicem pugnabant ſaxis, & teſtam etiam contra birruarios faciebant.*
10 *Facta pragmatica Neapoli omnes abſtinuerunt ab huiuſmodi pugna.*
11 *Non ſic ſucceſſit Bononiæ, vbi Iuuenes hodie vnitim continuant dictas lapidationes facere.*
Lapides proijcientes in muros, ianuas, feneſtras domorum, quomodo puniuntur remiſſiuè nu. 7.
Si aliquem in corpore offendunt tenentur etiam ad intereſſe nu. 8.
13 *Fœminæ non comprehenduntur in edicto contra ſaxa proijcientes.*
14 *Occidens hominem cum ictu lapidis non punitur pœna ordinaria.*
15 *Quia non dicitur habere animum occidendi.*
16 *Imò nec poteſt puniri pœna corporali.*
17 *Maximè ſi de nocte per laſciuiam ſaxa proijciens hominem tranſeuntem occidit.*
18 *Ratio prædicta, nempè, quod proijciens lapidem non habet animum occidendi, impugnatur.*
19 *Aſſignatur propterea alia ratio à Carpzouio.*
20 *Sed ratio Carpzouij reijcidit in ſenſum eiuſdē ſupradictæ rationis.*
21 *Eximitur ergo à pœna ordinaria, & quia deficit animus occidendi, & quia fato potiùs, quàm malignitati eſt tribuendum homicidium.*
22 *Occidens hominem cum percuſſione facta cum lapide manu retento eximitur à pœna ordinaria.*
23 *Contrarium.*
24 *Diſtingue inter delictum appenſatum, vel non appenſatum.*
25 *Statutum loquēs de percuſſione non habet locum, ſi percuſſio eſt facta cum lapide.*
26 *Aſtecere facientes ad ſaxa eſt probibitum in bannimentis, & quare.*
27 *Proijcientes ſaxa per Ciuitatem, quamuis neminem offendant, debent puniri, & tenentur actione iniuriarum.*
28 *Bagordi, quid propriè ſint.*
29 *Verba inhoneſta, & licentioſa prohibentur dici per ſtratas Ciuitatis.*
Aſſignatur ratio nu. 31.
30 *Prohibitio ſimilis in Hiſpania.*
32 *Et Neapoli.*
33 *Pudenda oſtendere, & nudum incedere prohibitum nu. 34.*
Puniti aliqui ex hoc Bononiæ num. 36.
35 *Dictum memorabile Liuiæ Matris Tiberij Cæſaris.*
37 *Bononiæ in feſtiuitate S. Bartolomæi licitum eſt pugnis concertare.*
38 *Non tamen ad inſolita, & inſolentias progredi.*
39 *Honeſtas omni in re, quæ aliqua ratione permittitur, cenſetur reſeruata.*
40 *Carnis priuij tempore, ſi quis monachalem, vel fœmineum habitum induens turpe aliquid agat quomodo puniendus remiſſiuè.*
41 *Verba obſcena facere coram fœminis probibitum lege Romuli.*
42 *Epicharmus Poeta Comicus mulcta fuit affectus ex eo, quia præſente Vxore Hieronis Siracuſæ Tiranni, quid laſciuum protuliſſet.*

Fare alle ſaſſate.

1 PVerorum eſt proprius vſus lapidum, vt
pluribus cit. inquit Muta *dec. 30 n. 12. & in*
cap. Regni 45 num. 35. tom. 1. lapidationes etiam
2 à pueris factæ prohibentur, quia ſuaptè natura ad vulnera, & mortem ordinantur, vt eſt
3 in caſu relato à Cæpol. *conſ crim. 30.* & conſiderant Ameſcua *de poteſt. in ſe ipſum lib. 2. cap. 11. numer. 16.* Rieciull. *de perſon. in ſtatu reprob. lib. 5. cap. 3. num. 6.* & ſaltem poſſunt afferre iniuriam, vt per tex. in *l. ſi ſtatua ff. de iniur.* dicunt Thor. *vot. deciſ. 71. nu. 12.* & Nouar. *pragm. prima collect. 1. num. 2. de lapidibus*, & ſi lapidationes, & ludus, ſeu potiùs pugna cum lapidibus tolleraretur, homicidia in eis euenientia
4 non eſſent pugnienda, vt per tex. in *l. qua actione §. ſi quis in calluctatione ff. ad leg. aquil.* Anchar. Anan. Alex. Decian. Marſil. & Cremon. & Tiraquel. ſubdit Ameſcua *loc. citat. num. 17.* & Cepol. *dict. conſ. 30. num. 3. & ſeqq.* & Rieciull. *loc. cit. num. 6.*

Et quamuis de Iure communi proiectio la-
5 pidum dicatur eſſe leue delictum Viu. *deciſ. 368. num. 5.* Thor. *d. vot. 71. num. 16.* & Nouar. *loc. cit. num. 2.* & pro eo non reperiatur pœna corporalis impoſita, vt ex Maranta, & Rouit. aduertit Thor. *loc. cit. num. 14. & 15.* ſubdens propterea, nec torturæ locum eſſe, ſupple ad habendam veritatem; nihilominùs pœna trium ictuum funis, ſeù ſtaffilatarum impoſita in noſtris bannimentis non poteſt dici rigoroſa, & à Iure communi exorbitans ex rationibus *ſupra* dictis, & etiam quia proijciens lapides facit actionem in ſe illicitam, & reprobatam.

6 De ſimili pragmatica facit mentionem Rouit. *rub. pragm. de lapidibus*, vbi dicit, quod prohibitio, de qua hic, habet ortum *ex edicto ff. de his, qui deiecer. vel effuder.* & quod illud edictum non habet locum niſi deiectio, vel effuſio facta fuerit de die, ſecus ſi de nocte, vt

in

in leg.pen.§. primo in fine ff. eod. tit. ſed lex il-
la hoc non firmat ibi -- ſed quibuſdam locis,
& uolla inter ſit . Vide Carol. Tapiam de
Iur. Regni lib.5. tit. 33. de iniur. pragmatic. 2.
7 vbi de facientibus petriatas , & macriatas in
muros, ianuas, & feneſtras domorum , vide
etiam Flau. Tortum ad ſtat. Papiæ ſtat.59. de
regim.poteſt.nu.3. & crim.ſtat.55. de pœna proy-
cientis lapides.

Et nota , quod ſi ex talibus proiectionibus
aliquis lædatur in corpore , vltra pœnam in
8 banno contentam tenebitur eiam ad intereſſe
ipſi læſo iuxta tex. in l.fin ff. de his, qui deiecer.
vel effud. Rouit.d.rub.num.3. qui citat Nauar.
manual. confeſſ. cap.15. num.22. Gomez. lib.3.
variar.cap.6.tit.de iniur.n.9.& 22.

Dicit Nouar. loc.cit poſt.num.4.quod Nea-
9 poli Iuuenes adinuicem lapidibus pugnare
ſolebant diebus feſtiuis extra Ciuitatem pro-
pè Pontem Magdalenæ, & quod erat in tanta
copia , vt auderent facere teſtam contra Bir-
marios,qui mittebantur ad obuiandum ſcan-
dalis , vnde fuit facta pragmatica , & omnes
10 abſtinuerunt deinceps in futurum à ſimili pu-
gna. Puto quod hoc idem dederit cauſam
huic edicto, nam teſte Anchar.conſ.272.& Cę-
pol.conſ.crim.30.n.6.& hic extabat talis cõſue-
tudo pugnandi cum lapidibus, ſed cum valdè
11 diſpari ſuceſſu,nam & hodie Pueri extra Por-
tam , & alibi vniuntur ad faciendum huiuſ-
modi lapidationes , & quandoque etiam Cu-
riæ ſeſe opponunt, non obſtante, quod proce-
datur contra eos ad carcerationem, & ad tra-
ctus cordæ,& quidem hæc conſuetudo,ſeu po-
12 tiùs temeritas, & audacia Puerorum eſt pœ-
nis refrenanda , vt ex Barbat. Alex. & Berta-
chin.dicit Muta dec.30.nu.12.

Quæro primo, an hoc.§. comprælendantur
13 fœminæ ? dic quod non ex rationibus addu-
ctis per Thor.d.vot.71.num.7.& ſeqq.& n.18.
inquit, quod in facti contingentia contra mu-
lierem, quæ proiecerat lapides in feneſtram
alterius fęminæ pronunciauit, quod carcer
cederet in pœnam , & exfractaret è vicinia ;
quamuis M. Curia ſit ſolita condemnare ad
exilium mulieres facientes petriatas, & eum
refert Nouar.loc.cit.n.3

Quæro ſecundo , an occidens hominem
cum iactu lapidis puniatur pœna ordinaria ?
14 Dic quod non per doctrinam Scipion. Rouit.
pragm.1.de lapidibus num. 2. Menoch. Macera-
ten.Burſatt.Surd.Plot. Intrigl.Cumiæ,Blanch.
Burgos locis relatis à Muta dec.30.num.3.nam
caſus rixoſus , & fato potiùs , quàm dolo oc-
curſus excuſat ſemper à pœna ordinaria , vt
dixi in cap.de homicidio, & innuit Muta loc.cit.
num.3.& 8. & vlteriùs occidens cum lapide
15 non dicitur habere animum occidendi , ad
tex.in l. omne delictum 5. ſi quis commilitonem
ff.de re militar. Muta d.num.8.Cępol.conſ. crim.
30.à num.3.vſq.ad finem Caball. de omni gener.
homicid.num.316.Danza de pugna Doctor.tit. de
homicid.cap.5.num.2.& 17.Boer. tit.de ſeditio-
16 ſis num. 51. imò quod occidens hominem per
iactum lapidis, niuis, aut pomi aurantij non
poſſit puniri pœna corporali firmant Boer.
loc.cit.& dec.83.num.12.Aſinius conſ. crim. di-
uerſ.110.lib.2.in fol.Griuell.dec.Dolan.26.n.10.
Maximè ſi ſaxa proyciat de nocte per laſci-
uiam, nàm tunc ſi hominem tranſeuntem oc-
17 cidit pœna pecuniaria , vel exilio puniri de-
bet Foller. conſ. crim.diuerſ.137. num.6. tom.1.
Paul.de Caſtro in l.1.num.3. Cod. vbi Senator.
vel Clariſſimi Cępol.l.1.Cod.de ſeru.fugit. col.8.
verſ.ex quo refert , & Boer. d.tract.de ſeditioſis
num.51. Verùm aſſertio prædicta, nempè,quod
18 occidens cum lapide non dicatur habere ani-
mum occidendi,improbatur à Marian.Soccin.
in cap.de his num.51.de accuſat.Fęlin. in cap. ſi-
gnificaſti il ſecondo numer. 11. extrà de homicid.
Carrer.pract.crim.§.homicidij autem ſpecies nu.
54.Plach.epith.delictor.lib.1.cap.10.num.6. Me-
noch.de præſumpt.præſumpt.40.n.14.Boer.dec.
323.n.15.Farin.quæſt.129.n.142.Marſill. conſ.
crim.91.num.13.& conſ.137.nu.4. & Carpzou.
pract.crim.par.1.quæſt.3. num. 50. qui tamen
19 dicit eſſe eximendum à pęna mortis occiden-
tem cum iactu lapidis ex eo , quia regulariter
ex proiectione lapidis, ſi non ſit grauis , ho-
mines non occiduntur, proindè,licèt quando-
que contrarium eueniat , non tamen homici-
dium pro doloſo habendum , quia proyciens
lapidem ab initio euentum mortis , qui raró
exindè contingit , neceſſariò cogitare non
potuit. Propterea videtur, quod ipſe Carpzo-
20 uius ex ratione , quam affert foueat opinionē
eorum , qui excludunt animum occidendi ,
quia ſi non potuit cogitare euentum mortis ,
ex quo regulariter mors indè ſequi non debet,
ergo nec potuit habere animum occidendi .

Sed prima opinione retenta duplex moti-
uum concurrit ad excuſandum à pœna ordi-
21 naria eum , qui hominem cum iactu lapidis
occidit: primum deducitur ex quo deficit ani-
mus occidendi,& conſequenter deficit dolus,
qui pro animo occidēdi accipitur ab Eugen.
conſ.38.num.10.& Calephat.conſil.crim. diuerſ.
92.num.4.lib.1.in paruis: ſecundum ex quo fa-
talitas potiùs, ac infortunium occiſi, quam
malignitas, ſeù peritia proycientis pertulit la-
pidem in partem corporis adeò periculoſam
iuxta tex.in l.1.Cod. ad leg.Corn. de ſicar. ibi --
fato plerumque non noxæ imputatur, & exod.21.
num.13.ibi -- Deus illum tradidit in manus eius,
ſiquidem peritia in proyciendo poteſt homi-
nem aſſecurare de percuſſione , non verò de
percuſſione in loco corporis periculoſo ; cum
vix mira archibuſij ad ſignum ſufficiat .

Quæro tertio , an ſaltem debeat damnari
ad mortem is , qui habens lapidem in manu
cum illo percutit aduerſarium, & occidit ? Fa-
rin.quæſt.126.nu.137. ait quendam habreum
22 fuiſſe damnatum ad triremes , & eum refert ,
& ſequitur Muta d.dec. 30. num.11. vbi plures
alios citat concordantes : at Ioſeph Ludouic.
23 dec.lucen.62. num.15.& ſeq. refert quendam

Digitized by Google

fuiſſe damnatum ad mortem, ſed commutata
per Senatum pœna fuiſſe tranſmiſſum ad tri-
remes in perpetuum. Tu dicas homicidium,
cum percuſſione cum lapide in manu reten-
24 to commiſſum eſſe puniendum pœna mortis,
ſi fuerit appenſatum, vt ex Vulpell. & Farin.
dicit Carpzou. *pract. crimin. part. 1. quaſt. 3.
num. 57. 59. & 60.* vbi ità practicatum teſtatur.

Quæro quartò, an ſtatutum loquens de per-
cuſſione procedat in ea, quæ facta eſt per la-
25 pidem? negatiuè reſpondet Schenard. *conſil.
64. num. 8. lib. 1.* Gram. *vot. 15. num. 9.* Nouar.
Vaſſall. gran. 320. num. 3. lib. 1. Giurb. *conſ. crim.
73. num. 8.*

Quelli, che ſteſſero à vedere fare alle ſaſſate.

Videntur enim ratificare, & quodammo-
26 do animis fauere actui illicito, & de Iure pro-
hibito.

Chi per le ſtrade della Città tirarà ſaſſi.

Supple etiamſi neminem offendat; ſufficit
27 enim, quod poſſit eſſe damno, ſeu ſaltem im-
pedimento tranſeuntibus, & ideò non eſt per-
mittendum: & facientes debent puniri, quia
tenentur actione iniuriarum, ad tex. in *l. ſi ſta-
tua ff. de iniur.*

O' farà bagordi, & in particolare la notte.

De verbo *bagorda* dixi in *cap. 1. §. 15. num. 1.*
28 ſed puto, quod non debeat reſtringi, vt il-
lud reſtringit Alumnus in *fabrica Mundi* ad
ludum iaculatorium, nuncupatum la moreſca,
quia poteſt verificari in quolibet baccano fa-
cto cum diſcurſionibus, vociferationibus, in-
quietis rumoribus, quibus iuuenes inſolentes
ſolent noctis ſilentium cum ſcandalo probo-
rum perturbare.

O' publicamente ad alta voce dirà parole ſporche, ò licentioſe.

Hæc diſpoſitio eſt iuſta, ſancta, & Reipu-
29 blicæ conueniens, vt ex Ariſtotel. *lib. 7. politic.*
30 *cap. 17.* inquit Azeu. *recopil. lib. 8. tit. 10. leg. 5.
n. 2.* vbi explicat legē prohibentem dici verba
inhoneſta, obſcæna, & impudica per ſtratas,
& vias de die, vel de nocte, nam vt cætera
31 mala, ſic debet Legiſlator ſermonis turpitu-
dinem è Ciuitate expellere, quia facilè turpia
loquendo efficitur, vt homines his proxima
faciant, vt proſequitur Azeuedo *ibid.* etenim
primo ſunt cogitationes: *ſecundò* lingua: *tertiò*
factum; ſemper vnum ſequitur ex altero: cogi-
tationes veniunt ex viſu, & auditu, & factum
venit ex cogitationibus, prout explicat Philip.
Scherbius in *comment.* ad Ariſtotilem *loc. cit.*
plura ad præpoſitum refert Picchard. *§. iuris
præcepta num. 14. & ſeqq. Inſt. de Iuſt. & iure.*
vbi refert verba Ariſtotel. *loco citato*, & verba
legis ſupradictæ recopil. & conqueritur, quod
Iudices eam non faciant obſeruare.

Neapoli extat pragmatica contra natato-
32 res oſtendentes pudenda, inhoneſta dicentes,
& ſibilantes, de qua Carol. Tapia *lib. 5. Iur. Re-
gni tit. 33. de iniurijs pragm. 3.* & Rouit. in *ead.*
33 *pragm. 3.* vbi ait quod, quoad oſtendentes pu-
denda, credit pragmaticam fuiſſe deſumptam
ex *l. cum ſupra C. de re militar.* ibi - *publicos ocu-
los nudatus inceſſet*, & ex Io: de Platea *ibidem*
ſubdit, quod eſt inhoneſtum, & inuerecun-
34 dum, ac impudicum nudus incedere, & ſe
nudum aſpectibus hominum exhibere, & hoc
dicit etiam gloſa in *d. l. cum ſupra, verbo ſu-
dores*, ibi -- *& nota curialem legem contra eos,
qui more beſtiarum ſe inuerecundè balneant in
nauigio*, & hoc idem dicit Petrus de Rauenna
in *compendio Iuris pagina mihi 80. à tergo in ſin-
gul. incip. non crederes forſan, quod iura noſtra*,
& refert Dio Caſſius *lib. 8.* & ex eo Io: Hor-
nung. *de amore venenata theſi 36.* & Torreblanca
de iure ſpirituali lib. 12. cap. 12. num. 68. morti
addictos quoſdam viros, quod nudi obuiam
fuiſſent Liuiæ Matri Tiberij Cæſaris, quos
tamen illa morti venia eripuit dicens *pu-
35 dicis mulieribus hos nihil ab ſtatuis differre*, &
Io: VolK. Bechman. in *comment. ad pandectas in
l. iuſtitia §. iuris ff. de inſt. & iur. n. 81.* refert fuiſſe
fuſtigatam meretricem; quæ nuda in via pu-
blica choræas duxit, & propterea in hac Ci-
uitate, vt alias dixi, fuerunt tribus ictibus fu-
36 nis puniti illi, qui in feſtiuitate S. Bartholomęi
auſi fuerunt ſe in publica platea nudos aſpe-
ctibus omnium exhibere: licitum eſt enim illo
37 die, pugnis ad inuicem concertare iuxta con-
ſuetudinem, de qua Ameſcua *de poteſt. in ſe ip-
ſum lib. 2. cap. 11. num. 13.* & Soccin. *cap. 1. num.
12. de torneament.* & Ricciull. *de perſon. in ſtatu
reprob. lib. 5. cap. 2. num. 11.* at vlterius ad inſo-
38 lita, ac inſolentias progredi nemini permitti-
39 tur, nam in omni re, quæ aliqua ratione per-
mittitur, ius honeſtatis cenſetur reſeruatum
*l. his verbis §. interdum ff. de hared. Inſtit. l. 1. ff. de
iuſt. & iure l. vnica Cod. de mulier. quæ ſe propr.
ſeru. coniunx.* Ricciull. de *perſon. in ſtat. reprob.
lib. 7. cap. 2. num. 1.* & mihi eſt ad hoc textus ex-
preſſus in *l. vnica Cod. de maiuma lib. 11.* ibi --
*Clementiæ noſtræ placuit, vt Maiuma Prouin-
cialibus lætitia reddatur: ita tamen, vt ſer-
uetur honeſtas, & verecundia caſtis moribus
perſeueret*. Vbi Lucas de Penna verbo *ca-
ſtis* notat contra eos, qui tempore Carnis pri-
40 uij Monachalem, aut mulierum habitum in-
duentes turpiter ſe effeminant: & contra eos,
qui virili veſte in conſpectu vulgi, & matrona-
rum inuerecunda, & turpia quæque agunt: &
Picchardus *d. §. iuris præcepta num. 14.* refert ex

Bal-

Digitized by Google

41 Baldo, & Tiraquello. quod Romæ extabar Romuli lex, qua prohibebatur, ne quis præſentibus fæminis obſcena verba faceret, & hodie extat tex. in *l. item apud labeonem §. qui turpibus ff. de iniur.* vbi ſancitur iniuriarum actione teneri eum, qui verbis turpibus vtitur, & *num.* 19. refert ex Plutarch. quod Hiero Siracu-
42 ſanorum Tyrannus Epicharmium Poetam Comicum mulcta affecit, quod Vxore eius præſente laſciui quidpiam protuliſſet.

Cap. XXV. §. VIII. IX. & X.

E perche molte volte i Contadini carradori nel venire alla Città, e ritornarſene à caſa con i loro carri incõtrandoſi nelli Cocchi, ò Carozze di Gentilhuomini, Cittadini, ò foraſtieri non ſolamente non vogliono dar loro la ſtrada, come è loro debito, mà gli inſolentano con parole di poco riſpetto, onde ne ſogliono naſcere deliti; Però volendo à ciò prouedere eſpreſſamente commanda à detti Carradori, che incontrandoſi in Cocchi, ò Carozze di perſone ſi nella Città, come in Contado, e diſtretto, debbano ſubito ſenza vſar parola alcuna dar loro la ſtrada, ſe bene i loro carri foſſero carichi, eccettuando però ſe fuſſero carichi di caſtellate piene, ò botte d'oglio, ò vero di fieno, ò paglia, che perciò facilmente poteſſero traboccare.

§. 9. E per l'iſteſſa cauſa commanda à tutti li detti Contadini, che debbano metterſi con le loro carra nell'andare, ò venire da Bologna in vna ſola fila, ò al più in due; doue però è tanta capacità di ſtrada, che facendo dette due fila ſi poſſa ad ogni modo entrare, & vſcire, e commodamente caminare al deſtinato viaggio da Gentilhuomini, ò Cittadini, quali in Carozza, Cocchio, à Cauallo, ò à piedi vanno per li loro negotij. E doue non reſta detta capacità di ſtrada non debbano farſe non vna fila ſola di carrà: e quelli, che ſono in fila non debbano vſcire dal ſuo luogo per paſſar auanti, mà debbano ſeguitare dentro alle loro fila ſotto pena in ciaſchedun di detti caſi di ſcudi 25. d'oro, ò di tre tratti di corda da darſegli incontinente.

§. 10. Commanda di più à detti Carradori, che debbano andar innanzi alle loro beſtie così nella Città, come nel Contado ſotto l'iſteſſa pena, e caſo che ſucce-deſſe la morte d'vn putto, ò altro delitto per contrauentione d' alcuno di detti Carradori, la pena ſarà della galea per anni dieci.

SVMMARIVM.

1 *Curriculorum genera ponunt* Alex. ab Alexandro, Feltman, *& alij recenſiti.*
Et de vehiculis ſibi obuijs agit Feltman. *ibid. nu.* 1. *verſ. & de vehiculis.*
2 *Carradores tenentur dare locum Magnatibus, & Ciuibus euntibus in rhedis in via anguſta retrocedendo. & currum ad partem inferiorem ponendo.*
3 *Sed hoc procedit vigore bannimentorum, & non vigore iuris communis.*
4 *Vide diſtinctionem.*
5 *Non debent è fila diſcedere, & cæteros tranſire, & expenditur adhoc* text. in l. item quæritur ff. locati.
6 *Debent incedere ante belluas*
7 *Nè belluæ dent damnum.*
8 *Et de facto fuit condemnatatus ad exilium quidam rhedarius ob homicidium Pueri.*
9 *Licet equi fuiſſent ab alio Puero inſtigati.*
10 *Tenentur vltra pœnam indictam in bannimentis etiam ad reſarcitionem damnorum.*
11 *Et quando debeant excuſari à pœna.*
12 *Carradores an debeant reperiri, & capturari in fragranti, an verò poſſit contra eos procedi per inquiſitionem.*
13 *De damni emendatione in plauſtri reuolutione, & an Dominus debeat teneri pro famulo.*

Hæc

Digitized by Google

HÆC prouiſio fuit neceſſarijſſima propter multitudinem curruum, quibus quotidiè annona, ligna, & alia ad Ciuitatem portantur.

1 De curriculorum generibus agunt diffusè Alex. ab Alex. *dier. genial.lib.2. cap.30.* Pancirol. *Theſaur.var. lection.lib.1.cap.57.* Azeued. *lib.6.leg.38.tit.18.recopil.* & Carol.Tapia *de Iure Regni lib.7. rub.41. tit. de rhedarijs, mulionibus &c.* & Rouit. in *pragm.2.de rhedarijs:* de Cales gallica lingua Stegge Roulant, curriſellia, aut rotiſellia agit D.Pacichellius *de diſtantijs cap.6.memb.9.num.16. & ſeqq.*

Et de vehiculis ſibi obuijs agit latiſſimè Gerh.Feltman.in *tract. de vehiculis ſibi obuijs,* & omnes quæſtiones ad materiam noſtram ſpectantes tangit, ideò me remitto ad eum.

Et de compellationibus, iurgijs, rixis, altercationibus ad vulnera, & cædem vſque inde prouenientibus agunt Ren.Choppin.Ahaſuer.Friſchius, & alij locis relatis à Feltman. *loc.cit.ſect.1.*

Sed an diſpoſitio noſtrorum banuimento-
rum procedat etiam in via anguſta, vt ſimul
tranſire non poſſint? videtur quod ſic, nam
2 qui debent dare locum tenentur cedere tam
retrocedendo, quam currum ad partem infe-
riorem ponendo: de iure tamen communi
contrarium eſſet dicendum, quia melior eſt
3 conditio præoccupantis, & præuentus debet
retrocedere, & locum dare, gloſ. in *l.2. §.1.*
ff.ne quid in loco public. Cyn.Salyc.Bald. Tira-
quell. Decian. & Azeuedo locis relatis per
Carleual.*de Iudic. lib.1.tit.1. diſp.2. quæſt.7.*
ſect.3.num.899. & Lelius Zang.Cyriac.& Ba-
ronius locis relatis per D.Carolum Petram
ad ritus M.Cur.ritu 4.n.5.in fine Bartol. Poma-
tus in *addit.*ad Bartol.Coppin.Nicol.ab Alto,
Speidel.locis relatis à Feltman *loco citato ſect.*
6.& 7. Afflict.*tit.quæ ſint regalia in verſ.plau-*
ſtrorum num.3. & D.Pacichellius in *tract. de*
diſtantijs cap 6. membr.9. num.20. & ſeqq. Tu
4 vide benè diſtinguentem Caſſaneum *cathalog.*
glor.mund.par.12.conſid.98. & Cyriac. *controu.*
forenſ.274.num.16.& ſeqq.vſque in finem, qui
plurium locorum conſuetudinem refert, & vi-
de Pacichell. *loco citato* caſus diſtinguentem
num.21. & vide Petrum de Rauenna in *com-*
pendio Iuris pagina mihi 84.à tergo ſingul.incip.
duo Plauſtra, vbi ait quod ille debet retroce-
dere, qui in via arcta poſuit ſe in neceſſitate
illa cum videret alium præoccupaſſe, & alle-
gat gloſ.in *d.l.2.§.1.* quod ſi nemo poſuit ſe
in dicta neceſſitate illi deferendum eſt, qui in
via primò ire cœpit, & allegat Angel. in *l.flu-*
minum in princ.ff.de damn. infecto, & gloſam,
quam dicit notabilem in *l.per agrum C.de ſer-*
uit. & aq. & in caſu, quo dubium ſit, quiſ-
nam primò intrauit in via, vtendum eſt ſorte
ſecundum gloſam in *d.§. 1.* & hoc vult etiam
Nepita *ad conſuet. Catanen. tit.67. num.5.* ſed
tutius eſt dicere, quod tunc inſpicienda eſt
conditio perſonarum, nam minor debet ce-
dere maiori, vt bene conſiderat Baldus in *leg.*
11.num.2.C.de ſeruit. quem refert, & ſequitur
Feltman.*loc cit.ſect.8.& ſect.14.* & ſi æqua-
les, & in pari conditione ſint, gratificationi
eſt locus, vt ex Accurſ. Petro, Cyno, Bald.
Salycet. & Tiraquell. inquit Feltman. *loc.cit.*
ſect. 15. & quod ſtet in arbitrio Iudicis pro
amico iudicare cenſuit Padilla in *leg.11.C.de*
ſeruit. quem allegat Feltman. *dict. ſect.15.* &
eſt verum, quando non adeſt timor, ne alter
alteri cedens præripiter currum, nam dato
hoc timore Iudex debet pronunciare eum
retroducere vehiculum oportere, qui minus
oneratus eſt; idque vſu vbique gentium eſſe
ex Pontano, Coppino, & alijs firmat Feltman
ſect.17. quem vide, quia aliquas fallentias
ponit *in ſequentibus ſectionibus,* & vide etiam
D. Pacichellium, qui materiam latè tractat
in tract.de diſtantijs cap.6.memb.9.alias 10.nu.
19.& ſeqq. & allegat de materia iſta loquen-
tes Dionyſ.Pontan. *ad tit.13.§.7.conſuet.Bl-*
*ſen.*Themund.*decis.Potugal.49. nu.19.& ſeqq.*
par. 1. Io: le Cerier *de primogenitura lib.1.*
quæſt.9.ſub num.4.

Quelli, che ſono in fila, non debbano vſcire dal ſuo luogo per paſſar auanti.

5 Eſt ad hoc textus appoſitiſſimus in *leg.item quæritur ff.locati,* ibi -- *item quæritur, ſi Ciſtarius, ideſt Carrucarius dum cæteros tranſire contendit, ciſium euertit, & ſeruum quaſſauit, vel occidit, puto ex locato in eum eſſe actionem, temperare enim debuit; ſed & vtilis actio dabitur,* quem textum ad aliud propoſitum refert Tapia *de iure Regni lib.7. tit.41. de rhedarijs pragmat. 2.*

Debbano li detti Carradori andare innanzi alle loro beſtie.

6 Similis conſtitutio iubens, quod carrarij ſtatim ac perueniunt ad portam Ciuitatis cum curribus debeant deſcendere, & in eundo, & redeundo per Ciuitatem debeant ire pedeſtres ante currum extat in Ciuitate Cataniæ, quam per extenſum refert Nepita *ad conſuetudines Cataniæ tit. 67.de ductu curruum conſuetud. vnica,* & extat etiam in Ciuitate Neapoli teſte Carolo Tapia *infra citan.*

Dicit Nepita *ibid.num.3.* quod ratio talis
conſtitutionis poteſt eſſe, ne aliquid dam-
ni ſequi poſſit, puta pueros occidere, vel
alia animalia, nam melius eſt in tempore oc-
currere, quàm exitum, & malum obuentum
expectare *l.1.C.quando liceat vnicuique,* & Ca-
rol.Tapia *de iure Regni lib.7. tit.41. de rheda-*
rijs pragm.2. dicit quod hoc fuit optimè pro-
7 uiſum, ne equi, ſeù belluæ deterritæ fugam ar-
ripiant, & damnum inferant rebus, & per-
ſonis

Digitized by Google

ſonis Ciuium, & ſubdit quod vidit condem-
8 natum in exilium dominum equorum currus,
qui occiderunt quendam puerum, nec fuit
habita ratio culpæ alterius pueri, qui equos
9 inſtiganerat, prout alias haberi debuiſſet per
tex. in *leg. 1. §. ſed ſi inſtigatio ff. ſi quadrupes*,
quia quando culpa adeſt Carrucarij, ipſe te-
netur per tex. in *l. item quæritur in princ. ff. lo-
cati*; & vlterius, quamuis in bannimentis non
ſit diſpoſitum, debent condemnari etiam ad
10 emendam damni, quod alteri inferunt ex
contrauentione, vt per tex. in *l. item quæritur
ff. locati in princ.* air Ronit. in *pragm. 2. num. 1.
de rhedarijs*, & idem per tex. in *l. qui mercedem,
& in l. ſed de damno*, vbi Barr. & in *l. dominus
horreorum ff. locati* vult Nepita *loc. cit. num. 3.*
dicens, quod cuſtos animalium tenetur de
damno, & intereſſe, quod potuit per cuſtodiam
prouidere, & reparare, & ad hoc plura iura
allegat Nouar. *pragm. 1. collect. 1. num. 2. eod.
tit. de rhedarijs*, qui ſubdit, quod rhedarij non
11 debent teneri, ſi, ipſis inſidentibus ſuper
rhedam, equi fugam accipientes damnum de-
derint, ſufficit enim, quod ſolitam diligen-
tiam adhibuerint adhoc, vt ſint immunes à
culpa, & delicto, & teſtatur ex hoc obtinuiſſe
liberari è carceribus M. Cur. Vicar. quendam
Rhedarium, qui poſt quindecim dies carcera-
tionis fuit dimiſſus, ſed hæc eius opinio non
poteſt habere locum, quando ſtatutum vult,
quod debeat deſcendere è curru, & ire pede-
ſter ante animalia, quia facilius retinentur
animalia per eum, qui ſe anteponit, quam per
eum, qui freno, & rhedine vtitur, & hic nullo
modo tunc poſſet ſe excuſare, & oſtendere,
quod culpa careat.

Sed an poſſit contra iſtos carrarios proce-
12 di per inquiſitionem, vel ſit neceſſe quod re-
periantur infragranti, & capiantur? agit de
hac quæſtione in his terminis Nepita *ad con-
ſuetudines Catanenſes d. tit. 67. num. 4.* qui re-
mittit ſe ad Doctores in *l. ſi barſatorem C. de
fideiuſſ.* Iaſ. & Socc. in *leg. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.*
Clar. *quæſt. 82. ſtatuto 6.* & Cumiam in *cap. 60.
ritus Sicil. num. 3.* videtur tamen diſtinguere,
nam quoad damna, & intereſſe ſufficit, quod
quis conuincatur teſtibus ob rationem, quia
hæc pœna venit ex diſpoſitione iuris commu-
nis: quo vero ad pœnam Fiſcalem innuit con-
trarium, ſed quod malè ſeruatur, quia tales
carrarij, vt plurimum à Iudicibus idiotis ca-
piuntur: cogita tamen, an benè in hoc iudi-
ces reprehendat.

Circa emendationem damni in reuolutio-
13 ne plauſtri vidêdi Riminald. Iunior. *conſ. 441.*
& Cyriac. *contron. forenſ. 163.* & remiſſiuè ad
eos Pacichellius in *tract. de diſtantijs cap. 6.
memb. 9. num. 23.* qui aliquid dicit de articulo,
an Dominus teneatur de facto, ſeù delicto au-
rigę, & concludit teneri, ſi fecerit malam ele-
ctionem famuli, aut per locum inuium, & an-
guſtum fecerit equos inſtigare: his enim ca-
ſibus Dominus tenetur ad damnū ciuiliter, &
auriga ad pœnam criminaliter, & allegat ad
hoc Theſaur. *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 69.* Sera-
phin. *deciſ. 527.* Farin. *quæſt. 24. n. 84. & ſeqq.* &
Io: Paul. Xaman *rerum iudicatarum par. 1. dec. 47.*

Cap. XXV. §. XI. vſque ad XIV.

E volendo leuar ogni occaſione di ſcandali, & inconuenienti, che ſogliono molte volte naſcere (come per eſperienza s'è veduto, e giornalmente ſi vede) nelli balli, e feſte, che publicamente ſi fanno nel Contado, prohibiſce, e vieta à qualunque perſona, che non poſſa per l'auenire in alcun luogo del Contado, ò diſtretto di Bologna ballare, ò ſuonare, ò far ballare, ò ſonare per ballo publico ſenza licenza in ſcriptis da ottenerſi da Sua Signoria Illuſtriſsima, e non da altri ſotto pena à gl'autori di detti balli, e feſte di ſcudi 100 d'oro, e di trè tratti di corda, & alli ſonatori di ſcudi 50. ſimili, e di trè tratti di corda, della perdita della mancie, mercedi, & inſtromenti.

§. 12. E caſo, che ſi deſſe licenza, neſſuno ardiſca entrare in detti balli, ò feſte con arme, anzi ſe alcuno vi andaſſe vicino, debba laſciarle fuori, e riſpetto à gl'archibugi di più leuargli la ruota ò acciarino, nè poſſa rimetterglieli, ſe non quando partito per tornarſene à caſa vorrà ripigliarli ſotto le pene contenute nel Capitolo dell'armi.

§. 13. Dichiarando, che la licenza, ò priuilegio, che ſi haueſſe di portar armi nelle feſte, e balli non ſuffragherà ad alcuno in queſto caſo, nè di quelle ſi potranno valere, ò ſeruirſi da quì innanzi, poiche le reuoca, e dichiara nulle tutte, e chi contrauerrà, ſarà punito con le pene contenute ſotto il detto Capitolo dell'Armi.

§. 14.

Digitized by Google

§. 14. Et ordina, che li Maſſari debbano pigliare, e condurre prigioni quelli, che contrauerranno in qualunque caſo de' ſopradetti; & non potendo pigliarli, li denuntijno ſotto le pene iui impoſte.

SVMMARIVM.

1 *Saltationes, & Choreæ ſunt perniciosæ præſertim mulierum honeſtati.*
2 *Deſcribitur chorea.*
3 *Saltationes habent certum quid ineptiæ ſecundum Scaligerum.*
4 *Dant cauſam rixis, vulneribus, homicidijs.*
5 *Cum cauſa dumtaxat, & non paſſim permittendæ.*
6 *Ab honeſtis honeſtè fiunt.*
7 *Doctores tractantes de chorea.*
8 *Verbum publicamente in materia ſaltationum quomodo intelligendum.*
9 *Bannimenta circà ſaltationes non comprehendunt domeſticam recreationem factam inter affines inſimul in vna domo coadunatos.*
10 *Comprehendunt citarizzationem abſque ſaltatione, dummodò ſit ad finem choreæ faciendæ.*
11 *Requirunt interuentum mulierum.*
12 *Pœna eſt arbitraria, quandò certa non imponitur.*
13 *Clerici, & alij Eccleſiaſtici non poſſunt ſaltare, & choream facere.*
14 *Aſſignatur ratio.*
15 *Pœna eſt arbitraria.*
16 *Aliquando depoſitionis ad tempus.*
17 *Conſtitutionibus ſæcularium poſſunt vti Iudices Eccleſiaſtici pro norma in indicendis pœnis, quando ius canonicum non diſponit.*
18 *Dominus domus pœnam incurrit, ſi intromittit in domum, in qua ducitur chorea, hominem armatum, ſi arma ſint viſibilia.*
19 *Etenim non tenetur perquirere intrantes.*
20 *Maſſarij ſi denunciant ſaltationes, & ſaltantes cum armis non capiant excuſantur.*

1 SAltationes, & Choreæ perniciosæ videntur, præſertim mulierum honeſtati, nàm
ſecundum Gulielmum Lugdunenſem, de quo
Carpzou. *Iuriſprud. Conciſtor. lib. 2. tit. 8. diff.*
157. num. 3. chorea eſt circulus, cuius centrum
2 eſt Diabolus, à quo omnes virgines, ſeù mulieres
ducuntur in ſiniſtra manu in ſignum
3 malitiæ: habent etiam certum quid ineptiæ,
vt firmat Iul. Cæſar Scaliger dicens ſe non vidiſſe
maiores ineptias in Orbe, quàm ſaltationes:
& quandoque dant cauſam rixis, vul-
4 neribus, & homicidijs. Vndè appoſitiſſimè
D. Eques Leonardus Florauantes in *ſpeculo*
ſcientiæ vniuerſalis lib. 1. cap. 55. ait — *Non*
fù mai trouata arte nel Mondo, nè inuentione,
che fuſſe manco neceſſaria di quello, che fù l'arte
del ballare: nè manco fù mai trouata arte; che
fuſſe cauſa di tante ruine, come è queſta, — &
paulò poſt — *dalla quale ne ſuccedono vna infinità grande di maliſſimi effetti, imperciòche per cauſa del ballo naſcono mille innamoramenti, e mille ruffianerie, e diſoneſtà, e queſto fanno non ſolo li giouani, mà quello, che è maggior vergogna, i vecchi ancora per tal cauſa ſi muouono à fare mille coſe illecite, e vituperoſe, quali tutte eſcono da queſta indiauolata arte di ballare.* Vide diffuſiſsimè de choreis, & ſaltationibus, & ballimachijs loquentem Don Franc. Ramos *ad leg. Iuliam, & Papiam lib. 2. cap. 44. num. 9. & ſeqq. vſque in finem*, vbi plures ſacros Canones, & plura decreta Conciliorum Generaliũ affert, *& in fine num. 18.* recenſet decretum Synodale factum à S. Carolo Borromeo in Ciuitate, & Archiepiſcopatu Mediolani *ſub tit. de feſtorum dierum cultu*, cuius verba ſunt. *Quoniam autem vſu in hac Prouincia nimis compertum eſt deprauatis his temporibus, & moribus, ad choreas, tripudia, ſaltationes, & id genus alia, nunquam ferè conueniri ſine multis, & ijs quidem grauiſſimis Dei offenſionibus, idque tum ob turpes cogitationes, obſcena dicta, inhoneſtas actiones, morum corruptelas, & pernicioſas ad omnia opera carnis illecebras; illis perpetuò coniunctas, tùm propter cædes, rixas, diſſidia, ſtupra, adulteria, aliaque mala plurima, inde conſequentia, quam ſæpiſſimè his tot offenſionum, & peccatorum ſeminarijs locum dari, interdicimus ne ſaltationes, tripudia, choreæ ducantur, aut fiant.*

5 Nihilominus nõ ſunt penitùs, & omninò de-
negãdę, & indifferenter prohibendę, quia ſicut
pernicioſũ, & damnoſum eſſet omnibus ad li-
bitum ſaltare, ità nimis ſerioſi eſſet iudicij
abſolutè, & ſimpliciter eas damnare dicente
Carpzou. *loc. cit. nu. 7.* quod quamuis multum
mali ex choreis oriatur, & habeant non ad-
modum obſcura pericula, tamen per ſe non
6 ſunt impiæ, & ab honeſtis honeſtè fieri poſ-
ſunt, vt pluribus citatis Doctoribus concedit
Ricciull. *de perſon. in ſtat. reprobo lib. 7. cap. 1.*
num. 7. & honeſtè ſaltaſſe Scipionem Affrica-
num, ac Alphonſum de Aragonia, ac alios
egregios Viros refert Laur. Beyerlinch. in
Theatro vitæ humanæ litt. C. verbo chorea, &
ideò non eſſe choreas damnandas ad læthale,
firmat Azor. *par. 3. lib. 3. cap. 26.* & remiſſiuè ad
eum Benedict. Pereyra in *elucidario Sac. Theo-*
logiæ, & iuris vtriuſque lib. 2. elucid. 24. tit. de
temperantia num. 1514. nam ex ſe illicitæ non
ſunt, niſi ex mala intentione, abuſu, & peri-
culo libidinis, quæ abeſſe poſſunt, vt pro ra-
tione ſubdunt Azor. & Pereyra *loc. cit.*

Vide materiam pœnes Carpzou. *loc. cit.* Io:
7 Gerhard. in *loc. de coniug. §. 471.* Ricciull. *de*
perſon. reprob. lib. 7. cap. 1. & cap. 2. & 3. qui
alios allegat materiam tractantes, & latiſſimè
penes Laurent. Beyerlinch. in *Theatr. vitæ hu-*
manæ litt. C. verbo chorea, & alios ſuprà relatos.

Quæro primò, quomodò debeat intelligi illa dictio *publicamente, e per ballo publico*;

di:

dic quod propriè, & ſtrictè debet intelligi de
8 ſaltationibus, quæ fiunt palàm Cœlo aperto,
ſeù in domibus ianuis, vt dicitur, apertis, &
patentibus: largè verò compræhendit etiam
ſaltationes, quæ fiunt domi, ad quas, licèt ſint
clauſæ ianuæ, omnes ferè admittuntur, debet
enim conſiderari effectus. De choreis publi-
cis loquitur Pereyra *loc. cit.* & dicit, eſſe eas,
quæ fiunt ex maribus, & fœminis, præſertim
(*ſunt illius verba*) inter ruſticos, in quibus
iuuenes ſolent puellas manu ducere, & ipſius
digitos ſtringere, & vna cum eis ſaltare, ſed
hæc deſcriptio, quippè nimis lata, non poteſt
deſeruire ad explicationem noſtrorum ban-
nimentorum, ideò non recedendum à tradita
explicatione.

Quærò ſecundò, an videantur prohibitæ
ſaltationes, quæ fiunt inter affines, & dome-
ſticos, qui non habitant in eadem domo, ſed
confluunt ad eandem recreationis cauſa? dic
9 quod non, quia non videntur prohibitæ, nec
compræhenſæ in banno, modo ſint decentes,
& moderatæ iuxtà aduertentiam Gerhard.
loc. cit. §. 473. & Carpzou. qui eum refert *loc.
cit.* ſubdens quod circumſtantiæ quæque ſunt
penſitandæ, & quod debet haberi reſpectus
perſonarum, & temporis.

Quæro tertio, an ſit prohibita cithariza-
tio abſque ſaltatione? bannum loquitur per
alternatiuam *ballare, ò ſonare*, & ſic alterutro
10 videtur contentari, quod euidenter oſtendit
alia alternatiua *balli*, *ò feſte*, nam dictio *feſta*
refertur ad ſolam citharizationem ſecun-
dùm vſum communem loquendi Ciuitatis;
debet tamen citharizatio fieri ad finem inci-
piendæ choreæ ibi *per ballo publico*.

Quæro quartò, an requiratur de neceſſe
interuentus mulierum ad conſtituendum ſal-
tationem, ſeù citharizationem publicam?
11 reſpondendum affirmatiuè, quia bannimenta
videntur reſpicere inconuenientia, quæ vt plu-
rimum ſolent oriri ex riualitate; & ad huius
quæſiti explicationem benè adaptatur deſcri-
ptio choreæ facta à Pereyra *loc. cit.*

Quæro quinto, an puniendi ſint ſaltantes,
contrà quos nulla legitur ſtatuta certa pœna
12 in hoc banno? dic puniendos eſſe extra ordi-
nem iuxtà gloſ. in *l. nemo martyres Cod. de Sa-
croſan. Eccleſ.* & Carpzou. *loc. cit. num.* 16.

Quæro ſexto, an compræhendantur Cleri-
ci, & perſonæ Eccleſiaſticæ? dic quod non,
13 ſed ipſis prohibitum eſt ſaltare, ſeù choreiz-
zare de iure Canonico per tex. in *cap. presby-
teri 34. diſtin. & cap. non oportet il ſecondo de
conſecrat. diſt. 5. & in cap. his igitur 23. diſt. & in
Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 1. de reform.* &
Barboſ. *ibi num. 4. & de Iure Eccl. Vniu. lib. 1.
cap. 40. num. 51. & de offic. Parochi par. 1. cap. 6.
num. 22.* Vgolin. *de offic. Epiſcopi cap. 13. §. 30.
num. 1.* Iul. Chartar. *decis. 20. num. 63. & ſeqq.*
& Ricciull. *de perſon. in ſtatu reprob. lib. 7. cap. 2.
num. 2.* qui ait quod Clericis prohibentur
14 choreæ non ſolum proptèr honeſtatem, ſed
etiam quia illi non debent dare ſigna leuita-
15 tis, & pœna eſt Iudici arbitraria iuxtà diſpo-
ſitionem Sac. Concil. Trident. *loc. cit.* & iuxtà
Synodum ſextam Conſtantinopolitanam in
16 Trullo *cap. 15.* eſt depoſitionis ad tempus, ibi
*Mimi, & eorum ſpectacula prohibentur, & qui
ſecùs fecerit, ſi ſit Clericus deponitur, ſi Laicus
ſegregatur*, & congruit *auth. de Sanctiſſ. Epiſcop.
§. interdicimus coll. 9. & in auth. interdicimus C.
de Epiſc. & Cler.* in quibus Imperator contro-
uenientes tribus annis à Venerabili miniſte-
rio prohiberi, & in Monaſterium redigi ſta-
tuit, quæ conſtitutio licèt facta à Principe
laico, dat ſaltem normam Iudici Eccleſiaſti-
17 co, vt imponat eam pœnam, quando ſuper
eodem facto ius Canonicum non diſponat
expreſſe de pœna, vt benè aduertit Sperell.
decis. 100. *num.* 41. & videtur innuere in termi-
nis Chartar. *decis. 20. num. 69.* imò Clerici, &
Eccleſiaſtici non ſolum prohibentur ſaltare,
& cancre, ſed inſuper ſpectacula ſaltantium, &
cantantium vitare debent, vt aduertit Lucas
de Penna in *leg. 1. Cod. de ſpectaculis, & ſenic.
lib. 11.* ſubdens, quod ſi die ſolemni Eccleſiam
contemnentes ad ſpectacula accedant ſunt ex-
communicandi per tex. in *cap. qui die de con-
ſecr. diſt. 1. & in l. nemo circà med. C. de ſpect.* ait,
quod, dum feſtiuitates in honorem Dei cele-
brantur, prohibendi ſunt laici per Sacerdotes
à ſaltationibus chorearum ad tex. in *cap. irre-
ligioſa de conſecr. diſt. 3.*

Entrare in detti balli, ò feſte con armi.

Super iſto §. vide obſeruationem factam in
cap. antecedenti de armis; ſolum addo quæſtio-
nem vſufrequentem, an ſcilicèt Dominus do-
mus debeat puniri, ex quo admittit in do-
18 mum aliquem armis munitum? puto quod
ſic; quia quodammodo contrauenit banni-
mentis, dummodò arma ſint viſibilia, nàm
clam, & in abſcondito delata non poſſunt
conſtituere Dominum domus in mala fide, &
in contrauentione, cum non ſit obligatus per-
19 quirere, & prò armis inueſtigare, vt dixi ex
Roueſcall. in *d. cap. antecedenti*, & ego ſic feci
tempore mei Auditoratus practicari, & ſer-
uari, & ad hoc faciunt Doctores allegati in
cap. 24. §. 2. num. 40. & ſeqq.

Li Maſſari debbano pigliare, e condurre prigioni quelli, che contrauerranno.

Rigoroſa Conſtitutio, cum vix birruarij
20 talia facientes ſint tuti ab inſultibus, reſi-
ſtentia, & offenſionibus, ſaltem ex interuallo
timendis: & Maſſarij eſſent in hoc excuſandi,
prout excuſantur illi, qui probabilitèr ti-
ment aliquid mali ſibi obuenturum, vt ex

Digitized by Google

Sylueſtr. Auila, Rodrig. Turrian. Graff. & alijs firmat Sgroi *lux Prælator. par.3. cap.8. num.32.*

Cap. XXV. §. XV. & XVI.

Vieta anco à qualunque perſona, che nello ſtare alle Comedie non ardiſca tirar pomi, ò altra coſa a' Comedianti, ò ad altri, nè far à pugni, ò cauſar altro rumore nel luogo di eſſe Comedie, ſotto pena di ſcudi 100. e di trè tratti di corda, ò corporale maggiore da eſtenderſi ſino alla galea per cinque anni.

§. 16. E chi cacciaſſe mano in detto luogo (ſupple all'armi) ſarà punito ſino alla pena dell'vltimo ſupplicio incluſiuè, e tutto ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima ſecondo la qualità de i caſi, e delle perſone, e per piena proua delle ſudette coſe ſi ſtarà alla relatione degl'eſſecutori col ſuo giuramento, concorrendoui il detto d'vn'altro teſtimonio.

SVMMARIVM.

1 *Pana, & circenſes debent fieri in populi goudentis ſolatium.*
2 *Et tunc lætitia populi non debet exturbari.*
3 *Bononiæ in feſtiuitate Maiumæ fiebant Reginæ.*
4 *Nunc poſtes, & ianuæ domorum Amaſiarum aſperguntur, & replentur floribus.*
5 *Comediæ in benè morata, ac inſtituta Republico debeant permitti remiſſiuè.*
6 *An ſint permittendæ in Quadrageſima remiſſiuè.*
7 *Verba* cacciaſſe mano, *an compræhendant arma, quæ non euaginantur.*
Quid ſi euaginetur, & producatur cultellus breuis, num.7. verſ. quid ſi breuem.
Quid ſi euaginetur arma ioco, aut cauſa feſtiuitatis, aut ad illa monſtrandum amico, nu.7. verſ. quid ſi in dicto loco.
Quid ſi arma euaginetur ad defenſam, vel ad ſedandam rixam, num.7. verſ. quid ſi fiat.
Contra arma euaginantem in loco Comediæ proceditur quamuis non ſit repertus, & captus in fragranti, num.7. verſ. an procedi poſſit.
8 *Legatus à latere poteſt ſtatuere, quod credatur Birruarijs.*
9 *Index habens amplum arbitrium poteſt adhibere fidem teſtibus inhabilibus, & pluribus defectibus obnoxijs.*
10 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, operatur, vt Index poſſit admittere teſtes, & eis credere, quamuis de iure ſint prohibiti teſtificari.*
11 *Negatiua, quod alij teſtes nec actu, & nec habitu fuerint præſentes, non debet probari, quando agitur coram Iudice habente ampliſſimum arbitrium, quia poteſt credere teſtibus inhabilibus.*
12 *Sufficit enim, quod in proceſſu non ſint nominati alij teſtes.*
13 *Et Curia ignoret alios teſtes adfuiſſe.*
14 *Birruariorum dicto non debet ſtari in re occurſa coram multitudine.*
15 *Teſtes inhabiles admittuntur in caſibus, in quibus aliter veritas haberi non poteſt.*
16 *Secus in rebus non difficilis probationis.*
17 *Index ſit circumſpectus in hoc, vt non obſtante banno adhibeat alios teſtes, quam Birruarios maximè ſi ſint ſuſpecti de inimicitia, imò eo caſu reijciat à teſtimonio ferendo.*
18 *Et etiam à captura facienda.*

1 PAna, & Circenſes, vt in prouerbio, debent concedi, & permitti in populi gaudentis ſolatium, vt eſt tex. in *l.1. & l.nemo, & l.vltima C.de ſpectacul.publ.lib.11.* & melior tex. eſt in *l. vt profanos C.de paganis, & ſacrificijs,* ibi *vt profanos ritus iam ſalubri lege ſubmonimus, ità feſtos conuentus Ciuium, & communem omnium lætitiam non patimur ſubmoueri*: quæ iura adhoc perpendit Ricciull. *de perſon. in ſtatu reprob.lib.5.cap.2.num.6.* & tunc quies, & læ-
2 titia publica non debet exturbari, vt inquit Lucas de Penna in *l.vnica C.de maiuma lib.11.* ibi *contra humanam rationem eſt, vt aliquis onerosum ſe alijs exhibeat, puta dum nihil delectabile exhibet, & delectationes aliorum impedit.*

Dicit gloſa in *rub. Cod. de maiuma*, quod de menſe Maij, quando herbæ, frondeſque
3 virentes lætificant Prouinciales, in Bononia fiunt Reginæ: non audio, quod modò in hac Ciuitate vigeat talis vſus: ſed benè à iuueni-
4 bus ianuæ domus Amaſiarum aſperguntur floribus.

Sed an Comediæ debeant permitti in benè
5 inſtituta, & morata Ciuitate? agit diffusè Creſpi *obſeru. 1.§ 5. quæſt.2. inſpect.1. nu.128. & ſeqq.* Bouadill. *politica lib.5. cap.4. num.25. tom.2.* & Cutellus *ad leges Siculas Federici cap.100.noto 93.num.3.& ſeqq. folio mihi 243.* vbi plura more ſuo eruditionis plena affert, & D.Franciſcus Ramos *ad leg.Iuliam, & Papiam lib.2.cap.46. & 47. per tot.* vbi plenè, & exactè de materia loquitur, & nouiſſimè poſt hæc ſcripta D.Iacob Pignatell. *canon. conſult. 153.tom.8. per tot.*

Vide plura penes D. Carol. Petra *ritu 74. num.11. vſque in finem*, & apud Ricciull. *de perſon. in ſtatu reprob. lib.3. cap.1. 2. & ſeqq.* Rouit. *pragm.5.tit. ne quid in loco publico*, &

No-

Nouat.*in tad.pragm.colleƈt.*5. Diana *reſol.moral.par.*2. *traƈt.*3. *miſcell. reſol.*35. & latiſſimè Chartar.*deciſ. crim.*20. *per tot.* & Carol. Ant. Buttilier. *diſſert.*13.*à num. . . . vſque in finem.*

6 An ſint permittendæ in Quadrageſima? vide *Cod. Theodoſ.lib.*15.*tit.*5. & Bouadill. *diƈt. cap.*4.*num.*24.

Chi cacciaſſe mano in detto luogo, ſupple euaginando arma.

7 Traƈtat de pulchra quæſtione D.Matthæus Homem Leitam *de iure Luſitano tit. de inquiſitionib. quæſt.*3. *num.*87. *& ſeqq.* an ſcilicet prohibita produƈtione armorum in Eccleſia, vel proceſſione cum verbis *arrancamento de arma em Igreia, ou prociſſam*, procedat, & habeat locum conſtitutio, ſi euaginatio non fuerit ſaƈta, ſed ſcloppetta, framea, vel romphea vulgò *ſpingarda*, *ò alabarda*, quæ non euaginantur, fuerit adhibita ad faciendum inſultum? diſputat articulum ad partes,& pro negatiua conſiderat, quod verbum *arrancamento* non videtur competere, niſi illi armorum generi, quæ euaginantur, verbi gratia enſis, vel pugio, proprietas enim verborum ſemper eſt attendenda, vt dicunt Mantica *de conieƈt.lib.*3.*tit.*5.*num.*3. Sanchez *de matrim.lib.*2.*diſp.*5.*num.*4. Maximè in odioſis,& pœnalibus *cap. odia de reg. iur. in* 6. & reſolutum fuiſſe refert ex Cabedo *par.*1. *arreſto* 49. non fuiſſe *arrancamento na Corte quando algum ſae com alabarda, ou partezana*,pro affirmatiua conſiderat, quod mens legis eſt punire eum, qui cum armis alium in Eccleſia aggreditur propter irreuerentiam,quæ indè ſequitur; ſed maior irreuerentia datur,quādo quis inſultat cum framea, aut ſcloppetta, ergo non eſt veriſimile, Legiſlatorem hunc caſum voluiſſe excludere: propterea ait ex hoc Cabed.dubitaſſe de iuſtitia ſupradiƈti decreti:& hac affirmatiua retenta dicit non obſtare verbū *arrancamento*,quia nō ſolum poteſt ſignificare euaginationem;ſed quācunque produƈtionem,vel eleuationem armorum alium aggrediendo,& hoc elicit ex verbis *tirar arma* in alia conſtitutione adieƈtis verbo *arrancamento*, & hoc replicat Homem *ibidem num.*106.*ſeqq.*

Ex hac reſolutione remanet elucidatum, quid ſit dicendum in caſu noſtro cum verba *cacciaſſe mano* habent maiorem,& ampliorem ſignificatum ad quamcumque armorum eleuationem, & produƈtionem.

Quid ſi breuem cultellum euaginet? agit de hac quæſtione Homem *loco cit.num.*94.*& n.*108.*& ſeqq.*& licet pro affirmatiua dicant dicitum Cabedo *par.*1. *arreſto* 19. & Phæbus 2. *par. arreſt.*171. dummodò ad alium offendendum extrahatur; ipſe tamen concludit pro negatiua ea ratione, quia ille cultellus, quo quis notoriè vtitur ad vſus domeſticos, & qui non ſolet portari ad alium offendendum, non venit ſub nomine armorum, quamuis per accidens, ſicut lapide, vel fuſte, aliquando cum eo aduerſarius offenditur: verum prima affirmatiua videtur mihi magis caſui adæquata, quia non conſideratur geſtatio armorum, & cauſa ob quam geſtatur, ſed ſolum conſideratur euaginatio faƈta ad offendendum in loco vetito.

Quid ſi in diƈto loco vetito quis euaginet arma ioco, & feſtiuitatis cauſa, aut ad moſtrandum illa amico? negat in conſtitutione comprehendi Homem *loc.cit. num.*95. ſed non videtur omninò impunita euaginatio ob ſcandalum, & perturbationem, quam poteſt cauſare in populo, vt conſiderat ipſe Homem *ibidem num.*112.cum enim Phæbus *par.*2.*arreſto* 128. & Mendez à Caſtro *in praƈt.par.*2.*lib.*5.*cap.*3.*num.*7.& Clar.*loco relato* à Phæbo dicant, quod euaginatio armorum faƈta domi non comprehendatur in conſtitutione prohibitoria, & de hac reſolutione ipſe Homem dubitet,& in tantum poſtmodum reſidet cum corū opinione in quantum ceſſat in iſto caſu ſcandalum,& perturbatio,ſequitur,quod data perturbatione populi non debet eſſe in totum impunibilis ex ijs etiam, quæ dixi *hoc cap.* 5.

Quid ſi fiat ad defenſam? reſpondet negatiuè Homem *loc.cit.num.*109. *&* 113. qui *ibid. & num.*95. idem dicit de euaginatione faƈta ad ſedandam rixam. Sed vide quid velit Caſtill.*dec.*171.de prouocato delinquente *in corpo di guardia*.

An procedi poſſit ſi in fragranti non capiatur? Mendez à Caſtro in *praxi par.*2. *lib.*5. *cap.*3.*num.*4. tenet quod non,ſed contrarium tenendum eſt cum Homem *loc.cit.n.*115.& hoc ratione ſcandali.

E per piena proua.

Legatus à latere poteſt cauere, quod ſiet
8 tur diƈto iurato Birruariorum concurrentibus adminiculis. Imò quilibet Iudex habens amplum arbitrium poteſt adhibere fidem teſti-
9 bus inhabilibus, & pluribus infamiæ maculis aſperſis, vt dicunt Criſpolt. *militar. caſ.*14. *num.*2. Alex. *conſ.*65.*num.*9.*vol.*1. Boſſ.*de inquiſit.num.*46.Bardellon.*conſ.*27. *nu.*27. *vol.*1. Caualcan.*de brach.Reg. par.*3. *num.*74. *& ſeq.* Antonell. in *Theſauro artis Piſtoriæ num.* 188.
10 inquiens clauſulam, *ſola faƈti veritate inſpeƈta* operari, vt Iudex poſſit admittere teſtes, eiſque credere, etiamſi à iure poſitiuo ſint prohibiti teſtificari. Imò quando Iudex habet ampliſſimum arbitrium, non eſt neceſſe,
11 quod probetur negatiua, quod alij teſtes habiles nec aƈtu, nec habitu valeant haberi Caualcan.*de teſtib.par.*5.*num.*191.*verſ. & ſic verificatur*, ſufficit enim, quod non ſint alij te-
12 ſtes nominati in proceſſu, & quod Curia
13 ignoret, an adfuerint alij, quamuis verè alij

 fue-

fuerint præſentes, vt proſequitur Caualcan. *ibidem*.

Sed certè iſta eſt magna factio, & prorsùs
14 exorbitans à iure communi, quia non eſſet
ſtandum dicto Birruariorum in re facta coram populo, & multitudine gentium, nàm
inhabiles, & exceptiones plures patientes ad-
15 mittuntur tantum in caſibus, in quibus alitèr
veritas haberi non poteſt, vt dicunt cumulati
per Farin. *quæſt.5*.*num.161*. etenim difficultas probationis teſtes alioquin inhabiles efficit habiles Dec.*conſ.242.num* 3.Surd.*conſ.371.num.91.vol.3.* Giurb.*conſ.43. nu.*28. Honded. *conſ.87.num.3.vol.2.*Farin.*quæſt.24. num.221.* & Criſpolt.*caſ.militar.14.num.12*.& habentur, ac ſi eſſent omni exceptione maiores Dec. *d.num 3.* Vin. *decis.157. num.13.* Giurb. *dict. num.28.* & Criſpolt. *d.num.12.* ſed quod ſint, etiam in caſu facilis probationis, integræ fidei, non debet ſic de plano admitti ex firmatis à Farin. *quæſt.37.num.63.& quæſt.62.num.73.& ſeqq. vſque ad num.*80. & Carena *de S.Offic.par.2.de confeſſar.ſollicitantib.tit.6.§.13.num.66.& ſeqq.* nam quando delictum non eſt
16 difficilis probationis, quia eſt perpetratum
coram multitudine, tunc nullatenus admittuntur inhabiles ex traditis à Farinac & Doctoribus *locis citatis*.

Ideò Iudex ſit circumſpectus in hoc, & ſi
17 poteſt, habeat depoſitionem aliorum teſtium,
& reijciat omninò Birruarios, præſertim ſi contrà eos inſurgat aliqua ſuſpicio inimicitiæ, vel odij, quia tunc ſunt repellendi non ſolùm à ferendo teſtimonio, à quo inimici ſemper repelluntur, vt inquit Bart.in *leg.filius famil.num.6.ff.de donat.* Abb.in *cap.dilecti n.6. de Iudic.* Antonell.*loc.cit. num.189.* Sed etiam
18 à captura, quia Birruarijs inimicis nec ca-
ptura committi debet, ob rationes recenſitas à Baron. *de effect.inimicitiæ effect.47.per tot.*

Cap. XXV. §. XVII.

In oltre per leuar l'occaſione di mal fare prohibiſce, che nelle ſcuole, e particolarmente di muſica, di ballare, ſonare, ſcrimire, e luoghi, doue ſi giuoca alla palla, da Maeſtri di dette ſcuole, ò giuochi, non s'introducano in camerini, ò altri luoghi appartati giouani à giuocare, ò à trattenerſi in altri modi, nè da loro ſia dato trattenimento alcuno à giouani in qualſiuoglia modo nelle ſcuole, ò caſe loro, ſaluo che nell'imparar le virtù, ò eſſercitij, che reſpettiuamente inſegnano, auertendo, che quelli, che contrauerranno, ſaranno puniti anche di pena corporale ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima etiam ſino alla galea per cinque anni incluſiue.

SVMMARIVM.

1 *Occaſio peccati eſt remouenda.*
2 *Iuuentus eſt inſtruenda ad haſtiludia, ſchirmiam, ſaltus, & huiuſmodi.*
3 *Qui Doctores tractent de hac Materia inſtituendi Iuuenes ad haſtiludia, &c.*

1 TENDIT Sanctio ad remouendam occaſionem ſcandali, & peccati, quod amat latebras, & loca occulta, & ſolitaria.

Cæterum de exercitijs, quæ tendunt ad
2 morigerandam Iuuentutem, eamque inſtruen-
dam ad haſtiludia, ſchirmiam, ſaltus, & huiuſmodi, vide, quæ referunt Ameſcua
3 *de poteſt.in ſe ipſum lib.2.cap.11.per tot.*& Ric-
ciull.*de perſon.in ſtatu reprobo lib.5.cap.2.n.10.* apud quos habentur multi, qui materiam tractant.

CAP.XXVI.

CAPITVLVM XXVI.

RVBRICA.

Delli Sudditi Otioſi, Vagabondi, Foraſtieri, e Cingari.

Dictum eſt *in cap. præcedenti* de conuenticulis, & quadriglis, & quia illæ, vt plurimum fiunt, & conſtituuntur ex hominibus otioſis, vagabundis, & nulli exercitio, ſeu arti addictis, propterea de his in *hoc capitulo* ſermo, & præciſa diſpoſitio habetur.

§. I.

Per euitare i molti inconuenienti, che ſoglino caggionare i Vagabondi, e gl' Otioſi Sua Signoria Illuſtriſſima ſtatuiſce, & ordina, che chiunque ſuddito habitante dentro à queſta Legatione, che non habbia modo da viuere del ſuo; mà ſia pouero, e non faccia eſſercitio alcuno, ò non ſtia alle ſpeſe, e ſeruigio d' altri, frà trè giorni proſſimi riſpetto à quelli della Città, e frà ſei giorni riſpetto à quelli, che habitano fuori ne' Caſtelli, ó territorio, e diſtretto (mentre in tanto non ſi ſaranno meſſi con effetto à fare alcun eſſercitio, ò non ſi ſaranno poſti à ſeruir altri, come di ſopra, con ſeguitare di eſſercitare la loro perſona in eſſercitio, ò ſeruitù) Simile perſona ſi debba partire, e con effetto eſſerſi partita da queſta Città, & eſſer vſcita fuori di queſta Legatione, nè più in tempo alcuno poſſa habitare, ſtare, ò fermarſi in queſta giuriſditione, ſotto pena alli minori d'anni 18. maggiori di 14. di 50. ſtaffilare, da darſegli in publico, & alli maggiori di detta età della galea per cinque anni: le quali pene ſi eſſeguiranno irremiſſibilmente; e contro tali perſone ſi procederà anco ex officio.

SVMMARIVM.

1 *Vagabundi, errones, mendicantes validi ſunt expellendi è quauis benè inſtituta Republica.*
2 *Auferunt victum pauperibus, & infirmis.*
3 *Morbos, & vitia introducunt, & nutriunt.*
4 *Vel debent cogi ad exercendum aliquod opus.*
5 *Vt ſibi quærant victus in ſudore vultus.*
6 *Eleemoſynam dantes mendicantibus validis, nullum actum meritorium faciunt.*
7 *Et ipſi accipientes debent puniri.*
8 *Vtuntur herbis, & collirijs ad faciendum ſibi intumeſcere tibias, & manus.*
9 *Et ex hoc ſunt grauiter puniendi.*
10 *Debilitantes ſe, vel filios, vt poſſint mendicare, acerrimè ſunt puniendi.*
11 *Medici, qui docent vagabundos modum ſe debilitandi, & ipſi debent puniri.*
12 *Officiales, & etiam priuati poſſunt inquirere ſuper fraudibus, quibus vtuntur mendicantes validi.*
13 *Vagabundi, qui mentiuntur ruinam, naufragium &c. & literis falſis mendicant debent puniri.*
14 *Vagabundi habent præſumptionem contra ſe, & vocantur fures.*
15 *Non habent de Iure communi certam pœnam determinatam.*
16 *Puniuntur hodie iuxta particulares prouiſiones in diuerſis locis factas, quæ referuntur num. 17.*
18 *Sunt illi, qui non habent certam ſedem, ſed modo huc, modo illuc vagantur.*
19 *Qui ſint, & dicantur vigore bannimentorum.*
20 *Condemnati ad triremes, & finito tempore dimiſſi, debent ſe applicare, alias contra eos poterit iterum ad pœnam procedi.*

1 VAgabundi, & errones, & mendicantes validi ſunt expellendi à quauis benè inſtituta Repub. non ſolum, quia auferunt vi-
2 ctum pauperibus, & infirmis, vt habetur *auth. de quæſtor. & cap. non omnis 5. quæſt. 1. &*

cap.

cap.c.82.diſtinct.gloſ.in rub.Cod.de mendic.va-
lid.lib.11.& ibi Lucas de Penna, & Io:de Pla-
tea,& latiùs Bouadill.in politica lib.2.cap.13.n.
32.& in margine ibid.litt.E. ſed etiam, quia
3 morbos, & vitia introducunt, & nutriunt, vt
pluribus monſtrant Bouadill. d.cap.13. nu.27.
& ſeqq.Borell.de magiſtr.lib.3.cap.16. num17.
& Frauc. Marc. decif.436. par.2. vel ſaltem co-
4 gendi ſunt ad aliquod opus exercendum iux-
ta exempla Reipublicæ Romanæ, & aliorum
Regnorom relata à Bouadill. loc.cit. num.27.
& ſeqq. & à Gonzalez de Salzedo ad nouas le-
ges recopilat.leg.34.tit.7.lib.1.num.48.& ſeqq.
& à Muta ad pragm. tit.54. de vagabundis nu.2.
& 32. puta deputando illos ad purgandas
Plateas,viaſq, publicas §.ſi vero Auth.de Quæ-
5 ſtor. vel aliter cogi debent ad quærendum ſibi
ipſis victũ in ſudore vultus iuxtà oraculum,ſeu
maledictionem hominibus ob peccatum Adæ
à Deo Optim.Max. datam, etenim ob mala,
quæ ab otio proueniunt relata à Salzedo loco
citato leg.65.tit.4.lib.2.& à Carol. Anton.But-
tilierio differt.13. & à Muta loco citato nu. 14.
& 15. à Principe curandum eſt, ne ſubditi,
6 & eo minus commorantes in eius ditione li-
berè, & abſque ratione viuant,nam ſicut ager
neglectus, quo fertilior eſt, eo magis ſpinis,
& vepribus,& agreſtium plantarum aſperitate
coaleſcit: ità otio dediti, ac bonis moribus
inculti rempublicam perdunt, vt dicit ex Pa-
tric. Salzedo vbi proximè num.3. Vnde quia
potiùs malum, quam bonum derriuat ex tri-
buitione eleemoſynæ, quæ fit iſtis erronibus,
ideò eam tribuens, ſi cognoſcat eos errones
eſſe, nullum actum meritorium facit ad tex.in
7 d.cap.non omnis, & accipientes,ſi valent ex in-
duſtria viuere,debent puniri ad textum in cap.
ad aures de reſcript.& d.cap.non omnis, & Ripa
de peſt.remed.præſeru. num.169.

Et quia quandoque iſti mendicantes validi
8 vtuntur herbis, & ſuppoſitorijs collirijs, qui-
bus ſibi faciunt tibias,vel manus intumeſcere,
vt claudi, vel manibus contracti videantur,
cum non ſint, vt fidem faciunt Bouadill. loco
cit. nu.32. verſ. acuordome Ripa de peſte par. 5.
num.153.Zacch.quæſt.medicoleg.lib.3. tit.2.qu.
1.& ſeqq.Borell.de magiſtr.lib.3.cap.16. nu.16.
& D.Sabell. pract. vniuerſal. verbo vagabondi
num.3. ex hoc ſunt graui pœna puniendi ſe-
9 cundum citatos Doctores, quibus addendi
ſunt Bart.& Io;de Platea in leg.vnica Cod. de
mendicand. Valid. (qui de his, qui vt infirmi
videantur, faciunt ſibi collyrijs intumeſcere
manus, vel tibias, & non de alijs, qui cum
ſint validi, tamen mendicant,loqui tex in.d.l.
vnica exiſtimat) Menoch. Caball.Scannarol.
Bonifat.Carbonar.locis relatis per D. Sabell.
loco citato num.3.Martinus Naurath.de vita,
& morte hominis in addit.ad theor.10. prout,&
10 æquum eſt, punire acerrimè eos, qui ſe ipſos,
vel filios debilitant, vt habilius valeant men-
dicare, tenentur enim leg. fin.ff.de his,qui ſibi
mortem conſciuer. & pari pœna puniuntur
quoque conſentientes, & patientes debilitari
Bart. in leg.1.§.vſque. adeò ff.de iniur.ex cuius
dictis colligit Rip. loco cit. nu. 175. quod me-
dicus, vel Barbitonſor, qui docet,qualiter de-
11 bilitari quis poſſit,veniat ſæueriſſimè punien-
dus, ad tex. in l.3.ff. de crim. ſtellion. & in leg.
idem Iuris, & in leg.item ſi obſtetrix ff.ad leg.
Aquil, & tam officiales,quam alij priuati ho-
12 mines poſſunt inquirere,& facere diligentiam,
vt detegatur eorum fictio, vt in ſpecie dicunt
Bouadill.d.num.32.verſ. acuordome, & D. Sa-
bell. loc. cit. num.6.& Zacchia vbi ſupra, do-
cet modos dictam fictionem morbi detegen-
di. Idem dicendum de ijs, qui caſum fortui-
13 tum incendij, ruinæ publicę, vel quid ſimile
mentiuntur, hominesque decipiunt vtentes ad
hoc litteris, & ſigillis falſis, vt ex Petro He-
ing.Matth.Coller. Petro Theod. & Carpzou.
ait Naurath.loc.cit. qui fuſtigationem, & re-
legationem perpetuam his indicendam exiſti-
mat.

Propterea Vagabundi habent præſumptio-
14 nem contra ſe, & vocantur fures à Iodoch.
pract. crim. cap. 110. num.55. & ſeqq. Peguer.
dec.q.num.6.Menoch.de arbitr. caſ.522.& caſ.
531.num 12.Caball.crim.reſol. caſ.178. num.5.
& 6. & Scanarol.qui alios allegat tract. de vi-
ſit.carcerat.lib.2.§.2.cap.12.num.16.quibus ad-
dendi Matth. Berlich. part.5.concl.44.num.31.
Carpzou. pract.crim.quæſt.93.num.75.& Nau-
rath. loc. citat. in add. ad dict. Theor.10. circa
finem.

His conſideratis, quiſque iudicabit æqua,
ac ſancta eſſe bannimenta, quæ imponunt va-
15 gabundis pœnam triremium, nàm cum de
Iure communi nulla certa pœna inueniatur
contra eos ſtatuta, vt aduertit Menoch. dict.
caſ.531.num.12.opere prætium erat, vt in qua-
16 libet Ciuitate, & Regno particularis diſpoſi-
tio fieret contra huiuſmodi homines, qui nec
ſibi, nec alijs viuere ſciunt. Ideò in Hiſpania
17 adeſt leg.partitarum par.2.tit.20.diſponens, quod
Vagabundi à Regno veluti hoſtes profligen-
tur: in Belgio, teſte Iodoch. pract. crim. cap.
152.num.49. & ſeqq.ergaſtulis, publicisque
operibus addicuntur, & quandoque pœna ca-
tenæ infamis, fuſtigationis, & triremium co-
ercentur; ſimiles leges haberi in Sabaudia,
in Cathalonia, in Etruria, & Romæ teſtantur
Sola in decret.antiq.tit. de mendic. valid. gloſ.
vnica,Peguer.deciſ.crim.3. num.12. Caball. re-
ſol.crim.caſ.178.num. 3.Ricciull.quæſt.de vaga-
bund.cap.2.& ſeq. Bouadill. politica lib.2. cap.
13.n.32. D.Sabell.pract.vniuerſ.verbo vagabon-
di num. 1. & ſeqq. & in Regno Neapolitano
diſterrari, vel ad triremes mitti affirmat Io:
Bapt.Thor. in add. ad Io. Grand. de bello Exu-
lum prædicam.pati quæſt.2.num.5. Borell. de
magiſtr.lib.3.cap.15.num.21.Nouar.pragmat.3.
collect.3.num.1.& ſeq.tit. de vagabundis Ricc.
dec.285.par.2.Rouit.in ead.pragm.de vagabund.
Maſtrill.de magiſtr.rub. de vagabund. lib.3.cap.
4.num.216.par.1. & quod hoc genus hominu,
vbi

Digitized by Google

vbi non extat pariculare ſtatutum, pœnis corporalibus, & carcere, vel exilio ſit puniendum, docent Sola *loco citato*, Simanch. *de republ. lib. 8. cap. 28. nu. 17.* Caball. *crim. reſol.* 178. & Scannarol. *loc. cit. cap.* 13. *num.* 22.

Sed quinam ſint Vagabundi? dic eſſe illos,
18 qui non habent propriam Sedem, ſed modo
huc, modo illuc per Orbem vagantur abſque
vlla neceſſitate, commoditate, ſeu vtilitate.
& cum ſint validi, & robuſti, malunt potiùs
mendicare, oſtiatimque ſtipem, & eleemoſynam
verè pauperibus furari, quam alicuius
ſeruitio, ſeu arti ſeſe addicere, vt benè, & eruditè
pluribus docent Scanarol. *d. cap.* 12. *nu.* 1.
& pluribus ſeqq. Borell. *de magiſtr. lib. 3. cap.* 16.
num. 19. Nouar. *pragm. 1. collect.* 2. *num. 1. de vagabund.* & Bouadill. *politica lib. 2. cap. 13. n.* 43.
& Ricciull. *de perſon. in ſtatus reprobo lib. 9. cap. 1. per tot.*

At noſtra bannimenta explicitè ſub dicto
19 nomine comprænhendunt etiam ſubditos, qui
non habentes vnde viuant de proprio, artem,
& exercitium habere non curant, & nec
alterius ſeruitio ſeſe addicunt, & ſic non
reſpiciunt, an Vagabundus ſit forenſis, an
verò ſit originarius eiuſdem loci, in quo idē
tanquam Erro, & Vagabundus verſatur: &
congruunt cum ijs, quę dicunt Caball. *crim. reſol.* 178. & Nouar. *pragm. 1. collect. 2. n. 5. & ſeqq. de vagabūd.* & Borell. *de magiſtr. lib. 3. c. 16. n.* 19.

Faciunt tamen differentiam inter Vagabūdos ſubditos, & Vagabundos forenſes circa pœnam; nam ſubditi maiores decēm, & octo annis condemnātur ad triremes per quinquēnium. Forenſes verò maiores 18. annis condemnantur ad triremes per decennium, & hoc forſan, quia ſupponunt maiorem malitiam in ijs, qui per regiones exteras peragrare, & vagari ſciunt: vel etiam, quia forenſes maiori odio ſunt proſequendi, quia vt dixi *ſuprà num.* 3. morbos, & noua vitia poſſunt introducere.

Et adeò ſunt odioſi legibus, & hominibus,
20 vt condemnati ob hoc ad triremes, ſi finito
tempore dimittuntur, & ſe non applicant alicui
exercitio, contra eos poterit iterùm tanquam
Vagabundos procedi, vt inquit Nouar.
d. collect. 2. num. 11.

Cap. XXVI. §. II. vſq; ad VIII.

Commandando alli Meſtrali della Città ſotto pena di ſcudi 25. e di trè tratti di corda, che debbano notificare ſimili perſone, delle quali à loro verrà notitia; & alli Maſſari de' luoghi, Ville, e communi fuori di Bologna, che li debbano pigliare, e condurre prigioni. Notificando à queſti tali, che per ſemplice denuntia di detti Meſtrali, e Maſſari, ò vero per altri inditij ſufficienti ad arbitrio del Giudice ſi verrà alla cattura, e ſe queſti tali non giuſtificheranno di eſſercitare qualche eſſercitio, ò di eſſer ſeruenti come di ſopra, ſaranno puniti irremiſſibilmente con la pena già detta.

§. 3. Commanda di più, che ſe al preſente alcun foraſtiero vagabondo ſenza eſſercitio ſi tratteneſſe in queſta Città, ò Contado, e diſtretto frà termine di trè giorni riſpetto à quelli della Città, e frà ſei riſpetto à quelli, che habitano fuori debbano partirſi, e con effetto eſſerſi partiti da tutta queſta Legatione, e che per l'auenire non ardiſcano nè loro, nè altri ſimili vagabondi venirci, nè fermarſi ſotto qualſiuoglia preteſto ſotto pena della galea per dieci anni à i maggiori di anni 18. e riſpetto à quelli d'età inferiore maggiori però di 14. di 15. ſtaffilate da darſegli in publico, nè vuole, che tali foraſtieri vagabondi, che per l'auenire veniſſero, e ſi fermaſſero in Bologna, ò in altro luogo della Legatione ſi poſſano ſcuſare ſotto preteſto d'ignoranza, paſſati, che ſaranno li detti termini di trè giorni nella Città, e ſei fuori, dopò li quali ſi preſumeranno hauer notitia delli preſenti banni.

§. 4. In oltre commanda, che tutti li Portinari, ò Gabellini, che ſtanno alle Porte della Città, etiam del Nauiglio, Oſti, Tauernieri, Albergatori, ò Camere locande debbano (conforme al ſolito ordine intradotto da Sua Signoria Illuſtriſſima)

ſima) per l'auenire ogni ſera dar nota diſtinta, e chiara in mano del Caponotaro del Torrone riſpetto alli Portinari, di quelli, che ſaranno entrati quel giorno dentro delle loro Porte, ancorche diceſſero d'entrar per tranſito, e del luogo, doue voranno alloggiare dentro alla Città, e riſpetto à gl' Oſti, & altri ſudetti di quelli; che ſaranno venuti ad alloggiare nelle loro Oſterie, Camere, ò Alberghi con eſprimere il nome, cognome, e patria di tali foraſtieri, ſotto pena à gl'Huomini di trè tratti di corda, & alle Donne della fruſta, ò pecuniaria ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima.

§. 5. E perche nelle relationi, che ſi danno da Portinari, ò Gabellini, molti dicono d'andare ad allogiare in vna Caſa, e poi non ſi trouano in detto luogo; acciò che non poſſa più alcuno valerſi di ſimile fraude, ordina, e commanda, che niſſuna perſona di qualſiuoglia ſorte tanto Eccleſiaſtica, come Secolare, ſia di qualſivoglia dignità, etiam regolare, & in qualſiuoglia modo eſſente, Marcheſe, Conte, ò di qualſiuogli altra dignità, ò priuilegio, intendendo anche del Miniſtro della Camera, e Capitano della guardia di Sua Signoria Illuſtriſſima, e delli ſuoi Auditori, ò Maſtro di Caſa, ò ſuoi familiari, ò del Signore Confaloniero, & Antiani, ardiſca per l'auenire alloggiare, nè laſciar alloggiare alcun foraſtiero, cioè che non ſia della Legatione in Caſa ſua pur vna notte ſenza bollettino, quale ſarà fatto dal Deputato, ò ſuo Soſtituto gratis, e ſenza alcuna ſorte di mercede, ò mancia, quale Deputato ſtarà dalle 21. hora fino ad vn'hora di notte in Palazzo al luogo à ciò deputato ſotto pena à i Regolari della priuatione di voce attiua, e paſſiua, e della ſuſpenſione da i gradi, e dignità loro, e di eſſer mandati in altri Monaſteri, ò Conuenti fuori di Bologna; & alli Eccleſiaſtici Secolari di ſcudi 25. e della prigionia, & altre pene ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima, & alli Laici etiam di qualunque dignità, & à quelli, che alloggiano ne gl' Oſpitali di 100. ſcudi, e d'vn meſe di prigionia, e la medeſima pena vltimamente detta incorreranno li foraſtieri Eccleſiaſtici, Secolari, e Laici, che ſaranno alloggiati dentro la Città ſenza il bollettino, & al Maſtro di Caſa, ò Seruitore, che hauerà cura della Caſa di trè tratti di corda, e l'eſſilio, & à gl'Oſti, Camere locanti, & altri, che fanno queſta profeſſione d'allogiare con pagamento ſotto pena per la prima volta di trè tratti di corda, e di 50. ſcudi, e la ſeconda volta oltre le ſudette pene della priuatione di tal eſſercitio, & alle Donne tanto ſolite, quanto non ſolite d'alloggiare di 50. ſcudi, e d'vn meſe di prigionia, & in caſo di mal fine la pena ſi eſtenderà ſino alla fruſta ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima; e per la ſeconda volta di più anco della priuatione di tal eſſercitio, & à queſto effetto vuole, che gl' Oſti, & quelli, che tengono Camere lucande, e fanno tal eſſercitio conſeruino li bolletti di quelli, che alloggierranno con loro à fine di poterli riuedere ogni volta ſi vorrà.

§. 6. E perche detti foraſtieri alcuna volta mutano nome, e cognome, e patria, prohibiſce tal mutatione ſotto pena di trè tratti di corda, ò

della

della galea ad arbitrio di Sua Sig. Illuſtriſſima.

§.7. Si permette però, che ſi dia da mangiare ſenza bollettino à tutti quelli foraſtieri, che per tranſito, ò per altra occaſione ſi fermeranno ſolamente il giorno, mà la notte non alloggieranno dentro la Città.

§.8. Dichiarando, che per il preſente Bando non s'intende pregiudicato al bando delle denontie da farſi all'Officio delle Bollette di foraſtieri per quelle, che in eſſe ſono obligati conforme al ſolito.

SVMMARIVM.

1 *Maſſarij, & meſtrales tenentur denunciare, & reſpectiuè capere vagabundos, ſed malè ſeruatur ab eis.*

2 *De vagabundis remiſſiuè.*

3 *Cuſtodes Portarum Ciuitatis Bononiæ afferunt quolibet ſerò liſtam eorum forenſium, qui ingrediuntur Ciuitatem quolibet die.*

D. Alphonſus Manfredus Notarius Primarius Turroni laudatur.

4 *Rubrica generalis eſſe debet ad nigrum.*

5 *Superiores debent ſcire quinam accedunt ad Ciuitatem.*

6 *Eccleſiaſtici non comprahendantur in bannimentis Cardinalis Legati, niſi de illis fiat expreſſa mentio.*

7 *Et hoc ex defectu voluntatis, non poteſtatis.*

Alli Meſtrali. Alli Maſſari.

1 MAlè ſeruatur hæc prouiſio ab aliquibus Meſtralibus, & Maſſarijs, quia nec denunciant, & nec capiunt huiuſmodi homines.

Alcun foraſtiero vagabondo:

Dixi de erronibus, & vagabundis *in hoc*
2 *Capitulo* §.1. ideò non repetam, quamuis hęc ſit propria ſedes eorum, quæ ibi poſita ſunt.

Portinari. Oſti.

3 Eſt in viridi obſeruantia hæc prouiſio, nàm Cuſtodes portarum omni ſerò afferunt D. Auditori Turroni liſtam forenſium, qui Ciuitatem ingrediuntur; & Cauponæ afferunt liberculum D. Capiti Notariorum Turroni, qui ad præſens eſt D. Alphonſus Manfredus de Lugo Vir integræ probitatis, fidelitatis, & habilitatis, in quo liberculo notantur nomina, cognomina, & patria eorum, qui hoſpitio recipiuntur, & ad euitandas fraudes liber prædictus omni ſerò ſignatur manu prædicti Primarij Notariorum.

Alloggiare, nè laſciar allogiare.

Fit hic digreſſio à vagabundis ad eos, qui ad Ciuitatem accedunt, quamuis non ſint vagabundi, & propterea plùs continet nigrum quàm rubrum, contra commune axioma, de quo Bart. in *l.1.num.3.ff.ſi cert.petat.* nem-
4 pè quod rubrica generalis eſſe debet ad nigrum.

Ratio huius ſanctionis apparet ex verbis *Molti dicono di andare ad alloggiare in vna caſa, e poi non ſi trouano in detto luogo*: neceſſe eſt
5 enim vt Superior habeat notitiam eorum, qui ad Ciuitatem accedunt, & locorum, in quibus morantur, ad hoc, vt poſſit, ſequuto aliquo inconuenienti, inquirere, & ob id Officialis in Palatio à 21. hora diei vſque ad primam noctis horam debet reſidere, ad faciendum bollettinos forenſibus, & eorum nomina, & hoſpitia notandum. Et dictos bollettinos debet facere gratis abſque vlla prorſus mercede, aut dono vt diſponitur in bannimentis, quia debet eſſe contentus ſalario eidem conſtituto à Publico.

Sotto pena à Regolari.

6 Elicitur *ex hoc* §. quod non cenſentur Perſonæ Eccleſiaſticæ compræhenſæ in alijs capitibus horum bannimentorum, in quibus nō reperitur facta expreſſa, & indiuidua mentio Perſonarum Eccleſiaſticarum, nam dùm D. Cardinalis voluit eas comprehendere, & ligare expreſsè dixit, & ſic in capitibus, in qui-
7 bus non fit expreſſa mentio Eccleſiaſticorum excluſi ſunt non ex defectu poteſtatis, ſed voluntatis.

Cap. XXVI. §. IX. X.

E per euitar ogni fraude S.S. Illuſtriſs. prohibiſce, che non ſia allogiato alcuno ſotto nome di Scolaro, ſe non con il bollettino di trè giorni, e poi in virtù della matricola ſua.

§. 10. Dichiarando, che à quelli foraſtieri, che fuſſero condannati, ò banditi da' ſtati di qualſiuoglia Prencipe, ò Republica, non ſuffragherà il bollettino, nè la matricola, ſe bene veramente foſſero ſcolari, ſe non faranno mentione nel bollettino, ò matricola di tale Bando, ò condannatione; e però contro di loro ſi eſſeguiranno le ſteſſe pene del bando, ò condennatione, ouero ſaranno rimeſſi al ſuo Prencipe ad arbitrio di ſua Signoria Illuſtriſſima.

S V M M A R I V M.

1 *Scholares debent eſſe matriculati.*
2 *Negatiua probatur ex inſpectione, & lectura matriculæ.*
3 *Scholares matriculati ſi non intrant ſcholas, & non ſtudent, non gaudent priuilegio ſcholarium.*
4 *Scholares debent ſecurè venire, & ſtare.*
5 *Tenentur exponere Legato à latere præiudicia, quæ habent alibi ad hoc vt ſint tuti in Ciuitate Bononiæ.*
6 *Facinoroſorum, & delinquentium mora in Ciuitate poteſt turbare quietem eiuſdem.*
7 Auth. habita C. nè filius pro Patre non loquitur de cauſa criminali.
8 *Nec comprehendit ſcholarem delinquentem.*
9 *Forenſes exteri dominij poſſunt puniri Bononiæ pro delictis alibi commiſſis vigore bannimentorum: idem eſt in Regno Aragoniæ.*
10 *Requiritur tamen in forenſibus ſcientia vera, vel præſumpta bannimentorum.*
11 *Et ſufficit dicta ſcientia, licet ignorent qualitatem pænæ.*
12 *Dictum bannum non valet de Iure.*
Contrarium num. 15.
13 *Forenſes non ſubiecti ratione originis, domicilij, vel delicti, non poſſunt pro delictis alibi commiſſis puniri.*
14 *Fallit in caſibus poſitis num. 16.*
17 *Accedens ad locum, ad quem prohibetur per ſtatutum acceſſus, conſentit iuriſdictioni.*
Et ex ſolo acceſſu delinquit. num. 19.
18 *Iuriſdictio poteſt prorogari etiam in criminalibus*
20 *Sententia Iudicis alterius iuriſdictionis poteſt exequi ab alio ad inſtantiam Iudicis, qui eam protulit.*
21 *Sed vigore bannimentorum non requiritur inſtantia.*
22 *Et etiam de Iure ſi tranſijt in rem iudicatam.*
23 *Sententia an poſſit exequi ſine proceſſu remiſſiuè.*
24 *Bannimenta, ad hoc vt poſſit puniri forenſis pro delictis alibi commiſſis exigunt condemnationem, & ſic non ſufficit proceſſus.*
25 *Et recipiunt interpretationem, vt procedant ſolùm quando Iudex loci delicti non petit ſibi remitti.*
26 *Remiſſio delinquentis de conſuetudine non fit.*
27 *Fallit iubente Principe.*
28 *Vel ſtante ſtatuto.*
29 *Intellige in grauibus.*
30 *Non in leuibus, quæ æquiparantur cauſis ciuilibus.*
31 *Remiſſio delinquentis non fit abſque ſummaria delicti probatione.*
32 *Contrarium in terminis bannimentorum.*
33 *Quia fit ex vrbanitate.*
34 *Et ita practicatur.*
35 *Remittendus Reus debet citari, & audiri ſaltem poſt capturam.*
36 *Fallit quando remittitur ex vrbanitate, & voluntate.*
37 *Et ita practicatur.*
38 *Sublimita, ſi in loco commiſsi delicti plures ſint eiuſdem nominis, & cognominis, & quid debet fieri in iſta caſu.*

1 Notandum, quod ſcholares debent eſſe matriculati, hoc eſt debent eſſe deſcripta eorum nomina, cógnomina, Patria in libro, quem tenere debet matricularius, vt per tex. in *l. matriculam C. de agentib. in reb. lib. xi.* inquit Benedict. Pereyra in *tract. de Accademia lib. 3. qu. 4. num. 365. & in elucidaria nu. 348.* alias priuilegijs ſcholaribus conceſſis non potiuntur, vt eſt tex. in *d. l. matriculam, & in l. 2. C. de Caſtreſian. l. quicumque C. de collurtal.* cum alijs Iuribus adductis à Pereyra *de Accademia lib. 3. qu. 4. num. 366.* & citat Salyc. Horat. Fucium, Tholoſan. Rebuff. Maſcard. Menoch. Perez, Barboſ. & alios, quibus adden. Alex. ad Bart. in *l. 1. C. de colleg lib. 11. verſ. item voluit*, & negatiua probatur ex inſpectione, &
2 lectura matriculæ, vt inquit Bart. in *l. fin. n. 2. C. de reb. credit.* Bald. Hercul. Patiſ. Decian. Maſcard. *locis relatis* à Pereyra *loc. cit. nu. 369.* qui ex Dec. in *l. ſcriniarios num. 19. C. de teſtam. milit.* opponit matriculam non conducere ad probandum quem eſſe ſcholarem, ſicut non probat quem eſſe Notarium, mercatorem, militem, ſed poſteà reſoluit conducere ſaltem præſumptiuè, ita vt reijciat in aduerſarium onus probandi contrarium, & quomodò probetur declarat Pereyra *ibidem num. 870.*

Requiritur vlteriùs, quod frequentent ſcho-
3 las, & ſtudeant; nam matriculati, ſi non intrant ſcholas, nec ſtudent, non gaudent priuilegijs ſcholarium, vt eſt tex. in *l. ſi duas 5. & vtique ff. de excuſat.* Pereyra *loc. cit. & quæſt. 5 num. 372. & 375.* Bart. in *leg. qui ſub prætextu num. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l. 1. num. 2. C. de Colleg. lib. 11.* & Dec. in *l. mutuum damus, §. appellata num. 6. ff. ſi cert. pet.* Sed circa requiſi-

quiſitum, quod ſcholaris ſtudeat, & proficiat, tres opiniones Doctorum refert Pereyra *loc.cit.quæſt.7.num.381.382. & 383.* prima eſt eorum, qui dicunt non requiri ſtudium, & profectum, ad hoc vt ſcholaris gaudeat priuilegijs: ſecunda eſt eorum, qui dicunt neceſſariò requiri profectum: Tertia eſt eorum, qui dicunt non gaudere, ſi omninò deſperetur de profectu, aliàs ſecùs.

Se bene veramente foſſero ſcholari.

Hæc diſpoſitio videtur eſſe contra text. in
auth.habita C. nè filius pro patre, ibi -- *omnibus,*
qui cauſa ſtudiorum peregrinantur ſcholoribus, &
maximè diuinarum, & ſacrarum legum profeſſo-
ribus, hoc noſtræ pietatis beneficium indulgemus,
vt ad loca, in quibus litterarum exercentur ſtu-
4 *dia, tàm ipſi, quàm eorum nuncij veniant, & in*
eis ſecurè habitent: Sed re benè inſpecta, ac
conſiderata non corrigit, ſed modificat ius
5 commune in hoc, vt ſcholares teneantur exponere
præiudicia, quibus alibi ſubiecti, &
innodati exiſtunt, & quidem iure meritò, quia
6 ex eorum mora, & incolatu poteſt turbari
quies Ciuitatis, vt habetur penès Creſpi *obſer.*
74. num. 17. Nam ipſi poſſunt in Ciuitate delinquere:
ſoliti enim delinquere facilè ad crimina
proſiliunt *vulgatis iuribus*, vel ob
grauitatem delicti, vel ob qualitatem, & potentiam
partis offenſæ poſſunt in Ciuitate
occidi, & vtroque modo quies populi, & Ciuitatis
exturbatur.

Poteſt etiam dici, & non abſque fundamento,
quod *d. Auth. habita*, non loquitur in
7 criminali, & in cauſa criminalitèr intenta, vt
aduertit Bald. in *d. auth. habita num. 52. & ſeq.*
& Io: Brunneman. *cent. 3. deciſ. 100. num. 5.* &
8 eo minùs comprehendit ipſum ſcholarem
delinquentem, vt inquit Bald. *ibid. num. 31.*
quia tunc imputatur ſibi, quod commiſit reatum,
à quo omnis honor excluditur, vt in
l. vnica C. vbi ſenat. vel clariſſim. & in l. penult.
C. de Curial. lib. 12.

Obſtat tamen huic aſſertioni Benedictus Pereyra in *tract. de Accademia, ſeù Republ. litteraria lib. 9. quæſt. 7. num. 1662.* vbi ex text. in *l. 2. C. vbi de crimin. agi oport. & in l. 2. C. vbi ſenator.* & ex autoritate Bologn. Io: Bapt. in *addit.* ad Alber. *verbo ſcholoribus*, Dominic. & Fælyn. ait ſtudioſos litterarum non poſſe in locis, in quibus ſtudent ex delictis alibi etiam in Vniuerſitate commiſſis, puniri, & affert duas rationes; primo quia ſcholaris eſt in via, & aduena, qui non poteſt conueniri extrà domicilium *l. hæres §. proindè ff. de iudic.* Secundo quia ſola habitatione non ſortitur forum Salyc. *d. l. 2. C. vbi de crimin.* Sed eius opinio non procedit, quando adeſt lex, ſeù ſtatutum modificans diſpoſitionem iuris communis, & nec quando delicta ſunt grauia, vt ex Rebuff. *priuil. 113.* explicat, & ie declarat Pereyra *ibid.* & ad conualidationem diſpoſitionis bãnimentorum in hac parte videndus eſt textus in *l congruit ff de offic. Præſidis, & in l. p. verbo vel vbi reperiuntur C. vbi de crimin. agi oport.* & viden. Berlich. *practic. concluſ. 45. nu. 48. verſ. ſed ob alias par. 5.* vbi ait, quod ſacrilegi, latrones, plagiarij, fures, & quiuis alius, qui committit crimina, quæ legibus extra ordinem coercentur, vbi reperiuntur puniri poſſunt.

Si eſſeguiranno le ſteſſe pene.

9 Similis conſtitutio eſt in Regno Aragoniæ,
vt refert Creſpi *obſeru. 74. num. 10. & 32.*
Aduertendum hic, quod adhoc vt pœna
10 bannimentorum habeat locum debet conſtare
de ſcientia vera, vel præſumpta eorundem
bannimentorum, puta quia forenſis permanſit
in Ciuitate, ſeù Communitate per duos menſes,
præſumitur enim tunc ſcientia ſecundùm
Farin. in *fragm. verbo conſtitutio num. 686. &*
ſeqq. & dicta ſcientia præſumpta ſufficit etiam
ad imponendam pœnam corporalem, vt firmat
Farinac. *fragm. verbo bannimenta n. 30.*
Et ſufficit, quod forenſis habeat ſcientiam
11 prohibitionis, quamuis ignoret qualitatem
pœnæ præciſæ, vt oſtendit Couar. in *cap. alma
mater §. 10. num. 8. & 9. in fine de ſent. excom.*
Sed quando ſcientia eſt præſumpta, poteſt
forenſis probare ignorantiã, Farin. *in fragm.*
verbo bannimenta num. 29. & verbo conſtitutio,
num. 687. in quibus locis docet, quommodò
ſit probanda ignorantia conſtitutionis, &
bannimentorum.
Quæro primò an hoc edictum diſponens
pœnã in ſententia (quæ debet haberi in forma
autentica) contrà forenſem à Iudice competente
indictam, in hac Ciuitate exequutioni
eſſe demandandam, valeat, & ſuſtineatur?
12 prima facie videtur reſpondendum negatiuè,
quia captus in loco, in quo non eſt Iudici
ſubiectus ratione delicti, originis, vel domicilij,
nullo modo poteſt pro delicto alibi
13 commiſſo puniri, vt per tex. in *l. 1. C. vbi de*
crim. agi oport. & cap. ſi diligenti de foro com-
pet. dicit Farin. *quæſt. 1. num. 54.* niſi ſit con-
14 demnatus pro raptu, vt limitat concluſionem
prædictam Farin. *quæſt. 7. num. 8.* vel pro
aſſaſinio, vt dicit idem Farin. *ibid. num. 9.* vel
niſi ſit publicus latro, & ſtratarum diſrobator
Farin. *ibid. num. 10.* vel niſi ſit vagabundus
idem Farin. *ibid. num. 13.* vel niſi ſit hæreticus
Farin. *d. quæſt. 7. num. 17.*
Contrarium tamen eſt verius, nam edictum
15 huiuſmodi valet, & debet ſeruari, vt firmant
Carleual. *de Iudic. lib. 1. diſput. 2. nu. 832.* Clar.
quæſt. 38. num. 10. & quæſt. 71. num. 11. & Farin.
quæſt. 7. num. 6. in fine, vbi dicunt, quod non
16 ſubiectus ratione delicti, originis, vel domicilij,
poteſt in loco confœderato puniri, ſi ex
capitulis fœderum expreſsè hoc cautum repe-

Digitized by Google

ritur; & poteſt eſſe ratio, quia tunc is, qui ac-
cedit ad locum, in quo extat tale ſtatutum
17 conſentit in Iudicem illius loci, eiuſdemque
iuriſdictionem prorogat ad tex. in *l. Impera-
tores ff de iure fiſci l.1. §.beſtias ff. de poſtulan.*
Bart. in *l. ex hoc iure circa finem ff de iuſt. & iu-
re* Iaſ. *in ead. leg ex hoc iure* cum alijs adductis
per Couar. in *cap. alma Mater* §.10. *num.*10. *de
ſenten. excomm.* quod poſſe fieri etiam in cri-
18 minibus, oſtendit pluribus citatis Farin. *dict.
quæſt.7. num.5. verſ. ſublimita quarto*; & ob
prorogatam iuriſdictionem ab eo poteſt pu-
niri *l 1. cum ibi not. ff. de Iudic. & l. ſi conuene-
rit ff. de Iuriſd. omn. Iudic.* cum alijs allegatis à
Farin. *d. quæſt.7. num.3.* quinimò videtur etiam
19 delinquere, dum contra decretum, & prohi-
bitionem accedit ad locum, in quo Princeps
non vult eum recipere, vt dixi in *proœm.* §.6.
num.97. & facit tex. in *l. fin ff de interdic. & re-
legat.* & Creſpi *obſeruat.74. num.15. in fine*, &
ex hoc capite debet puniri, vt dicunt Docto-
res, quos allegaui *d. num.97.* accedit his quod
plures Doctores volunt committentes deli-
ctum punibile de iure communi poſſe vbique
puniri, vt dixi hìc *ſub num.8.*

Quæro ſecondò, an in terminis bannimen-
20 torum requiratur inſtantia, & requiſitoria
Iudicis, qui protulit ſententiam? prout ex
Paulo de Caſtro, & Sapia in terminis iuris
communis neceſſarium dicit Farin. *quæſt.* 11.
num.61. Caball Gratian. Amator. Rodriq. &
alij relati à Parexa *de inſtrum. edit. tit.2. reſol.9.*
21 *num.9.* dic quod non, *primò*, quia alias ban-
nimenta nihil diſponerent de nouo, & eſſent
in hoc ſuperflua, quod non eſt dicendum, *ſe-
cundò*, & melius, quia ſententia tranſacta in
22 rem iudicatam, qualis eſt contumacialis, po-
teſt exequi ſine litteris requiſitorialibus, vt
firmat Molinus relatus à Parexa *loco citato
num.16.*

Quæro tertiò, an ſententia ſine proceſſu, &
23 actis ſufficiat? Vide Farin. *conſ.111. lib.2.* qui
perpendit ad hoc ius commune, & conſtitu-
tionem Marchiæ.

Quæro quartò, an proceſſus ſine ſententia
24 ſufficiat? dic quod non quia bannimenta
requirunt, quod quis ſit condemnatus, vel
bannitus, & intelligenda ſunt ſtrictè in termi-
nis, & caſu, in quibus loquuntur, & facit Fa-
rinac. *quæſt.7. num.18.* ibi -- *loquitur in banni-
to, & condemnato pro tali homicidio, vndè ſe-
cus ſi de nouo eſſet condemnandus.*

Quæro quintò, an poſſit hìc puniri exterus,
quandò Iudex loci commiſſi delicti petit ſibi
delinquentem remitti? dic quod poteſt, quia
bannimenta loquuntur per alternatiuam, ibi
*ſi eſeguiranno le steſſe pene, ò vero ſaranno ri-
meſſi*; & ſic remanet in arbitrio Iudicis ele-
ctio puniendi, vel remittendi. Verum prag-
25 matica, de qua facit mentionem Creſpi *dict.
num.10.* recipit interpretationem, vt quis in
Regno Aragoniæ puniatur, ſi à Iudice loci
delicti non petatur, vt teſtatur Creſpi *ibid.* &
hoc modo poteſt intelligi diſpoſitio banni-
mentorum, quia ſemper potior eſt cauſa Iudi-
cis loci commiſſi delicti.

Saranno rimeſſi.

Remiſſio delinquentis de conſuetudine
26 non practicatur, vt dicit Farinac. *quæſt.* 7.
*num.*18. nihilominus Princeps remittit, &
27 iubet, vt remittatur non obſtante dicta con-
ſuetudine, vt pluribus citatis Doctoribus ad-
uertit Farin. *loc. cit. num.*21. & quando Prin-
28 ceps prohibet ijs, qui in alienis dominijs de-
liquerunt, nè audeant accedere ad ſuam di-
tionem cum comminatione, quod alias re-
miſſio fiet, tunc conſuetudo ceſſat, quia edi-
ctum illi tanquam poſterius factum derogat,
vt alias in iſtis obſeruationibus dixi in ter-
minis conatus, qui de generali conſuetudi-
ne non ſolet puniri, & tamen quando extat
ſpeciale edictum dictæ conſuetudini cenſetur
derogatum, quia tunc res reducitur ad ter-
minos iuris communis, & propterea vbi ex-
tat tale edictum non ſolum Princeps, ſed &
Iudex abſque alia licentia poteſt remiſſionem
huiuſmodi delinquentium facere, non ſolùm
vigore bannimentorum, quorum ipſe eſt exe-
quutor: ſed etiam vigore iuris communis,
quod remiſſionem Iudici concedit, vt eſt tex.
in *auth. de defenſor. Ciuit.* §. *audient*, ſublato
enim impedimento cauſato ex introducta
conſuetudine, Iudex poteſt vti facultate à iu-
re ſibi conceſſa *vulgatis iuribus*: eſt tamen hoc
29 intelligendum in delictis grauibus, & atroci-
bus iuxta tex. in *auth. vt nulli Iudicum* §. *ſi vero
quis comprehenſorum, & clem. vnica iuncta glo-
ſa verbo de more de foro competen.* etenim pro-
30 pter leuia delicta non fit remiſſio, quia
æquiparantur cauſis ciuilibus, in quibus non
procedit remiſſio, & etiam quia expenſæ re-
miſſionis, quas à Reo recuperat Fiſcus, vel
adhærens, ſuperarent iuſtam leuis criminis
pœnam, vt dicunt Carleual. *de Iudic. lib.1. di-
ſput.2. num.853.* Creſpi *obſer.74. nu.19.* & Pa-
rexa *de inſtrum. edit. tit.2. reſol.9. num.37. &
ſeqq. &* 61.

Materiam remiſſionis delinquentium tra-
ctant latiſſimè Farin. *quæſt.7. per tot.* Guazzin.
reor. defenſ.1. cap.17. Carleual. de *Iudic. lib.1.
diſput.2. num.800. & ſeqq.* Creſpi *obſeru. 74.
per tot.* Parexa *de inſtrum. edit. tit.2. reſol.9. nu.
60. & ſeqq.* & Doctores per eos allegati, vide
quæ dixi in *cap.7.* §.6. *num.26. & ſeqq.* & Do-
ctoribus *ibi* adductis addo D. Ant. Gulelm.
Ertl *de iuribus Principum exercit.* 23. qui re-
miſſionem delinquentis concedit, niſi ſpecia-
lis ratio politica intercederet: intereſt enim
Reipublicæ, & humanæ ſocietati, ne ſcelera
impunita maneant, quod facilè eueniret, ſi
ſub peregrina protectione quiuis Nebulo tu-
tus lateret, refert exemplum Imperatoris
Turcarum, & Regum Galliæ, & dicit ita
tuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe decifum in Curia Burdegalenſi, & Ge-
neuenſi: limitat tamen hoc in caſu, quo no-
tum eſſet, quod fugitiuus omni prorſus labe
careret, cum lex diuina ſeruum fugitiuum
irato Domino reſtitui non patiatur, vt habe-
tur *Deuteronom.16.& 23.*

Quæro primò, an in terminis bannimen-
torum de quibus agitur, requiratur aliqua
ſummaria cognitio delicti in remittente? Do-
ctores de hac materia loquentes iuxta termi-
31 nos iuris communis firmant, vt dixi *cap.7.*
§.6. eſſe neceſſarium, quod Iudex requirens,
& petens remiſſionem delinquentis iuſtificet
ſummaria delicti probatione, petitum eſſe
delinquentem, & eam inſerat in litteris requi-
ſitorijs Ayllon. ad Gomez. *de delict. cap.1. num.*
87. Cutellus *ad leges Martini controuerſ.11. nu.*
1. fol. mihi 455. qui plures ad hoc allegat con-
cordantes Carleual. *de Iudic. lib.1. tit.1. diſput.*
2. quæſt.1. num.26. & quæſt.7. num. 777. qui
ponderat ad hoc tex. in *leg. Diuus ff. de cuſtod.*
reor. & alij relati à Parexa *de inſtrum. edit. tit.*
1. reſol.9. num.60. qui *in fine* ex Petro Bar-
boſa, Auguſtino Barboſa, & Azeued. ait hoc
requiri ex eo, quia Reus afficeretur iniuria, ſi
abſque cauſæ cognitione remitteretur, & hoc
nouiſſimè vult etiam Henricus Zobel *de exe-*
cutione in effigie theſ.78. qui rationibus pluri-
bus oſtendit neceſſariam eſſe præambulam
cognitionem, & ſubdit ex Bodino *de Republ.*
lib.3. cap.6. optimo vſu inter Moratiores ſer-
uari ab Heluetijs, Geneuenſibus, Lucenſibus,
Genuenſibus, alijſque, vt peregrinos, alibi-
que damnatos ad ſe confugientes integro
ſtatu prius iudicari iubeant, quam externis
Principibus ſubditos ad pœnam repoſcenti-
32 bus reſtituant. Verum in terminis banni-
mentorum non requiritur requiſitoria, & in-
ſtantia, vt diximus *num.21.* & ideò nec requi-
ritur dicta ſummaria cognitio delicti, quia in
terminis bannimentorum remiſſio fit ex Vr-
banitate, ſeù vt melius dicam, ex voluntate,
33 quo caſu nec petitio, & nec inſtantia requiri-
tur, vt pluribus citatis inquit Carleual. *loco*
cit. tit.1. diſput.2. num.804. & num.826. & ego
vidi pluries in Romandiola, & in hac Ciui-
34 tate fieri remiſſiones delinquentium ex ſolis,
& puris litteris à Legato à latere, ſeù Princi-
pibus conuicinis ſcriptis, & ita etiam pra-
cticari apud eum teſtatur Creſpi *d. obſer. 74.*
num.20.

Quæro ſecundo, an Reus ſit citandus, &
audiendus antequam remittatur? Carleual. *de*
Iudic. lib.1. tit.1. diſput.2. num.779. diſtinguit
35 inter capturam, & remiſſionem ſequuta ca-
ptura Rei faciendam, & *primò* caſu videtur
dicere, quod ſi periculum ſit in mora, quia
capiendus poteſt fugere, vel latitare, debet
deueniri abſque alio ad capturam, ſi verò pe-
riculum non adſit, citatur Reus ad dicen-
dam cauſam, quare litteræ requiſitoriales
exequutioni mandari non debeant, ſed hæc
diſtinctio non erit tuta in cauſis criminali-
ter intentatis, quia vix poteſt dari caſus, in
quo non adſit tale periculum: *ſecundò* verò
caſu Reus ſemper debet audiri, ſi vult oppo-
nere exceptiones, cur debeat ſuperſederi, &
ſic ſecundum Carleual. *loc. cit.* quoad pun-
ctum remiſſionis faciendæ Reus debet citari,
& audiri. Meliùs tamen ipſe Carleual. *diſp.*
2. num.831. diſtinguit, ſeù potius declarat,
quod dixit *d. num.779.* nempè prædicta pro-
36 cedere in remiſſione, quæ fit ex neceſſitate,
ſecus in illa, quæ fit ex voluntate, ſeù vrbani-
tate, & citat Decian. *tract. crim. lib.4. cap.17.*
num.5. Clar. *quæſt.38. num.21. circa finem,* The-
ſaur. *deciſ.90. num.4.* Cartar. *capto bannito cap.*
fin. num. 264. & 265: Farin. *quæſt.7. num.32.*
& Franc. Molinum *de brachio ſæculari cap.43.*
num.33. & Carleual. ſic dicentem refert, &
ſequitur Creſpi *obſeru.74. num.16.* qui teſtatur
37 vidiſſe in Ciuitate Matritenſi plures delin-
quentes extraneos capi, & ad Regnum Ara-
gonum, & Valentiæ remitti, nulla præceden-
te cauſæ cognitione, aut citatione, ſed tan-
tum Regis conſultatione, & iuſſu: & idem
poſſum teſtari ego, qui in Romandiola, & in
hac Ciuitate pluries delinquentes vidi remit-
ti ad Principes conuicinos, & vidi alios ab
eiſdem Principibus remiſſos ad Dominos
Cardinales Legatos abſque vlla prorſus di-
ſcuſſione, aut citatione.

Poteſt tamen dubitari an prædicta ha-
beant locum, quando non conſtat de identi-
tate perſonæ delinquentis, forſan quia in lo-
co commiſſi delicti plures ſint eiuſdem nomi-
nis, et cognominis, quibus crimen obijci po-
38 teſt, nam ex hac cauſa audiendus eſt Reus,
antequam remittatur, vt fuiſſe practicatum re-
fert Creſpi *d. obſeru.74. num.16.* et certe non
eſt æquum cum tanto diſcrimine vagari, vt
eſt textus in *l. Prætor edixit in principio ff. de*
iniurijs, cum alijs Iuribus allegatis à gloſa
ibid. verbo certum. Proptereà in hoc caſu vi-
di etiam in remiſſione facienda ex vrbanita-
te ſuperſederi, donec à petente tranſmittatur
aliquis ad recognoſcendum, an carceratus ſit
ille, de quo proceſſus, & ſententia cantat,
et tunc carceratus debet recognoſci abſque
formalitate Iudicij, ſed inter plures: et ita
practicatum vidi, et eſt optima praxis.

Cap. XXVI. §. XI.

Et in oltre prohibiſce à chi tocca l'officio di Matricolare li Scolari, che non ardiſca de ſcriuere nella matricola ſimili perſone, ſe prima non ſarà certificato, che ſieno veramente Scolari ſotto pena corporali,

rali, e pecuniarie ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima.

SVMMARIVM.

1 *Officialis deſcribens in matricula ſcolarium eum, qui habet atteſtationem alicuius Doctoris publici excuſatur à pœna ſi detegatur, quod ille non eſt verè ſcolaris.*

2 *Matriculatus ſi recedat à ſtudio, & poſt tempus reuertatur, an debeat iterum matriculari remiſſiuè.*

3 *Matriculatus ſi ſit priuatus matricula propter inobedientiam, an poſſit rematriculari remiſſiuè.*

1 EXcuſantur, ſi deſcripſerint in matricula eos, qui habent ab aliquo lectore publico fidem, quam fraudolenti de facilè extorquent accedendo in principio ſtudij ad audiendam aliquam lectionem.

Quæro primò, an ſcolaris matriculatus ſi
recedat à ſtudio, et poſt tempus reuertatur,
2 debeat iterum matriculari? ponic quæſtionem Alex. ad Bart. in *leg. naturalem §. apum quoque verſ. ſtatuto col. 3. ff. de acquir. rer. domin.* in *conſ. 134. num. 2. in conſ. nouiſſimo 16. num. 1.*

Quæro ſecundò, quid ſi ſcolaris ſit priua-
2 tus matricula propter inobbedientiam, an poſſit amplius rematriculari? vide Alex. in *addit.* ad Bart. in *l. ſodales verſ. non poteſt col. 2. ff. de colleg. illicit.*

Cap. XXVI. §. XII.

E per l'iſteſſa ragione prohibiſce à qualſiuoglia perſona di qualunque ſtato &c. che non poſsa pigliare, nè tenere al ſuo ſeruigio alcuno foraſtiero, nè valerſi dell'opera ſua, ſe prima non hauerà ottenuto licenza in ſcritto da Sua Signoria Illuſtriſſima ſotto pene pecuniarie, e corporali ad arbitrio, come ſopra.

PRacticatur iſte modus, ſed cum paruo, ſeù potiùs nullo profectu gubernij, quia licentiæ conceduntur paſſim, et quandoque abſque vllo prorſus examine qualitatis perſonarum.

Cap. XXVI. §. XIII.

Dichiarando, che le pene corporali s'eſtenderanno ſino alla morte ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima, quando ſi ſcopriſſe, che alcuno teneſſe ſimili perſone in caſa per far qualche aſſaſſinio, ò altro delitto.

SVMMARIVM.

1 *Conatus in aſſaſſinio, quantum puniri poſſit remiſſiuè.*

2 *Arbitrium reſeruatum circa arbitrandam pœnam contra eos, qui retinent homines ad aſſaſſinandum aliquem, poteſt extendi vſque ad mortem remiſſiuè.*

3 *Contrarium eſt verius ob rationes allatas.*

VIDE quæ dixi in *primo libro* in terminis
aſſaſſinij, ex ijs enim poteſt colligi quan-
1 tum puniri poſſit conatus in hac materia.

Cadit tamen in terminis bannimentorum
difficultas, an arbitrium debeat extendi vſque
ad mortem incluſiuè? & prima facie videtur
2 aſſerendum per tex. in §. *in ſumma Inſtit. de Iniur.*

Sed aduertendum, quod vbi voluit D. Car-
din. expreſsè dixit arbitrium poſſe extendi vſ-
3 que ad mortem incluſiuè, vt videre eſt in *cap.* 25. §. 19. addo, quod *iſte §.* recipit interpretationem à §. 1. *cap. 7. de homicid.*

Cap. XXVI. §. XIV.

E di più commanda alli Maſſari, & alli Meſtrali delli Communi, Terre, e luoghi del Contado, e diſtretto, che debbano far priggioni tali foraſtieri, vagabondi, e non potendo debbano notificarli ſotto pene di ſopra impoſte.

MAle ſeruatur à Maſſarijs, & meſtralibus hæc diſpoſitio.

Digitized by Google

Cap. XXVI. §. XV.

Di più Sua Signoria Illuſtriſſima ordina, che qualunque Zingaro dell'vno, e l'altro Seſſo ſi trouaſſe nella Città, Contado, ò diſtretto di Bologna frà il termine di trè giorni dopò la publicatione del preſente bando debba con effetto eſſerſi partito da tutti i luoghi di queſta Legatione: Prohibendo, che per l'auenire alcun Zingaro non poſſa fermarſi in queſta giuriſditione ſotto pena à gl'huomini della galea per anni cinque, alle Donne della fruſtra, & à i Putti d'eſſere ſtaffilati, & in oltre della perdita di tutte le robbe loro d'applicarſi per la metà à gl'eſſecutori, ò vero ad altri, che li daranno in mano alla Corte, e per l'altra metà alla Magnifica Camera di Bologna.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpoſitio ſimilis contra Cingaros extat in Statu Eccleſiaſtico, & in Regno Neapolitano.*
2 *Cingari male agunt in locis, vbi ſunt, & habent præſumptionem, quod ſint fures.*
3 *Debent pro furtis etiam minimis puniri.*
4 *Deſcendunt à Caino, & propter illius peccatum ſunt vagi, & extortes.*
5 *At hoc eſſe falſum dicitur.*
6 *In Turcia licitum eſt harum Gentium mulieribus publicè ſe proſtituere.*
7 *Sunt errones, quia in Ægypto noluerunt hoſpitio excipere Deiparam Mariam.*
8 *Sed eſſe falſum dicitur.*

1 SAnctio ſimilis extat in Statu Eccleſiaſtico, vt habetur in bannimentis, & in Regno Neapolis, vt referunt Nouar. *pragmatic. 1. collect. 2. de Zingaris*, & Rouit. *in ead. pragm.*

Cingari ferè ſemper malè agunt in locis,
2 vbi ſunt, & habent præſumptionem contrà ſe quod ſint fures, vt inquit Iodoch. *pract. crim. c. 110. n. 55. & ſeqq.* qui multa notabilla dicit de hoc hominũ genere, & Beſold. *theſau. pract. addit. litt. Z. §. 5. fol. mihi 1025.* ait quod iſti in vicis, agris, & triuijs tetoria erigentes victum mendicant fraudibus, nempè proditionibus, latrocinijs, deceptionibus, permutationibus, atq; ex chiromantica diuinatione, & citat Martin. Mager. *de aduocatia armat. cap. 8. num. 77. & ſeq.* qui videntur eadem verba mutuaſſe à Philipp. Camerario, ſeu à Laur. Beyerlinch. *theatro vitæ humanæ litt. C. verbo Cingari*, qui ex Camerario horum furaciſſimorum Erronum originem, & inſtituta refert: & Cruſius *de indit. delict. ſpecial. part. 2. cap. 22. nu. 37.* ait quod iſti ex ſortilegijs, & arte diuinatoria damnabili, & ex raptu, & latrocinijs turpem quæſtum faciunt.

Et pro furtis minimis, puta gallinarum,
3 debent puniri Ptol. *conſ. 50. n. 27.* & Baiard. ad Clar. *§. furtum n. 90.*

4 Cingari dicuntur ab aliquibus eſſe poſteri
5 Caini, vagi, & extorres propter illius peccatum: ſed hoc eſſe falſum oſtendit Beſold. *loco citato*, vbi plura de his ponit. Vide eum, & vide etiam Addent. ad eum *ibi*, qui ait, quod
6 in Turcia huius gentis mulieribus licitum eſt ex priuilegio publicè impunè ſe proſtituere.

Ab alijs dicuntur eſſe extorres ab Ægypto,
7 & à domo ex eo, quia maiores ſui Deiparam Mariam, cum ex Iudæa propter Herodis tyrannidem in Ægyptum fugeret, hoſpitio exci-
8 pere recuſarunt: Sed hoc eſſe falſum commentum ex Io: à Buchenb. & Crantz, & Camerario dicit Cruſius *de indicijs delictorum ſpecial. par. 2. cap. 22. n. 37.*

Cap. XXVI. §. XVI.

Commanda à tutti li Maſſari, Meſtrali, & huomini delli Communi del Contado, e diſtretto di Bologna, che qualunque volta trouaranno Zinghari, li debbano pigliare, e condurre prigioni, acciò contro di loro ſi eſſeguiſca quanto di ſopra è diſpoſito ſotto la pena à Maſſari, e Meſtrali in ciaſcun de' detti caſi di ſcudi 25. e di trè tratti di corda.

S V M M A R I V M.

1 *Cingari non priuantur de conſuetudine bonis, quæ ſecum portant; quamuis in bannimentis contrarium ſit diſpoſitum.*
2 *De Cingaris, qui tractent.*

FVerunt aliqui Cingari tempore Mei Auditoratus capti, & carceribus mancipati opera Maſſariorum, & quandoque birruariorum, & ſoluta captura Baroncello fuerunt dimiſſi cum omnibus bonis, iniuncto præcepto pœnali de exeundo recto tramite à legatione, &
1 non ingrediendo amplius in eam, & non audiui, quod fuerint vnquam priuati bonis, quæ ſecum habebant.

De Zingaris, vide quæ dixi in antecedenti.
2 & vide quæ dicunt Martin. Magerus *de aduocatia armata cap. 8. à num. 70.* Fr. Io: Marquez *Gouernador Chriſtiano lib. 1. cap. 2. fol. 16.* Beſold. *theſau.*

theſau.pract.verbo.Zingari num. 6. Carena de de S. Offic. *par. 2. tit. 12. à num. 257.* Olano *in Paralipom.lib. 5.cap.5.tit.6.* Franc. de Cordoua in *Didaſcalia cap.5.* & Solarzan. qui hos refert *recopilation.tit.de diuerſos tractados diſcurſo politico ſopra lo Gitanos*; etenim apud hos habebis notitiam originis harum gentium, & pœnarum in eos in diuerſis Regnis ſtatutarum.

CAPITVLVM XXVII.

RVBRICA.

De' Ruffiani.

Sequitur Legiſlator agere de hominibus, & perſonis perditis, & ribaldis, qui neſciunt, ſeu potiùs nolunt in ſudore vultus quærere, & parare ſibi victum: nam in antecedenti capitulo pertractauit de otioſis, & vagabundis, & Cingaris, qui ex malis artibus viuunt: nunc agit de ijs, qui ex ſcortationibus, adulterijs, deflorationibus quæſtum, & victum ſibi parant.

§. I.

In oltre Sua Signoria Illuſtriſſima ſtatuiſce, che ſe alcuna perſona aſcendente, ò deſcendente dell' vno, ò dell'altro Seſſo, Fratello, Sorella, Marito, Zio, Zia ſarà ruffiana d'alcuna ſua attinente facendo, ò acconſentendo, ſia punita cón la pena della fruſtra, ò dell' eſſilio perpetuo da tutta la Legatione ſe ſarà Donna, ſe ſarà Huomo della galea per cinque anni, ó con pena più graue ad arbitrio di S. S. Illuſtriſsima.

SVMMARIVM.

1 *De Lenocinio tractant Doctores, qui hic referûtur.*
2 *Lenocinium eſt crimen graue.*
3 *Eſt grauius peccato meritorio hoc eſt illo, quo quis proprio corpore quaſtum facit.*
4 *Eſt grauius adulterio.*
5 *Lenones ex culpabili homicidio fiunt irregulares.*
6 *Lenocinium deſcribitur.*
7 *Committitur pluribus modis.*
8 *Corrumpendo animum, commodando domum, & operam etiam remotam præſtando.*
9 *Requirit pro cauſa formali, & conſtitutiua; quod fiat lucri cauſa.*
10 *Et lucrum non debet eſſe paruum, puta teſtonum.*
11 *Requirit effectum, hoc eſt copulam ſequutam.*
12 *Requirit reiterationem actus per duas vices.*
12 *Imò per tres vices.*
14 *Diſtingue.*
15 *Reijcitur diſtinctio à* Paſchalio.
16 *Sed hoc requiſitum improbatur à* Carpzonio, *tanquam contra leges.*
17 *Mediatio in lenocinio ad hoc vt reiterata dicatur, debet reſpicere plures perſonas, & non eaſdem num. 19.*
18 *Fornicationes plures inter eaſdem perſonas reducuntur ad vnum principium, & ſic pro vnica habentur.*
20 *Lenocinium in meretrice non eſt propriè lenocinium, de quo loquitur bannum.*
21 *Rubrica contra lenones comprehendit complices.*
22 *Et qui ſint, & dici poſſint complices.*
23 *Comprehendit minores.*
24 *Contrarium.*
25 *Remittitur arbitrio Iudicis.*
26 *Lenocinium diuiditur in quinque ſpecies.*
27 *Sed in quatuor ſpecies ſecundum bannimenta.*
28 *Prima eſt in commiſſo ab Aſcendentibus, & è contrà.*
29 *Secunda eſt in commiſſo à coniunctis collateraliter.*
30 *Tertia ſpecies eſt in commiſſo à marito.*
31 *Quarta ſpecies eſt in commiſſo ab extraneis.*
32 *Pœna mortis de Iure communi puniuntur Lenones in quauis ſpecie ſit lenocinium n. 40.*
33 *Reijcitur Don Franc. Ramos contrarium affirmans*
34 *Ponderantur verba* auth. de lenonibus n. 35.
36 *At vigore bannimentorum pœna triremium per quinquennium Viri, & fuſtigationis, vel exilij perpetui fœminæ plectuntur.*
37 *Lenones nunquam morte naturali affectos ait Gathofredus.*
38 *Et vſus Tribunalium eſt citra mortem punire.*
39 *Lenocinium commiſſum ab Aſcendentibus eſt ſceleratiſſimum, & impium, & grauius alio.*

41 *Et*

41 *Et quidam Pater leno filiæ fuit combuſtus.*

42 *Hodie tamen parentes diuerſimodè puniuntur ſemper citrà pœnam mortis.*

43 *Pœna fuſtigationis in patre lenone filiæ prorsùs irridenda.*

44 *Parentes lenones filiarum puniuntur eadem pœna, ſiuè proſtituant filias virgines, ſiuè viduas, ſiuè maritatas.*

45 *Et ſiuè naturales tantùm: ſiuè legitimat, & naturales ſimul.*

46 *Parentes proſtituentes filios maſculos ad patiendum muliebria puniuntur vltimo ſupplicio.*

47 *Lenocinantes verò, vt eum muliere concubant tenentur pœna bannimentorum.*

48 *Permittentes ſcortari, vel tollerantes, vt cum ancillis concumbant tenentur pœna extraordinaria.*

49 *Mater, quæ permiſit filio concubere cum ancillis fuit relegata ad tempus.*

50 *Parentes lenones nunquàm excuſantur in totum ſed benè à tanto in aliquibus caſibus.*

51 *Primo ſi non queſtus cauſa, ſed ex leuitate faciunt.*

52 *In dubio tamen præſumitur cauſa queſtus.*

53 *Ampliatur, ſi pratèr ſpem nihil lucrati ſint.*

54 *Secundo ſi non fuit ſequuta copula.*

55 *Tertio ſi ſemel tantùm fecerunt.*

56 *Requiruntur enim duo actus, & ſecundum aliquos tres actus.*

57 *Contrarium nempè, quod ſufficiat vnicus actus.*

58 *Et hæc contraria opinio eſt verior, quando agitur de lenocinio parentum.*

59 *Quarto ſi ſolùm conſenſerint filiæ vltrò ſe proſtituenti.*

60 *Dummodò non conſenſerint ob pecuniam receptã.*

61 *Et ita intelligenda ſunt bannimenta.*

62 *Quinto ſi fame oppreſſi filias proſtituerint.*

63 *Contrarium nempè, quod non excuſentur ex hoc*

64 *Expenduntur rationes vtriuſque opinionis.*
Conciliantur vt num 66.
Reijcitur conciliatio num.68.
Veritas eſt, quod excuſantur à tanto, & nõ à toto num.69.

65 *Lenocinium verum eſt illud, quod prouenit ex præfixione, & auiditate lucri.*

67 *Paupertas, quæ ſit, & quæ ſit neceſſitas, & differentia inter eas.*

70 *Frater proſtituens ſororem punitur vltimo ſupplicio de iure communi: idem de patruo, vel amita.*
Contrarium. num.71.

72 *Prima opinio eſt vera in terminis iuris communis.*

73 *Lenocinium commiſſum à marito dicitur omniũ turpiſſimum.*

74 *Et grauius eſt lenocinio extraneorum.*

75 *Et grauiſſimum, & nefandum dicitur à Paſchalio, qui reddit rationem.*

76 *Exigit de Iure pœnam mortis.*

77 *Sed ob frequentiam exigit pœnam arbitrariam, vbi non extant ſtatuta de hoc diſponentia,*
Improbatur hoc num.81.

78 *Leno Vxoris condemnatus, vt fuſtigaretur, mitratus, ab vxore, & deindè ad triremes per decennium tranſmitteretur.*

79 *Alia exempla punitionis referuntur, & nu.80.*

82 *Pœna fuſtigationis impoſita lenonibus vxorum dicitur eſſe gloria facinoris.*

83 *Bulla Sixti V. contra lenones non eſt recepta in praxi quoad pœnam vltimi ſupplicij.*
Et quare num.84.

85 *Mariti, qui patiuntur vxores adulterari puniuntur pœna triremium.*

86 *Item qui fingunt dormire, vt faciebant Gyppius, & Galba.*

87 *Et qui domi retinent adulterum, & qui admittunt Iuuenes in domum, in qua habitant cum vxoribus, & cum illis relinquunt ſolos.*

88 *Et illi, qui relinquunt iuuenes cum vxoribus ſub prætextu negotiorum, quæ ipſi mariti potuerant expedire.*

89 *Affinitas tamen, conſanguinitas, amicitia intrinſeca poteſt eos tanquam poſitos in bona fide excuſare.*

90 *Etiam ab omni pœna.*

91 *Verùm Mariti, qui fingunt dormire, & alia ſupra enarrata permittunt dicuntur eſſe in lenocinio præſumpto, & ideò non poſſunt condemnari, ſed ſolùm torqueri.*

92 *Mariti, qui ſciunt vxores ſe proſtituere, & tamen retinent abſque vindicta facti, vel iuris compræhenduntur in banno contra lenones.*

93 *Declara tamen, vt declarant Doctores citati.*

94 *Fallit ſecundùm Ioſephum Riccium in marito Catholico, qui tenetur reddere bonum pro malo.*

95 *Refutatur Riccius.*

96 *Declara dictam concluſionem.*

97 *Cautela pro marito ad effugiendam ſuſpicionem lenocinij.*

98 *Mariti accuſantes vxorem de adulterio deridentur.*

99 *Quod ex malitia humana prouenire dicit Mattheù.*

100 *Sed abſtineant à vindicta facti ob rationes relatas. & n.103.*

101 *Patri ſolùm permittitur occidere filiam adulteram.*

102 *Fratri non licet occidere ſororem adulteram.*
Intellige vt num.104.

105 *Delinquens calore iracundiæ debet mitiùs puniri.*

106 *Maritus occidens vxorem adulteram ex interuallo tenetur pœna ordinaria.*

107 *Incontinenti nempè in ipſa turpitudine tenetur pœna extraordinaria.*

108 *Laur. Matthæù commiſeratur maritorum conditionem.*

109 *Princeps poteſt marito occidenti ex interuallo pœnam ordinariam remittere, quia læſio honoris ſemper cor premit.*

110 *Ità practicatur Neapoli.*

111 *Laſciuia libidinoſa mulieris viri honeſti exiſtimationem contaminare non poteſt.*

112 *Mariti habent cauſam, & occaſionem condolendi de adulterio vxorum ob prolis incertitudinem, & etiam quia apud vulgus ſemper*

aliquid exiſtimationis, etiamſi ſint neſcij perdunt.

113 *Mariti occidentes vxores adhoc vt pœna ordinaria liberentur, debent probare adulterium.*

114 *Adulterium non probatur ex ſola inuentione vxoris cum viro in camera abſque aliquo actu Venereo.*

115 *Antonius della Vita, quia non probauit qualitatem adulterij ſufficienter ad impunitatem, fuit ob homicidium vxoris damnatus ad triremes.*

116 *Confeſſus qualificatè non poteſt condemnari in pęnam ordinariam.*

117 *Suſpicio mariti, quod vxor ſit adultera, non eximit eum occidentem à pœna ordinaria.*

118 *Mariti calor, & impetus facilè decernentis eſt refrænandus.*

119 *Mariti excuſantur à tanto, ſi ex lænocinio vxorum nullum lucrum recipiunt.*

Contrarium num.120.

Concilia vt num. 121.

122 *Mariti pro lænocinio vxoris ſemel admiſſo tenentur pęna ordinaria.*

123 *Si turpis quæſtus cauſa faciant.*

124 *Et cum effectu quæſtum faciant, nam ſi præter ſpem nihil lucrentur debent pęna extraordinaria plecti.*

125 *Excuſantur ab ordinaria pena, ſi ex lænocinio non ſit ſequutus effectus nempè copula carnalis*

126 *Etiam in terminis Bullæ Sixti V.*

127 *Lænones poſſunt tollerari, ſi ſolum meretrices proſtituant.*

128 *Lex, & alia diſpoſitio loquens de lænonibus reſtringitur ſecundum Duarenum ad eos, qui ſe ingerunt ad proſtituendum Virgines, & mulieres honeſtas.*

129 *Coitus cum meretrice etiam nupta eſt impunibilis.*

130 *Ità pari ratione debet eſſe impunitum lænocinium.*

131 *Meretrices expediunt Reipublicæ ad maiora mala euitanda.*

132 *Lænones expediunt Reipublicæ ad maiora ſcandala euitanda.*

133 *Verùm dic, quod Lænones meretricum non debent euitare omnem pœnam.*

Aſſignatur ratio num.134.

135 *Fuſtigatio eſt pęna propria, & ſolita imponi lænonibus.*

136 *Lænones in Hiſpania vncti melle, & plumis veſtiti cum mitra infami flagellantur.*

137 *Et quare mitra in hoc crimine adhibeatur.*

138 *Lænones poſtquam fuſtigati ſunt debent etiam expelli tanquam peſtiferi, & nefarij homines.*

139 *Bannum imponens pœnam triremium non comprębendit mulieres.*

140 *Arbitrium reſeruatum contra lænones extendendum vſque ad mortem naturalem, quando agitur de parentibus, & maritis.*

141 *Non tamen in terminis bannimentorum.*

142 *Lænones ſunt infames, à teſtimonio repelluntur, feuda amittunt.*

143 *Pacta, & conuentiones inter lænones, & puellas proſtitutas non valent.*

DE Crimine lænocinij eſt text. in *auth. de lænon. in l. 1. §. qui puero ff. de extraord. crim. in l. atletas §. prætor ait ff. de his qui not. infam. & in l. palam §. ſiqua ff. de ritu nuptiar. & l. lænones C. de ſpectacul. lib. 11. & l. ſi lænones C. de Epiſc. aud. & in Concilio generali 6. in Trullo can. 86. & in Concilio Illiberiano can. 12. & in iure nouo Pontificio in Bulla* ſa. me. Pauli IV. in *ord.* 18. & ſa. me. Sixti V. in *ord.* 46. quam nouiſſimè renouauit ſa. me. Innoc. XI. & de eodẽ crimine
1 agunt Farin. *qu.* 144. *per tot.* Peguer. *crim. dec.* 15. Caball. *crim. reſol.* 171. Rouit. & Nouar. in *pragm. de lænon.* Paſchal. *de patr. poteſt. part.* 2. *cap.* 10. Matth. Berlich. *pract. concl.* 40. *par.* 5. Carpzou. *pract. crim. par.* 2. *qu.* 71. Gomez. *ad leges Tauri leg.* 80. *num.* 73. & 74. Garon. *ad nouas conſtit. Mediolan. lib.* 4. *tit.* 6. *art.* 33. *de pœnis, & tit.* 15. *artic.* 8 *de meretricib. & lænon.* Scanarol. *de viſit. carcer. lib.* 1. §. 3. *cap.* 5. D. Zacchia *de Salario qu.* 73. *per tot.* Chryſtophor. Cruſius *de indicijs delict. ſpecial. par.* 2. *cap.* 16. & *cap.* 17. Ludou. Gilhauſen. *arbor. Iudic. crim. cap.* 11. *tit.* 20. *de lænocin. per tot.* Chriſtinæus, Guttierez, Giballin. Manara *loc. relatis* à D. Sabello in *ſumma* §. *lænocinium num.* 1. & alij paſſim in diſcurſu citandi.

Etymologia deducitur à verbo lenire, ſiue illicere, vt ex D. Iſydoro, & Feſto inquit Don Franc. de Ramos *ad leg. Iuliam, & Papiam lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 1. nam lænones dicuntur eſſe quaſi conciliatores ſtupri eo, quod mentes miſerorum blandiant, & læniendo ſeducant, vt ſubdit Ramos *ibid.*

2 Eſt crimen graue, horrendum, deteſtabile, peſtiferum, & magnopere legibus exoſum, vt habetur in *d. auth. de lænonibus*, & penès Farin. *d. qu.* 144. *num.* 1. Paſchal. *d. cap.* 10. *nu.* 22. Nouar. *pragm.* 1. *collect.* 2. *num.* 10. Scanarol. *d. cap.* 5. *num.* 5. & *ſeqq.* & Iodoch. *pract. crim. cap.* 91. *num.* 1. Carpzou. *loc. cit. qu.* 71. *num.* 1. Maiol. *de irregular. lib.* 5. *cap.* 41. *num.* 1. Gilhauſen. *arbor. iudic. crim. cap.* 11. *tit.* 20. *num.* 1. Cortiada *deciſ.* 89. *num.* 94. Don Franc. Ramos *ad leg. Iuliam, & Papiam lib.* 3. *cap.* 12. *per tot. & ſignanter nu.* 4.

Et eſt grauius ipſo peccato meritorio, hoc
3 eſt illo, quo quis proprio corpore quęſtum facit, vt ex Angel. Aretin. Tholoſan. Peguer. Farin. & Foller. dicit Carpzou. *loc. cit. num.* 3. nam vt peccatum meritorium ſpeciale eſt, & ex vnius fœminæ libidinoſo amore naſcitur, ita lenocinium generale eſt, & plures ad ſuam libidinem explendam quęſtus gratia perducit, vt formalibus verbis dicit Iodoch. *pract. crim. cap.* 91. *num.* 2. & eſt grauius adulte-
4 rio, vt ait Farin. *d. quæſt.* 144. *num.* 11. nam adulter ſolum in ſe delinquit: at lęno in ſe, & in alium, vt ex gloſ. Bart. Angel. Odofr. & alijs proſequitur Farin. *ibid.* quibus adden. Cherubin. *compend. Bullar. in* 2. *ſcholio* ad dictã Bullam

ſam ſan.mem. Pauli IV. in *ordine* 18. & mul-
torum malorum, & homicidiorum cauſam
5 eſſe firmat Maiolus *de irregul. lib.* 5. *cap.* 41.
*num.*1. & propterea lęnones ex culpabili ho-
micidio fieri irregulares, fieri infames, & ab
ordinibus quibuſcumqne excludi, ex gloſa
in *cap. ſi cuius diſt.*34. & tex. in *cap. ſicut* 32.
*quæſt.*1.*aſſerit* Maiol.*ibid.*
6 Et poteſt diffiniri, ſeù potius deſcribi cum
Iodoch. *pract.crim.cap.*91. *num.*1. & Carpzou.
*pract. crim. par.*2. *quæſt.*71. *num.*1. vt ſit nefa-
rium ſcelus, quo quis ex publicis ſcortationi-
bus, ex adulterijs, ex deflorationibus, aut ex
fornicationibus ſibi quęſtum facit, non qui-
dem proprio corpore, ſed virgines, mulieres,
matronas, aliorum vxores, aut meretrices
huius quæſtus gratia ad actum venereum, aut
publicè, aut occulte pellicens, vel etiam ad
hoc priuatim domi alens, & ex eo meritorio
7 quæſtu viuens: & pluribus modis committi
inquiunt Maiol. *de irregularitate lib.*5. *cap.*14.
*num.*1. & Dominus Zacchia *de ſalario par.*2.
*quæſt.*73. *num.*1. *& ſeqq.* Seducendo ſcilicèt,
8 et corrumpendo animos, et mentes mulie-
rum, vel puerorum: præſtando domum, et
locum aptum ad committendum, ſeù tra-
ctandum carnale crimen: imo operas etiam
remotas præſtando, vt videre eſt penes
eoſdem.

Sed plura debent concurrere ad conſtituen-
dum, et formandum verum, et proprium lę-
nocinium.

Primò requiritur, quod lęnocinium ſit
9 commiſſum quęſtus, et lucri cauſa; euincitur
enim quęſtum eſſe cauſam formalem, et con-
ſtitutiuam lęnocinij, vt aduertunt Farinac.
*quæſt.*144.*num.*39. Iodoch. *pract. crim. quæſt.*
91.*num.*5. Peguer. *decif.crim.*15.*n.*7. Mouald.
*conſ.*55.*num.*21.*lib.*1. Carpzou.*d.quæſt.*71. *nu.*
36. Gilhauſen. *arb.Iudic. crim. cap.*11. *tit.*20.
num. 4. Azeuedo *recopil. lib.*8. *tit.*19. *leg.* 2.
*num.*13. Menoch.*cap.*534.*num.*8. Berlich.*con-
cluſ.*40.*num.*72. *par.*5. Scappa *de iure non ſcri-
pto rub. de lęnon. num.*148. *in princ. lib.* 5. Pa-
ſchal.*de patr.poteſt. par.*2.*cap.*10. *nu.*12. et Ga-
ron.*ad nouas conſtit.Mediol.lib.*4.*tit.*6.*de pœnis
art.*33. *num.*4. Capibl. *de Baron. par.*2. *cap.*29.
*num.*3. et Dominus Lanfranch. Zacchia *de ſa-
lario d.quæſt.*73.*num.*8. qui ait, quod lęnonis
nomen non conuenit illi, qui gratis ſuas ope-
10 ras præſtat: et lucrum non debet eſſe paruum,
puta teſtonum, vt dicit Ciazzius *ad defenſ.
Reor.diſcept.*36.*nu.*31. et debet præfigi ex pa-
cto, nam Vrbanitas mulieris, vel viri aliquos
teſtonos dantis non conſtituit crimen lęnoci-
nij ex ijs, quæ dicam *infra* §. 1. *num.* 23. 24.
25. 37.

Secundò requiritur, quod ex lęnocinio ſe-
11 quatur effectus, vt reprobatis Foller. Iodoch.
& Bertazolo dicunt Farinac. *dict. quæſt.* 144.
*num.*33. Caball.*crim.reſol.*171.*nu.*15. Menoch.
*dict.caſ.*534.*num.*48. Nouar.*pragmat.*1.*collect.*
7.*num.*17. *de lænon.* Paſchal.*dict.cap.*10.*nu*.21.
Berlich. *d. concluſ.*40. *num.*75. Carpzou. *dict.
quæſt.*71.*num.*47.*& ſeqq.*

Tertiò requiritur, quod lęnocinium ſit
12 commiſſum ſaltem per duas vices, Peguer.
*d.decif.*15.*nu.*11. Beluiſ.*pract.crim.tit.de lænon.
num.*14. Iodoch. *eod. tit. num.* 6. Gilhauſen.
*arb.iudic.crim.cap.*11.*tit.*20.*num.*4. Franch. *de-
ciſ.*68.*num.*1.*& ſeqq.* Caball.*d.reſol.*171.*nu.*12.
13 Imò tres actus eſſe neceſſarios dicit cum Zac-
chia *de ſalario quæſt.*73.*num.*6. Carol. Ant. de
Luca in *addit.* ad Vinc.de Franch. *d. decif.*68.
*num.*21. & D.Sabell. *pract. vniuerſ.* §. *ruffiani
num.*4. *& in ſumma d.*§. *lęnocinium num.*1.*&* 2.

Aliqui diſtingunt inter lænocinium fa-
14 ctum ob quęſtum, & illud factum ſine quę-
ſtu adhoc, vt *primò* caſu vnicus actus ſufficiat,
& *ſecundò* requiratur actus reiteratio.

Sed Paſchal. *de patr. poteſt. par.*2. *cap.* 10.
*num.*23. indiſtinctè vult, quod vnicus actus
15 ſiuè cum quęſtu, ſiuè ſine quęſtu non ſuffi-
ciat, & eum ſequitur de Luca ad Vinc. de
Franch. *decif.*68. *num.*1. At Carpzou. *pract.*
16 *crim.par.*2.*quæſt.*71. *num.*73. dicit, quod iura
generalitèr loquuntur, & lęnones indifferen-
ter, & abſque reſpectu, an ſemel, bis, vel plu-
ries deliquerint, puniri iubent: Et hanc opi-
nionem tenendam eſſe puto, dummodò con-
currant ſupradicta requiſita, quæ, vt dixi, ne-
ceſſario debent interuenire ad conſtituendum
verum lęnocinium, de quo leges loquuntur.

Quatenus tamen placeat opinio eorum, qui
reiterationem actuum exigunt poterit tunc
17 attentari, quod reiteratio non ſit conſidera-
bilis, ſi mediatio fuerit pluries adhibita vni,
eidemque viro, & mulieri, quia continuatio
18 fornicationis inter eaſdem perſonas habetur
pro vnica fornicatione, & omnes illi coitus
habentur quoad mundum prò vno, nam om-
nes ad principium reducuntur, Couar. *var.re-
ſol. cap.* 10.*num.*8. Maſtrill. *decif.*218.*num.* 6.
& Angel.de Caſtro *conſ.crim.diuerſ.*94.*num.*9.
*lib.*1.*in paruis*: Vnde pragmatica Regni Nea-
19 politani requirit, quod ſaltem duæ mulieres
fuerint proſtitutæ opera eiuſdem lęnonis, vt
inquit Viuius *decif.*183.*num.*2.

Quartò requiritur, quod proſtituta fuerit
virgo, vel alia mulier honeſta, nam ſi ſit me-
20 retrix, intrat ſolùm pœna extraordinaria, vt
ex Duareno, Menoch. Berlich. dicam infrà §.
1.*nu.*101. quibus addo D.Sabellum in *ſumma*
§. *lęnocinium nu.*2. *verſ.tria requiruntur*; *& in
pract.*§.*ruffiani num.*7.
21 Sed an compræhendantur complices? affir-
mant Nouar. *pragm.*1.*collect.*2.*num.*14. *tit.de
lęnon.* Caball. *crim.reſol.*171. *num.*5. Paſchal.
*d.cap.*10.*num.*19.*& ſeq.* Farin.*quæſt.*144.*num.*
30. Iodoch. *pract.crim. cap.*91. *num.*7. Berlich.
*concl.*40.*num.*71. ideò compræhenduntur illi,
22 qui arte, & fallacijs parentes, ſeù maritum
extrà domum producunt, & retinent adhoc,
vt alius commodè poſſit adulterium commit-
tere, vt dicunt Nouar. & Paſchal. *loc. citat.* &
compræhenduntur illi, qui domum ad hoc

accomodant, vt ex tex. in *l.auxilium ff. de mi-
nor.& l.qui domum ff.de adulter.* Beluiſ. & Fa-
rin. inquit Berlich. *d.concluſ.40. num.68.*& ge-
neraliter compræhenduntur omnes illi, qui
conſilio, fauore, ope, & conſenſu cooperan-
tur ad peccatum, vt ex Iodoch. Caball. Farin.
& alijs inquit Berlich. *ibid.num.71.* intellige
tamen prædicta eſſe vera, dummodo concur-
rant requiſita, de quibus *ſupra*.
23 Et an minores comprætendantur? affirmat
Nouar. *loc.cit. num.9. & ſeq.* dummodò ſint
24 doli capaces: negant verò Menoch. *caſ.534.
num.3.* & Berlich. *d.concl.40. num.70.* & fun-
dant ſe in tex. in *l.auxilium §.fin.ff.de minor.* at
Farin. *quæſt.144. num.32.* dicit non excuſari
in totum, ſed pœnam eſſe minorandam in
aliqua parte, & Paſchal. *de patria poteſt.par.2.*
25 *cap.10. num.22.* remittit totum ad arbitrium
Iudicis, qui attentis qualitatibus facti, & cir-
cumſtantiarũ poterit, vel non excuſare mino-
rem doli capacem. Vide Matthæũ *de regim.
Regni Valent.tom.1.cap.8.§.8.nu.194.* Pegner.
crim.deciſ.15. Picchar. in *manuduct.ad prax.par.
3. §.4.num.77.& 78.* & remiſſiuè ad hos Cor-
tida *deciſ.89.num.96.*

Crimen lenocinij ſecundum Molin. *tom.4.
tract.3.diſp.97. num.1.* & Benedict. Pereyra in
Elucidario num.908. diuiditur in quinque
26 ſpecies, ſeù genera: in *primo*, inquiunt, ſunt,
qui circa ſuas proprias vxores lenocinium
exercent: in *ſecundò*, qui lenocinium exer-
cent circà fœminas, quæ in loco publico de-
gunt, participando de illarum lucro: in *tertiò*,
qui lenocinium exercent circa eas, quæ in
domibus priuatis ſunt: in *quartò*, qui leno-
cinium exercent circà eas, quas ipſi in ipſo-
rum domibus habent, ſiue ancillas, ſiue libe-
ras: in *quintò*, qui domum exhibent fornicari
ibi volentibus. Meliùs tamen ad propoſitum
27 fori iudicialis illud per noſtra bannimenta
diuiditur in quatuor ſpecies; *prima* eſt, quan-
28 dò committitur ab aſcendentibus in deſcen-
29 dentes, vel è contra; *ſecunda* ſpecies eſt quan-
dò committitur à coniunctis collateraliter,
30 vel aliter inter ſe attinentes; *tertia* ſpecies eſt
quandò committitur à marito in propriam
31 vxorem: *quarta* ſpecies eſt, quandò commit-
titur à perſona prorſus extranea: & licèt Im-
perator in §. *praeconizzamus auth.de lenonibus*
has quatuor ſpecies lenocinij quoad pœnam
32 mortis æquiparet, vt ex gloſ. Beluiſ. Plach.
Iodoch. Foller. Clar. & Tholoſ. firmat Carp-
zou. *pract.crim.par.2.quæſt.71.num.9.* Berlich.
practicabil. concl.40.nu.6.& n.56.& 59. par.5.
Farinac. *quæſt.144.num.9.* Gilhauſen. *arbor. iu-
dic.crim.cap.11. tit.20.num.3.* noluit enim Im-
perator *Iuſ ff.* in aliquo innouare circà leno-
nes, nam cum eſſet in iure antiquo ſancita pę-
na vltimi ſupplicij *l.2.§.2.l.8.l.29.§.33. §.fin.
ff. ad l.Iul.de adulter. l.ſi lenones C. de Epiſcop.
audient.leg.6.C.de ſpectacul.* eandem pœnam
vltimi ſupplicij expreſsit Imperator in *auth.de
lenonibus*, vt intelligeretur iure antiquo ſta-
tutam lenocinij pœnam in ſuo vigore reli-
ctam eſſe, vt conſiderat Cruſius *d. cap.16. n.8.
& 9.* & Cherub. *2.ſcolio ad Bullam* 18. ſanct.
mem. Pauli IV. quicquid in contrarium dicat
33 D. Franc. Ramos *ad legem Iuliam, & Papiam
lib.3. cap.12. num.6. verſ.in diſputanda tamen*,
vbi ait quod Iuſtinianus Imperator in *d.auth.
de lenonibus* nomine nouiſſimi ſupplicij non
deſignauit mortem, ſed pœnam capitalem
exilij, vel deportationis, & adhoc ponderat
34 verba, quæ ſubſequuntur in *d.auth.* ibi *in cor-
pore ſupplicium ſuſtinebit, & à Magna hac lon-
giſſimè Ciuitate expelletur*, & ſubdit Iuſtinianum
d.Auth. deſumpſiſſe ex *Nouella* Theodoſij Im-
perat. *de lenonibus*, in qua indicitur pœna exi-
lij, vel metallis publicis addictionis; ſiquidem
eius conſideratio non poteſt ſubſiſtere, quia
Iuſtinian. *in princ. d. auth.* profitetur auxiſſe
pœnas hactenus inſtitutas ab Anteceſſoribus
35 pro hoc ſcelere, vt apparet ex verbis: *Nos au-
tem dudum poſita contra eos, qui ſic impiè agunt,
ſupplicia auximus*. Nec verba ponderata à
Ramos faciunt in contrarium, vel quia ſunt
intelligenda, vt compræhendant contrauen-
tionem factam cum ſola, & nuda pactione, &
cautione ex parte mulieris data de non rece-
dendo, & ſic habent relationem ad ſolum
attentatum, vt denotant verba illa -- *Si quis
autem conſcriptionem de cætero in talibus præ-
ſumpſerit, aut fideiuſſorem acceperit, ſciat nullam
quidem ſe vtilitatem huiuſmodi fideiuſſionis, aut
conſcriptionis habere: etenim fideiuſſor quidem
obligatus non erit, conſcriptio verò omninò inua-
lida manebit, & ipſe ſicut prædiximus in corpo-
re ſupplicium ſuſtinebit, & à Magna hac longiſ-
ſimè Ciuitate expelletur.*

Vel quia, vt inquit gloſa *ibid.* verbo *expel-
letur*, ſunt intelligenda in caſu fugæ, & con-
tumaciæ delinquentis: nam ſi non inuenitur,
hoc eſt non incarceretur, ponendus eſt in
bannum: ſed inuentus punitur ad mortem.
Nihilominus hic Legiſlator mitiùs agendo
36 aduerſus lenones in tribus primis ſpeciebus
æqualem pœnam triremium per quinquen-
nium quoad maſculos, & fuſtigationis, vel
exilij perpetui quoad fœminas indixit, &
contra lenones extranearum mulierum cate-
næ infamis, & ſcutorum 200. & contra lenas
catenæ infamis, & exilij pœnam edixit: &
quidem ità ſtatuit, non quia potuit aſſentiri
37 Gothofredo dicenti in *d.auth.de lenonib.* num-
quam lenones morte naturali affectos, vt Go-
thofred. ſic dicentem refert Cruſius *loc.cit.
num.9.* ſed benè quia voluit ſe, & ſuam legem
accomodare praxi Tribunalium, nam pœna
38 vltimi ſupplicij in lænones in vſu eſſe deſijt,
vt teſtantur Clar. *quæſt.68.num.23.* Cherubin.
in *compend.Bullar.in ſcholio 2. ad Bullam* ſanct.
mem. Pauli IV. in *ord.18.* qui ait quod debet
hoc mirum videri, Gilhauſen. *arb.Iudic.crim.
cap.11.tit.0. num.4.in fine* Peguer. *crim.deciſ.
15.num.13.& 14.* Caball. *crim. reſol.171. num.
6.& 7.* & Cortiada *deciſ.89.num.97*, vbi di-
cit,

Digitized by Google

tit, quod lęnones fuſtigantur cum mitra, vel
banniuntur à Vicaria commiſſi delicti ad
triennium, vel quinquennium, & ſi ſit mater,
quæ facit lęnocinium in filiam, bannitur à to-
to Principatu per quinquennium, & refert
caſus penes eum ita terminatos, & deciſos, &
Caball. *loc.cit.num.9.* ait maritos, ſeù paren-
tes lęnones ex conſuetudine fuſtigari, & ad
triremes traſmitti ad tempus, vel in perpe-
tuum; & ità exequutum dicit etiam D.Sabell.
in *d.§.lęnocinium num.29.* & ideò Farin.*quæſt.*
144. *num.*12. dicit hodiè pœnam eſſe arbitra-
riam, & Farinacium ſic dicentem ſequitur D.
Franc.Ramos *d.cap.12.num.*7. qui plures alle-
gat concordantes, & ſignanter Vela *de pœnis*
delictor.cap.20. Guttierez *de delict. quæſt.149.*
num.14. Gomeſ. *ad leg. Tauri leg.80. num.73.*
Azeuedo *recopil.lib.8.tit.11.leg.4.& 5.*

Aſcendente, ò Deſcendente.

De hac prima ſpecie lęnocinij loquentes
Doctores exagerant eius grauitatem, dicendo
39 eſſe crimen ſceleratiſſimum, & impium, &
multò grauiùs quouis alio lænocinio, vt per
tex. in *l.mariti lænocinium §.qui quæſtum, ff. ad*
ad leg.Iul.de adult. inquiunt Caball.*crim. reſol.*
171.*num.8.*Farin.*qu.144.num.52.*Carpz.*d. qu.*
*71.nu.6.*Berlich. *d.concl.40. num.6.*& Paſchal.
de patr.poteſt.par.2.cap.16.num.2. & propterea
videtur, quod ſit mitis pœna triremium quoad
Viros, & fuſtigationis, vel exilij perpetui
quoad mulieres, nam vt dixi *ſupra* per tex. in
§.præconizzamus auth.de lænon. indicitur con-
tra eoſdem pœna vltimi ſupplicij, quod fir-
40 mant etiam vltra Doctores citatos Caball.
*d.reſol.171.n.8.*Garon.ad *nou.Conſtit. Mediol.*
lib.4.tit.de pœn. art.33.num.5.& Paſchal. *de*
patria poteſt.par.2.cap.10. nu.2.& Foller.*pract.*
crim.verbo quod fuit læno num.8. refert fuiſſe
41 combuſtum quemdam Patrem lænonem ſuæ
Filiæ.

Videtur tamen pœna hic ſtatuta eſſe con-
formis pœnæ, quam citra mortem ſolent
Tribunalia imponere contra Parentes læno-
nes filiarum, ſi quidem teſtatur Farin. *qu.144.*
42 *num.60.& ſeqq.* fuiſſe huiuſmodi filiarum lę-
nones quandoque fuſtigatos, quandoque poſt
fuſtigationem, vel ductionem ſuper Aſinum
fuiſſe in exilium miſſos: & quandoque vltra
fuſtigationem, vel ductionem ſuper Aſinum
fuiſſe miſſos ad triremes ad tempus, vel in
perpetuum, & citat Corrad. *rub. de lænonibus*
num.91.& Caball.*crim.reſol.171.num.8.& ſeq.*
& multos ſic tenentes referunt Berlich.*d.concl.*
*40.num.4.par.5.*Carpzou. *pract.crim.par.2.qu.*
71.num.7. qui hoc improbant prout improbat
43 etiam Gomez *ad l. Tauri d. l.80. num.73.* qui
dicit, quod pœna fuſtigationis pro tali nefan-
do crimine eſt prorſus irridenda.

Quæro primò, an ſit faciendum diſcrimen
inter parentes proſtituentes filiam virginem,
& eos, qui proſtituunt Viduam, vel Marita-
44 tam? Dic quod non, vt in terminis Iuris com-
munis dicunt Menoch.*de arbitr.caſ.534.nu.10.*
Peguer.*dec.15.num.16.*Berlich.*d.concl.40.n.10.*
par.5.& in terminis particularis conſtitutionis
Affl.in *Conſt.Regni par.3. rub. 45.* & Farin. *qu.*
144.num.95.

Quæro ſecundo, an ſit faciendum diſcri-
men inter proſtituentes filias naturales tan-
tùm, & proſtituentes eas, quæ ſunt legitimæ,
& naturales? Dic pariter, quod non cum Me-
45 noch.*d.caſ.534.num.9.*Afflict. *d.rub.45.*Farin.
*d.qu.144.num.64.*Berlich.*d. concl.40. num.11.*
& Peguer.*d.deciſ.15. num.16.* qui reddit ratio-
nem, quia filia naturalis ita ſanguine coniun-
cta eſt parentibus, ſicut legitimè nata, & etiam
quia parentes propter reuerentiam, quam eis
naturales filij præſtare tenentur *l. parentes ff.de*
in ius vocan. debent tueri, & conſeruare filia-
rum naturalium honeſtatem.

Quæro tertiò, an ſaltem ſit faciendum diſ-
crimen inter proſtituentes filias fœminas, &
eos, qui proſtituunt maſculos? Dic, quod
46 quando proſtituunt maſculos ad muliebria
patiendum, debent ipſi parentes, ſicut omnes
alij lænones vltimo ſupplicio puniri iuxta tex.
in *l.1.§.fin.ff.de var.& extraordin.crim.*Caball.
*reſol.284.per tot.*quādo verò nō proſtituunt ad
patiendum, ſed benè ad agendum cum aliqua
47 muliere, debent pœna bannimentorum puni-
ri, quia iſto caſu intrat lænocinium, quod ha-
bet locum, ſiue fiat ad inſtantiam Viri, ſiuè ad
Inſtantiam mulieris, vt de ſe patet, & quidem
aggrauatum ex qualitate paternitatis, quia
tàm filiarum, quàm filiorum honeſtatem tue-
ri tenentur, vt innuit Peguer *d.dec.15.num.16.*
quod ſi non inducant eos ad peccandum, ſed
48 conniuentibus oculis permittunt, filios ſcorta-
ri, vel tollerant, quod cum ancillis concubant,
& tunc non tenentur pœna bannimentorum,
ſed alia extraordinaria, vt aduertit Carpzou.
pract.crim.par.2.qu.71. num.14.& ſeqq. vbi re-
49 fert matri permittenti filium cum ancillis
concubere, fuiſſe indictam relegationem ad
tempus, & faciunt quæ dictam *inferius n.31.*

Quæro quarto, an Parentes poſſint aliquo
50 modo excuſari à pœna? dic quod nunquam
in totum excuſantur, ſed benè à pœna ordi-
naria Iuris communis, ſeu ab illa in banni-
mentis ſtatuta eximuntur in pluribus ca-
ſibus.

Primo quando non quæſtus cauſa, ſed ex
51 aliqua leuitate filias proſtituunt, vt per tex. in
*auth.de lænonib.*Menoch.&Farin.dicit Berlich.
*pract.concl.40.nu.16.& 17.par.5.*qui ait, quod
in dubio non ex leuitate, ſed quæſtus cauſa
52 proſtitutæ cenſentur, quia in dubio lænocinia
quæſtuaria præſumuntur, ad tex. in *l. athletas*
§.ait Prætor.ff.de his, qui not.infam. & in l. pa-
lam §. lænocinium ff. de ritu nupt. & hoc eſt ve-
rum etiam quando Parèns proſtituit ex cauſa
53 quæſtus, ſed præter ſpem nihil prorſus lucra-
tus inde fuit, prout deciſum refert Carpzou.
d.tit.

Digitized by Google

*diſt. quæſt.71.num.52.*qui loquitur in terminis
conſtitutionis requirentis lucrum, & effectum
lucri.

Secundò quando non fuit ſequutus effe-
54 ctus, nempè copula carnalis, puta, quia fi-
liam ſollicitauerint ad ſtuprum, ſed inducere
eam non potuerint ad peccatum, ratione
enim euentus, & effectus non ſequuti debent
excuſari, vt per tex. in *l.1.§.qui Puero ff. de*
extraord.crim. & Farin.Corrad.Afflict. Foller.
Menoch.& Caball.inquit Carpzou. *diſt. q.71.*
num. 47. ſiquidem de generali conſuetudine
conatus hodie non punitur, vt pluribus cita-
tis Doctoribus ratiocinatur Carpzou.*ibidem*
num. 48.

Tertiò quando ſemel tantum lænocinium
55 in filiam fecerint; etenim requiritur, quod
56 ſaltem per duas vices hoc fecerint Peguer.
*crim.dec.15.num.*11. Vinc.de Franc.*dec.68.n.7.*
& Caball.*crim.reſol.*171.*num.*12. imò tres actus
neceſſarios eſſe autumit cum Zacchia *de ſalu-*
*rio q.63.*Carol.Ant.de Luca ad Vinc.de Franc.
dict.deciſ.68.num.2.& D.Sabell. *pract. vniuer-*
ſal.§.ruffiani num.4. Verum contrarium, quod
57 ſcilicet ſufficiat vnicus actus, volunt Berlich.
*dict.concl.40.num.77.part.5.*Carpzon. *dict.qu.*
71. num. 73. Rebuff. in *leg.lænones Cod. de ſpe-*
ctacul.lib.11.

58 Et hæc contraria opinio eſt verior, vt dixi
in *principio huius capit.num* 16.præſertim con-
tra parentes lænones, vt explicat Garon. *ad*
nouas Conſtit.Mediol.lib.4. tit.15. de meretricib.
& lænon.art.8.num.8.num.6.& Carpzou. *d.qu.*
71.num.19.& 20.vbi, quod non reperitur iure
cautum, quod in parentibus requiratur reite-
ratio actuum.

59 Quarto quando Parentes ſolùm conſenſerint
filiæ vltro ſe proſtituenti, etenim iſto caſu ſi-
cut non intrat propriè nomen lænocinij, ità
nec pœna vindicat ſibi locum, vt notant Af-
flict.*Conſtit.Regni lib.3.rub.45.num.3.*Menoch.
*caſ.534.num.12.*Farin.*qu. 144.num.68.* Otero
par.3.diſput.Iur.qu.6.num.6. & his relatis Ga-
ron.*ad nouas Conſtit. Mediol.lib.4.tit.6.de pœnis*
art.33.num. 3. addo Paſchal. *de patria poteſtat.*
*part.2.cap.10.num.7.*Salyc.*in l. crimen.num.3.*
*Cod.ad leg.Iul.de adulter.*Berlich.*dict.concl.40.*
*num.19.par.5.*nàm minùs eſt conſentire forni-
cationi filiæ, quam recipere pecuniam pro
tradenda filia ad luxuriandum, vt benè aduer-
tit Afflict.*d.num.3.*& ſequitur Farin. *d.num.68.*

60 Quod eſt verum, ſi parentes nulla recepta
pecunia conſentiant, alias ſecus, vt explicat
Farin.*loc.cit. num.68.*& allegat Afflict.& Me-
noch. vigore tamen bannimentorum contra-
rium dicendum eſſe videtur, quia expreſsè ca-
uetur, quod in Conſtitutionem incidant, ſi ſo-
lùm conſenſerint, ibi *facendo, ò acconſentendo* :
Sed ſupplet addendo verba *mediante pecunia*,
61 ſiquidem bannimenta in locutione, & oratio-
ne obſcurâ debent recipere interpretatio-
nem, quam recipit Ius commune *vulgatis Iu-*

62 Quinto quando Parentes fame oppreſſi fi-
lias proſtituerunt, videntur enim coacti, & in-
uiti ad talem crudelem actum acceſſiſſe, di-
cente Petrarca in eis rithmis.

El' Ponerel digiuno
Viene ad atto tal' hor, che in altro ſtato
In altrui hauria biaſmato.

ideò excuſandos aſſerunt Menoch. *caſ. 534.*
num.14. Farinac. *quæſt.144.num.67.* Paſchal.
de patria poteſtat. part. 2. cap.10. num.6. No-
uar. *pragmatic. 1. collect. 2. num. 10. tit. de*
lænon.

63 At contrarium voluit Peguer. *crim. dec.15.*
num.16. in addit. Lucas de Penna *in l. lænones*
num.7.Cod.de ſpectacul. lib.11. & ſequitur Ga-
ron. *d.art.33.num.4.*ſed iſte potiùs rationem,
quam dictum aſſirmantium improbat, etenim
cum præfati Doctores dicant excuſari ęquè ac
excuſatur is, qui ob neceſſitatem furatur; reſ-
pondet illationem eſſe valdè diſſimilem, quia
res penes diuitem exiſtens efficitur communis
64 cum illo egeno ob obligationem, quam ha-
bet diues, ſubueniendi egeno, & concludit
excuſari debere potiùs, quia ceſſat ratio, quæ
facit, vt proſtitutio dicatur lænocinium, quæ-
ſtus nimirum proſequutio, ſi enim id facit ne-
ceſſitate cogente, ceſſat voluntas faciendi quę-
ſtum, & rationem Garoni eſſe magis pro-
priam, euincitur ex regula, quod ad conſti-
65 tuendam qualitatem lænocinij, neceſſaria ſit
præfixio, & auiditas lucri, & vt vtar præciſis
verbis aliquorum Doctorum, requiritur, quod
proſtituens ex eius vita nefaria, & auaritia
quæſtum huiuſmodi faciat, vt inquit Iodoch.
*pract.crim.quæſt.91.num.5.*Peguer. *dec.15. n.12.*
Farin.*qu.144.num.17.*Beluiſ.*pract.crim.tit. de*
lænoc.num.14. Scappa *de iure non ſcripto rub.de*
lęnon. cap. 148. in princip. lib. 1. Franc. Mo-
nald. *conſil. 55. num. 21.lib. 1.* quem ſupra
retuli.

66 Alij conciliant has diſſidentes inter ſe opi-
niones, dicendo, quod opinio affirmatiua
procedat, quando parentes ſunt verè fame
opreſſi, hoc eſt quando laborant inopia, & ne-
ceſſitate præciſa: opinio verò negatiua proce-
dat, quando parentes ſunt ſolùm pauperes,
Menoch.*de arbitr. caſ.534.num. 14.* Farin. *dict.*
*quæſt.144. num.67.*Viu. *deciſ.454.* & Menoch.
*ibid.*explicat, quæ in propoſito dicatur pau-
67 pertas, & quæ neceſſitas, & hoc idem expli-
cat paucis verbis arguriſſimus Martialis *lib.11.*
Epigram. 33.

Nec toga, nec focus, nec tritus cimice
lectus.
Nec tibi de bibula ſarta palude teges.
Nec puer, aut ſenior, nulla eſt ancilla, nec
infans.
Nec ſera, nec clauis, nec canis, atque
calix.
Tu tamen affectas Neſtor dici, atque vi-
deri
Pauper, & in Populo, quæris habere lo-

Men-

Mentiris, vanoque tibi blandiris honore.
Non eſt paupertas, Neſtor, habere nihil.

68 Sed contra hanc conciliationem inſurgit
nouiſſimè Berlich. *pract.concl.*40.*num.*21.*par.*
5.& tenet abſolute, quod parentibus non li-
cet ob paupertatem, & nec ob inopiam, &
neceſſitatem filias proſtituere, & allegat le-
ges, & rationes magna conſideratione di-
gnas, quas poteris videre in facti contin-
gentia.

69 Non tamen recedas à concluſione firmata
*ſupra n.*50.nempè quod excuſetur à tanto, ſed
non à toto, quod vult.etiam D.Sabell.in *ſum-
ma* §.*lenocinium num.*2.

Fratello, Sorella, Zio, ò Zia.

Agitur hic de ſecunda ſpecie lænocinij,
nempè de illo, quod committitur à perſonis
collateraliter inter ſe coniunctis, & de Iure
communi tales lænones, qui proſtituunt co-
niunctas, & conſanguineas, debent vltimo
70 ſupplicio puniri, vt de fratre proſtituente ſo-
rorem, dicunt Caball. *crim.reſolut.*171.*num.*8.
verſ.aut frater, Farin. *qu.*144. *num.*58. Berlich.
*pract.concl.*40.*num.*13.*par.*5.& de patruo, ſeu
amita, qui habentur loco Parentum firmant
Caball.*d.reſolut.*171.*num.*8. Berlich. *loc. citat.
num.*15.

At hoc nimis durum videtur Carpzonio
*pract.crim.par.*2.*qu.*71.*num.*46.dicenti, quod
71 nullibi reperitur conſtituta pœna mortis in
lænones, ſeù lænas cognatas, & ſanguine ſibi
coniunctas perſonas aliorum libidinibus pro-
72 ſtituentes, & hec aſſertio poteſt eſſe vera in
terminis conſtitutionum Germaniæ non verò
in terminis Iuris communis, quo etiam extra-
nei pœna mortis plecti debent, vt ex gloſ.
Beluiſ. Plach. Iodoch. Foller eodemque Car-
pzou.Berlich.Farinac. & alijs dixi in §. *ante-
cedenti*.

Vnde non poſſunt lænones in hac ſpecie
contenti effugere pęnas in bannimentis ſtatu-
tas, cum, vt dixi *ſupra* Legiſlator quoad
pœnam æquiparauerit hunc caſum alijs re-
cenſitis.

Aduertendum tamen, quod excuſationes
ponderatæ ad fauorem Aſcendentium, & de-
ſcendentium eo magis procedunt ad fauo-
rem lænonum, de quibus in *iſto* §. agitur,
ad text. in *auth. multò magis Cod. de Sacroſ.
Eccleſ.*

Marito.

Lænocinium, quod committitur à marito,
conſtituit tertiam ſpeciem huius criminis, &
73 dicitur eſſe omnium turpiſſimum, vt ex *leg.
mercalem C.de condit.ob turp.cauſ.* Butrig. Fol-
ler.Caball.Ricciull. inquit Scannarol. *de viſit.
carcer.lib.*1.§.3.*cap.*5.*num.*11. Maiol. *de irregul.*
74 *lib.*5.*cap.*41. *num.*2. & grauius eſſe extraneo-
rum lænocinijs, ex *l. mariti lenocinium §. qui
quæſtum ff.ad leg.Iul.de adult.* & ex gloſ. Add.
ad Butrig. Odofr. Beluiſ. Foller. & Caball. in-
quit Farinac.*quæſt.*144.*nu.*69. & grauiſſimum,
75 ac neſandum ſcelus eſſe affirmat Paſchal. de
patria poteſt.part. 2.*cap.*10.*num.*8.ob rationem,
quia maritus, qui debet Vxori præeſſe, &
eam bonis moribus inſtruere, eiuſdem caſtita-
tis, & proprij honoris deſtructor efficitur, vt
proſequitur Paſchal. *ibidem*, Propterea de
76 Iure debet vltimo ſupplicio plecti iuxtà text.
in auth.de lenon.§.*præconizzamus* Caball.*crim.
reſol.*171.*num.*4.*&* 8.Farinac.*qu.*144. *num.* 71.
Menoch. *caſ.*534.*num.*21.Berlich. *pract. concl.*
40.*num.*25.*par.*5.Carpzou. *pract.crim. part.*2.
*qu.*71.*num.*11.Matthæù *de regim. Regni Valent.
part.*2.*cap.*8.§.8.*num.*196.

At ſicut omnes Doctores conſentiunt pœ-
nam eſſe de Iure capitalem, ità quoque con-
77 ſentiunt omnes propter frequentiam huiuſ-
modi delictorum pœnam capitalem eſſe ho-
diè reſtrictam in locis, in quibus à Statutis
non eſt impoſita certa pæna, ad arbitrariam
fuſtigationis, exilij, & etiam triremium, vt ex
Iodoch.Clar.Menoch.Caball. Farin. Ricciull.
aduertit Scanarol.*loc.cit.num.*15.& hanc con-
ſuetudinem diuerſorum locorum referunt
etiam Berlich. *d. concluſ.* 40. *num.*27. *& ſeqq.*
Carpzou. *d.qu.*71.*num.*13. Cortiada *deciſ.* 89.
*num.*97.Matthæù *de regim. Regni Valent.par.*2.
*cap.*8.§.8.*nu.*195.*& ſeqq.*Nouar. *pragm.*1.*col.
lect.*2. *num.*8. *tit. de lenon.* & Garon. *ad nouas
Conſtit.Mediol.lib.*4.*tit.*6.*de penis art.* 33. *nu.*5.
*& eod.lib.*4. *tit.*15. *de meretricib. & lenon.art.*
78 8.*num.*6. vbi refert, quod fuit condemnatus
quidam Io: Antonius appellatus il Romano,
vt mitratus publicè ab vxore fuſtigaretur, mox
ad triremes per decimum tranſmitteretur, &
finito tempore exularet à Dominio, ex eo
quia proſtituerat cuidam Io: Baptiſtæ Modet-
no propriam Vxorem, ſæpiùs paſſus fuerat ab
eo mulierem cognoſci ſe aſtante, vidente, &
inſimul in eodem lecto cubante, & D. Sabell.
in *ſumma* §.*lenocinium nu.*2.*verſ.quod maritum:*
caſum ſimilem, ſed non adeò circumſtan-
tiatum, occurſum Florentiæ refert, & teſtatur
maritum fuiſſe condemnatum ad fuſtigatio-
nem cum mitra ſuper Aſino, & inſcriptione
viſibili cauſam indicante, ac ad triremes per
quinquennium, & dicit, quod eiſdem pœnis
fuit cōdemnatus alius maritus de anno 1666.
Ioſeph. Ricc. *de public. indic. in ſpecie qu.* 49.
*num.*6.ait, quod in Regno Siciliæ lænones fu-
79 ſtigantur, & in exilium mittuntur, & ſi ſit ma-
ritus ducitur ſuper Aſinum verſa facie ad
caudam, & aſinus ducitur ab Vxore, quod
80 practicari etiam Pariſijs referunt Berlinc.*dict.
concl.*40.*num.*28.& Carpzou. *d. quæſt.*71. *num.*
13.& in Regno Valentiæ maritus, & Vxor am-
bo fuſtigantur, ſed maritus, dum fuſtigatur,
incedit coronatus cum inſignijs ignominiæ,
nempè cornibus capiti impoſitis, tintinna-

bulis

Digitized by Google

bulis plenis; vt refert Matthæù *loco cit. num.*
195. *qui num.* 196. exclamat contra hanc con-
81 ſuetudinem, dicendo, quod pœna ignomi-
nioſa Viris probis eſt maior pœna capitali;
ſed apud hos lænones coniugum, qui æquo
82 animo turpitudinem ferunt, non pœna, ſed
gloria facinoris dici debet, & in hoc concor-
dat Gomez *ad leg. Tauri leg.* 80.*num.*73. *in fine*
dicens, quod pœna fuſtigationis eſt irriden-
da pro tali nefaudo crimine, & pœnam mor-
tis eſſe marito imponendam, aſſerit *ibidem*,
Sed exclamatio, & exageratio Doctorum ni-
hil prodeſt, quando videmus, quod etiã Prin-
83 cipum Conſtitutiones imponentes penam
vltimi ſupplicij in praxi non recipiuntur, vt
*de conſtit.*ſan.mem.Sixti V.*in ordin.*46.teſtatur
Scanarol.*de viſit.carcer.lib.*1.§.3.*cap.*5.*num.* 20.
84 ob rationem, quam ex Petro Matthæi in Vita
Seiani refert *ibid.num.*16.ibi -- *il numero de gl' adulteri moderò il rigore della legge Iulia, perche ſe ella foſſe ſtata capitale, ſi ſarebbono deſolate le famiglie*; & ex hac ratione penes ingenio-
ſiſſimum Boccalinum in *ſecretaria fol.mibi* 83.
fingitur Apollinem monuiſſe Seleucum Re-
gem Soriȩ, vt reuocaret legẽ contra adulteros
prolatam ibi -- *Volendo Voſtra Maeſtà praticare la intimata ſopra gl' Adulteri, ſarà conſtretta di far cauare gl'occhi à poco men, che tutti i ſuoi Sudditi.*

Hinc Legislator accommodando ſe tem-
porum moribus rigorem iuris communis
temperauit etiam in lȩnocinio maritorum, vt
diximus *ſuprà*: eo vel maximè quia Dei mu-
nere inter Catholicos hoc raró coutingit.

Et pœna triremium debent puniri mariti
non ſolùm, quandò inducunt vxores ad ſe
85 proſtituendum, ſed etiam quando vxores
adulterari patiuntur Farin.*quæſt.*144.*num.*82.
qui citat tex.& gloſ.in *l.*1.*§.lȩnocinij ff.ad leg. Iul.de adult.* & Tholoſ.*ſintagm.Iur.lib.*36. *cap.*
11.*num.*9. ſequitur Carpzou. *d.quæſt.*71. *num.*
23. qui *num.*28. ait, idem eſſe, quod quis per-
mittat proſtitui, & ipſemet proſtituat, & hoc
idem dicit D.Sabell.*loco proximè citato.*

86 Ideò qui fingunt dormire, vt faciebat Gip-
pius, & Galba, de quibus facit mentionem
Paſchal. *de patria poteſt. par.*2. *cap.*10. *num.*9.
nullo modo poſſunt effugere pœnam, vt in-
quiunt Paſchal. *loc.cit.*Menoch. *caſ.*534.*num.*
26.Farin.*d.quæſt.* 144.*num.*82. Carpzou. *dict. quæſt.* 71. *num.* 24. Berlich. *dict. concluſ.* 40.
num. 42.

87 Prout nec nomen, & nec pȩnam lȩnocinij
effugere poſſunt illi, qui retinent domi adul-
terum, ſeù admittunt iuuenes in domum, in
qua habitant cum vxoribus & illos permit-
tunt conuerſari, & remanere ſolos in camera
cum vxore, vt exemplificat Farin. *loc.cit. num.*
83. Berlich.*d.concl.*40.*num.*44.*&* 45.

88 Et nec illi, qui permittunt, quod aliquis
conuerſetur, & cum vxore ſolus remaneat ſub
prætextu negotiorum, quæ ipſe maritus po-
terat expedire, nam vt dicit Martialis *lib.*5.
*epigr.*62.

Criſpulus iſte quis eſt, vxori ſemper adhæret,
Qui, Mariane, tuæ? Criſpulus iſte quis eſt?
Neſcio quid Dominæ teneram qui garrit in aurem,
Et ſellam cubito dexteriore premit.
Per cuius digitos currit leuis annulus omnes:
Crura geris nullo qui violata pilo.
Nec mihi reſpondes? Vxoris res agit, inquis
Iſte meæ: ſanè certus, & aſper homo eſt.
Procuratorem vultu, qui præferat ipſo:
Acrior hoc Chius non erit Aufidius.
O quam dignus eras alapis, Mariane, latini
Te ſucceſſurum credo ego Panniculo.
Res vxoris agit, res nullas Criſpulus iſte
Res non vxoris, res agit iſte tuas.

Aduertendum tamen, quod affinitas, con-
89 ſanguinitas, & amicitia intrinſeca poteſt eſ-
ſe in cauſa, vt maritus ſit, & debeat eſſe in
bona fide, & conſequenter debeat excuſari,
vt dicunt Farin. *d. quæſt.*144. *num.*83. & Ber-
lich.*d.concluſ.*40. *nu.*45. quælibet enim obum-
bratio ſcientiæ, & compliciratis eximit ma-
90 ritum ab omni pœna etiam extraordinaria
lænocinij, vt per tex.in *l.mariti verſ.tunc autem puniendus, & §.quæſtum verſ. quod ſi patiatur ff.ad leg.Iul.de adult.*Farin.*quæſt.*144. *num.*89.
*& ſeq.*Berber. in *pract.par.*1. *rub.*2. *num.*17. *&*
18. dicit Berlich.*d.concl.*40.*num.*54.

Et in omnem caſum cum talis ſcientia, &
91 cõplicitas habeatur ſolum præſumptiuè, nun-
quam poteſt dici ſufficiens ad imponendam
pœnam, vt pluribus citatis innuit Farin. *dict. quæſt.*144.*num.*92.& ego poſſum teſtari, quod
tempore, quo fui Procurator Pauperum, &
Iudex Eminentiſſimi Vicarij in Vrbe, nun-
quam vidi fuiſſe condemnatos, ſed tantum
torturæ ſuppoſitos huius farinæ homines.

Quæro primò, an compræhendantur illi
92 mariti, qui ſciunt vxores ſe proſtituere, ni-
hilominus retinent abſque vindicta facti, vel
iuris? affirmant Peguer.*deciſ.crim.*15.*num.*8.
Paſchal.*de patria poteſt. par.*2. *cap.*10. *num.*10.
in fine Ioſeph Ricc. *de publ. iudic. in ſpecie qu.*
49.*num.*3. et Farinac.*quæſt.*144. *num.*84. Sed
93 vide benè declarantes Foller. *pract.crim.verbo item fuit læno num.*26.*& ſeq.* Farin. *loc. cit.nu.*
88.*& ſeqq.*Berlich.*d.concl.*40.*num.*35.*& ſeqq. & ſignantèr num.*40.Carpzou. *pract.crim. par.*
2. *quæſt.*71. *num.*31. *& ſeqq.* et Ioſeph Ricc.
*dict.num.*3. qui dicit, regulam prȩdictam non
94 procedere in marito Catholico, qui tenetur
retribuere bonum pro malo, ſed vel iocatur,
65 vel ironicè loquitur, etenim Chriſtianus non
debet diſſimulare in materia peccati, ſed te-
netur obuiare etiam dicendo Eccleſiæ, iuxtà
Sacroſ. Euangelij proloquium. Crederem
tamen ommiſſis diſtinctionibus alijs per Do-
ctores traditis in hac facti ſpecie, quod ſi
96 adulterium vxoris non ſit manifeſtum, nihil-
que de eo certi habeatur in ore, et notitia
vulgi præter incertam ſuſpicionem, et rumo-
ruſculum popularem, quem maritus faci-
lè ſua prudentia, et probitate tueri poteſt,
& te-

& regere, tunc maritus retinens vxorem, &
cum ea cohabitans non poteſt condemnari
de diſſimulato vxoris adulterio, vt per tex.in
leg. ſine metu Cod.ad leg. Iul. de adulter. docet
formalibus verbis Iodoch. *pract.crim. cap.90.*
num.3. Subdens quod ſingulis à naturæ re-
cto dictamine inſitum eſt, vt domeſticorum,
atque ideò vxoris propriæ vitia tegant, &
probitatem tueantur ſicubi poſſunt, & va-
lent. Si verò adulterium ſit adeò manifeſtum,
vt cęlari, & tergiuerſari nequeat, tunc mari-
tus retinendo vxorem, & cum ea cohabitans
cenſetur eſſe in dolo, & debet tanquam læno
puniri, vt inquit Iodoch. *d.cap.90. num.1. &*
2. Farin. *quæſt.143. num.27.* Sanchez *de ma-*
trim.lib.10.tit.de diuort.diſp.5.num.5. Matthęù
de regim.Regni Valent.par.2.cap.8.§.8. nu.194.
97 ideò maritus ſi vult euitare pœnam, & no-
tam, ac maculam lænocinij, debet contrà
vxorem, & adulterum inſtare coram Iudice,
vel ſaltem debet ipſum Iudicem conſulere, ità
enim minùs peccabit, & tutior erit à permiſſi
adulterij crimine, iuxtà monitum Iodoch.
d. cap.90. num.4. Et quia multi conuolant ad
98 vindictam facti, ex quo deriderentur à Iudi-
cibus, & alijs, quando iudicialiter conque-
rerentur de vxore in materia adulterij, vt ex
Paulo de Caſtro, Tiraquell. Boer. Bolognin.
Bertrand. Soccin. Menoch. Farin. & Caball.
inquit Matthæù *de re crim. controu. 12.num.26.*
& in tract.de regim.Regn. Valent.par.2. cap.8.
§.8.num.193. dicens quod malitia humana vi-
99 liſſimum, ridiculum, & infamem virum repu-
tare aſſuefacta eſt, quem non ſe proprijs ma-
nibus de adultero, & vxore vindicantem, ſed
apud Iudicem conquerentem aſpicit, & hoc
idem dicunt etiam Gram. *deciſ. 23.num.1. &*
deciſ.98. num.2. & Peguer. *deciſ.78. num.23.*
100 *&* 42. Conſulo, quod abſtineant à dicta
vindicta facti, quia occidere adulterantem
101 mulierem de iure permittitur ſoli Patri, vt
eſt tex.in *l.Patri ff.ad leg. Iul.de adult.* ibi *ne-*
mo alius ex Parentibus idem iure faciet: & hoc
quidem patri permittitur non ſolùm ob po-
teſtatem, quam habet in filiam, ſed etiam
quia ius præſumit, quod Pater ſemper diſcre-
tè vtatur hac auctoritate in filiam, vt expreſ-
sè prò ratione dicit text. in *l. nec in ea in fine*
ff.eod. tit. ibi *quia plerumque pietas paterni no-*
minis conſilium pro liberis capit: hinc Docto-
102 res eliciunt, vt diffusè dixi in *lib.1.* non lice-
re fratri occidere ſororem adulteram gloſ. &
Alberic. in *l.quod ait lex ff.de adulter.* Decian.
tract. crim. lib.9. cap.15. num.18. Farin.*quæſt.*
121.num.48. Sanfęl.*deciſ.264. num.3.* Paſchal.
de patr.poteſt.par.1.cap.5.num.20. Franc.Maria
Pratus in *addit.* ad Muſcatell. *tit. de adulter.*
verſ.ſecunda occurrit quæſtio: & nec licere ma-
103 rito occidere vxorem adulteram pluribus
iuribus, & auctoritatibus oſtendit Farin.*quæſt.*
121. num.111.& conſ. 141. per tot. lib.2. excu-
104 ſantur tamen à pœna ordinaria, ſi repertos
in ipſa turpitudine occiderint, quia non po-
teſt negari, quin tunc dicerentur iuſto dolo-
re moti ad delinquendum iuxtà tex. in *leg.*
adulterium §. Imperatores ff. de adulter. ſemper
105 enim delinquens inconſulto iræ calore, &
ſubita animi commotione debet mitius pu-
niri, vt eſt tex.in *d.§.Imperatores; & in l.Grac-*
chus in fine C.de adult. & ità in terminis noſtris
ait Paſchal. *d.cap. 5. num.21.* & quod debeat
tantum exilij pœna puniri, firmat Sanſęl.
d. deciſ.264. num.4. Vndè ſi maritus occidat
ex interuallo, non effugiet pœnam ordina-
106 riam, vt ex Clar. Tholoſ. & alijs dicit Fa-
rin. *d. quæſt.121. num.111.* & diffuſiùs *d. conſ.*
141. vbi omnes ferè Doctores de hac mate-
ria loquentes expendit: ſi verò incontinenti,
107 & in ipſa turpitudine repertos occidat in-
curret in pœnam extraordinariam, & ſic
quocumque modo occidat erit ſubiectus pœ-
næ, vt ſatis appoſitè conſiderat etiam Mat-
thæù *de regim. Regn.Valent. par.2. cap.8. §.8.*
num.193. vbi commiſeratur maritorum con-
108 ditionem, & medelam aliquam adhiberi
deſiderat, dicendo, quod debet læniri pœna
maritis, vel pœna grauior irrogari non ſo-
lum adulteris, verùm ſimile crimen attentan-
tibus, ne remedio careat grauiſſimum ſcelus,
per quod ſacra, diuinaque iura læſa conſpi-
ciuntur: & hinc fatetur Farin. *d. conſ.141. in*
fine, & quæſt. 121. num. 118. quod Princeps
109 propter occiſoris honorem, & iuſtum dolo-
rem, qui ſemper cor præmit, poterit moueri
ad eximendum à pœna ordinaria maritum
110 ex interuallo vxorem occidentem, & ità
practicare Sac. Concil.Neapol.teſtatur Giz-
zarell. *deciſ. 18.* quamuis enim libidinoſæ
111 mulieris laſciuia viri honeſti exiſtimatio-
nem, & integritatem contaminare non poſ-
ſit, niſi vir ad vxoris turpitudines libens, vo-
lenſque conniueat; vt ex Iacob.Martin. *quæſt.*
illuſtr.diſp.4.quæſt.vlt.cent.6. aduertit Beſold.
Theſaur.*pract.adauct.litt.C. §.62. verbo cornu-*
tus fol. mihi 180. nihilominus mariti habent
cauſam, & occaſionem ſemper condolendi,
112 & cõquerendi tum ob prolis incertitudinem,
quæ ex adulterio Vxoris reſultat, quod mo-
leſtum, & intollerabile reputat ex Ganauero
conſ.4.num.14. Matthæù *de regim.Regni Valent.*
par.2.cap.8.§.8.num.191. tùm etiam quia apud
vulgus ſemper aliquid exiſtimationis, etiamſi
ſint neſcij ammittunt, vt ex Troiano Boccali-
no *lib.1. ragguaglio 70.* proſequitur *ibid.* Mat-
theù *num.192.* ibi *le maritate con gl' adulterij*
loro col pugnale d'vn'eterna infamia vccidenano
i mariti, e vituperauano i proprij figlioli.

Vlterius debent à vindicta facti abſtinere
etiam quia cum difficultate poterit probari
113 adulterium cum probationibus, quales re-
quiruntur ad excuſandum occiſores, vt vide-
re eſt pœnes Thob.Non. *conſ.109.* Bertazol.
conſ.crim.41.& conſ.434. & Fariu. *d.quæſt.121.*
num.41.& ſeqq. qui ait ſolam inuentionem
114 in camera abſque aliquo actu Venereo non
ſufficere, & refert Sanfęl. *deciſ.226. num.9.*

verſ. fuit poſtmodum, quod Antonius della Vi-
115 ta, qui faſſus fuerat occidiſſe vxorem, &
adulterum repertos in fragrantia adulterij,
fuit damnatus ad triremes, ex eo quia Domi-
ni Iudices non habuerunt qualitatem adulte-
rij ſufficienter ad impunitatem probatam,
& poteſt etiam dici, quod non fuit punitus
vltimo ſupplicio ex eo, quia confeſſio qualifi-
116 cata hoc non permittebat iuxta Doctrinam
Farin. *qu.81. num.557.* & Franch. *deciſ. 556.*

Siquidem non debet exiſtimari ſufficiens
117 ſuſpicio mariti, vt pluribus firmat Sanfel.
deciſ.337. per tot. lib.3. & Paſchal. *de patr. Po-
teſt. par.1. cap.5. num.36.* & euincitur apertè
ex text. in *l. nec in ea ff. de adult.* ibi — *pietas
paterni nominis conſilium pro liberis capit, cæ-*
118 *terum mariti, & calor, & impetus facilè de-
cernentis*, vt eſt in textu meo, ſeu vt habetur in
alijs, *facilè ſæuientis fuit refrænandus.*

Quæro ſecundò, an cadat excuſatio ad fa-
uorem maritorum? dic quod ſicut Parentes,
ita, & mariti non poſſunt in totum excuſari,
ſed benè excuſantur in parte.

Primò quando proſtituunt Vxores, ſed
119 nullum lucrum indè recipiunt, per tex. in
*l. ea lege §. lænocinij, & l. qui domum, & l. ma-
riti §. plectitur ff. ad leg. Iul. de adult. l. auxilium
§. vltimo ff. de minor.* inquiunt Farinac. *q.144.
num.78. & ſeqq. & num.95. & ſeqq.* Berlich.
pract. conclu.40. num 48. & 49. Carpzou. *pract.
crim. par.2. qu.71. num. 36. & ſeq.* & alij per
120 eos citati; & quamuis gloſa relata ab Aze-
uedo *recopil. lib.8. tit.19. leg.2. num.8.* & Pe-
guer. *deciſ.15. num. 7.* dicat quod maritus te-
netur de lænocinio pœna ordinaria, etiamſi
quæſtum non faciat, quando ipſe inducit v-
xorem ad peccandum, nihilominus non eſt re-
121 cedendum à dicta limitatione, niſi, vt ad-
uertit Farin. *qu.144. num.40.* maritus pluries
hoc crimen ſinè quæſtu reiterauerit, ad gloſ.
in *l. palam §. non ignoſcendum verbo proſtituunt
ff. de ritu nuptiar.*

Nec facit replicatio, quod maritus ſemel
122 tantùm vxorem proſtituens debet pœna or-
dinaria puniri tex. & gloſ. in *l. mariti §. qui
quæſtum ff. de adult.* Farin. *quæſt. 144. num.36.*
Peguer. *deciſ.13. num.6.* Franch. *deciſ.68. n.7.*
Menoch. *caſ.534. num.24.* Caball. *crim. reſol.
171. n.13.* Couar. *in epith. de ſponſal. par.2. c.8.
§.11. num.5.* & his relatis Berlich. *d. concl.40.
num. 34.* ſequitur Riccius ad Vinc. de Franch.
d. deciſ.68. circ. med. D. Zacchia *de ſalario qu.
73. num.10.* quia hæc aſſertio procedit ſolum
123 in caſu, quo turpis quæſtus cauſa hoc faciat
iuxta doctrinam Farin. Berlich. & Carpzou.
locis citatis, & manifeſtiſſimè euincitur ex tex.
in *l.2. §. lænocinij ff. ad leg. Iul. de adulter. & in
d. l. mariti §. qui quæſtum ff. eod. tit.* vbi Marcel-
lus ſtatuit, eum non mediocriter delinquere,
qui lænocinium in vxorem exercuit quęſtum
ex adulterio dictæ vxoris faciendo: licet enim
in odium mariti debeant exaſperari leges, &
pœnæ; attamen non debent ad hoc cumulari
ſpecialia contra tot Doctorum claſſicorum
placita, imò contra ſenſum, mentem, & for-
ſan litteram textuum mox citatorum, & etiam
contra practicam Tribunalium, referente
Carpzou. *d. qu.71. num.52.* quod quidam ma-
124 ritus, qui vxorem proſtituit turpis quæſtus
cauſa, non fuit punitus pęna ordinaria ex eo,
quia præter ſpem nihil prorſus lucratus fue-
rat.

Secundo, quando ex lænocinio non fuit
125 ſequutus effectus, hoc eſt copula carnalis, vt
in terminis mariti facientis lænocinium di-
cunt Azeued. *recopil. lib.8. tit.19. leg.2. num.8.*
Gomez, *ad leges Tauri leg. 80. num. 74.* Carp-
zou. *pract. crim. par.2. qu.71. num. 47. & ſeqq.*
& Farinac. *q.144. num.33.* qui firmat hoc eſ-
126 ſe verum etiam in terminis *Bulla* Sixti V. *in
ordin. 46.*

Lænocinium demùm, quod conſiſtit in
quarta ſpecie, quale committitur ab extra-
neis modo, & forma poſitis à Molina, & Pe-
reyra *loc. cit.* iure optimo punitur mitius, quā
commiſſum à Parentibus, & conſanguineis,
cum minus turpiter agant ad tradita à Belui-
ſu, Add. ad Butrigar. Odofred. Afflict. Ca-
ball. *locis relatis* à Farin. *qu.144. num. 52.* &
Carpzou. *par.2. qu.71. num.5.*
de quibus aliquid infrà dicetur ſuo loco.

Cadit hic non leue dubiū, an ſcilicet legiſla-
tor permittat lænocinium, quod cōmittitur in
diſponendo, & inducendo meretrices ad ſe
proſtituendum alicui perſonæ? facit hanc du-
bietatem diſpoſitio in §. 3. ibi — *gl'altri, che
commetteranno tale delitto con altre Donne, che
non ſiano meretrici caderanno nella pena &c.* vi-
detur enim tacitè permiſſum; dum nulla pro-
uiſio fuit facta ſuper huiuſmodi lænocinio, &
hoc forſan quia aliqui Doctores exiſtimant,
127 etiam lænones eſſe in Republica tolleran-
dos, dummodò proſtituant meretrices, &
non ſe ingerant cum Puellis, & mulieribus ho-
neſtis, ad quas poteſt dici reſtricta prohibitio
128 loquens de lænonibus, ſecundum Franc.
Duaren. *ff. ad leg. Iul. de adult. cap.5. incip. ſtu-
pratorum pœna verſ. alij quia lænocinium* Ber-
lich. *concl. pract.40. num.74. par.5.* & Menoch.
caſ.534. num.4. ſub fine ſicut enim coitus cum
129 meretrice, etiam nupta, eſt impunibilis,
Clar. *§. adulterium numer. 3.* Boſs. *tit. de coitu
damn. & punib. num.24.* Caſtr. *conſ.272. lib.2.*
& alij relati à Caball. *crim. reſol. 123. num. 1.*
130 ita quoque debet impunibile eſſe lænociniū,
quod cum meretrice committitur, prout ex
doctrina Bald. in *l. cum ancillis num.8. C. de
inceſt. nupt.* dicit Otetus *diuerſ. quæſt. Iuris p.3.
cap. 6. num. 5.* qui loquitur in fortioribus ter-
minis, nempè de perſona, quæ domum,
vt ſtuprum fieret, ſciens præbuit Amico, nam
qui vult conſequens, videtur etiam velle an-
131 tecedens, maximè cum ſicut expedit Rei-
publicæ habere meretrices ad maiora mala,
& peccata euitanda, vt pluribus citatis oſten-
dit Garon. *ad nouas conſtit. Mediol. lib.4. tit.15.*

de

Digitized by Google

de meretricibus , & lænon.art.1. num.1.& ſeqq.
Amendola *in addit.* ad Vinc. de Franch. *deciſ.*
68. num. 23. Rebuff. *ad Conſtit. Regni Franciæ*
tom.1. in proemio gloſ. 1. *num.* 37. vbi refert il-
lud dictum S. Auguſtini tolle meretrices de
Ciuitate , & omnia libidine conturbabis : &
hoc dicit etiam Ibandus de Bardaxi *ad foros*
Aragonen. tit.de offic. Gubernator. qu.5. nu.90.
qui remittit ſe ad Rebuff. *loc. proximè citato* ,
132 ita quoque expedit, vt reperiantur in Ciui-
tatibus ij , quorum opera vtantur Viri hone-
ſti , & verecundi, qui cum velint,ſi non caſtè,
ſaltem cautè viuere , & caſti videri , poſſint
abſque ſcandalo meretrices adire : Abſit ta-
men hoc dicere, imò cogitare de Legislatore
religioſo , & diuini zeli cultore, & potiùs de-
bemus dicere quod nolens de hoc caſu diſ-
ponere illum reliquit ſub diſpoſitione Iuris
133 communis, de quo Iure lænones meretri-
cum debent ſubire , (quicquid dicat Duare-
nus,) pœnam extraordinariam , & quidem
mitem ex traditis per Berlich. *d.concl.40. nu.*
71.par. 5. & Carpzou. qui reſidet pro pœna
extraordinaria in hoc caſu in *pract.crim.par.2.*
quæſt.71. num.68. & 69. quod vult etiam D.
Sabell. *in ſumma §.lænocinium num. 2. verſ.tria*
requiruntur .
134 Nec ratio tollerandi meretrices militat in
lænonibus , quia meretrices peccant ſolùm
in ſe, lenones verò in ſe, & in alios , vt dicunt
Bart. in *l. athletas §. lænocinium ff. de his , qui*
not.infamia, & Lud.Gilhauſen. *arbor. indic.cri-*
*min.cap.11. tit.20. de lænocinio num.*1. Cortia-
da *deciſ.89.num.95.* & vlterius quodammodò
eſt impoſſibile , quod lænones contineant , &
reſtringant ſe ad lucrandum ex proſtitutione
meretricum dumtaxat , nam vt ex Agripp. &
& Volff. conſiderat Chriſtoph. Crulius *de in-*
ditijs delict. ſpecial.par.2. cap. 17. *num.* 7. cor-
rupti peccatis publicis in lupanari, quomodo
abſtinebunt lænocinis , & proſtitutione pri-
uata ?

Con la pena della fruſta .

Indiuiduatur hic pœna , qua affici debent
conſanguineæ mulieres ; nam cum mulieres
non poſſint ob lenocinium condemnari ad
135 triremes, ad quas condemnantur homines ,
indicitur eis fuſtigatio , quæ eſt pœna pro-
pria , & ſolita imponi lænonibus , vt ex Io-
doch. Menoch. Caball. Claro, Suarez, Bona-
coſs. & Peguer. dicunt Farin.*qu.* 144. *num.6.*
Otero *diſput. part. 3. qu. 6. num. 6.* & Garon.
ad nouas conſtit. mediol. lib. 4. tit. 6. de pœnis
art.33. num.4. verſ.virgis caduntur , vbi quod
136 in Hiſpania lænones vncti melle , & plumis
veſtiti cum mitra infami flagellantur ; & re-
plicat idem *tit.15.de meretricibus,& lænonibus*
art.8. num. 5. Gomez *ad ll.Tauri* 80. *num. 73.*
& Peguer. *deciſ.crim.15. num. 14.* Sola *ad ſtat.*
Saband. tit.de lænonib. Muta *ad conſuetud,Pa-*
*normi cap.33. num.48.*Clar. *quæſt.68. num.14.*
& ibi Baiard. *in add.num.61.* Ioſeph. Ricc. *de*
publ.Iudic. in ſpecie qu.49.num.6. Don Franc.
Ramos *ad leg.Iuliam, & Papiam lib.3.cap.12.*
n.7. verſ.in lænas , vbi ait quod in Hiſpania,
& locis finitimis Gentium moribus recepta
magis pœna eſt, vt lænæ publicè ignominio-
sè traducantur, vel etiam verberentur mitra
verſicolori, ac picta redimitæ, ſubdens,quod
hoc modo interdum , & mariti vxorum ſua-
rum lænones puniri ſolent: & ait hunc morem
137 originem ſumpſiſſe ex eo forſan , quod iam
olim mitra connumerabatur inter muliebria
ornamenta , quibus viri non ſine vituperatio-
ne vti poſſent *l.veſtis §.veſtimenta verſ.mulie-*
bria, & l.argumenta §.ornamenta cum l.ſeq.ff.de
auro , & arg.leg. & ad hoc plura Poetarum,
aliorumque loca eruditè perpendit .

O dell'eſilio perpetuo da tutta la Legatione .

Puto , quod dictio, *Aut*, hic poſita ſit per erro-
rem loco copulatiuæ , *Et* , quia , vt dicit Fa-
rinac. *quæſt.* 144.*num.6. in fine* hæc gens non
eſt Ciuitatibus nutricanda , & ideò fuſtigati
138 lænones debent etiam tanquam peſtiferi, &
nefarij homines ab omnibus Ciuitatibus , &
locis expelli, vt diſponit text. in *auth.de læno-*
nibus §. ſancimus Iodoch. *pract. crim. cap. 89.*
rub.de adult. num.45. Caball. *crim. reſol.181.*
num.7. Farin. *loc.cit. num.6.* Iband.de Barda-
xi *de offic.Gubernat. quæſt.5. num.90.* & Auen-
dan. *de exequend.mandat. Reg.lib.2.cap.6. n.1.*
& quod debeant expelli voluit etiam Io. de
Placca in *l.cum ſupra C.de re milit.lib.12.*
Et in hac materia notabile eſt dictum Io. Be-
litz *proceſs. crimin. tabula 14.quæſito 5. fol.mi-*
bi 37. nempè , quod crimina , pro quibus fu-
ſtigatio infligitur ſola corporis coercitione
abſque miſſione in exilium ceù reatu in per-
petuum duraturo non ſatis, ac ſufficienter pu-
niri videntur , congruit enim bono Præſidi
curare , vt Prouincia malis hominibus pur-
getur *l. 13. ff.de offic. Præſid.* Nec obſtat , vt
ipſe ſubdit , quod hac ratione delinquens du-
plici pœna criminali , & ciuili ſimul coercea-
tur, quia relegatio, ſeù mauis exilium hoc lo-
co pro diuerſa , ac diſtincta pœna neutiquam
habetur , ſed eſt pars quædam pœnæ fuſtiga-
tionis , quæ perpetuam relegationem ſemper
ſibi adiunctam habet , & dicit vidend. Carp-
zou. *pract.crim.part.3. qu.129. num.17. & ſeq.*
& idem vult Beliſz *ibid. quæſito 6.* in crimi-
nibus admittentibus pœnam amputationis
manus , vide eum , & Carpzou. quem citat,

Digitized by Google

Se ſarà Donna.

Neceſſaria fuit hęc diſtinctio ſexus, quoniam ſi lęnonibus ſimpliciter ſub pœna triremium fuiſſet ſtatuta pœna, cum hęc mulieri-
139 bus non conueniat, bannum illas non compręhenderet, vt ait Proſper Petra ad Gram. *decis.63.num.7.*

O con pena più graue.

Dixi in *principio huius capituli*, quod pœna de iure communi, & de iure Bullarum eſt vltimi ſupplicij, & cum Gomez *ad ll. Tauri* 80. *num.73. in fine* Matthæù *de regim. Regni Valentiæ par.2. cap.8. ſ.8. num.* 196. & pluribus citatis D. Zacchia *de ſalar. quæſt. 73. num. 16.* Gacono *ad nouas conſt. Mediol. lib. 4. tit. 6. de pęnis art.33. num. 5. in annotatione verbi, pena più graue*, dicerem, quod non diſpliceret ſi eſſet mortis, ſi enim de iure communi lęnones mulierum eis non coniunctarum vltimo ſupplicio afficiuntur, vt dicemus *infrà*, quantò congruentius deberent affici eadem pœna
140 parentes, & mariti proſtituentes filias, & vxores, cum eorum delictum ſit deteſtabilius, vt ex Farin. & Paſchal. & alijs *dixi in ſ. aſcendente, & in ſ. Marito*. Verùm hic arbitrium
141 non poteſt excedere ſpeciem pęnę comminatæ triremium, cum videatur reſeruatum ſolù circa quantitatem temporis, vt de ſe patet.

Sed an lænones aliam pœnam, quàm in bannimentis indictam debeant ſubire? reſpondeas affirmatiuè, quia non tolluntur pęnæ
142 ſtatutæ à Iure communi, nempè, quod ſint infames, à teſtimonio repellantur, feuda am-
143 mittant, & pacta, ac contractus inter lænones, & puellas proſtitutas non valeant, & aliæ, quas ex Menoch. Farinac. Corrado, Peguer. refert Berlich. *concl.* 40. *num.78. part.5.* & de pœnis etiam de iure antiquo ſtatutis agit latè D. Franc. Romos *ad legem Iuliam, & Papiam lib.3. cap.12. num.5. & ſeqq.*

Cap. XXVII. §. II.

E ſe alcuna perſona ardirà di perſuadere con luſinghe, promeſſe, ò doni ad alcuna Donzella, ò altra Donna honeſta di qualſiuoglia conditione, che ſi ſottoponga all' altrui volere, incorrerà nell' iſteſſa pena di ſopra ſpecificata.

SVMMARIVM.

1 *Obſcuritas huius ſ. 2. vnde oriatur.*
2 *Dictio, &, copulat ſequentia cum antecedentibus.*
3 *Maximè poſita inter genus, & ſpeciem.*
4 *Et inducit repetitionem qualitatum.*
5 *Legiſlatorum mos eſt priùs de perfecto, & deindè de imperfecto ſcelere diſponere.*
6 *Sollicitantes alterius pudicitiam effectu non ſequuto extra ordinem puniuntur.*
7 *Conatus in crimine lænocinij punitur pœna ordinaria.*
8 *Sed Doctores hoc dicentes loquuntur ſine lege, cum leges per ipſos allegatę hoc non diſponant.*
9 *Diſpoſitio huius ſ. 2. debet ſuppleri, & intelligi, vt procedat effectu ſequuto ad euitandum abſurdum.*
10 *Nutrices, quæ lactarunt puellas, & proſtituunt habentur loco parentum.*
11 *Non tamen compræhenduntur ſub ſtatuto loquente de Parentibus.*
Et potiùs extraneæ dici debent. num.13.
Grauius tamen ſunt puniendæ. num.14.
Extenſio non fit in pęnalibus. num. 12.

1 DVBIVM eſt an *paragrafus iſte* diſponat de lænocinio extraneorum, & ſic de quarta ſpecie lænocinij per nos *in princip.* relata, an verò diſponat de attentato facto per Parentes, Cognatos, & Maritos, & quidem iſte intellectus, quod ſcilicet loquatur de Parentibus, eſt ſecundum me magis proprius, videtur enim ſubalternatus ſ. 1. & vt ita dicam concatenatus cum illo, vt denotat dictio, &, quæ copu-
2 lat ſequentia cum antecedentibus, & præſefert continuationem, Alex. ad Bart. in *l. celſus in verbo vide ff. de vſucapion.* præſertim cum poſita ſit inter ſ. 1. in quo diſponitur de lenocinio perfecto, & ſ. 2. in quo diſponitur de lenocinio attentato, etenim quando copula, &,
3 ponitur inter genus, & ſpeciem, ſemper inducit coniunctionem, vt dicit Pariſ. ad Bart. in *rub. ff. de iuris, & facti ignorant. verbo de iuris*,
4 & ſic inducit repetitionem earum qualitatum, quæ ſpecificatę ſunt *in primo paragrapho* iuxta doctrinam Bart. in *l. ſcia ſ. Caio num. 1. ff. de fundo inſtruct.* & hoc elicitur etiam ex veriſimili mente ſtatuentis, cum non ſit credibile, quod legiſlator voluerit *primo* ſtatuere ſuper attentato lænocinio extraneorum, & *deindè* de eorumdem lęnocinio perfecto diſponere,
5 cum mos legiſlatorum, & iuris peritorum ſit priùs de perfecto, & deindè de imperfecto facinore diſponere, ad text. *in leg. 1. ſ. qui puero ff. de var. & extraordin. crim.*

6 Et hoc intellectu retento eſt aduertendum, quod effectu non ſequuto, mitior pœna ex ſpecificatis eſt per Iudicem eligenda, adhoc vt pœna commenſuretur delicto, etenim omnes

nes Doctores concludunt, quod ſollicitato-
6 res alterius pudicitiæ debent extraordinariè
puniri, ſi effectus uon ſequatur, vt ex Affl.
Corrad. Gomez. Tholoſ. Menoch. & Caball.
inquit Farinac. *quæſt.144. num.33.* & faciunt
alij per me citati *ſuprà in* §.*1. num.26.* & licet
Foller. Bertach. Iodoch. locis relatis per Fa-
rin. *dict.quæſt.144. num.34.* dicant, quod in
7 crimine lenocinij intrat pœna ordinaria,
etiam pro conatu, attamen iura, in quibus
8 fundant hanc aſſertionem, non firmant illam,
nam allegant tex. in *leg. 1.* §.*fin. ff. de extraor-
din. crim.& leg.& ſi amici* §.*ſed & ſi ff.ad leg.
Iul.de adult.*ſed tex.in *d.*§.*fin.*quem ad verbum
retulit Paul.IV.in *ſua Bulla, ſeu decreto leno-
nes contra in Bullario Conſtit. 18.in ord.*§.*2.* ex-
preſsè determinat pœnam extraordinariam
in flagitio imperfecto, ibi — *imperfecto in in-
ſulam deportantur:* tex.verò in *d. l. & ſi amici*
determinat pœnam ordinariam, quia ſequu-
tus fuit effectus, quamuis non in domo ad
colloquium conducta, ſed alibi, vt benè per-
pendit in his terminis Berlich. *dict. concl.40.
num.73.par.5.*

Si verò magis placet alius intellectus, nem-
pè, quod §. *iſte* diſponat de lænocinio ex-
traneorum, tunc debet ſuppleri, & intelligi,
9 vt procedat effectu ſequuto, alias ſequeretur,
quod conatus in lænocinio extraneorum pu-
niretur æquè, ac punitur lænocinium conſu-
matum in alijs tribus ſpeciebus lenocinij re-
cenſitis, quod non eſt dicendum, quia quæli-
bet ſpecies earundem habetur, & vere eſt
grauior iſto, vt dixi in §.*1.num.11.& 54.*

Quæro hic de caſu frequenti, an ſcilicet
nutrices, quæ puellas, quas lactarunt, & ſub
cuſtodia habent, proſtituunt, veniant ſub di-
ſpoſitione *huius* §. *primi*? dic quod alij po-
10 nunt nutrices ſub titulo, & nomine parentū, vt
Farin. Berlich. Menoch. Tholoſ. locis relatis
per Carpzou. *d. quæſt. 71. num.45.* & idem
dicunt de Tutore Caſſan. Tuſch.Beluiſ.& his
relatis Berlich. *concluſ.40.num. 14.* & genera-
liter hoc procedere in omnibus ijs, qui loco
parentum habentur, aſſerunt Caball. *crimin.
reſol.171. num.8.* Berlich. *loc. cit. num.15.* at
Carpzou. *ibid. num.46.* inquit, quod perſonæ
prædictæ propriè parentes non ſunt, licèt il-
lorum loco habeantur, & propterea non
11 compræhenduntur ſub ſtatuto loquente de
parentibus, ſiquidem in pœnalibus extrà pro-
12 prietatem verborum extenſio facienda non
eſt, ad tex. in *l.interpratatione ff.de pœnis l. 1.*
§.*20.ff.de exerc.action. cap. odia de reg. iur. in 6.*
13 potiùs igitur inter extraneos, quàm inter pa-
rentes, ſeù conſanguineas ſunt ponendæ, ni-
14 hilominus grauiori pœna teneri debent ob
fidem violatam, & ob malum exemplum,
quod præbent ijs, quibus ſi non reuerentiam,
ſaltem circumſpectionem maximam debent.

Et licèt *in Codice Theodoſiano de raptu virgin.*
ità cautū ſit contra nutrices — *& quoniam pa-
rentum ſæpè cuſtodia nutricum fabulis, & pra-
uis ſuaſionibus deluduntur, his primum quarum
deteſtabile miniſterium fuiſſe arguetur, redempti-
que diſcurſus, pœna immineat, vt eis meatus oris,
& faucium, qui nefaria hortamenta protulerit, li-
quentis plumbi ingeſtione claudatur.*

Nihilominus non poteſt extendi ad caſum no-
ſtrum, quia Imperator *ibi* loquitur, & diſpo-
nit de raptu virginum, & de ſuaſione nutri-
cum facta puellis ad fugiendum, & permit-
tendum ſe rapi, vt explicatur ibi *ſi quis verò
ex amicis, aut familia, aut fortaſſe nutrices puel-
læ conſilium raptus dederint, aut opportunitatem
præbuerint rapiendi, liquefactum plumbum in
ore, & in faucibus ſuſcipiant, vt merito illa pars
corporis concludatur, de qua hortamenta ſceleris
miniſtrata noſcuntur*, habet enim crimen ra-
ptus aliquid ſpeciali, vt ex Suarez ait del Be-
ne *de immun.Eccleſ.cap.16.dub.31.num.6.*

Cap. XXVII. §. III.

Gl'altri, che commetteranno tale de-
litto con altre Donne, che non ſia-
no meretrici, caderanno nella pe-
na della berlina, ſe ſaranno maſchi,
e ſe ſaranno femine della berlina,
& eſilio.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio* §. *3. bannimentorum, vel compræ-
hendit lænones extraneorum non attinentium,
vel comprahendit lænones mulierum in ſtatu
medio exiſtentium, & quænam iſta ſint.
num.2. & 3.*
4 *Virgo inhoneſta datur in iure.*
5 *Virgo meretrix etiam datur ſecundum gloſam
in* §. *item* lex Iulia inſt. de Publ.Iudic.
6 *Fœminæ Cauponarum, nec virgines, & nec vi-
duæ dici poſſunt.*

OBſcuritas *paragrafi antecedentis* infert ambi-
guitatem etiam §.*præſentis*, nam ſi ſenſus
antecedentis tendat ad puniendum parentes,
1 conſanguineos, & maritos lænocinium ten-
tantes in filias, conſanguineas, & vxores:
iſte §. procedit de plano, & nulla eget expli-
catione; diſponit enim in tali caſu de læno-
cinio extraneorum, eorumque pœna: ſi verò
ſenſus §.*antecedentis* inducitur, ad lænocinium
extraneorum; *iſte* §. remanet omninò obſcu-
rus, & debemus dicere, quod diſponat de le-
2 nocinio extraneorum facto in perſonas, quæ
non ſint honeſtæ, & nec ſint meretrices, ſed
in ſtatu medio, etenim in §. *antecedenti* iam
Legiſlator diſpoſuit de lænocinio ab extraneo
facto in virgines, aut alias perſonas honeſtas
ibi — *ad alcuna Donzella, ò altra Donna hone-
ſta di qualſinoglia conditione*: in iſto igitur, nè
videatur ſuper eadem re, & ſub diuerſa pœna
diſpo-

diſponere, & ſic ſe immediatè corrigere,
quod eſſet abſurdum, debemus neceſſario di-
cere, quod diſponat de lænocinio facto in
perſonas in ſtatu medio inter honeſtam, &
meretriciam vitam exiſtentes, quales ſunt il-
3 læ, quæ præbentes vni dumtaxat corpus ſuum,
non poſſunt dici meretrices, vt poſt alios mul-
tos dicunt Caball. *crim. reſol.* 4. 123. *&* 171.
& Amendola ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 68.
num. 3. & Menoch. *de arbitr. caſ.* 328. & nec
poſſunt dici honeſtæ ad tradita per Alex.
conſ. 99. *num.* 23. *& ſeq. lib.* 6. & Cæphal. *conſ.*
140. *vol.* 1. & Seſſe *deciſ. Arag.* 95. *num.* 4. 5. *&*
10. Item mulieres, quæ publica opinione re-
putantur pro honeſtis, occultè tamen ali-
quod peccatum committunt, nam iſtæ non
dicuntur meretrices ſecundum Laderch. *conſ.*
183. *num.* 14. honeſtæ tamen dici non poſſunt,
vt monſtrat Seſſe *d. quæſt.* 95. *num.* 11. & melius
Ricciull. *de perſon. reprob. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 5.
& quidem datur in iure iſte ſtatus medius
etiam in terminis, qui videntur inter ſe impli-
4 care, vt eſt in Theſi, qua perhibetur dari vir-
ginem inhoneſtam; ſi enim virgo eſt, quo-
modo vitæ inhoneſtæ? vt argumentatur Fon-
tanell. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſ.* 5. *par.* 1. *nu.* 48.
& tamen gloſa in §. *item lex Iulia verbo vi-
duam inſt. de publ. Iud.* firmat ſtuprum non
5 dari in virgine meretrice, & ſic ſupponit
poſſibile eſſe, quod ſit virgo, & meretrix ſi-
mul, & Fontanell. *loc. cit. num.* 50. ſubdit hoc
eſſe mirum, quia probatur expreſsè ex text.
in *l. quæ adulterium C. ad leg. Iul. de adult.* quod
6 fœminæ Cauponarum nec virgines, & nec vi-
duæ diei poſſunt, & de ſimilibus fœminis lo-
quuntur Pariſ. Burſatt. Cæphal. Lup. & Gra-
tian. *locis relatis* per Fontanell. *d. num.* 50.

Tutius nihilominus eſt dicere, quod in *iſto* §. Legislator loquatur, & diſponat abſolutè de quarta ſpecie lænocinij *à principio* à nobis recenſita, nempè de lænocinio, quod exercent extranei modis, & formis poſitis à Molin. & Pereyra *locis ſuprà citatis*.

Che non ſieno meretrici.

Ex his verbis apparet, quod ſtatuens voluit excludere lænocinium admiſſum in meretrices, non quia habuit pro vero, quod diximus ſuprà de neceſſitate tollerandi huiuſmodi lænones æquè, ac tollerantur meretrices: ſed quia voluit, hunc caſum relinquere in diſpoſitione iuris communis, quod eſt veriſimilius vt dixi §. *primo*.

Cap. XXVII. §. IV.

Neſſuno di qualſiuoglia ſeſso, ò condicione tenga in caſa donne per fare loro il ruffiano, ò ruffiana ſotto la pena della fruſtra.

SVMMARIVM.

1 *Caupones retinentes in Caupona mulieres ad proſtituendum, ſeù vt dicit* Garon. *retinentes quæſtuaria corpora tenentur de lænocinio.*
2 *Non eſt permittendum quod prætextu honeſti ſeruitij proſtribula fiant.*
3 *Ancillas proprias proſtituens tenetur pœna lænocinij.*
4 *Lænones non poſſunt prætendere mercedem pro lænocinio.*
5 *Etiamſi facta ſit conuentio.*
6 *Imo etiam ſi data ſit fideiuſſio.*
7 *Nam obligatio, & fideiuſſio eſt de iure nulla.*
8 *Lænones laqueum pro mercede debent reportare.*
9 *Meretrices habent actionem pro mercede.*
10 *Non ſic lænones, & quare.*
11 *Lænones poſſunt mercedem ſibi datam retinere.*

1 IDem ſi Cauponam quis exercet, & in ea
quæſtuaria corpora retineat, vt eſt tex. in
l. palam §. *lænas, & ſeqq. ff. de ritu nupt. & leg.
athletas* §. *ait Prætor. ff. de his, qui notantur in-
fam. & in auth. de lænonib.* §. *præconizzamus*, &
dicunt gloſa in *cap. apud.* §. *crimen* 32. *quæſt.* 1.
Maiol. *de irregular. lib.* 5. *cap.* 41. *num.* 1. *verſ.
ſciendum autem* Garron. *ad nouas conſtit. Me-
diolan. lib.* 4. *tit.* 15. *de meretricib. & lænon. art.* 8.
num. 1. & D. Franc. Ramos *ad leg. Iul. & Pa-
piam lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 2. etenim non eſt per-
mittendum, quod prætextu honeſti ſeruitij
2 proſtribula fiant, vt per ſupradicta iura, & ex
auctoritate Pegner. Franch. & Menoch. dicit
Berlich. *concl.* 40. *num.* 66. *par.* 5.
3 Idem ſi proprias ancillas quæſtus cauſa
quis proſtituat, vt per tex. in *l. ſi lænones C. de
Epiſc. aud. & l. lænones C. de ſpectacul. lib.* 11. Far.
Aug. ad Aug. Corrad. & Peguer. inquit Ber-
lich. *loc. cit. num.* 65. & D. Franc. Ramos *d. cap.*
12. *num.* 2.

Quæro hic, an pro operibus, quas præſtant
lænones, mercedem aliquam prætendere poſ-
ſint? agunt de hac quæſtione poſt multos,
quos citant D. Zacchia *de ſalario quæſt.* 73.
num. 11. *& ſeqq.* & D. Pacionus *de locato, &*
4 *conducto cap.* 15. *num.* 53. & reſoluunt negatiuè,
etiamſi merces fuiſſet conuenta, & conuentio
5 fuiſſet in ſcriptis redacta, prout quandoque
in ſcriptis vidi redactam huiuſmodi turpiſſi-
6 mam conuentionem, imò etiam ſi pro obſer-
uatione præſtita fuiſſet fideiuſſio, quia con-
7 uentio, ſcriptura, ſeù obligatio, & fideiuſſio

eſſent

eſſent nullæ ob tex. in §. *præconizamus auth. de lænonib.* & vt ſubdit D. Zacchia *loc. cit.*
8 *num.16.* vice mercedis, & ſalarij conſtituunt leges operarijs huiuſmodi ſuſpendium, vt eſt tex. in *d.§.præconizamus*.

Nec facit in contrarium, quod meretrices
9 habeant actionem petendi mercedem, & quod lenones meretricibus æquiparentur, vt prò ratione dubitandi dicit D. Zacchia *loc. cit. num.12. & 13.*
10 Quia non eſt inter meretrices, & lenones aliqua æquiparatio in hoc, dum meretrix facit actum illicitum, ſed non punibilem, tollerantur enim in Republica, vt dicam in *ſequenti Capitulo*, at lænones faciunt actum illicitum, & omninò punibilem, vt reſpondent D. Zacchia *loc. cit. num.17.* & D. Pacionus *dict.cap.15. num.53.*

Quæro ſecundo an, quod accipiunt, poſ-
11 ſint ſaltem lenones retinere? affirmat, & benè D. Zacchia *loc.cit. num.18.* per tex. in *leg. mercalem C. decondict. ob turp.cauſ.*

CAPITVLVM XXVIII.

RVBRICA.

Delle Meretrici.

Lænones, & meretrices habent inter ſe correlatiuitatem, & quidem neceſſariam, quia vbi extant lænones, ibi de neceſſe extant meretrices, & ideò congruè titulo de lænonibus annectitur pro continuatione titulus iſte de meretricibus.

SVMMARIVM.

1 *Meretrix dicitur à merendo, quia mercede ſuam exercet militiam.*
2 *Turpiter facit, ſed non turpiter accipit.*
3 *Tenetur de conſilio perfectionis reſtituere faciendo elemoſynam: ſed non de neceſſitate ſalutis.*
4 *Poteſt de acquiſitis cum meretricio teſtari, & diſponere ad libitum.*
5 *Epiſcopus non poteſt apponere manus in bonis meretricis ex meretricio acquiſitis, etiam poſt meretricis mortem.*
6 *Fœminæ, quæ non ſunt meretrices publicæ tenentur in conſcientia dare pauperibus, quæ acquirunt ex meretricio.*
7 *Videndi tamen ſuper hoc puncto Doctores citati.*
8 *Homines, qui meretrici promiſſa non ſeruant, peccant.*
9 *Meretrices ſicut non turpiter accipiunt, ita nec turpiter ſtipulantur.*
10 *Et ideo eis competit actio petendi iudicialiter mercedem.*
11 *Et ita deciſum refertur.*
12 *Fallit in fœminis, quæ non ſunt meretrices publicæ.*
13 *Nam illæ, & turpiter accipiunt, & turpiter ſtipulantur.*
14 *Fiſcus poteſt occupare bona, quæ accipiunt ex turpi quæſtu fœminæ, quæ non ſunt publicæ meretrices.*
15 *Meretrici ſimplici an poſſit abſque peccato donari remiſſiuè.*
16 *Mulier retenta domi non poteſt petere mercedem fornicationis.*
17 *Et nec poteſt prætendere ſalarium.*
18 *Retinet tamen ea, quæ durante concubinatu fuerunt ei donata.*
19 *De meretricibus earumque infelicitatibus, & incommodis, & de cauſa tollerandi eas, qui Doctores tractent.* 20 Me-

§. I.

Acciòche la tolleranza delle meretrici fatta à fine di ſchifar maggior male non cauſi altri diſordini Sua Signoria Illuſtriſſima vieta, che alcuna di mala vita, ancorche non fuſſe ſcritta alle bollette, e ſi diceſſe eſſer maritata, non ardiſca habitare in luoghi, ò contrade honeſte, ò non ſolite habitarſi da meretrici ſotto la pena d'eſſere ſubito ſcacciata, e nondimeno ſia tenuta alla prigione dell'anno intiero, la quale ſi deua al locatore, eccetto però s'eſſo da principio haueſſe ſaputo la conditione della donna, nel qual caſo s'applichi alle Conuertite, ſalua la facoltà alla meretrice di ſublocare la detta caſa à perſone honeſte.

20 *Meretrices ſunt à legiſlatoribus grauatæ multis incommodis. & quare.*
21 *Meretrices ſub nomine Heliogabalis laudantur.*
22 *Et nomine Apollinis priuilegiantur.*
23 *Et quæ ſint iſta priuilegia meretricum.*
24 *Meretrices tollerantur, ne matronarum, & virginum pudicitia tentetur.*
Improbatur à multis. n. 26.
25 Solon *meretrices coemptos Athenis proſtituit.*
27 *Meretricum numerus, quantum poteſt, à ſuperioribus minuendus eſt.*
28 *Meretrices nuptæ non ſunt tollerandæ.*
29 *Et Officiales, qui eas tollerant, peccant mortaliter.*
30 *Non ſuffragante conſuetudine.*
31 *Meretrix nupta debet puniri pro copula etiamſi maritus ſit ſciens.*
32 *Vita mulierum in ſuum corpus peccantium in triplici ſunt differentia.*
Explicatur qualibet differentia ibid.
33 *Mulier, quæ occulto cum aliquo forſan amore capta copulam habet non poteſt connumerari inter mulieres malæ vitæ.*
Et nec poteſt dici infamis. nu. 36.
Nam nō omnes, quæ ſui copiam faciunt efficiuntur infames. n. 37.
Etiam ſi duos ob quæſtum admittat. n. 44.
34 *Non poteſt tamen dici honeſta.*
35 *Honeſtas omnem turpitudinem excludit.*
38 *Amaſia alicuius non expellenda à vicinia, niſi ſit adeò impudica, vt eius exemplum præbeat alijs occaſionem delinquendi.*
39 *Meretrix emendata comprehenditur in bannimentis, quia infamia non ex hoc abolita.*
40 *Contrarium.*
41 *Diſtingue.*
42 *Meretrix emendata quænam dici poſſit.*
43 *Meretrix publica, quænam ſit remiſſiuè.*
45 *Mos profitendi licentiam fornicationi apud ediles eſt antiquiſſimus.*
45 *Vectigal antiquitus Romæ à meretricibus ſoluebatur.*
47 *Et inſtitutum fuit tempore Caligulæ.*
48 *Pontificibus non fuit in vſu.*
49 *Iudex Curiæ de Sabellis pro iure inter meretrices dicendo certum quid ſingulis annis pro labore à meretricibus accipiebat.*
50 *Fuit ſublata iſta penſitatio à Gregorio XIII.*
51 *A meretricibus tanquam meretricibus, & ob exercitium meretricium exigi vectigal non eſt licitum, & animus Chriſtianus abhorret.*
52 *Meretrices nec decimam eius, quod acquirunt ex meretricatu tenentur ſoluere.*
53 *Redditur ratio ex Diuo Thoma.*
54 *Meretrices, ſublato vectigale, deberent profiteri nomen apud Ediles in pœnam meretricatus.*
55 *Statutum loquens de meretricibus non comprehendit meretrices nuptas.*
56 *Differentiæ multæ ſunt inter meretrices nuptas, & innuptas remiſſiuè.*
57 *Statutum loquens expreſſe de meretrice nupta recipit interpretationem, vt procedat ſi maritus ſit ſciens.*
58 *Aſſignatur ratio.*
59 *Meretrix nupta viuens meritricaliter ignorante marito non poteſt carcerari pro debito, non cognoſcitur à Iudice meretricum, & nec ſubiecta eſt legibus, & incommodis meretricum.*
60 *Meretrices, & perſonæ inhoneſtæ debent eijci è vicinia, & locis, in quibus degunt perſonæ probæ, tam vigore Iuris communis.*
61 *Quam vigore conſtitutionis, ſeù ſtatuti, quod extat in pluribus locis enumeratis.*
62 *Aſſignantur duæ rationes, propter quas debent eijci.*
63 *Eijciuntur etiamſi habitent in domo propria.*
64 *Dummodo extet ſtatutum ita mandans.*
65 *Alias non eijciuntur è domo propria.*
66 *Niſi ſint valdè ſcandoloſæ.*
67 *Filiæ meretricum in Vrbe auferuntur matribus, & in Conſeruatorium ponuntur.*
68 *Meretrices non poſſunt eijci è tota Ciuitate, & Terra.*
69 *Contrarium.*
70 *Concilia.*
71 *Meretrices ſecundum* Ricciullum *non debent è vicinia expelli, niſi in vno ex quatuor caſibus, nempè quando pro meretricibus aſſignatus eſt certus locus: quando inhabitant prope Eccleſiam, ſeu Monaſterium: quando habitant iuxta porticus, ſeu Palatium Principis: & quando eſt ſcandaloſa aliter, quam ex vita meretricia.*
72 *Dictio* Subito *quomodo debet intelligi.*
73 *Iudex antequam veniat ad præceptum de exfrattando è vicinia contra meretricem debet examinare teſtes, & partes ſummarie audire, & dare terminum ad exfrattandum.*
74 *Imò antequam aſſignet terminum de exfrattando debet tranſmittere præceptum de non inquietando vicinos ſub pœna eiectionis.*
75 *Sed, quod poſſit ommitti huiuſmodi præceptum firmat* Themudo.
76 Sed *vide diſtinctionem Autoris circa eiectionem meretricis rixoſæ, & non meretricis, ſed brigoſæ, faſtidioſæ, & vicinis iniurioſæ, & nu. 78.*
77 *E vicinia poſſunt eijci etiam maſculi rixoſi, faſtidioſi, & vicini iniurioſi licet de maſculis non fiat mentio in ſtatuto.*
79 *Mulier quando eijcitur è vicinia ob ſolam vitã meretriciam debet conſtare de tribus, quod mulier ſit meretrix, quod in domo, & vicinia non ſint ſolitæ habitare meretrices, quod inſtantia proueniat ab his, qui habent ius eijciendi.*
80 *Scolares ſunt iuuenes procliues ad mulieres.*
81 *Monitio facta ſcolaribus, vt abſtineant à Venere quia ea intellectus confunditur.*
82 *Ius expellendi meretrices è vicinia competit ratione habitationis.*
83 *Locatores habent ius expellendi meretrices, quando*

do ignorauit qualitatem mulieris.
84 *Dummodo habitet in vicinio, alias ſecus.*
85 *Meretrici debet aſſignari terminus competens ad exfrattandum.*
86 *Dummodo non agatur de meretrice incorrigibili.*
87 *Vel non habitet prope Monaſterium Monialium, vel domum Principis.*
89 *Et tranſacto termino bona poſſunt proijci in viam.*
Appellatio non datur à ſententia, seu præcepto de exfrattando. n.88
90 *Intellige de appellatione ſuſpenſiua.*
91 *Index dum facit præceptum de exfrattando debet quantum poteſt proſpicere indemnitati domini domus.*
Niſi ſcienter indignis locauerit. n.99.
92 *Et debet ſi mulier ſit honeſtæ familiæ ſecretò monere, vt diſcedat.*
93 *Et quatenus velit præceptare in ſcripſis ſimulet aliam cauſam.*
94 *Index poteſt per ſe, & manu ſua ſcribere depoſitiones teſtium abſque interuentu notarij, & proceſſum penes ſe retinere quando agitur de re, quæ tangit honorem mulieris, vel alicuius familiæ principalis.*
95 *Diſpoſitio* textus in cap. quoniam contra de probat. *non practicatur in certis caſibus, & præſertim quando publicitas poteſt ſcandalum parere.*
96 *Mulierem eſſe meretricem quomodo probetur. & num.98*
97 *Teſtes ſingulares admittantur ad probandam vitam meretriciam alicuius.*
100 *Vicini inſtãtes pro eiectione meretricis à vicinia teneantur Domino domus ad penſionem, & damnum, quod indè prouenit illi.*
101 *Contrarium nempè, quod damnum cedat in præiudicium locatoris, qui debebat inueſtigare conditionem locatoris.*
102 *Qui tenetur inueſtigare habetur pro ſciente.*
103 *Meretrix, quæ poſt factam conductionem domus cœpit meretricari, ſi eijciatur è domo, debet ſentire damnum, & incommodum penſionis.*
104 *Penſio domus, quando meretrix eijcitur debet ſolui à meretrice vigore bannimentorum, ſed Conuentui Conuertitarum applicatur, quando Dominus ſcienter meretrici locauit.*
105 *Locantes domos meretricibus, an, & quando peccent, tractant Doctores relati.*

1 MERETRIX dicitur à merendo teſte Valla, quem refert, & ſequitur Calepin. *verbo meretrix*, & Io: Mart. à Coſta *de Domo ſupplicationis annot. 20. num. 3. & annot. 6. n. 24.* vbi citat Gratian. *diſcep. 135. num. 1.* nam mercede ſuam exercet militiam, quæ copiam ſui corporis facit, vt ſubdit Calepin. *ibid.* & ideò quamuis mulier meretricando turpiter faciat,
2 non tamen turpiter accipit ob rationem, quia eſt meretrix, vt per tex. in *l. 4. ff. de condict. ob turpem cauſam*, dicit Iacobus Bonaudus de Sauſeto *in Apoſtillis* ad Io: de Terra Rubea *in tract. contra rebelles ſuorum Regum tract. 3. artic. 8. lit. A. verbo meretrix fol. mihi 77. à tergo*, & licitè mercedem accipere dicit poſt Innoc. & Io: Andr. Abbas Panormit. in *cap. quia plerique col. 6. de immun. Eccleſ.* qui *col. 7.* ſubdit,
3 quod quamuis de conſilio perfectionis teneatur reſtituere faciendo elemoſynam, attamen de neceſſitate ſalutis non tenentur reſtituere, quia ſatis eſt Deo ſatisfacere per penitentiam: idem tenent Cynus in *l. cum te Cod. de condict. ob turp. cauſ.* & Bald. *in l. 1. C. eod. tit.* & Bonau-
4 dus *loco cit.* ſubdentes, quod meretrices poſſunt de acquiſitis cum meretricio facere teſtamentum, & diſponere, prout volunt ad libi-
5 tum, & quod Epiſcopus non poteſt in bonis taliter acquiſitis apponere manum, etiam poſt mortem meretricis, & ita ait Bald. *ibidem*, ſe
6 à quodam Epiſcopo interrogatum reſpondiſſe: limitant tamen hoc in illis, quæ non ſunt publicæ meretrices, quia iſtæ tenentur in foro animæ illud, quod accipiunt dare pauperibus, & ex hac diſtinctione Abb. *loc. cit.* ait poſſe ſaluari opinionem Ant. de Butrio in *dict. cap. quia plerique* [illegible].
7 Sed de quæſtione, an mulieres, quæ non ſunt meretrices publicæ licitè retineant, & ad libitum diſponant de illis vide latè D. Vrceolum *de tranſact. qu. 39. num. 9. & ſeqq.* Zacchiam *de ſalario par. 2. quæſt. 75. per tot.* Farinac. *fragm. verbo concubina num. 552.* D. Pacionum *de locato, & conduct. cap. 15. n. 52.* Fernand. Vaſquez. *opuſc. moral. tract. de reſtit. cap. 7. per tot.*
Imò Cyn. & Abb. & Bonaud. *locis citatis,*
8 volunt etiam, quod peccent ij, qui meretrici non ſeruant promiſſa, quia ſicut non turpiter
9 accipiunt, ita nec turpiter ſtipulantur, & pro-
10 pterea eis competit actio petendi iudicialiter mercedem, vt dicunt D. Vrceolus *loc. cit.* Pratus *reſp. crim. 3. n. 17. & ſeqq.* Rota penes D. *Torre de pactis fut. ſucceſ. dec. 11. nu. 2.* Fern. Vaſquez. *controu. iuris cap. 48. n. 2.* & Paitellus *in expedit. 89. nu. 2. & ſeq.* qui refert ita fuiſſe penes eum
11 deciſum, quem pluribus adductis ſequitur Filius in *addit. ibid. num. 66.* & ita fuiſſe deciſum etiam Neapoli dicit Gizzarell. *dec. 52. n. 4.* contra quoſdam nobiles, qui promiſerant ſoluere penſionem domus cauſa acceſſus, quē ad ipſam habebant.
Sed hoc pariter limitant in mulieribus, quę
12 non ſunt meretrices publicæ, quia ipſæ tur-
13 piter accipiunt, & turpiter ſtipulantur, & ideò
14 tenentur reſtituere, & fiſcus poſſet illa bona occupare. Vide tamen prefatos Doctores, & ſignanter Vaſquez. *n. 13. & 15.* & Bonaudum, qui latè loquitur, & ex Andrea de Iſernia
15 quærit etiam an ſimplici meretrici poſſit abſque peccato donari. Et vide etiam de hac re loquentes D. Vrceolum *loc. cit.* & D. Sabellum, qui optimè diſtinguit in *ſumma diuerſ. tract. §. meretrix num. 12.*
16 Limitant etiam in muliere retenta domi, quæ non ſolùm non poteſt petere mercedem

Digitized by Google

27 fornicationis, ſed nēc poteſt prætendere ſala-
rium ſeruitij præſtiti, vt ex Gamma *dec.* 106.
& Andrea de Iſernia *tit. quibus modis feudum
ammittatur num.*11. inquit Taſſonus *de antefato*
28 *fol.* 175. *num.* 338. ſi tamen durante concubi-
natu fuerit aliquid illi donatum non poteſt
repeti, vt ex Gamma ſubddit Taſſon. *ibidem
num.* 339.

Nota primò, quod de meretricibus earum-
19 que infælicitatibus, & incommodis, nec non
de cauſa tollerandi eas, agunt diffusè Farin.
*qu.*136.*num.*74.*& ſeqq.*Garron. *ad nouas Con-
ſtit.Mediol. lib.*4.*tit.*15. *de meretricibus art.*1.*&
ſeqq.*& Scannarol. *de viſit. carcerat. lib.*1.§.3.
*cap.*4. *per tot.* Ricciull. *de perſon. reprob. lib.*2.
*cap.*1.*& ſeqq.*D. Zacchia *de ſalario qu.*27. *per
tot.* Paitellus *in addit.* ad Patrem *expedit.* 89.
per tot.& latiſſimè D.Fran.Ramos ad *leg. Iul.
& Papiam lib.* 3. *c.*18.*& ſeqq.* Mattheù *de re
crim.contron.*59.*per tot.*& D.Sabell.*in ſumma* §.
*meretrix num.*150.

20 Nota ſecundò, quod legumlatores multis
incommodis voluerunt meretrices grauare
ad deterrendum fœminas ab huiuſmodi nefa-
ria; & turpi vita, & vt inquit Scanarol. *loc.
cit.num.*1. vt ſe ipſas intuentes reſipiſcant, &
ad pœnitentiam impellantur, & vt homines
illas deteſtentur, & hoc idem vult D. Sabellus
in *pract.vniuerſ.*§. *meretrici num.*32. & ad dete-
ſtationem earundem poterit videri Sacra Scri-
ptura in *prouerb. cap.*7.

21 Nota tertiò, quod de laudibus meretricum
& vtilitate ex illis reſultante agit hyronicè
Leonardus Aretinus *in elagantiſſima oratione
ſub nomine Heliogabali Imperatoris compoſita*,
quæ habetur *in libro* vitæ diuerſor. Roman.
Imperat.*fol.mihi* 291.& agit Traianus Bocca-
linus in *Secretaria Apollinis in Epiſtola, qua*
22 *fingitur Concubinis ſcripta fol.mihi.*456.qui *circa
finē* enummerat beneficia ab Apolline eis col-
lata, quæ hic ponam, vt homines illas dete-
23 ſtentur, & fugiant. *Habbiamo determinato di
concederui alcuni priuilegij, i quali agenolando
le voſtre fatiche potranno rendere men fallaci le
voſtre arti, e ſono queſti: di potere rubbare ſenz'o-
bligo di reſtitutione: di fingere: di diſſimulare: di
non dire mai la verità: di godere ſenza amare: di
piangere, quando volete: di traſformarui quando
vi piace: di chiedere ſenza diſcretione: di togliere
ſenza pietà: di celar l'odio ſotto le luſinghe: di
ſtrapazzare i voſtri amanti, e finalmente di vendi-
carui inſenſibilmente delle ingiurie, che vi fanno,
facendoli reſtare pelati nella teſta, e nella borſa,
nel termine di quaranta giorni.*

Nota quarto, quod licet cauſa potiſſima
24 tollerandi meretrices in Ciuitatibus, & Re-
publicis ſit, ne Matronarum, & Virginum
pudicitia in diſcrimen vocetur dicente D. Au-
guſtino *lib. de ordin.cap.*4. *tom.*1. *relato à* Sca-
narol.*d.cap.*4. *num.*19. quod ſi auferuntur me-
retrices de Ciuitatibus, omnia turbabuntur
libidinibus, & propterea Solon, vt refert Plu-
tarchus in *eius vita*, coemptas meretrices
25 Athenis proſtituit, vt ab adulterijs Iuuentus
cohiberetur, & hinc huiuſmodi turpes perſo-
næ hodiè vbique, & etiam in Vrbe tolleran-
tur Menoch.*de arbitr.caſ.*535. *num.*11. *& ſeqq.*
Vaſquez *controuerſ.illuſtr. cap.*48. *num.*1.*&* 2.
Bonacin.*tom.*1.*tit.de ijs, quæ pertinent ad vſum
matrimonij qu.*4. *punct.*14.*nu.*4.Panormit.*cap.
inter opera de ſponſal.* Paſchal. *de patria poteſt.
par.*2.*cap.*10.*num.*36.*in fine* Scanarol.&Garon.
locis citatis, & plures referens Ricciull. *de per-
ſon.reprob.lib.*2.*cap.*6.*nu.*12. S. Chriſoſt.*homil.*
32. *ſuper Matth.*19.D.Thom.2.2.*qu.*10.*art.*11.
*& lib.*4.*de regim.Princip.cap.*15.Nicolaus de
Lira *Geneſ.cap.*19.& Barboſ.*ff.ſol.matrim.*2. *p.
rub.num.*20.*& ſeqq.*nihilominus multi hoc pe-
26 nitùs improbant, & deteſtantur, nempè Clau-
dius Spencæus *lib.* 3.*de continentia Sacerdotum
cap.*4.Nauar.*manual.cap.*17.*num.*195.Pater Io:
Mariana *tit.de ſpectaculis cap.*10. & alij plures
quos refert D. Franc.Ramos *ad legem Iuliam
& Papiam lib.*3. *cap.*36. *num.* 8. eiuſdem opi-
nionis ſunt Giballin.*de vniuer. negociat. lib.*1.
*cap.*4.*conſec.*12.*per tot.* Salzed.*in opuſc.*D.Tho-
mæ *de regim.Princip.lib.*4.*cap.*14.*diſſer.*49.quos
refert D.Sabell. *in ſumma diuerſ tract.*§.*mere-
trix num.*15.*in fine*, & Hæretici Huſſiti repræ-
henderunt olim permiſſionem,& tollerantiam
meretricum, ex eo, quia ſolius Dei eſt pecca-
ta permittere, vt refert P.Io:Marquez *in eius
Gubernatore Chriſtiano lib.*1.*cap.* 29.§.3.*fol. mihi*
218. & quia validæ ſunt rationes pro vna, &
pro altera opinione, Concilium Conſtantien-
ſe noluit ſuper hoc decretum interponere, vt
aduertit Marquez, qui *circa finem* monet Gu-
27 bernatorem, vt ſtudeat ſaltem minuere co-
piam earum: vide eum,& vide Thom.Hurtad.
*reſol.moral.par.*1.*reſol.*17.*per tot.*&D.Thomam
2.2. *d.q.*10. *art.*11.

Sed an tollerantia extendatur etiam ad
28 meretrices nuptas? D. Sabell. in *pract. vniuer-
ſali* §.*meretrici num.*55. dicit, quod Pater Coſ-
mus de Pazzis è Societate Ieſu conſultus re-
ſpondit negatiuè per doctrinam Farin. *quæſt.*
141. Clar. §. *adulterium num.*7. *in fine* Nauar.
Manual.*cap.*17.*num.*195.S.Antonin. *par.*3. *tit.*
3.*cap.*4.§.5. & Petr.Gregor.*ſintagm.Iur. ciuil.
par.*2. *lib.*10. *cap.* 2. *num.*14. *& ſeqq.* & addit,
29 quod Officiales, qui eas ſcienter tollerant
peccant mortaliter non ſuffragante conſuetu-
30 dine, quia potius dicenda eſt corruptela,
vide D. Sabell. etiam in *ſumma diuerſ. tract.*§.
*meretrix. num.*3. vbi ait, quod meretrix nupta
31 debet puniri pro copula carnali habita cum
alio, etiam ſi maritus ſit ſciens, quod vult
etiam Sanfelic.*deciſ.*266. vbi ponit tres caſus,
& in tertio agit de meretrice publica nupta,
& ait quod cognoſcens eam carnaliter non
incurrit pœnam, ſed benè incurrit pœnam
mulier: & quod ita fuit iudicatum, & idem
replicat Sanfelic. *deciſ.* 341. vide eum, & vide
Scannarol.*de viſit.carcer.lib.*1.§.3.*cap.*4.*nu.*44.
vbi ait etiā, quod meretrices poſſunt cōpelli à
parentibus ad relinquendam vitam inho-
neſtam.

Al-

Digitized by Google

Alcuna di mala vita.

Videtur compræhendere hæc diſpoſitio
quaslibet fœminas in ſuum corpus peccantes,
quamuis non ſint penitus proſtitutæ, & publicè
expoſitæ, vt aduertit in ſimili pragm.
Carol. Tapia de iure Regni lib.5. tit.26. pragm.
5. num.6. Verum quia in triplici differentia
32 conſtituitur vita harum mulierum ſecundum
Garon. ad nouas Conſtit. Mediol. in prælud.1.
lib.4. tit.15. de meritricibus num.6.

Primò in proſtituta, ſeù proſtibula, quaſi
antè ſtabulum poſita quæſtus nocturni, &
diuturni cauſa.

Secundò in ſimplici meretrice, quæ honeſtioris
loco habita noctu tantummodò copiam
ſui facit.

Tertiò in inhoneſta, quę occultè cum aliquo
peccat.

Ideò magis tutum eſt dicere, quod
mulieres in hac tertia differentia exiſtentes
non comprę henduntur in hoc §. quia quæ oc-
33 cultò cum aliquo, forſan amore capta, conſuetudinem,
& copulam carnalem habet, non
34 poteſt inter mulieres malę vitæ connumerari:
vt inquit Menoch. caſ.328. num.14. Barboſa de
appell. verb. ſignific. appell.150. num.2. Domin.
Bonfin. ad bannimen. ſtat. Eccleſ. cap.6. num.10.
Conciol. ad ſtat. Eug. lib.5. rub.40. num.4. Maſcard.
de probat. concl.1066. num.7. & D. Sabell.
ſumma diuerſ. tract. 5. meretrix num.1.
verſ. non tamen, Carocc. Ricc. Triuiſan. Add.
ad Sanfęl. locis relatis à D. Sabell. ibid. etiam
ſi accepta pecunia rem habeat vt ex Ioanne
Oroſc. Alciat. Pichardo ait Io: Martin. à Coſta
de domo ſupplicationis annot.20. num.4. licet
enim non poſſit dici honeſta, vt ex Fabro,
Menoch. & Maſcard. dicit Ricciull. de
perſon. reprob. lib.2. cap.2. num.5. & ego dixi in
cap. antecedenti §.3. num.3. vbi plures allegaui
concordantes, quibus addo Nepitam ad conſuetud.
Catania tit.68. conſuetud. vnica num.9.
& ſeqq. qui affert Lucam de Penna, Afflict. &
Butrigar. & vult quod mulier probetur eſſe
inhoneſta etiam non probato actu, vel motu
corporis, ſed ex eo quod ſcolares ingrediuntur
domum ipſius diu, noctuque, nam hone-
35 ſtas omnem turpitudinem excludit, & ſignanter
fornicariam ad tex. in leg.4. ff. de condict.
ob turp. cauſ. & in l. Imperialis C. de ſecundis
nuptijs, nihilominùs malę vitæ, hoc eſt in-
36 famis, non eſt, vt innuit Ricciull. loc. cit. & ex
Surdo de alimentis tit.7. quæſt.4. num.34. & 35.
Gratian. diſcept.135. num.5.8. & 9. diſcep.204.
num.31. expreſſè inquit Io: Martin. à Coſta
loco cit. annot.6. num.24. vbi ait, quod iſta dicitur
perſona turpis, ſed non infamis, etenim
37 non omnes, quæ ſui copiam faciunt, infames
efficiuntur, vt ex Rebuff. in leg. Maurus ff. de
verb. ſignific. pag.730. inquit Azeuedo recopil.
lib.8. tit.13. leg.2. num.121. & confert multum
D. Sabellus in ſua practica vniuerſal. §. meretrici
num.28. verſ. e veramente, & hoc in ſubſtantia
vult dicere Carolus Tapia de iure Regni
lib.5. tit.26. de meretricibus pragm.5. num.9.
38 qui ex Affl. & Aretin. ait non eſſe expellendam
amaſiam alicuius, niſi ſit adeò impudica,
vt eius exemplum occaſionem præbeat
delinquendi, & ità intelligendos eſſe Solam,
Menoch. & Carpzou. dicentes abſolutè etiam
amaſiam alicuius eſſe expellendam, nam remoto
ſcandalo euidenti puellæ detentæ per
amaſios de vicinia non debent exfractari, &
allegat Bouadillam, & Mutam locis per eum
citatis, cum quibus concordat Themud. deciſ.
212. num.6. qui alios citat. Vide quæ dicam
infra §.2. num.6.

39 Quęro primò an comprę hendatur meretrix
emendata? affirmat Garon. ad nouas conſt. Mediol.
lib.4. tit.15. artic.15. n.9. dicens ex Afflict.
& Luca de Penna, quod infamia non eſt abolita,
& ideò qui talem meretricem appellat,
non tenetur actione iniuriarum: negant Mar-
40 ſil. Guliel. de Bened. Ripa. Roland. Sola, &
alij relati à Ricciull. de perſon. reprob. lib.2. cap.
4. num.3. Ipſe tamen Ricciull. ibid. num.3. di-
41 ſtinguit inter eam, quæ ob impotentiam videtur
emendata, & eam, quæ verè, & realitèr,
& animo, & corpore receſſit à peccato, & occaſione
peccati, & primo caſu comprę hendi,
ſecus in ſecundo affirmat, & ratio, quia primo
caſu voluntas facit, quod ſit, & cenſeatur
eſſe in ſtatu meretricali, ſecundò verò caſu
abolita prorſus eſt omnis macula, & nomen
inhoneſtum ad tex. in Imperialis C. de nupt. &
hanc diſtinctionem ex Maſcard. de probat. concluſ.
1003. num.4. facit etiam Nepita ad conſuetud.
Catan. tit.68. conſuetud. vnica num.62.
& 63.

42 Quæro ſecundò quænam dicatur meretrix
emendata? tradit Ricciull. loc. cit. cap.22. &
Nepita loco pariter cit. num.63. ait quod meretrix
dicitur emendata, ſi fecit magnam pænitentiam,
& abſtinuit à malis per triennium,
& occaſio delinquendi, & peccandi euenisset,
& à Sacerdote fidem haberet de tali emendatione.

43 Quæro tertiò quæ nam dicatur meretrix
publica, quæ dicatur ſimplex meretrix, &
quæ dicatur priuata? dixi aliquid ſupra num.
32. ſed hanc rem tradunt ad ſatietatem
Theſaur. quæſt. forenſ.33. num.1. Peguer. deciſ.
12. Farin. quæſt.136. num.85. & conſ.33. & ibi
Adden. & Garon. ad nouas conſtit. Mediol. lib.4.
tit.15. artic.15. num.3. Grazian. diſcept.135.
num.5. & ſeq. Gizzarell. & Add. deciſ.52. &
deciſ.54. Tapia loc. cit. in rub. Paſchal. de patr.
poteſt. par.2. cap.10. num.27. Maſcard. concluſ.
1067. Caball. caſ.123. Caſtill. deciſ.183. Muta
ad pragm. Regni Siciliæ tit.77. & D. Franc. Ramos
ad l. Iuliam, & Papiam lib.3. cap.17.18. &
ſeqq. par.2. qui cap.18. num.4. ait quod vtcum-
44 que turpis ſit, atque inhoneſta, quę ob quæſtum
duos admitit, nec matronæ dignitatem
retineat leg. ſi vxor ff. ad leg. Iul. de adult. leg.

cum tabulis §.quoniam ff. de his, qui vt indig.
non eſt tamen omninò meretrix, quia nec
palam, & promiſcuè vulgaris, profeſſa, &
proſtituta *leg. palam* ibi -- *non ſiqua adulte-*
ris, aut ſtupratoribus ſe committit, & l.probrum
ff. de ritu nupt. de eadem re agunt Couar.
in 4. decret.par.2.cap.8.§.11.num.4. Barboſa
de appell. verb. ſignif. appell.150. num.1. Con-
ciol.*ad ſtat.lib.5.rub.40. num.3.* Pace Iordan.
lucubrat.vol.2.lib.10.tit.7. num.60. & vol.3.
lib.14.tit.18.num.457. D.Sabell.*ſumma diuerſ.*
tract.§.meretrix num.1. Calà *de modo articulan-*
di gloſa vnica §.2. num.375. & ſeqq. Sanfelic.
deciſ.341. Adden. ad eum *deciſ.356. verſic.*
meretrix.

Ancorche non foſse alle Bollette.

Dixi aliquid in *cap.24.§.33.nu.40. & ſeqq.*
de Officiali, & officio Bollectarum, nunc
45 addo, quod iſte mos profitendi licentiam
fornicationi apud ediles eſt antiquiſſimus, vt
apparet ex Tacito *lib.2.annal.in fine* ibi -- *mo-*
re apud veteres recepto, qui ſatis pœnarum ad
uerſus impudicas in ipſa profeſſione flagitij crede-
bant, & dicunt D. Sabellus in *pract. vniuerſali*
§.meretrici num.32. in fine D.Franc.Ramos ad
legem Iuliam, & Papiam lib.3. cap.12. num.5.
& cap.18.num.1.& 7. & ex Cuiacio *l. 9. de ca-*
lumniat. & ex P.Hærod. *rer. Iudicat. lib.8. de*
adulter.& ſtupr.cap.16. obſeruat Garon.*ad no-*
uas conſtit. Mediol. lib.4. tit.5. de meretricibus
in præludio 1. num.13. vbi inquit ad dictum
morem reſpexiſſe Ouidium in verſu illo.

Famoſam culpa profeſſa facit.

46 Et tempore Reipublicæ Romanæ ſolueba-
tur vectigal à meretricibus, vt ex Tiraquell.
& Guid.Panzirol.ait D.Sabell.*loc.cit.*ſed hoc
47 fuiſſe inſtitutum tempore Caligulæ, & ante
fuiſſe Romę prorſus ignotum aſſerit Ricciull.
de perſon.reprob. lib.2. cap.37. num.1. ſubdens,
quod Alexander Seuerus ſucceſſor noluit ex
tali vectigali congeſtas pecunias in Ærarium
inferri, & ad publica opera erogari iuſſit. At
48 Pontificibus hæc penſitatio non fuit in vſu,
vt dicit Ricciull. *loc. cit. num.1.* licet Iudex
49 Pedaneus Curiæ de Sabellis pro iure inter
meretrices dicendo certum quid ſingulis an-
nis pro eius labore acciperet, vt ex Veſtrio
in *praxi lib.1.cap.14.num.4.*notat Ricciull.*ibid.*
& ſequitur Scannarol. *de viſit. carcerat. lib.3.*
§.6. num. 26. & fuit ſublata hæc exactio ſala-
50 rij à ſanct. mem.Gregorio XIII. anno 1575.
vt teſtatur Scannarol. *loc.cit. num.34.* & mi-
rum videtur, quod dictus Pontifex, alioquin
zelantiſſimus, non prohibuerit etiam exigi in
eius Patria, & quemlibet Principem horratus
non fuerit ad illud delendum, nam Ang. in
auth.de lenon.in princ. Gregor. Lopez *ad leg.2.*
verbo paraſazer tit.22. par.7. Maſtrill. & Bul-
lenger. *locis relatis* per Carolum Tapiam *de*
iure Regni lib.5.tit.26. de meretricibus pragm.6.
aiunt, quod non poteſt Chriſtianus animus
id ferre, cum Alex.Imper.etſi Ethnicus vetuiſ-
ſet talia Vectigalia à Caio Caligula primum
impoſita ſacro Ærario inferri, vt ex Ricciullo
mox dixi, & non eſſe licitum à meretricibus,
51 tanquam meretricibus, & ob exercitium
meretricium vectigal exigere probat Ricciull.
de perſon.reprob. lib.2. cap.37. num.4. & ſeqq.
& confert D.Thoma 2. 2. *quæſt.27. art.2.* qui
52 ait, quod meretrix nec tenetur ſoluere deci-
mam eius, quod acquirit ex meretricatu,
quando actu meretricaliter viuit, & reddit
53 rationem poſt D.Thomam D. Carolus Rota
in *florilegio practic. concl.11. num.16.* quia cum
genus mulierum ſit auariſſimum *l. ſi ſtipulata*
§.vxor ff.de donat.inter vir.& vxor.& l.ſi ego §.
1.vbi gloſa verbo donat.ff.ad Sen.conſul.Velleian.
de facili propter decimæ ſolutionem maior
in peccando præberetur occaſio: ſubdens
quod ad dictam ſolutionem decimæ tenetur
poſtquam prauam dereliquit vitam, & cum
hac Diui Thomę tranſire Monetam, Riccium,
& Hoſtien. inquit Domin.Rota *ibidem.*
54 Crederem tamen proficuum eſſe Reipubli-
cæ, quod ſublato huiuſmodi vectigali rema-
neat officium ad deſcribendum meretrices,
ob rationem, quam retuli in *cap.24. §.33.*
num.43. & quam retuli ex Tacito dicente
dictam profeſſionem, ſeù regiſtrationem
nominis fœminæ in libro, & albo mere-
tricum fuiſſe introductam in pœnam ibi --
more apud Veteres recepto, qui ſatis pœnarum
aduerſus impudicas in ipſa profeſſione flagitij cre-
debant.

E ſi diceſse eſsere maritata.

Neceſſaria fuit hæc indiuidua ſpecificatio,
& mentio meretricum nuptarum, quia aliàs
55 diſpoſitio eas non compræhendiſſet, vt ex
Grilland. Roland. Buccaron. Ricciull. & Se-
raph. inquit Scanarol. *de viſit. carcerat. lib.1.*
§.3.cap.4.num.48. Ricc.*deciſ.129.num.2.par.4.*
Garon. *ad nouas conſt. Mediol. lib.4. tit.15. de*
meretricib. prælud.2. num.7. vbi plures diffe-
56 rentias refert inter meretrices nuptas, & in-
nuptas, quas vide apud eum in occurrenti
caſu.

Sed an hæc diſpoſitio procedat abſque vl-
la diſtinctione? dic quod debet recipere in-
terprætationem à Iure communi, vt habeat
57 locum ſolum, quando maritus eſt ſciens, &
non alias, nàm quando maritus eſt ignarus,
& neſcit, quod vxor viuit meretricialiter;
58 tunc ſi ceſſat ratio reſpectu honeſtatis mu-
lieris, remanet tamen reſpectus, qui debetur
marito, qui reſpectus cum nequeat ab vxore,
quamuis inhoneſta, ſeparari, efficit, vt vxor
ſit iudicanda tanquam honeſta materfami-
lias, vt ex Menoch.Marſil.Boer.& Gomez.his
formalibus verbis reſpõdet Ricciull.*de perſon.*
reprob. lib.2. cap.3.n.6. qui infert ex hoc quod
mere-

Digitized by Google

meretrix nupta viuens meretricaliter igno-
59 rante marito, non poterit carcerari pro de-
bito, non poterit cognoſci à Iudice meretri-
cum, & nec ſubiecta erit legibus, & alijs in-
commodis, quibus ſubiectæ ſunt aliæ meretri-
ces, & ad hoc citat concordantes, quibus ad-
dendus eſt Themudo *deciſ.212.num.3.* & Gra-
tian. *diſcept foren.135. num.20.& diſcept.962.*
n.19.& Nepita *ad cõſuet. Cataniæ tit.68.conſuet.*
vnica num.60. & 61. quamuis enim teneat,
quod vigore conſuetudinis, de qua loquitur,
meretrix nupta debeat eijci è vicinia honeſta-
rum mulierum, dummodo quæſtum fecerit
ſui corporis vltra duas vices, & ad hoc pro-
bandum pluribus vtatur argumentis, nihilo-
minus concludit quod multum debet verti
arbitrium Iudicis in hoc fauore matrimonij,
cum multa in eius fauorem leges ſtatuerint,
vt dicit Neuizzan. *Sylua nuptiali verbo eſt nu-*
bendum: cum eadem diſtinctione pertranſeunt
Caball. *crim. reſolut. 184. per tot.* D. Bonfin.
ad bannimenta ſtatus Eccleſ. cap.6. num.10. &
Conciol. *ad ſtat. Eugub. lib.5. rub.40. num.5.*

Vide Tapiam *de iure Regni lib.5. tit.26. de*
meretric. pragm.5. num.7. Azeued. *recopil. lib.8.*
tit.17. leg. 2. num. 109. Carpan. *ad ſtat. Me-*
diol. cap.472. num.48. D. Sabell. *pract. vniuerſal.*
§. meretrici num.36.

Eſsere ſubito ſcacciate.

60 Quod inhoneſtæ debeant eijci à vicinia, &
contrata, & locis, in quibus degunt perſonæ
probæ, eſt etiam de Iure communi, vt eſt tex.
in l. ſiqua C. de ſpectac. ſcanic. & lænon. lib.11.
l. contra publicam C. de re militar. lib.12. l. non
aliter ff. de vſu, & habitat. & l. ſi pendente ff. de
vſufr. Rouit. *pragm. 4. de meretricibus* Carol.
Tapia *de iure Regni lib.5. pragm.5. de meretri-*
cib. num. 2. & ſequ. Lucas de Penna in *d. l. ſi*
qua col.3. Auend. *de mand. Reg. part. 2. cap.6.*
num. 3. Paitellus *in aduot.* ad Patrem *expedi-*
tione 89. num.24. & ſeqq. Scannarol. *de viſit.*
carcer. lib. 1. §.3. cap.4. num.41. & ſeqq. & pro
multis Garon. *ad nouas conſt. Mediol. lib.4. tit.*
15. art.15. num.1. & Ricciull. *de perſon. reprob.*
lib.2. cap.21. num.2. qui refert ſimilem conſti-
61 tutionem extare in Ciuitate, & Regno Nea-
politano, in Cathalonia, in Sabaudia, & Ci-
uitate Ferrariæ; ſequuntur Thoro in *ſupplem.*
deciſ. verbo meretrix Sanfelic. *deciſ. 127. nu. 7.*
Franch. *deciſ.316. num.1.* Carol. Ant. de Luca
in *addit.* ad Franch. *ibid. num.1.* Paſchal. *de*
patria poteſt. par.2. cap.9. num.77. Theſaur. *fo-*
renſ. quæſt. 33. lib.1. Fontanell. *deciſ.503. n.23.*
Menoch. *de arbitr. caſ.78. num. 11. & caſ. 328.*
num.14. Bouadill. *politica tom.2. lib.2. cap.15.*
num.3. Farin. in *fragm. litt. M. num.407.* Ricc.
reſol.133. part.2. Themudo *deciſ. 213. num.1.*
Nepita *ad conſuetud. Catan. tit.68. conſuet. vni-*
ca num.1. & 2. qui refert ſimilem conſtitutio-
nem extare in Ciuitate Panormitana, Syra-
cuſana, Catinenſi, & Gallia Conciol. *ad ſtat.*
Eug. lib.5. rub.40. num.1. Caluin. *de æquitate*
lib.1. cap.33. nu.4. & Bonfin. *ad bannimenta ſta-*
tus Eccleſ. cap.6. num.10.

Ob duas quidem rationes, primo quia
62 tanquam lęproſę non debent alijs commiſce-
ri, nè exemplo, vel colloquio corrumpant ho-
neſtas, vt dicunt præfati Doctores, & Tho-
loſ. *ſintagm. Iuris part.2. lib.10. cap.2.* ſecundo
quia quodammodò ſunt iniuriæ, & dedecori
perſonis probis, quę poſſunt indè reputari in-
honeſtæ ab ijs, qui familias non habent no-
tas, & cognitas, vt ex Barboſ. Io. de Plat. &
Theſaur. innuit Themudo *deciſ.212. n.4. lib.2.*

Et non ſolum poſſunt eijci è domo condu-
63 cta, ſed etiam à domo propria, vt firmant
Conciolus, & Caluin. *locis mox citatis* Me-
noch. *conſ.798. num.21. & conſ.666. num. 12.*
Caſſan. *conſuetud. Burgund. rub.4. §.5. num.57.*
Capiblanc. *ſingul. 105.* Gizzarell. *deciſ. 56.*
Ricciull. *de perſon. reprob. lib.2. cap.21. num.3.*
Scannarol. *loc. cit. num.42.* Nepita *loco cit. nu.*
1. & 8. & Garon. *vbi proximè num. 11.* qui
64 inquit, quod hæc concluſio non procedit ita
abſolutè in locis, in quibus non extet lex,
ſeù ſtatutum hoc expreſsè ſtatuens, quia con-
65 trarium, nempè quod non poſſint è domo
propria expelli firmaut Theſau. *foren. quæſt.*
33. num.2. lib.1. Caball. *crim. reſol.184. num.3.*
Gratian. *diſcept.135. num.20.* & Genuenſ. *pra-*
ctic. Eccleſ.242. num.1. Paſchal. *de patr. poteſt.*
par.2. cap.10. num.39.

Poſſunt tamen conciliari diſſidentium opi-
66 niones, vt debeant eijci, quoties concurrat
inhoneſtas valdè ſcandaloſa, vt ex Theſau.
Caball. Gratian. & Paſchal. innuit Garon.
loc. cit. num. 11. Fontanell. *deciſ. 503. num. 23.*
& Carol. Anton. de Luca ad Vinc. de Franch.
dec.316. num.1. Caluin. *de æquit. cap.33. nu.6.*
qui *ibidem num. 9.* ait iſto caſu eſſe expellen-
das etiamſi habitent cum Patre, matre, aut
marito, & domus eſſet alterius eorum, nam
vel filia ſola expellenda eſſet, vel cũ ea ipſi pa-
ter, mater, aut maritus, & allegat Afflict.
Theſau., & Carpanum, quibus addo Nepi-
tam *ad conſuetud. Catan. tit.68. conſuet. vnica*
num.65. qui ait, quod conſuetudo, de qua ipſe
loquitur, compræhendit matrem, & filiam, ſi-
ue ſit nupta, ſiue ſit Virgo, ſiuè infans ſit *l. ar-*
gentum §. mulier ff. de auro, & argent. leg. me-
67 lius tamen, & cum multa prudentia, & cha-
ritate in Vrbe Puellæ auferuntur matribus,
& in Conſeruatorio Puellarum conſtituuntur
quando matres ſunt meretrices, & ita paſſim
practicatur ab Eminent. D. Card. Gaſpare de
Carpineo Vicario Papę prudentia, doctrina,
zelo conſpicuo.

68 Sed an hęc diſpoſitio poſſit practicari, vt ex-
pelli poſſint à Ciuitate, & terra ſponit quęſtionẽ
in terminis Baronũ eijcientiũ meretrices ab eo-
rũ terris Taſſonus *de antefacto verſ. 3. obſeru. 3.*
69 *f.175.* & pro negatiua aſſert Bald. in *§. Dominus*
verò de forma fidelitatis, in feudal. & pro affirma-
tiua

Digitized by Google

tina affert de Ponte *de Poteſt. Proregis fol.56. num.3.& fol.470. col.2.* & Rouit. *pragm.4. de Baron.num.4.*& Anna *ſingul.* 54. ego dicerem
70 quod ſine cauſa alicuius inconuenientis non poſſint eijci, ſtante quod in Republica cõmuniter tollerentur, et hoc vult Bald. *lor.cit.n.1.*

Sed non placet Ricciull. *d.cap.21.num.5.& ſeqq.* quod meretrices expellantur à Vicinia, & contrada, vbi habitant perſonę probę, &
71 honeſtę, niſi in quatuor caſibus, *Primò*, quando deſignatus eſt certus locus pro habitatione meretricum, tunc enim expelli debent à locis honeſtis, ſiuè habitent in domo propria, ſiuè in domo conducta, quia eligendo vitam meretriciam videntur ſe ſubieciſſe pœnę contra meretrices indictę. *Secundò*, quando inhabitant propè Eccleſiam, ſeù monaſterium monialium. *Tertiò*, quando inhabitant iuxtà porticus, ſeù Palatium Principis. *Quartò*, quando eſt ſcandaloſa aliter, quam ex vita meretricia, quod exemplificari poteſt in ea, quę ſit procax, loquax, faſtidioſa, licentioſa, iniurioſa.

72 Dictio, *ſubitò*, debet intelligi cum grano ſalis, quia aliqua ſummaria informatio pręcedere debet, etenim antequam Iudex deue-
73 niat ob conqueſtionem, & inſtantiam vicinorum ad declarationem, ſeù præceptum de exfractando è domo, & vicinia, debet examinare teſtes, citatis partibus, vt ex Barboſ. *ad ordinat.Luſitan. lib.3. tit.* 18. *§. 6.* & Phæbo 1. *part. arreſt. 161.* aduertit Themudo *deciſ. 212. num. 7.* & teſtibus examinatis, ac partibus *ſummariè* auditis, aſſignare debet terminum trium dierum ad exfractandum, vt pręfati Doctores dicunt *lor.cit.*

Sed ſecundùm Phębum *ibid.* antequam
74 aſſignetur terminus de exfractando, debet fieri pręceptum, cum comminatione pœnę eiectionis, de non inquietando vicinos, alias pręceptum de exfractando poteſt dici nullum prout plurıes annullatum fuiſſe teſtatur Phę-
75 bus *ibid.* Verum vtroque modo practicari inquit Temudo *dicto num. 7.*

At ego tempore, quo eram Locumtenens
76 criminalis Eminentiſs. Vicarij in Vrbe putabam eſſe diſtinguendum modum procedendi ad eijciendum mulieres, quæ cum eſſent meretrices, erant etiam ſcandaloſę, & rixoſæ à modo procendendi ad eijciendum mulieres, quæ non erant meretrices, ſed erant brigoſæ, & vicinis iniurioſæ, & faſtidioſæ, poſſunt enim & iſtæ perſonæ inquietæ expelli, vt eſt text. in *l.ſi conuenerit §.fin. ff.pro ſocio*, & alium text. in *l.Imperatores verſ. ſine iniuria alterius ff.de ſeru.ruſtic. prædior.* adducit ad hoc Io: Martins à Coſta *de Domo ſupplicationis annot. 20. num. 9. &* 10. & probat Nepita *ad conſuetud. Catan. tit.68. num. 65. 66. & 67.* vbi ait hoc eſſe verum tàm in fęmina nupta, innupta,
77 virgine, & infanti, quàm in quolibet Viro: etiamſi de maſculo non fiat mentio in ſtatuto, nam adhuc extenditur ad maſculos, imò etiã ceſſante ſtatuto poſſunt eijci eo ipſo, quod ſunt iniurioſi, vel alias damnoſi, vt ait ipſe Nepita *ibid. num.79.* & propterea huiuſmodi
78 fœminis rixoſis, & iniurioſis, & aliter moleſtis tranſmittebam præceptum de non moleſtando nec facto, nec verbis, cum comminatione pœnæ eiectionis in caſu contrauentionis, & ita multum poſt hæc ſcripta reperio dixiſſe Io: Mart. à Coſta *d. annot.* 20. *num.11.* meretricibus verò ſcandaloſis, rixoſis, & brigoſis tranſmittebam pręceptum ſimpliciter de exfractando infra biduum, vel triduum, cum clauſula &c. & hoc etiam ex ſola fide vicinorum comprobata tamen à Patoco.

79 Quando verò eijcitur mulier è vicinia ob ſolam vitam meretriciam neceſſe eſt, quod prius conſtet de tribus.

Primò de vita meretricia, ſeù inhoneſta, vt obſeruat Garon. *dict. art.15.num.6.* qui ex Riccio *deciſ.63.num.6.par.1.& deciſ.312.n.5. part.3.* ait ex vnico actu meretricio non poſſe eijci, & expelli ex his, quę ego dixi *ſupra.*

Secundo, quod in d. domo, & vicinia non habitent, & ſolitæ ſint habitare huiuſmodi mulieres, nàm à locis ſolitis non debent eijci, Nouar. *deciſ.95.num.5.* Androgin. *de priuileg. mulier.cap.3. ſpecial.7. num.22.& ſeqq.* & hoc quamuis inhabitent etiam honeſtæ, quia iſtę non debent quærere habitationem, vbi inhoneſtę, & infames faciunt incolatum Gizzarell. *deciſ.5.num.23.*

Tertio, quod inſtantia proueniat ab his, qui habent ius agendi pro eiectione dicente Farin. in *fragm. litt. M. num.* 408. Themudo *deciſ.212. num.2.* Riccio *deciſ.129.num.3.p.4.* & poſt eum Garon. *d.art.15. num. 7.* quod ad petitionem Domini domus, qui ſit de aliavicinia, non poſſunt huiuſmodi mulieres expelli, & Garon. addit quod nec poteſt expelli ea, quæ fuit inducta per ſcholarẽ, cui fuit locata domus: pręcogitare enim debuit locator,
80 ſcholares eſſe iuuenes, & natura procliuos ad mulieres, quod pluribus oſtendit D. Iacobus Bonaudus de Sauſeto in *apoſtillis* ad D.Io.de Terra Rubea *tract.cõtra Rebelles ſuorum Regum art.8. tract.3. lit. A. verbo meretricibus verſic. ab his fol.mihi 78. à tergo*, vbi monet ſchola-
81 res, vt à Veuere abſtineant cum per tale vitiũ ratio, & intellectus tamquam ſuperiores partes mentis confundantur ſenſualitate, quę eſt inferior pars, attrahente, & quandoque prædominante *cap.turbat* 17. *dist.& cap.1. de ſen. vnct.* & potiſſimum monet, ne cum vetulis, & turpibus ſtipendiati coeant, nam volentes vitare luxurioſi nomẽ, in ſuę famę denigrationem in auaritię crimen turpiter incidunt, vnde nec luxurioſi, ſed auari dici merentur, & inſuper grauiùs peccant, vide multa pulcra apud eum.

Sed quod dictum eſt de muliere inducta in domum per ſcholarem eſt verum, niſi fiat ad inſtantiam vicinorum, ſeù locator ipſe ſit vicinus, nàm ſi vicini inſtant, quia vt inquiunt

Farin.

82 Farin. & Themudo *locis citatis* ius expellendi
è vicinia comperit ratione habitationis, non
autem dominij ipſarum domum, non ſolùm
expelli debent mulieres, quæ cum ſcandalo
vicinorum inducuntur, ſed ſecundum Garon.
loc. cit. num. 10. expelluntur etiam ſcholares,
qui eas inducunt, & ad hoc citat concordan-
tes Bald. in *l. conductor num.* 12. *& ſeq. C. loca-
ti*, & Morlam *Emporio tit.* 10. *quæſt.* 1. *num.* 25
Ar Ricciull. *de perſon. reprob. lib.* 2. *cap.* 21. *nu.*
12. ait, quod locator non poteſt expellere,
83 ſi ſciens qualitatem mulieris domum locauit,
aliàs ſecus ſecundum Menoch. *caſ.* 78. *num.* 1t.
Verum hæc diſtinctio non ſubſiſtit, quia non
84 ex ignorantia, ſed ex vicinitate reſultat ius
expellendi ex Doctoribus citatis, & ſic loca-
tor poterit expellere, ſeu potius inſtare pro
expulſione, ſi ſit vicinus, & inſimul neſciat
qualitatem mulieris.
Etenim his conſideratis, & ſummariè co-
gnitis, poteſt Iudex declarare, quod mulier
debet eijci è domo, & vicinia, & quandoque
etiam à Parochia; & in exequutionem tranſ-
mittit ei præceptum de exfractando infra
85 breuiſſimum tempus, puta biduum, vel tri-
duum iuxta praxim, quam docet Nepita *ad
conſuetud. Catan. tit.* 68. *conſuet. vnica ſub nu-
mer.* 83.
Et quamuis Garon. *loc. cit. num.* 6. ex Re-
buff. dicat, quod iudex exequitur nulla inter-
poſita mora, nihilominus non eſt recedendum
à praxi, quam docet Nepita, quia debet aſ-
ſignari tempus congruum ſi non ad conducē-
dum aliam domum, ſaltem ad inueniendum
beneuolum receptatorem perſonę, & bono-
rum, & ad tranſportandum bona, & hoc ad-
mittit etiam Bouadilla in *politica lib.* 2. *cap.* 13.
86 *num.* 47. quoties non agatur de meretrice in-
corrigibili.
Eandem praxim traditam à Nepita *loc. cit.*
videtur tradere etiam Ricciull. *de perſon. repro-
bis lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 14. dummodo non aga-
87 tur de eijciendo meretricem exiſtentem pro-
pe Monaſterium Monialium, vel domum
Principis, nam in iſtis caſibus vult, quod eij-
ciatur nulla interpoſita mora.
Quinimò in his terminis adhuc danda eſt
aliqua dilatio iuxta opinionem Nepitę.
Aduertendum, quod ab huiuſmodi iniun-
88 ctione de exfractando, & à tali ſententia non
datur appellatio, vt ex Rebuff. dicit Garron.
loco cit. & ex Baldo in *l. vnica Cod. de moment.
poſſeſs.* Gram. *deciſ.* 58. *num.* 15. *& conſ.* 111. *in
fine* in ciuilibus dicit Nepita *loc. citat. nu.* 84.
qui ſubdit quod tranſacto termino iudex ſta-
89 tim exequitur tales iniunctiones de exfractā-
do è domibus, etiamſi opus fuerit, bona proij-
ciendo: intellige tamen de appellatione ſuſ-
90 penſiua, nam ad effectum deuolutiuum, cum
clauſula non retardata executione, appella-
tio debet omninò admitti, ad tradita per
Caluin. *de æquitate cap.* 33. *num.* 12.
Aduertendum ſecundo, quod iudex in iſtis
iniunctionibus de exfractando è domo, &
91 vicinia debet habere etiam duas conſidera-
tiones, prima eſt quod per quantum poteſt
proſpiciat ne Dominus domus recipiat dam-
num ex dicta expulſione, vt benè monet Ric-
ciull. *loco citato*. Secunda eſt quod quando
agitur de perſona, & familia ciuili, & mulier
puta ſit nupta, ad tegendum familię, vel ma-
92 riti honorem ſecreto moneat mulierem, vt
diſcedat è domo, & vicicia, & quatenus velit
tranſmittere præceptum in ſcriptis, vel non,
93 exprimat cauſam, vel aliquam cauſam fictam
& ſimulatam exprimat, quę, licet culpoſa,
non tamen infamet, vt docet Bouadilla *dicto.
cap.* 13. *num.* 47. qui ad hoc allegat Corrad.
Auend. Mexia, & Diaz. *locis* per ipſum *citatis
litt. E.* & ſubdit *ibidem num.* 48. quod in his
caſibus ſummarię, & ſecretę informationis,
94 quę ſolet ſumi, & practicari ob honorem
mulieris, vel familię principalis, Iudex po-
terit per ſe, & manu ſua ſcribere, & recipere
depoſitiones teſtium abſque interuentu nota-
rij, & eundem proceſſum penès ſe retinere,
95 quod licet ſit contra diſpoſitionem text. in
cap. quoniam contra de probat, permittitur ta-
men iu aliquibus caſibus, præſertim quando
publicitas poteſt ſcandalum præbere, vt ex
Bart. Platea, Matheſil. Bald. Fœlin. Abb. Aui-
les. & alijs firmat Bouadill. *loc. cit. nu.* 48. *litt.
A.* & hoc idem dicit Villadiego in *politica
cap.* 5. *§.* 47. *num.* 10.
Dixi *ſupra*, quod debet Iudici conſtare de
vita meretricia, ſed quomodo probetur, quod
96 mulier ſit meretrix? dic quod Carolus Tapia
de iure Regni lib. 5. *tit.* 26. *de meretricibus in
rub. & in pragm.* 5. ait, probari, ſi degat in lu-
panari, vel in caupona, vel per eos, qui cum
ea concubuerunt, vel per teſtes, qui deponant
de eiuſdem conuerſatione cum hominibus lu-
xurioſis dantibus denarios, & actus venereos
facientibus, ſeu de alijs ſignis, latiùs tamen
de modo probandi in hoc genere peccati lo-
quuntur poſt alios Maſcard. *de probat. concl.*
1063. *per tot.* Ricciull. *de perſon. reprob. lib.* 2.
cap. 5. *per tot.* & Fariuac. *qu.* 136. *à num.* 76. *vſ-
que in finem quæſtionis* Nepita *ad conſuet. Ca-
tan. tit.* 68. *conſuet. vnic. num.* 25. *& ſeqq.* qui
97 ait quod etiam de iure communi admittuntur
teſtes ſingulares ad probandum mulierem
eſſe meretricem, & citat ad hoc Bald. *conſil.*
107. Cepoll. *conſ.* 50. Crauett. *conſ.* 73. *nu.* 33.
Dec. *in leg. ob carmen §. vltim. ff. de teſtib.* Alex.
conſ. 13. *num.* 13. *vol.* 7. Boer. *deciſ.* 23. *nu.* 83.
Maſcard. *de probat. concl.* 1063. *num.* 37. Sub-
dit Nepita *num.* 36. quod mulier probatur
98 meretrix per ſolum cognoſcentem eam car-
naliter, dūmodo iſte ſit nobilis, & citat Gram.
conſ. 58. *num.* 17. Menoch. *caſ.* 99. Maſcard. *d.
concl.* 1063. *n.* 27. aliàs per plures, qui cum
ea concubuerunt, ex quo eſt de caſibus, in
quibus ſocius poteſt interrogari de ſocio
Natta *conſ.* 105. *num.* 4. Maſcard. *loc. cit.*

Sia

Sia tenuta alla pigione.

Damnum eſſe locatoris reſpectu penſionis,
aiunt ex Riccio, Molina, Capiblanc. Baldax.
de Angel. ad Gizzarell. Garonus *ad nouas cõ-
ſtitut. Mediol. lib. 4. tit. 15. num.* 8. Scannarol.
de viſit. carcer. lib. 1. §. 3. *cap.* 4. *num.* 43. D. Sa-
bell. *pract. vniu.* §. *meretrici num.* 42. Mele in
addit. ad Gizzarell. *deciſ.* 54. *num.* 6. & Baron.
de citat. tom. 2. *in addit. ad quæſt.* 18. *num.* 133.
99 Ricc. *reſol.* 133. *vol.* 2. Themudo *deciſ.* 212.
num. 9. quando tamen ſcienter indignis, &
inhoneſtis locauit, vt explicant præfati Docto-
res, & ſignanter Scannarol. *ibid.* & D. Sabell.
loc. cit. num. 43.

Sed hæc limitatio non eſt vera, ſi inde infe-
100 ratur, quod vicini inſtantes pro expulſione
teneri debeant ad penſionem domus, vt ar-
gumentantur Ricc. *d. reſol.* 133. *num.* 2. The-
mudo *d. deciſ.* 212. *num.* 8. dicentes, quod cum
vicini ſint cauſa expulſionis, & ſic damni,
quod prouenit Domino domus, teneri de-
bent ipſi ad huiuſmodi damnum, argument.
text. in *l. Iulianus* §. *vlt. ff. ad exhibend.* præci-
puè cum Domini non delinquant locando
domos meretricibus, iuxta ſententiam Leſs.
de Iuſt. & Iure l. 2. *tit.* 24. *dub.* 8. *num.* 40. quem
refert Themudo *loc. cit. num.* 8. *in fine*.

Siquidẽ Dominus Domus tenetur inueſtiga-
101 re, & ſcire conditionem eorum, cum qui-
bus contrahit, *l. qui cum alijs ff. de regul. Iur.*
Alex. *conſ.* 77. *vol.* 3. & ideò ipſi imputari de-
bet, aliqua ignorantia non obſtante *l. ſimiles*
vbi gloſ. *ff. locati* Ricc. *loc. cit. num.* 3. & The-
mudo *d. deciſ.* 212. *num.* 9. & ratio rationis eſt,
102 quia, qui tenetur inueſtigare habetur prò
ſciente *l. qui poteſt ff. de reg. Iur. & cap. fin. de*
elect. ignorantia enim non eſt fundata eo ca-
ſu in iuſta cauſa, vt dicit Paul. de Caſtro *con-
ſil. crim. diuerſ.* 46. *num.* 21. *& ſeq. lib.* 1. *in fo-
lio*, & ita deciſum dicunt Ricc., & Themud.
loc. cit. & cum his conuenit D. Sabell. in *ſum-
ma diuerſ. tract.* §. *meretrix n.* 5. *verſ. an autem*,
& verſ. quando autem, vbi limitat cõcluſionem
in caſu, quo locator probabiliter ignorauit
conditionem inhoneſtę perſonæ, vel quia poſt
103 locationem meretricari cæperit, tunc enim
maior, vt ſubdit D. Sabellus, culpa eſt ex
parte meretricis, & ideo ipſa meretrix debet
eſſe in damno, & ſoluere penſionem pro tem-
pore conuento vſque quo finiatur locatio, vel
domus alteri locetur.

Noſtra verò bannimenta tollunt iſtam con-
104 trouerſiam, quia volunt penſionem eſſe à
meretrice ſoluendam, ſed in caſu ſcientię lo-
catoris volunt eſſe Conuertitarum Conuentui
applicandam, & optima quidem ratione,
quia tam meretrix, quam locator, hoc caſu
eſt in culpa ex ijs, quæ conſiderat D. Sabell.
in *practica loc. cit. num.* 43.

De articulo autem, an locatores, qui ſcien-
105 ter locant domus meretricibus peccent vl-
tra Leſſium, & Themudo *loc. cit.* loquuntur
ad plenum Io: Maior. in 4. *ſent. diſp.* 35. *qu.* 35.
Cenedo *collect. ad decretal.* 140. *n.* 5. Io. Mariana
de ſpectacul. c. 18. Gabr. Vaſq. *opuſc.* 2. *de ſcanda-
lo dub.* 5. *n.* 38. Sanchez. Greg. de Valent. Azor.
Bonacina, Roder. Acuna, Salſedo, & alij
locis relatis à Don Franciſco Ramos *ad leg. Iul.
& Papiam lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 7. Frater Ludou.
Lopez in *inſtruct. negotian. lib.* 2. *cap.* 28. Be-
nedict. Ægidius *de Iure, & priuileg. honeſtat.
artic.* 9. *num.* 4. & remiſſiuè ad eos D. Caro-
lus Petra *ad ritus M. Cur. ritu* 166. *num.* 154.
& latius Ricciull. *de perſon. reprob. lib.* 2. *cap.* 23
per tot. Nauarr. *manual cap.* 17. *num.* 195. Dia-
na *par.* 5. *tract.* 7. *reſol.* 26. vbi relatis opinio-
nibus inter ſe hac in re diſſidentium conclu-
dit pro negatiua, niſi ob loci circumſtantias
alijs detur occaſio peccandi, & eum refert
D. Sabell. *d.* §. *meretrix num.* 5. *in fine*.

Cap. XXVIII. §. II.

Parimente non poſſa alcuna Donna di mala vita, come di ſopra andare in carrozza, cocchio, o à Cauallo per la Città ſotto pena à lei della fruſta, o dell'eſilio ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima, & al Cocchiero, Carrozziero, o ſimile, che fuſſe conſapeuole della qualità della Donna, di trè tratti di corda, e della perdita della carrozza, cocchio, o caualli, ancorche foſſero d'altri, ſe non proueranno di non eſſere conſapeuoli, come di ſopra.

SVMMARIVM.

1 *Meretrices non poſſunt incedere in curru, vel equeſter, & quarè. num.* 5.

2 *Et in multis locis debent deferre ſignum.*

3 *Et nec poſſunt vti habitu virginum, ſeù hone-ſtarum mulierum.*

4 *Meretricibus non ſunt permittendæ volupţates, & quarè.*

6 *Bannum nè meretrices incedant in curru compræhendit, publicas, & non eas, quæ duos amaſios habent, non compræhendit cantatrices, & nec eas, quæ incedunt in vehiculis vulgo calès, & nec compræhendit illas, quæ itineris longi cauſa curru vtuntur.*

7 *Aurigæ, qui vehunt meretrices in eorum curru, puniuntur vigore noſtrorum bannimentorum & ſimilis prohibitio eſt Romæ, Neapoli, Florentiæ.*

Et

Digitized by Google

8 *Et peccant mortaliter, ſi ſciunt, quod eunt ad peccandum, dummodò non ſint famuli.*
9 *Scientia eſt probanda à fiſco.*
10 *Sed aurigæ poſſunt probare in contrarium.*

PLVRES cauſæ poſſunt afferri, propter quas
erat facienda hæc prohibitio, ſed duæ mi-
1 hi videntur appoſitiſſimæ: prima, quod pro-
broſæ mulieres non debent ęquè, ac honeſtio-
res matronæ honorari, ac faſtoſæ incedere,
adhoc vt diſcrimen ſit inter vnas, & alteras
earum, & dictum diſcrimen ſit euidens, &
notum etiam forenſibus, & ijs, qui familias
nòn cognoſcunt, ad quem effectum in mul-
2 tis locis huiuſmodi fœminæ coguntur defer-
re ſignum, vt tradunt Baldus in *l. mimi C. de
Epiſc.* Audient. Amendola ad Vinc. de Franch.
decif. 316. num. 2. Menoch. *caſ. 535. num.* 18.
Didac. de Mari in *addit.* ad Gizzarell. *dec. 52.
num. 6.* Dominus Sabell. in *pract. vniuerſali,
§. meretrici num. 25.* latè Ricciull. *de perſon. re-
prob. lib. 2. cap. 30. num. 2. & ſeqq.* Sola *ad ſtat.
Sabaud. tit. de meretricib. publ. num. 3.* & Carol.
Tapia de *Iure Regni lib. 5. tit. 26. de meretricib.
pragm. 7. verſ. quod autem*, vbi ſubdit etiam,
quod meretrices habitu honeſtarum mulierũ,
3 & virginũ vti non debent, per tex. in *leg. mimi
Cod. de Epiſc. audient.* & hoc firmat etiam Io-
ſeph. Mele in *addit.* ad Gizzarell. *decif. 54. nu.
7.* D. Sabell. *loc. cit. num.* 25. & latè Ricciull.
d. cap. 30. n. 3. & ſeqq. & D. Franc. Ramos *ad l.
Iuliam, & Papiam lib. 3. c. 29. per tot. & c. 30.
per tot. part. 2.* & comprobatur ex Sacra Scrip-
tura *genes. 38. num. 14. & cap. 7. prouerb.* & Ter-
tull. *de cultu fæminarum cap. 12.*

Altera cauſa eſt, quod permittendæ non
4 ſunt voluptates meretricibus, nè honeſtæ
habeant occaſionem, & anzam optandi vitam
inhoneſtam Ricciull. *de perſon. reprob. lib. 2. cap.
30. num. 9.* vbi ait, quod conniuentia erga ha-
bitum meretricum dedit cauſam, quod ha-
rum mulierum numerus excreuerit, adeò vt
difficile ſit omnes ſignare.

Hinc deſumitur quod nõ benè loquuti ſunt,
Bieſius, Cerda, & alij, quos refert, & ſequitur
Narbona *ad leges Hiſpan. lib. 7. tit.* 12. *leg.* 18.
gl. 8. n. 6. & 7. dùm aſſeruerunt expedire fortaſ-
sè, quod ſericæ veſtes, auratæ, vniones, ac
gemmæ liberè ſolis meretricibus permittan-
tur, vt ſic iſtæ veſtes infames fiant, ac fœminę
ipſæ odio illas proſequantur, nè cum inho-
neſtis mulieribus in cultu, & ornatu conue-
niant.

Propterea ſatis appoſitè antiquitùs, & ho-
5 die vbique prohibetur meretricibus vehi qua-
drigis, & curribus Rouit. *pragm. 5. num. 1. & 2.
de meretricib.* Mele in *addit.* ad Gizzarell. *decif.
54. num. 7.* Decian. *tract. crim. lib. 8. cap. 7. n.* 10.
Tapia *de Iure Regni lib. 5. pragm. 7.* de *meretric.*
Scanarol. *de viſitat. carcerat. lib. 1. §. 3. cap. 4.
num. 26.* Menoch. *de arbitr. caſ. 535. numer. 18.*
Camill. Borell. *de magiſtr. lib. 3. cap. 13. n. 13.*
Narbona *recopilat. lib. 7. tit.* 12. *leg. 15. gloſ. 6.*
Garon. *ad nouas conſtit. Mediol. lib. 4. tit. 15. de
meretricib. art. 17.* Halicarnaſſeus *hiſt. lib.* 58.
Alex. ab Alex. *lib. 8. dier. genial. cap. 18. circa
finem verſ. apud Parthos,* Dominus Sabellus *pra-
ctic. vniu. §. meretrici. num. 11. & ſeqq.* vbi re-
fert leges, ſeù edicta publicata Florentię Ric-
ciull. *de perſon reprob. lib. 2. cap. 30. num. 10.*
vbi refert, quod Romæ fuit facta prohibitio
tempore Pontificatus Vrbani VIII. ſed ante
Vrbanum plures Summi Pontifices hoc ex-
preſsè prohibuerunt, nempe Iulius Tertius,
Paulus Quartus, & Pius Quartus, prout re-
fert Narbona *dict. leg. 15. gloſa 6.* & D. Franc.
Ramos *ad legem Iuliam, & Papiam lib. 3. cap.
32. num. 4. part. 2.* & Piccardus *in §. iuris præ-
cepta num. 21. Inſt. de iuſt. & iure* refert, quod
Domitius Imperator Romæ, & Carolus V. in
Hyſpania prohibuerunt probroſis fœminis
vſum lecticæ, & vſum ſericarum veſtium, ne-
uè auro, aut lapillis, ſiuè gemmis ſe ornarent,
& Corrad. *templ. omn. Iudic. lib. 1. §. 3. requiſi-
to 22. num. 6. fol. mihi 61. à tergo*, dicit, quod
omnes mulieres Romæ prohibebantur *per le-
gem Oppiam*, vti vehiculis in Vrbe tàm intùs,
quàm extrà ſpatio mille paſſuum, niſi ſacrifi-
cij gratia, & D. Pacichellius *in tract. de diſtan-
tijs cap. 6. memb. 10. num. 13.* refert *Bullam* ſ. m.
Sixti V. *la 52. in ordine*, prohibentis meretrici-
bus incedere, *in maniche di camiſce per Roma,
nè à piedi, nè in cocchio*, & aliam ſa. mem. Vr-
bani VIII. de qua etiam Scanarolus *loco ſu-
pracitato*, & refert, quod rhedæ fuerunt veti-
tæ meretricibus etiam ſub fęliciſſimo Imperio
CLEMENTIS X. Auguſtiſs. et immortalis me-
moriæ, qui Nobis ſcribendi hæc otia fecit.

Nota hic, quod Nouar. in *tract. de elect. &
6 variat. for. quæſt. 12. num. 7.* firmat dictam
prohibitionem comprehendere ſolum mere-
trices publicas, non autem eas, quæ duos ama-
ſios habent, & hoc replicat idem Nouar. in
collect. ad pragm. 4. num. 1. & ſeq. tit. de meretric.
& Carol. de Rota *de priuileg. mulier. cap. 3. ſpe-
cial. 7. num. 7.* quem refert Pacichellius *loc. cit.
num. 15. in fine* Curellus *ad leges Federici cap. 71.
nota 80. num. 5. fol. mihi* 220. ac Riccius *decif.
312. num. 4. p. 3.* Et aliqui ex iſtis volunt, quod
amaſij ſint ad minus tres: & Pacichellius *loco
citato num. 14.* vult id eſſe verum etiamſi ban-
nimenta loquantur de meretrice, aut muliere
inhoneſta, quia ſunt intelligenda de meretri-
cia inhoneſtate, quando ſcilicet viuit mere-
tricio more, & facit publicas inhoneſtates:
non autem de ſimplici inhoneſtate, & multo
minus de occulta, & adhoc probandum ex-
pendit doctrinam Altograd. *conſ. 84. num. 124.*
dicentis, quod alternatiua, *aut*, operatur, vt
altera eius pars de ijſdem Perſonis intelligen-
da ſit, & hoc idem Altograd. dicit in *conſ. 70
num. 62.* Cæphal. *conſ. 140. num. 18. & 19.* qui
loquitur in terminis ſtatuti diſponentis in vna
parte de muliere inhoneſta: & expendit text.
in l. his ſolis C. de reuocanda donatione, vbi ca-
uetur, quod mulier inhoneſtè viuens non

reuocat donationem, nam adhoc (vt explicat gloſa *ibidem* in verbo *portentosè*) requiritur, quod viuat meretricio more: infert enim inde Pacichellius, quod iuxta diſpoſitionem huius legis intelligi debent bannimenta, quia recipere debent paſſiuam interpretationem à iure communi: expendit etiam adhoc doctrinam Emanuel. Coſtæ in *cap. ſi Pater p. 1. in verbo legauit num. 40. de teſtam.* dicentis, quod leges Hiſpaniæ priuantes dote mulieres luxuriosè, & inhoneſtè viuentes debent intelligi de inhoneſtate meretricia, non autem de muliere, quæ ſemel, vel bis cum vno, vel altero inhoneſtatem exercuit, quia non eſt credendum, quod pro ſimplici, & occulta inhoneſtate leges voluerint tanta pœna mulierem afficere: vide eum qui ad idem probandum plures alias autoritates Doctorum adducit, & ſignanter Farin. *quæſt. 145. num. 158. & ſeqq. & conſ. 33. num. 10.* Boſs. *tit. de raptu mulier. num. 10.* Decian. *tract. crim. lib. 8. cap. 7. nu. 12.* & horum, ac aliorum, quos citat autoritate concludit, quod in huiuſmodi bannimentis, non ſunt comprahenſæ adoleſcentulę Cantatrices, quippe quæ honeſtiſſimam muſices artem exercent, & plura in laudem muſices affert, & miratur quod cum priſco ſæculo, quo caſtitas minimi æſtimabatur, nonnulli illas caſtas fuiſſe exararint, hodie nos in religioſiſſima noſtra ætate Cantatrices huiuſmodi pro honeſtis in dubio habere renuamus.

Nota ſecundò ex eodem D. Pacichellio *loco citato num. 16.* quod in bannimentis loquentibus de rheda, & curru non coprahenduntur vehiculi *vulgò cales, curriſellia, ſeù rotiſellia*, nedum quia pœnalia tanquam odioſa ſunt reſtringenda, & ſtrictè intelligenda ex vulgatis, ſed etiam quia non eſt par ratio cùm matronæ honeſtę non conſueſcant incedere, cum huiuſmodi vehiculis per Vrbem: & propterea ait non eſſe denegandam mulieribus proſtitutis commoditatem, & vſum prætatorum vehiculorum præcipuè cum, vt ipſe ſubdit, ceſſet ſcandalum, cum tunc non ſint oculis expoſitæ, prout eſſent ſi eligerent equitatum, quo caſu veluti magis omnium oculis expoſitę imbecilliores quoſque in libidinẽ facilius traherent: ars etenim earum, quò patentior, eo periculoſior: habentque inſani amoris characteres ad communem incautorum hominum fallaciam in fronte depictos, & certè ad huiuſmodi equitatum ſuperiores benè aduertunt, & ego tempore quo eram in Vrbe Procurator Pauperum habui defendere quandam meretricem nuncupatam *Betta Tedeſchina*, quæ fuit carceribus mancipata ex eo, quia auſa fuit de nocte lucente Luna, & cum iuuenum comitatu incedere equeſter per Plateam vulgo *Piazza di Spagna*, & parum abfuit, quin fuſtigata fuiſſet, ſtetit tamen per multum tempus in carcere; & merito quidem tum ob motiuum adductum à Pacichellio, tum etiam quia antiquitùs matronæ ſellis, lecticiſque portabantur, vt ex Halicarnaſſeo, & Alex. ab Alex. inquit Pacichell. *ibid. num. 13.* & probroſis fœminis erat prohibitum vehi ſuper illis.

Nota tertiò, quod in his bannimentis non comprahenduntur illæ meretrices, quæ peregrè proficiſcentes ante earum domum currum conſcendunt: non enim tenentur ire pedeſter per Ciuitatem, & extra illam currum intrare: bannimenta namque iſta facta ſunt ad tollendum meretricibus inceſſum voluptuoſum, & ad luxuriam, & non ad neceſſitatem, ex cauſa longi itineris contingentem, ſiquidem regulariter illis Rhedæ non ſunt interdictę, vt probat Pacichellius *loc. cit. num. 13.* & ideò prohibitio reſtringenda, vt minus quàm fieri poſſit corrigat ius commune.

Al Cocchiero, Carrozziero, ò ſimile, che foſſe conſapeuole.

7 Similis pragmatica eſt in Regno Neapolitano, de qua Tapia *de iure Regni lib. 5. tit. 26. de meretricib. pragm. 7.* vbi imponitur Aurigis pœna triremium ad triennium, & in Ciuitate Florentiæ imponitur pœna trium ictuum funis, & ammiſſionis vehiculi, & equorum teſte D. Sabello in *pract. vniuerſ. §. meretrici n. 11.* & etiam in Vrbe puniuntur aurigę pœna triũ ictuum funis, & amiſſionis vehiculi, & equorum, vt apparet ex bannimentis Illuſtriſs. D. Gubernatoris. §. 63.

8 Imò aurigę, qui deferunt meretrices de vno loco ad alium, ſi ſciunt, illic iri ad peccandum, & ipſi peccant mortaliter, dummodò non ſint famuli, qui excuſantur, vt docet Diana *oper. moral. part. 3. tract. 6. reſol. 11. & reſol. 46. part. 5.*

Scientia autem eſt probanda à fiſco, tanquã
9 qualitas à bannimentis requiſita, vt pluries dixi *in iſtis obſeruationibus*: nec oſtant verba poſita in fine huius §. *ſe non prouerãno di non eſſere conſapeuoli*, quia dicta verba denotant quod aurigis non tollitur facultas probandi
10 in contrarium; contraponuntur enim dicta verba obligationi impoſitę fiſco, & Curię probandi ſcientiam in illis verbis ſuperiùs in *eodem*, §. poſitis, *ò ſimile, che foſſe conſapeuole*, & hoc non eget allegatione, quia eſt maniſeſtiſſimum.

Cap. XXVIII.

Digitized by Google

Cap. XXVIII. §. III. & IV.

Non poſſi andare per la Città con paggi, ò ſeruitori ſecondo l'vſo delle Gentil Donne, nè à Commedie, nè traueſtita, ò veſtita da huomo, nè per la Città dopo vn'hora di notte ſotto le pene eſpreſſe di ſopra, nelle quali incorra etiamdio chi ſarà in ſua compagnia.

§. 4. Nè li giouerà l'eſſer maritata ogni volta, che non ſarà in compagnia del marito, o del Padre, o de' fratelli, mentre però ſia di vita diſhoneſta.

SVMMARIVM.

1 *Meretrices non poſſunt incedere per Ciuitatem cum famulis, vel alijs, ſed tantum cum vna ſocia.*

Et nec debent eſſe diſcopertæ in brachijs, vel in pectore, & refertur conſtitut. ſa.mem. Innocent. XI. ibid.

2 *Expelluntur à commedia, & à locis, in quibus interueniunt perſonæ honeſtæ.*

3 *Prohibentur etiam Florentiæ incedere habitu emencito.*

4 *Incedentes in habitu virili poſſunt fuſtigari.*

5 *Prohibentur etiam Florentiæ incedere per Ciuitatem poſt vnam horam noctis.*

6 *Etiamſi in curru, vel equeſter.*

7 *Meretrices nuptæ poſſunt incedere per Ciuitatem poſt horam noctis, ſi cum Marito, Patre, vel fratre eunt.*

8 *Priuilegia meretricum refert* Garonus.

QVOD meretrices nequeant incedere per Ciuitatem cum famulis, vel alijs, niſi tan-
1 tum cum vna ſocia, aduertit Muta in *Pragm. Regni Siciliæ tit. 77. num. 1.* quem refert Tapia *de Iure Regni lib. 5. tit. 26. de meretricibus pragm. 7. num. 1.* & idem eſſe in Hiſpania, ait Ramos *ad l.iuliam, & Papiã lib.3.c.30.n.4.p.2. & cap.32. num.3.* ait quod antiquitus etiam iuſſæ erant incedere ſolæ, aut comite ancilla non amplius vna, & idem eſſe in Ciuitate Cataniæ refert Nepita *ad conſuet. tit. 68. conſuet. vnica num.48.*

Et in Vrbe ex conſtit. ſan.me. Sixti V. *la 52. in ordine* nequibant ire *in maniche di camiſcie, nè à piedi, nè in cocchio,* vt dixi in *antecedenti paragropho,* ſemper enim fœminis luxus fuit interdictus, nè ad peccatum viros trahant vt ex Liuio, & Cutello, Nazianzen. Cyprian. & alijs inquit Pacichell. *de diſtan. capitul. 6. membr. 9. ſeù 10. numer. 13.* & ex hoc capite forſan non commendandũ decretum, quod refert Don Franc. Ramos *ad d. legem Iuliam, & Papiam lib. 2. cap. 45. nu. 10.* quo cauetur, ne fœminæ vtantur thoracibus illis dictis, *Eſcotados*, præter eas, quæ corpore quæſtum faciunt, quibus permittuntur, ambulantibus detecto pectore, quamuis, vt ait Ramos, fuerit factum, vt eo ipſę mulieres impudicæ diſtinguerentur à matronis, atque iſtæ tanto magis horrerent nuditatis exceſſum, & luxum propriè meretricum, ſubdens hoc fuiſſe factum ad exemplum alterius inſtituti, de quo loquuntur Athæneus *lib. 2. de Ipnoſophiſt. cap. 6.* & Clemens Alexandr. *lib. 2. pedagog. cap.* 10. improbaui enim hoc in antecedenti §. *num. 4.* Vndè ſanctiùs, & cum maxima prudentia indiſtinctè edicto prohibuit ſa. mem. Innocentius XI. ſub pœna excommunicationis, nè fæminę mammas, pectus, & brachia nudatas, & diſcopertas, ſeù diſcoperta deferrent: ad cuius edicti euidentiam multa affert Frances *de re morali conſult. 15. nu. 1.* vbi tales fœminarum depapillationem, & nuditatem improbat, & merito ſub pœna excommunicationis ab Epiſcopo prohibitas oſtendit, & huiuſmodi nuditates exprobat ex Solorzan. *emplemate 35.* & Michaele Anton. Frances *variar. cap. 2. num. 10.* & ex Diana *p. 2. tract. 4. reſol. 32.* & ſubdit, quod Epiſcopus poteſt Mulieribus, quæ depapillatæ incedunt prohibere, ne Eccleſiam ingrediantur, & in habitu depapillationis accedentes admittantur ad Sacramentum Euchariſtiæ, & hanc materiam reaſſumit *in conſult. 37. num.* 10. vbi facit explicitam mentionem huius edicti facti à ſa.mem. Innocent. XI. & ait, quod in *parte poſteriori Sanctoralis concione 21. §. 5. à nu. 20.* quantum contra bonos mores talem habitum eſſe fundat præcipuè ex textu 2. *Reg. cap. 11. verſ. 2.* in verbis -- *viditque mulierem ſe labantem ex aduerſo*, quam explicat *à tergo*: vide eum, & vide etiam Neuizzanum *in ſylua nuptiali lib. 4. verbo eſt nubendum num. 68. & ſeqq.* & videndus eſt Dantes in *cantu xxiii. ſui Purgatorij* qui ait quod priſcis temporibus fuit ſub eadem pœna excommunicationis prohibita huiuſmodi nuditas:

O dolce frate, che vuoi tu, ch'io dica?
Tempo futuru m'è già nel conſpetto,
Cui non ſarà queſt'hora molto antica:
Nel qual ſarà in Pergamo interdetto
A le sfacciate Donne Fiorentine
L'andar moſtrando con le poppe il petto.
Qual barbare fur mai, qual ſaratine
Cui biſognaſſe per farle ir coperte
O ſpiritali, ò altre diſcipline.

Addo viden. Sanctos Patres locis allatis à Pacichellio *loco proximè citato*, & liberculum R. P. Marracij, cui titulus, *Remedio per cu-*

vare la vanità feminile, & D. Ioannem de Roa Dauila in *tract. de iuribus Principalib. defendendis quæſt. 5. num. 15. verſ. inſuper cum addatur*, *& verſ. propterquam*: vbi firmat, quod prohibita re indifferenti ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſtatim poſt inobbedientiam incurritur excommunicatio: prohibita vero ſub comminatione excommunicationis ferendæ inobbedientia inducit peccatum mortale propter quod ſuppoſita monitione præcepti prohibitorij decreti poteſt ferri excommunicatio, & reijcit Caietan. ſummam Armill. Driedon. & Diui Antonini, qui dicunt decreta quædam Eccleſiæ de rebus de ſe non grauibus, etiam ſi pœna excommunicationis ferendę addatur, non obligare ad mortale, nam vt ipſe Roa ſubdit hæc ſententia intollerabilis eſt, & contra Eccleſiaſtica dogmata, *quibus ſcimus*, ſunt verba formalia Io. de Roa, *poſſe Eccleſiam ponere præcepta poſitiua de rebus aliàs non vetitis, & propter contumaciam inferre excommunicationem, vt docent præcipuè* Sotus *lib. 1. de iuſtitia*, & Caſtro *de lege pęnali, maximè cum Eccleſia ſemper moueatur grauibus rationibus ad hæc ferenda decreta ad eius gubernationem neceſſaria.*

Nè alle Commedie.

Meretrices ſemper ſunt expellendæ à locis,
2 in quibus degunt perſonæ honeſtæ. Rouit.
pragm. 3. de meretricib. num. 1. & pluribus citatis Farinac. *in fragment. litt. M. num.* 407. & D. Emanuel. Themudo *Portugal. deciſ. 212. nu. 1. tom. 2.*

Nè trauestita, ò vestita da huomo.

3 Similis ſanctio extat Florentię teſte D. Sabello *pract. vniu. §. meretric. n. 15.*

Mulier veſtita habitu virili poteſt condem-
4 nari ad fuſtigationem. Nouar. *Vaſſall. grauam. 309. num. 5. part. 1.*

Rationem habemus *Deuteron. cap. 22. verſ.* 5. ibi -- *non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fæminea, abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hæc*: ſiquidem ait D. Thoma 1. 2. *qu. 102. art. 6. ad 6. & 2. 2. quæſt. 169. art. 2. ad* 3. quem allegat D. Franc. de Ramos *ad leg. Iuliam, & Papiam lib. 2. cap. 44. nu. 56.* mulierem indui veſte virili eſſe incentiuum concupiſcentiæ, & occaſionem pręſtare libidini.

Nè per la Città doppo vn' hora di notte.

5 Similis ſanctio extat etiam Florentię, vt refert D. Sabell. *pract. vniuerſal. §. meretrici num. 13. & 14.*

Nota quod quando non eſſent prohibitę
6 vehi curribus, adhuc incedentes de nocte ſuper ſella equeſtres, ſeù ſuper curru, inciderent in pœnam, quia currus, equus, & ſella ſunt cauſę inſtrumentales, cum quibus quis vadit *l. qui ſella ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* Alber. Brun. *tract. de reb. & diſpoſ. dub. fol. 8. à tergo circ. finem.*

Concordat bannum cum Iure communi, de quo Iure meretrices euntes de nocte debent puniri, vt probat Bald. in *l. quicumque col. 3. ff. de ſeru. fugit.* Brun. *loc. cit. fol. 3. tergo circa finem* Poſterior. Ripa *de noct. tempore cap. 7.* & Carol. Tapia *de iure Regni lib. 5. tit. 9. pragm. 3. num. 20.*

Nè gli giouerà l'eſſere maritata, ogni volta, che non ſarà col Marito, ò Padre, ò Fratelli.

Poteſt hoc dici eſſe priuilegium meretri-
7 cum nuptarum, quod poſſint de nocte incedere cum maritis, & alijs attinentibus, & hoc priuilegium debet adnumerari alijs, quæ re-
8 fert Garon. *ad nouas conſtit. Mediol. lib. 4. tit. 15. prælud. 2. num. 7.* vbi tractat de differentijs meretricum nuptarum, & innuptarum. Sed hoc poteſt eſſe verum ſolùm, quando maritus
9 eſt ignarus, ob reſpectum, qui ei debetur, vt dixi *ſuprà in §. 1. num. 57. & ſeqq.*

Cap. XXVIII. §. V.

Prohibiſce ancora, che ſimili perſone non faccino in caſa da loro habitata, ò propria feſtini, nè meno vadino à trebi, o feſte di perſone honeſte.

SVMMARIVM.

1 *Meretrices debent expelli, & arceri à locis, ad quos accedunt perſonæ honeſtæ.*

2 *Meretricibus non ſunt dandæ voluptates, ne honeſtis detur occaſio optandi talem vitam.*

1 ETENIM debent expelli à locis, ad quos accedunt perſonæ honeſtæ, nè illas exemplo, vel colloquio corrumpant, vt ex Rouit. Tapia, & Gregor. Tholoſano dixi *ſuprà*, & confert Concil. Toletan. cuius verba refert Don Franc. de Ramos *ad leg. Iuliam, & Papiam lib. 2. cap. 44. num. 14.* ibi — *Cæterum quia in partibus iſtis morbus deteſtandæ inhoneſtatis irrepſit, quod mulieres, quæ ſoldaderas vulgariter nuncupantur, intrant publicè domos Prælatorum, & Magnatum ad commedendum, & alia,* loquen-

Digitized by Google

loquentes praua, & inhoneſta colloquia, plerum-
que corrumpentia bonos mores, facientes ſpecta-
culum de ſeipſis, præcipimus omninò, & maxi-
mè Prælatis, ſub obteſtatione Diuini iudicij, ne
huiuſmodi mulieres permittant, & etiam quia
2 eis ſunt tollendæ tot voluptates, adhoc vt ipſæ
odio habeant talem vitam; & honeſtis non
detur occaſio optandi earum vitam, vt pari-
ter dixi *ſuprà* ex Ricciull. & Ronit.

Cap. XXVIII. §. VI.

Nè ardiſcano ſaltare in banco in piazza, ò aſſiſtere à Saltimbanchi ſotto l'iſteſſe pene.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres, quæ prodeunt in ſcenam, ſunt irritamenta Veneris.*
Aſſignatur ratio, ibidem.
2 *Puniuntur à Iudice Eccleſiaſtico ſi diebus feſtiuis, vel Veneris prodeunt in ſcenam.*
3 *In alijs verò diebus puniuntur priuatiuè à Iudice Sæculari.*
4 *Circulatores ſunt qui circumferunt ſerpentes.*
5 *Et ijs annumerantur qui hominum mentes ſuperſtitione terrent, num. 7.*
6 *Qui ementitas reliquias ferunt.*
8 *Et qui, cum ſint imperiti, pharmaca vendunt.*
9 *Vtentes verbis, caracteribus, & alijs ſuperſtitionibus debent puniri, & quomodo.*
Antiquitus puniebantur capite, & referuntur exempla, ibidem.
10 *Reliquias falſas deferens fuit punitus carcere.*
11 *Reliquias veras deferens, ſi ſit circulator debet puniri.*
Etiam pœna triremium, num. 13.
12 *Vendere Agnus Dei, etiam ſi ſint veri, eſt prohibitum.*
14 *Furantes Agnus Dei in magna quantitate in Palatio Apoſtolico fuerunt damnati, & tranſmiſſi ad triremes.*
15 *Quæſtores eleemoſynarum ſi quæſtuant ſine licentia Pontificis, vel Epiſcopi debent puniri ab Epiſcopo etiamſi ſint meri laici.*
16 *Indulgentiam falſam recipientes à falſis quæſtuantibus indulgentiam non conſequuntur.*
17 *Cum bona intentio non ſufficiat.*
18 *Contrarium firmant aliqui.*
19 *Sed primam opinionem tenet Muta.*
20 *Interdictum prohibitiuum datur in materia quæſtuationis eleemoſynarum.*
21 *Tribunal S. Officij hodie cognoſcit contra quæſtuantes.*

1 RAtio huius prohibitionis deducitur ex
notatis per Iul. Chartar. *deciſ. crim. 20.*
num. 59. vbi ait, quod huiuſmodi mulieres,
quæ prodeunt in ſcenam, ſunt nefandæ Ve-
neris irritamenta; *nunquam enim*, ſunt forma-
lia verba Chartarij, *huiuſmodi hyſtriones com-*
medias pronunciant, & ad eas inſpectores con-
ueniunt ſinè multis, ijſque grauiſſimis, Dei offen-
ſionibus, idque ob turpes cogitationes, obſcena-
ue dicta, inhoneſtas actiones, morum corruptelas,
& pernicioſas ad omnia opera carnis illecebras il-
lis perpetuò coniunctas, & Minutius Felix in
Octauio, ait quod eneruix hyſtrio, amorem,
dum fingit, infligit, & D. Franc. Ramos *ad leg.*
Iuliam, & Papiam lib. 2. cap. 44. num. 6. ait
quod præter dragmata ipſa, & carmina in
hiſtrionibus ea recitantibus cernuntur laſci-
uientes tot corporis, manuum, oculorum mo-
tus, atque huiuſmodi alia amatoria delini-
menta, quæ vel honeſta, vel indifferentia eſſe,
nemo ſalua conſcientia dixerit.
Aduertendum, quod ſi hyſtriones, & cir-
cumforanei, ſeù circulatores commedias fa-
2 ciunt ſine licentia in diebus feſtiuis, vel Ve-
neris, non puniuntur à Iudice Seculari, ſed à
Iudice Eccleſiaſtico, vt refert Caſtellus in *ſuo*
memoriali fol. mihi 49. fuiſſe per S. Conſultam
ſcriptum Gubernatori Peruſij *ſub die 5. Iunij*
1611. & pluribus monſtrat Chartar. *d. deciſ. 20.*
3 *per tot.* in alijs verò diebus puniuntur à Iudi-
ce Sæculari, & quidem priuatiuè, vt inquit
Caſtellus *loc cit.*
De circulatoribus agit Ant. Matthæus *de*
crim. ff. lib. 47. tit. 5. cap. 4. vbi ait, quod ex cir-
4 culatorum genere ſunt illi, qui ſerpentes cir-
cumferunt, & proponunt, quorum metu ſi
damnum datum fuerit, pro modo admiſſi
contra eos datur actio *l. vlt. ff. de extraord. crim.*
& eiſdem annumerat illos, qui leues ho-
5 minum mentes ſuperſtitione Numinis terrent,
6 & qui ementitas Sanctorum Reliquias cir-
7 cumferunt, aut faciunt, vt Immagines nutu,
fletu, riſu, ſudore leues vulgi mentes terreant,
8 & etiam illi, qui nulla medendi arte inſtructi
vendunt miſellæ, atque imperitæ multitudini
pharmaca, caracteres, ſuſurros, ad depellen-
dos hominum, pecudumque morbos, aut
auertendam à ſegete ventorum, grandinum-
que lapidationem, & Matthæus *ibid. num. 4.*
dolet, quod impunè hi vſurpent nomen no-
biliſſimum, & medici appellentur.
9 Et quod hi, qui ad depellendum morbos
ſuſurris, verbis, caracteribus, ſeu alijs ſuperſti-
tionibus vtuntur debeant puniri non tamen
pœna capitali, ſed pro iudicantis arbitrio,
firmat etiam Cruſius *de inditijs delict. ſpecial.*
par. 2. cap. 22. num. 36. Antiquitus tamen id
capitale fuiſſe ex exemplis, quæ refert oſten-
dit ipſe Cruſius *ibid. num. 33.* ait enim ex Am-
miano Marcellino *lib. 19.* quod is, qui reme-
dia quartanæ, vel alterius doloris collo ge-
ſtaret veneficus Reus capitis interibat, & ex
eodem Marcellino *lib. 29.* ait viſum adole-
ſcentem in balneis admouere marmori ma-
nus, vtriuſque digitos alternatim, vocatas,
quæ litteras numeraſſe ad ſtomachi ſedandas,
vel

vel tollendas cruditates remedium prodeſſe,
id exiſtimantem, gladio percuſſum fuiſſe; &
Anum quandam ſimplicẽ interuallatis febri-
bus carmina recitare conſuetam vltimo affe-
ctam ſupplicio. Vix enim, vt ſubdit Cruſius
ibid. aut nunquam ſine magiæ ſuſpicione tu-
tò quicquam eiuſmodi videbatur præſumi,
aut attentari poſſe: vide eum, quia plura ad
propoſitum notabilia refert.

Et hi circulatores non ſolum puniuntur, ſi
deferant reliquias falſas, vt faciebat Frater
10 Cæpolla apud Boccaccium *dieta ſexta fabu-
la x.* qui fuit ex hoc carceribus mancipatus,
11 ſed puniuntur ſi deferant veras reliquias,
quia prohibiti ſunt eas deferre, vt dicit Ga-
uant.in *Encheridion verbo quæſtores num.* 8.
& Scannarol.*de viſit.carcerat.lib.*1.§.13.*cap.*7.
num. 18.

Et iſta prohibitio habet fundamentum, vt
fraudibus obuietur, vt ait Scannarol. *loc. cit.
cap.*1. *num.*3. ſubdens, quod ex hoc prohibi-
12 tum eſt vendere Agnus Dei veros, vel adulte-
ros, & ego adderem aliam cauſam, nempè
quia reliquiæ, & Agnus Dei, & huiuſmodi
non cadunt in commercio ad tex. in *leg.nemo
Martyres C.de Sacroſ.Eccleſ.* vnde, & eo magis
debent puniri, qui vendunt, vel ſupponunt re-
liquias falſas, & quidem pœna triremium, vt
13 dicunt Farin.*quæſt.*172.*num.*66.Ricciull.*lucu-
brat.Eccleſ.cap.*39. *lib.*1. *num.*6. & Scannarol.
loc.cit. §.12. *cap.*2. *num.* 31. qui dicit quod
Iudex Eminentiſſimi Cardinalis Vicarij fuit
repræhenſus ex quo condemnauerat quem-
dam Sacerdotem ex defectu probationum ad
carceres ad tempus ob falſitatem reliquia-
rum, ſed forſan ille Iudex legerat apud Boc-
caccium, quod Frater Cæpolla fuerat carce-
ratione punitus.

Sed quid ſi non vendunt, ſed furantur reli-
quias? dic quod fuerunt condemnati, & tranſ-
14 miſſi ad triremes per decennium illi, qui vt re-
ferunt Scannarol.*loc.cit.* & Ricciull. *lucubrat.
Eccleſ. cap.*9. derobarunt in magna quantita-
te Agnus Dei in Palatio Apoſtolico.

Circulatoribus aſſimilantur, & æquiparan-
tur illi, qui vulgò appellantur quæſtuantes,
ſeù quæſtores eleemoſynarum, qui prò ſacris
Hoſpitalibus, lociſque Pijs quærunt eleemo-
15 ſynam, nam ſine licentia Romani Pontificis,
vel ſaltem Ordinarij litteris commendatorijs
muniti non admittuntur, & nec admitti de-
bent ad quæſtuandum, vt eſt tex. in *cap. cum
ex eo de pænit. & remiſſ.* & ibi Abb. *& clem.
abuſionibus eod.tit.* & in Sac.Conc. Tridentin.
*ſeſſ.*5.*cap.*2. *de reform.* §.*vlt. & ſeſſ.*21. *cap.* 9.
Maranta in *Medulla Decretal. verb. quæſtores*,
qui citat ad hoc Nauar. *de indulg. not.*31. *nu.*
46. *& lib.*5.*de pænit.& remiſſ. conſ.*33. & Ro-
tam apud Coccin.*deciſ.*282.*num.*2.*&* 5. idem
dicit Muta *ad pragm.Siciliæ tit.*51. *de pœna of-
fend.confratr. num.*3. qui citat Soccin. *tract. de
oblation.lib.*20.& Dec.*conſ.*2.Calderin.*conſ.*9.
tit. de priuileg. & ex Bolognin. *de indulgent.
num.*90. ait quod debent puniri quæſtuantes,
ſi non habentes litteras veras Apoſtolicas,
vel Epiſcopi motu propriò, ac temerariè, ſiuè
de facto cum bullis fallacibus, & mendaci-
bus quæſtuantur, & puniuntur ab Epiſcopo,
etiamſi ſint meri laici, vt ex Abb.Oldrado, &
Dec. ſubdit Muta *loc.cit. num.*5. qui inſuper
ait, quod recipientes indulgentiam à falſis
16 quæſtuarijs, etſi cum bona fide hoc faciant,
tamen indulgentiam non conſequuntur; cum
17 bona intentio non ſufficiat Oldrad, *conſ.*76.
Card.in *Clem.*2. *de pænit. & remiſſ.* §. *ad hæc*,
etiamſi talis indulgentia daretur pro remiſ-
ſione peccatorum: ſed contrarium in hoc te-
18 nent Anchar. in *Clem.*1.*eod.tit.* & Iaſ. in *leg.
præſcriptiones C.ſi contrà ius, vel vtilit. publ.*
Sacca *reſp.*3.*num.*547. vbi ait quod quantum
ad ſalutem animarum operantur.

19 Verum ipſe Muta *ibid. num.*6. ſequitur opi-
nionem Oltradi, quam Theologos, & Cano-
niſtas tenere affirmat.

Quæro hic an detur interdictum prohibi-
20 tiuum in hac materia eleemoſynarum? dic
quod datur, ſi vnus impedit alium, quando
ſcilicèt duo quæſtuant pro eodem Sancto in
eodẽ die, poteſt enim qui habet ius magis an-
tiquum alteri inhibere, vt ex Bald. Speculat.
Tuſch. & alijs dicit Muta *loc.cit. num.*1.*&* 4.

21 Quæro ſecundò, qui ſit hodie Iudex com-
petens contra iſtos quæſtuarios? Scanarol.*de
inſtit.carcer.lib.*1.§.13.*cap.*7.*num.*18. ait hodie
cauſas quæſtuantium ſpectare ad Tribunal
S. Officij.

Digitized by Google

CAPITVLVM XXIX.

RVBRICA.

Degl' Oſti, e Paſticcieri, e di quelli, che frequentano l'Oſterie, e de' Carrozzieri, e Vitturini.

Sequitur Legiſlator agere de hominibus, & perſonis perditis, & in Iure diffamatis, quales ſunt Cauponæ, & Stabularij, vt habetur toto *tit. ff. nauta, Caupon. Stabular.* &c.

§. I. II. III.

Commanda S. Signoria Illuſtriſſima, che gl'Oſti, e Stallatichieri nell'albergare foraſtieri, debbano oſſeruare, quanto loro viene impoſto ſotto il Capitolo de' ſudditi otioſi, e vagabondi foraſtieri ſotto le pene in eſſo contenute.

§. 2. E ſe alcun'Oſte tratterà male alcun foraſtiero nelle viuande, ò in altro, ſarà punito ancora corporalmente ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima.

§. 3. Auertendogli, che tengano buona cura delle robbe, che gli ſaranno conſegnate da chi capiterà nelle loro Oſterie, perche mancando alcuna coſa, ſaranno tenuti à tutti li danni da liquidarſi in difetto di proue mediante il giuramento del dannificato, e l'Oſte ſarà obligato per li garzoni.

SVMMARIVM.

1 *Caupones tenentur diuertentes ad Hoſpitium recipere, & bene tractare circa victualia, lectum, & ſimilia: probibentur Neapoli recipere aliquem Hoſpitio abſque præuia deſcriptione bonorum, quæ ſecum affert,* verſ. extât pragmatica.

2 *Tenentur hic de inuectis, & illatis ſi derobentur.*

3 *Dummodò conſigentur.*

Vel habeant aliquam ſcientiam de re repoſita in Caupona, num. 5.

4 *Non ſolum ſi derobentur à famulis, ſed etiam à viatoribus.*

6 *Caupones tenentur de inuectis, & illatis etiamſi bona ſint delata in cameram, & forenſis accipiat clauem, vel famulum ponat cuſtodia.*

7 *Tenentur, ſi forenſis conſignauit bona alicui exiſtenti in caupona, quem credebat eſſe famulum cum re vera non eſſet, quia Caupones tenentur ſuper hoc inuigilare, & ita fuit iudicatum.*

8 *Tunc forenſis debet deſcribere perſonam, cui bona conſignauit, ad hoc, vt Caupones poſſint inquirere, exhibere, vel pro repetitione conuenire.*

9 *Hoſpitationis materia à quibus Doctoribus tractetur.*

10. *Caupones non poſſunt expellere hoſpitem receptum ob alios ſuperuenientes, niſi ſint magnates.*

11 *Non poſſunt vendere res tranſeuntibus pluris, quàm in mercatu.*

12. *Non poſſunt dare vinum dilutum pro mero.*

13 *Fallit in Ciuitate Rauennæ.*

14 *Excedentes taxam puniuntur.*

15 *Res in hoſpitio perdita quomodo poſſint de iure probari remiſſiuè.*

Se alcun'Oſte tratterà male.

1 COguntur Hoſpites, & Caupones hoſpitari omnes viatores *leg. 1. in fine ff. de fur. aduerſ. naut. & l. 1. in princ. ff. de naut. caup. ſtabular.* & ſicut, vt diſponunt dictæ leges, tenentur tranſeuntes hoſpites diuertentes ad hoſpitium recipere, vt dicunt etiam Bart. in *l. in eas §. ſerui ff. furti aduerſ. naut. in leg. 1. §. maxima ff. de naut. caup. ſtabul.* Ioc de Platea in *l. curſum num. 2. C. de curſu publ. lib. 12.* Caball. *crim. reſol. 187. num. 2.* D. Carol. Petra *Magn. Cur. ritu 267. num. 33.* & Auiles *Prætor. cap. 28. gloſſ. acogidos num. 1.* dummodo teneant ſignum, & non allegent iuſtam cauſam, vt conſiderat Bart. & D. Petra *loc. cit.* & D. Sabellus in *ſumma §. caupo num. 2.* puta, quia locus ſit totus præoccupatus, vel hoſpes ſit rixoſus, vel ſit bannitus, vt explicat D. Sabell. *ibidem*, ità tenentur eos, qui ad hoſpitium diuertunt, benè tractare circà victualia, circà lectum, & huiuſmodi, & quatenus deficiant, debent puniri, vt ait D. Carolus Petra *loco cit. num. 36. & ſeqq.*

Tenga

Tenga buona cura.

De materia tractat plenè Farinac. in *fragm. par. 1. verbo caupones num. 14. & ſeqq.* quem in facto videbis.

Extat pragmatica in Regno Neapolitano, de qua Carolus Tapia *de iure Regni lib. 5. tit. 9. de furta, & rapina pragm. 12. §. e casi ancora,* qua cauetur, vt caupones, alijque publicè hoſpitates, neminem hoſpitio recipiant, qui bona ſecum ferant, niſi habita priùs ab eiſdem deſcriptione omnium bonorum ſub pœna triremium per triennium hominibus, & fuſtigarionis fœminis hoſpitantibus.

Mitior eſt diſpoſitio noſtrorum bannimentorum mandantium, caupones teneri de in-
2 uectis, & illatis, ſi derobentur, ſeù aliquo alio modo in caupona deficiant, et perdentur, dummodo fuerint eis conſignata, & bannimenta ſunt in hoc conformia iuri communi, & Conſtitutionibus Pontificijs, quibus cauetur teneri caupones de furto commiſſo in ho-
3 ſpitio, dummodo bona fuerint conſignata principali, ſeù famulis, vt eſt tex. in *l. 1. §. nauigandi,* vbi gloſ. & Doctor. *ff. de furt. aduerſ. naut. caupo, & ſtabul.* & eſt Bulla ſan. mem. Pij IV. *71. in ordin. & ibi* Cherubin. in *ſchol. 2.*

Videtur tamen, quod debeant teneri de dictis rebus, ſi furentur à famulis, non verò ſi à viatoribus auferantur, per tex. in *leg. vnic. §. fin. ff. de furt. aduerſ. naut. caup. ſtabul.* ibi *viatorum autem factum non praſtat, namque viatorem ſibi eligere caupo, vel ſtabularius non videtur, nec repellere poteſt iter agentes, & in leg. licet §. in factum ff. de naut. caupon. ſtabul.* ibi *hoc autem non pertinet ad eum, qui hoſpitio repentino recipitur.*

Cæterum hoc non debet procedere, quando bona ſunt conſignata principali exercitori, ſeù ſeruientibus ad id deputatis, quia tunc
4 omninò tenentur, ex quo receperunt in ſe cuſtodiam, iuxta tex. in *l. 1. §. qui ſint igitur, & §. ſi quis igitur, & §. caupones, & §. laterum ff. de naut. caupon.* gloſ. & Odofred. *ibid.* & Farin. in *fragm. verbo caupones num. 27. & 34.* qui
5 idem eſſe ait, quando caupones ſaltem habuerunt aliquam ſcientiam de re repoſita in caupona, & plures allegat concordantes.

Imò Caball. *crim. reſol. 70. num. 19.* inquit, quod licèt viator deferre faciat fardellum in
6 camerã, & claues recipiat, vel famulum apponat cuſtodiæ, adhùc hoſpitator tenetur, vide eum, & Doctores, quos allegat, præſertim Bald. in *l. 1. num. 1.* & ibi Salyc. *num. 5. Cod. de depoſit.* & Grat. *conſ. 94. num. 13. lib. 2.* nam caupones vt mali, & rapaces communiter habiti, vt inquit Caball. *d. caſ. 70. num. 41.* arctius pro ablatis tenentur, quam alij locatores, vt præfati Doctores affirmant: eo fortius quia iſti ribaldi, vt conſiderat Rebuff. *ad conſtit. Reg. tom. 2. tit. de hoſpitibus num. 10.* ſolent plures vnius cubiculi, & archæ claues haberet: ideò poſt diſceſſum hoſpitis ad Ciuitatem ſolent aperire alia claue: & ſubdit Rebuff. *ibidem in fine;* quod ſi probari hoc poſſet, laqueo donandi eſſent pro eorum furtiua malitia.

Poteſt hic dubitari de caſu contingibili, an caupo teneatur, ſi forenſis conſignauit bo-
7 na alicui exiſtenti in caupona, quem credebat eſſe famulum eiuſdem, cum re vera non eſſet: iſte caſus contingit in Vrbe tempore, quo eram *ibid.* Procurator pauperum, & in Tribunali Illuſtriſſimi Gubernatoris fuit reſolutum affirmatiuè ad fauorem Io: Bapt. Relati Galli habitantis in hoſpitio Gambari, & poteſt eſſe ratio, quia tenetur hoſpitij exercitor inuigilare.

Credo tamen, quod iſto caſu teneatur fo-
8 renſis deſcribere perſonam, cui bona conſignauit ad effectum, vt poſſit recognoſci, ad tradita per Farin. *quaſt. 3. num. 10. verſ. ſublimitando* Lucatell. *de qu. indic. inſpect. 5. nu. 236.* & Scaccia *de iudic. cap. 86. num. 53.* alias auferretur dicto exercitori modus inquirendi, & exhibendi delinquentem, & ſe liberandi ad formam tex. in *l. 1. §. familia ff. de public. & in l. ſi poſt C. de aſſeſſor.* vel ſaltem auferretur eidem modus repetendi, vt innuit Farin. *quaſt. 24. num. 90.*

De hoſpitationis materia videndi ſunt
9 Auend. *de mand. Regio lib. 2. cap. 8.* Rebuff. *2. tom. tit. de hoſpitibus,* & Iband. de Bardaxi in *comment. ad foros Aragon. tit. de priuil. general. num. 30.* & Rebuff. *loc. cit.* ponit multas, & vtiles quæſtiones, nempè quod hoſpitator non poteſt repellere hoſpites prius receptos pro-
10 pter alios ſuperuenientes, quod eſt verum, niſi ſuperueniret aliquis Nobilis, vt explicat idem Rebuff. *ibid. num. 6.* & ex Angel. in *leg. 1. ff. de naut. caup.* ſequitur Auendan. *loc. cit.*
11 Quod non poſſunt vendere tranſeuntibus pluris, quam in mercatu; æquum tamen eſt, quod aliquid ratione laboris, & exercitij ipſi ſuperlucrentur.
12 Quod non debent, nec poſſunt dare vinum dilutum pro mero, & puro; quod eſt verum
13 præter quam in Ciuitate Rauennæ iuxtà conſiderationem faceti Martialis *lib. 5. epigram. 103.*

Sit ciſterna mihi, quàm vinea malo Rauennæ.
Cum poſſim multò vendere pluris aquam.
Callidus impoſuit nuper mihi caupa Rauennæ.
Cum peterem mixtum, vendidit ille merum.

Et demum Rebuff. inquit, quod Magiſtraſtratus debent eis taxare prætium competens, ne caupones deuorent diuertentes ad eos, & ſi exeedant taxam, & metas rationis, prout regulariter ſolent metas rationis excedere in exigendo, ſicut ſolent excedere Notarij, vt habetur in *cap. ſtatutum §. Notarium de reſcrip. in 6.* & ſicut ſolent excedere apparitores vt habetur in *l. defenſionis Cod. de iure Fiſci lib. 10.*
14 debent puniri pœna carceris, & pecuniaria:

Vide eum, & vide etiam D. Carolum Petram *comment. Magn. Cur. ritu 267. num. 36. & ſeqq.* vbi multa de fraudibus, malignitatibus, & malitijs horum nebulonum tradit.

Dixi, quod caupones non poſſunt hoſpites iam receptos expellere propter alios ſuperuenientes, niſi ſuperueniat aliquis nobilis: nunc quæro an caupones, ex quo inceperunt tenere hoſpitium poſſint cogi ad continuandum? dic quod poſſunt cogi ſecundum Bart. in *l. 1. §. cura ff. de offic. Præfect. Vrb. & in leg. 1. num. 1. ff. naut. caupon. ſtabul.* Caball. *crim. reſol. 187. num. 1. & caſ. 287. num. 70.* Carocc. *de loc. & conduct. par. 3. quæſt. 8.* Proſper Rondella *de vinea, vindem. & vino fol. 78. col. 1. verſ. verum caue,* & his relatis D. Sabell. *in ſumma. §. caupo num. 2.* & hoc idem probat Aulles *Prætor. cap. 28. gloſa acogidos num. 1.*

In defetto di proue da liquidarſi mediante il giuramento del dannificato.

Quomodo de iure res in hoſpitio perditæ
15 probari poſſint iuramento habetur penès Farinac. *d. verb. caupones num. 43. & ſeqq.* & Rebuff. *d. 2. tom. tit. de hoſpitibus nu. 11.* qui ait hoc eſſe verum in modicis, & in caſu, quo caupo ſit malæ opinionis, & allegat tex. in *leg. ſemper §. in hoc interdicto ff. quod vi, aut clam l. 1. §. ſi ciſta ff. depoſiti*: ſed non recedas ab opinione Farinac.

Iuramentum tamen debet deferri in defectum teſtium, nam ſi adſint viatores, & famuli, qui cum hoſpite, & viatore aderant iſti ſunt examinandi, vt dicit Rebuff. *loc. cit.*

Cap. XXIX. §. IV. V. VI. & VII.

E conſiderando Sua Signoria Illuſtriſſima i molti inconuenienti, che naſcono dalla frequenza dell'Oſterie, prohibiſce à chiunque habbi moglie, ó figli, ò ſia figlio di famiglia, & alle meretrici, ò altre donne di mala vita habitanti in Bologna, che non ardiſcano andar à mangiare, ò bere all'Oſteria, Betrole, Paſticciarie, ò altro luogo di qualſiuoglia ſorte, doue ſi dia da mangiare, ò bere con pagamento, pegno, ò taglia così dentro la Città, come fuori à vn miglio, nè meno comprar robbe per andar à mangiarle in compagnia, ſe non in caſa con la ſua famiglia ſotto pena à gl'huomini la prima volta di trè tratti di corda, e venticinque ſcudi: e la ſeconda, e terza volta maggiore ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima, & alle donne di ſcudi dieci, fruſta, eſilio, ó berlina ad arbitrio, come di ſopra: & à gl'Oſti, e Paſticcieri, ò Bettolieri, & altri di ſcudi 25. e trè tratti di corda, ò d'altra pena ad arbitrio. Auertendo, che quelli, che ſaranno trouati all'Oſteria, ſi preſumeranno eſſerui per mangiare, e perciò incorſi nelle ſudette pene:

§. 5. Non intende però di vietare ad alcuno il comprare vino à minuto all'Oſteria per beuerlo altroue, anzi commanda à gl'Oſti, che debbano vendere à minuto vino di qualunque ſorte ſi troueranno in caſa, à qualunque gli ne domanderà in vendita, ſotto la pena di ſcudi 25. e trè tratti di corda;

§. 6. Come all'incontro vieta tanto à gl'Oſti, come à Paſticcieri il dar robbe di ſorte alcuna à Terrieri con far raglie, ò pigliar pegni, permettendoſegli ſolo il venderle à contanti.

§. 7. Dichiarando di più, che i Paſticcieri non poſſino vendere ad alcuno, ó far per vendere altro, che coſe pertinenti alla loro arte, come paſticci, croſtate, torte, ſfogliate, & altre coſe ſimili, ſotto pena in ciaſcuno di già detti caſi di ſcudi 25. e di trè tratti di corda, e che non gli ſia reſa ragione contro il debitore.

SVMMARIVM.

1 *Hoſpitia publica ſunt neceſſaria.*
2 *Et ſunt pars alimentorum.*
3 *Hoſpitia præbere forenſibus, non tenentur priuati*

uati exceptis aliquibus caſibus.

4 *Princeps debet proſpicere, ne ſubditi eorum bonu obligurlant in hoſpitijs.*

5 *Hoſpitia ſubditis prohiberi in totum an ſit licitum.*

6 *Caroli Tapia opera non eſt omnibus præmanibus.*

7 *Legem tabernariam abrogari expedit Fiſco, & Reipublicæ, num. 24.*

8 *Promulgatu aliàs diſſuetudine antiquata fuit.*

9 *Imperatores, qui leges tabernarias fecerunt:*

10 *Lex tabernaria, quando lata Mediolani, & quibus verbis.*

11 *Pluries deindè renouata, num. 12.*

13 *Ratio huius legis refertur.*

Damnoſa vectigali, num. 17.

14 *Hominum genus infimum nullo alio vitio magis, quam gulæ illecebris capitur.*

15 *Mala quæ ex gula veniunt.*

16 *Legis tabernariæ ſuaſores, & approbatores, qui Doctores ſint.*

18 *Mediolani Ciuitatis amplitudo, & magnitudo in numero plebis, & artificum maximè poſita eſt.*

19 *Artifices quarè priuilegiantur, & diſcedere prohibentur.*

20 *Plebi vnus finis, vt vitam degant.*

21 *Eget ob aſſiduos labores oblectamento.*

22 *Birruariorum inſolentia in alicuius edicti executione quid operetur.*

23 *Legis promulgatio duplici modo fieri ſolita.*

25 *Accedentes ad cauponam ad commedendum, & bibendum non tenentur pro ſocijs, qui ſumpto prandio abierunt.*

26 *Contrarium.*

27 *Famulus, qui cœpit ſtare cum duobus, vel tribus ſcholaribus, ſi ex illis duo recedant, debet habere totum ſalarium ab vno, ſi labor ex diſceſſu non ſit diminutus.*

28 *Cauponibus permittitur emere ad ingroſſo, & vendere ad minutum, & quare.*

29 *Gabella vini, quod venditur ad minutum remiſſiuè.*

30 *Homines cum maiori facilitate edunt, bibunt, & ludunt, ſi hæc faciant habita fide de prætio, quam ſi accipiunt in pecunia numerata.*

31 *Meretricibus non poſſunt Neapoli caupones dare victualia habita fide de prætio vltrà vnciam vnam.*

32 *Ne deuinculentur ipſæ meretrices ad perſiſtendum in peccato.*

33 *Caupones antiquitus tenebant meretrices in tabernis.*

34 *Hodiè prohibentur de iure communi.*

35 *Fornicatio ſimplex permittitur, ſed ex hoc non debet dari occaſio fornicandi.*

36 *Hoſpitia ſunt à birruarijs, & Fiſcalibus diligenter perquirenda, nè incauti iuuenes imberbes ſeducantur.*

37 *Caupones prohibiti Bononiæ retinere meretrices ſub prætextu locationis manſionum.*

38 *Recenſentur fraudes, quæ committebantur.*

39 *Artifex vnius profeſſionis non debet ſe ingerere in exercitio alterius profeſſionis.*

40 *Ne artificia confundantur.*

41 *Et ne imperiti, & inexpertes in damnum Ciuium ſe exerceant in arte, quam ignorant.*

42 *Et etiam quia ita exigit iuſtitia diſtributiua.*

43 Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus Seuerolus *laudatur.*

44 *Cerdones non debent conficere, & retinere ephippia, vulgò* Selle, *& alias res ad ephippiariorum artem pertinentes.*

45 *Artifices pileorum non poſſunt ponere in pileis cairellos, quia ſpectat hoc ad eos, qui vulgò dicuntur* Berrettari.

46 *Caligarij poſſunt facere caligas: & ſartores poſſunt facere pallia, & non è contra.*

47 *Nautæ non poſſunt ſe ingerere in officio oneratorum, & exoneratorum.*

48 *Etiam ſi iſti oneratores ſint negligentes.*

49 *Sutores non poſſunt ſe ingerere in arte nuncupata* delli Giopponari.

50 *Chyrothecarij non poſſunt mulierum calceamenta facere in præiuditium Calceolariorum.*

51 *Niſi ſint auro, ſerico, & odoribus ornata.*

52 *Ephippiarij non poſſunt conficere ea, quæ competunt frænarijs.*

53 *Pannifices fuerunt inhibiti conficere quoſdam pannos à certis perſonis excogitatos.*

54 *Interpolatoribus ad inſtantiam ſartorum, & pannariorum fuit dictum ne puro panno ſarcirent veſtimenta, quæ inter promercalia eſſent habituri.*

55 *Offellarijs fuit Mediolani vetitum conficere* marzapani, caliſoni, confetti, e conditi di zuccaro, *ex eo quia eorum confectio ſpectat ad aromatarios.*

56 *Paſtillarijs vetitum eſt conficere res ad eorum artem non ſpectantes.*

57 *Specificantur res, quæ ad eos pertinent.*

58 *Dictio, ſimili, reſtringit locutionem ad res expreſsè nominatas.*

59 *Differentia etiam inter opificia conſimilia diſcernitur.*

60 *Eduliorum qualitas poteſt cauponibus præſcribi ne citra modum præſcriptum vendant.*

61 *Res, quæ ad vſum hominum venduntur, deberent appretiari à Magiſtratu.*

61 *Artiſtarum merces eſſet taxanda.*

63 *Auiditas, & auaritia hominum eſt refrænanda. Nam proni, & inclinati ſunt omnes ad procurandam propriam vtilitatem ibidem.*

1 AD Curam Principis, & eius Officialium ſpectat, vt fiant publica hoſpitia adhoc, vt forenſes inueniant manſiones, nam huiuſ-
2 modi receptacula pars ſunt alimentorum, vt dicunt, Auend. *de mand. Reg. par. 2. cap. 8. nu. 1.* Abb. & Doctor. *in cap. 1. de emption. & vendit.*
3 etenim priuati non tenentur forenſibus hoſpitia præbere exceptis caſibus, de quibus *toto titulo Cod. de metatis, & Epidimiticis lib. 12. & in l. 1. §. manus ff. de muner. & honor. & in 1. §. 1. ff. naut. caup. ſtabular.*

Sed ſpectat etiam ad eorundem curam proſpi-

4 proſpicere, ne ſubditi eorum bona abligurlant in hoſpitijs, & familiæ peſſumeant, vt bene fuit hic prouiſum per noſtrum Legislatorem, quē in ſpecie propter hanc laudabilem prouiſionē in bannimentis per eum factam laudat, ex extollit Belleɛt. *disquiſ. Cler. tit. de diſcip. Cleric.* §. 20. *num.* 21. & ſimilem pronitionem ſingulis annis renouari in Gallia refert Peguerra *crim. dec.* 44. *num.* 15. vbi ait, quod in dicto Regno, tàm in Ciuitatibus, quàm in Oppidis voce Præconis interdicitur Vxoratis, & Ciuibus, ne ad ganeas, & diuerſoria accedere audeant, & ſubdit hoc idem fieri etiam in Catalonia, & in alijs Regnis legibus prohiberi refert KlochK. *de ærario lib.* 2. *cap.* 58. & ex eo Dominus Vrceolus *de tranſact. qu.* 37. *num.* 16. vbi plura refert ad deteſtationem ebrietatis, & hoc cautum lege municipali etiam Florentiæ dicit D. Sabellus in *ſumma* §. *caupo num.* 2. *verſ. non tamen*, qui ait eſſe de iure, quod tam Ciues, & Oppidani præter neceſſitatem ganeas frequētantes, quam caupones puniantur, & allegat Menoch. de *arbitr. caſ.* 533. Peguer. *d. deciſ.* 44. Petr. Gregor. *ſyntagm. Iuris lib.* 39. *cap.* 7. fatetur tamen *ibidem in fine*, quod florentiæ de facto non ſeruatur.

Poteſt hinc ſumi argumentum diſputan-
5 di, an debeant hoſpitia in totum ſubditis prohiberi, & quia Carolus Tapia de *iure Regni lib.* 5. *tit.* 47. *conſtit. mores num.* 24. & *ſeqq.* ponit per extenſum quaſdam allegationes fiſcales ſtatus Mediolani, & opera Tapiæ non ſit om-
6 nibus præ manibus, opere pretium eſſe duxi, hic ad exornatum materiæ noſtrorum bannimentorum ad verbum illas referre, potiſſimè cum, vt ait D. Sabellus *ibid. verſ. non itaque dolent* plures perſonæ conquerantur de huiuſmodi prohibitionibus quaſi tendant in diminutionem emolumentorum, quæ ex appaltu obuenire ſolent.

Vndè bonum eſt, quod ipſi ſciant huiuſmodi prohibitiones frequentatoribus tabernarum extare etiam in Dominijs, & Republicis moratioribus.

7 Legem tabernariam publico edicto præteritis annis in Prouincia Mediolanenſi renouatam fuiſſe conqueruntur apud Regiam Maieſtatem caupones, & hoſpites mediolanenſes, quæ fiſci ſententiam præcipuè exquiri iuſſit; quemobrem cum Aduocati, & Syndici, fiſcales omnes de re tota maturè inter ſe diſceptaſſent communiter deliberatum eſt, tam fiſci, quam Reipublicæ intereſſe legem abrogari.

Principio autem obſeruatum fuit ſæpenumero huiuſmodi legem fuiſſe latam, nedum apud Priſcos populos ſub Imperio Romanorum, ſed in hac ipſa Ciuitate, ſemper autem
8 reluctante quodammodo plebis natura, & ipſa docente experientia diſſuetudine ipſa antiquatam. Claudius, quod ego ſciam, primus legem tulit (*verba Dionis*) modeſtiam, ac
9 temperantiam Populi Romani plurimi faciebat, nàm nimias delicias, quæ fuerant Caij temporibus, ſuſtulit, latiſque ad eam rem ſpectare viderentur, Caupones enim, in quibus computare ſolebant, euertit, vetuitque ne caro cocta, aut aqua calida vſquam venderetur, atque in eos, qui non temperarent animaduertit.

Nero tamen vetuit, nè quid in popina coctum, præter olera, & legumina venderentur: Veſpaſianus idem eodem Dion. teſte: idem ab Ampelio Romæ Præfecto tempore Theodoſij cogitatum teſtatur Amm. Marcell. *lib.* 28. correxiſſet enim ex parte, licet exigua, irritamenta gulæ, & ganeas tetras, ni flexus in molliora amiſiſſet gloriam diù victuram, namque ſtatuerat, ne taberna vinaria ante horam quartā aperiretur, neue aqua vulgarium calefaceret quiſquam, vel vſque ad preſtitutum diei ſpacium, lixè coctam præponerent carnem, vel honeſtus quidam mandens in publico videretur. Hoc ad annum Salutis 371. refert Sigon. de Occid. Imper. *lib.* 7. apud Nos anno 1264.
10 teſte Corio. *lex iſta condita*: inquit ille.

In queſto tempo i Milaneſi ad honore, & vtilità della Patria primieramente miſurò il vino à miſura, e fù ſtatuito, che veruno non beueſſe in taberna, nè in alcun altra caſa ſotto di graue pena; ſe non diſtante dall' hoſpitio mercenario otto Caſe.

Item *che verun' huomo non beueſe, ſe non in Caſa ſua, eccetto come di ſopra, e che l' hoſtiero non vendeſſe vino, ſe non due hore del giorno, ſe non quando ſuona la Campana del Commune al Prandio, & alla Cena.*

11 Rurſus anno 1271. Vicecomes de Vicecomitibus Prætor Mediolani inter alia plurima ſtatuta, quæ condidit, hoc etiam inſeruit.

Item, *che alcuno Tauernaro non poteſſe dar da bere à neſſuna perſona doppo il primo ſuono della Campana, nè vendere doppo il terzo ſuono della Campana ſotto pena di lire venti di terzoli.*

Item. *che neſſuno preſumeſſe di dar da bere, ò mangiare à perſona della ſua famiglia ſotto la medeſima pena.*

Legis obſeruantiam à propria familia incipiens. Siluit exinde Mediolani lex illa vſque ad annum 1602. diemque 28. *Octobris*, quæ cum ægrè à Populo recepta eſſet, fuit iterum
12 anno 1604. 5. *Iunij* renouata. Iterum *die* 25. *Auguſti* 1605. & *demum die* 13. *Septembris*, ad vniuerſam Prouinciam propagata.

Ratio ferendæ legis vnica ſemper fuit, &
13 eadem directa ſcilicet ad mores minutæ plebis corrigendos, publicamque honeſtatem, & parſimoniam in ipſius animos inſinuandam. Hęc ab hiſtoricis relata, & in proœmio noſtrorum edictorum expreſſa legitur, accam inſinuum
14 hoc hominum genus nulla alia re, aut vitio magis capi videatur, quàm gulę illecebris
15 hinc pecuniæ quæſtuariæ profuſio, ebrietas, rixæ, obſcena verba, & blaſphemiæ, denique in Vxorem, & liberos ſæuitia quædam proij-

Digitized by Google

ſci videtur, quibus malis lege lata, ac pœnæ metu obuiam eundum fuit.

. Sic publicè expedire ſcripſerunt inter no-
16 ſtros Peguera *qu.ſua,ſeu dec.44.* Menoch.horum edictorum contemporaneus, fortè etiam ſuaſor *de arbit. cent.6.caſu* 533. poſt Petr.Gregor.in *ſyntagm.iur.lib.* 36. *cap.*7. ac nouiſſimè Petr. Caball. *reſol. crim.p.*1. *cap.*187.

Horum omniū ſicuti laudanda eſt pietas, dū morum diſciplinæ ſtuduerunt,ità ex alia parte Reipublicæ nocuiſſe, videtur incidiſſe in illud Taciti; *nocuit antiquus rigor, cui iam pares non ſumus*, Vt autem ex re huiuſmodi morum cenſura per viam legum, & accuſationis criminalis, & Fiſco, & Reipublicæ illatum ingens damnum demonſtraretur, infraſcripta conſideranda ſunt.

Primoque diſtinguendum,quod aut quærimus de vtilitate pecuniaria, & immediata fiſci, aut an Reipublicæ ſit vtilis, an incommoda, ſiquidem de primo dubitari non po-
17 teſt, cum vectigal vini, quod minutum dicitur ex hac prohibitione multò minoris locarum ſit, quàm anteà locari ſoleret, imò conductoribus illius temporis mercedis remiſſio conceſſa.Idem dicitur reſpectu vectigalis hoſpitiorum,& denique nomine cuiuſuis perceptionis, quam fiſcus ex hoſpitijs,aut eorum occaſione percipere ſoleret, hoc damnum, nedum aliquo bono compenſari, ſed aliorum malorum occaſione creſcere facile demonſtratur.

Illud autem in hac re præmittendum eſt, & ſemper præ oculis habendum ſcilicet ampli-
18 tudinem, & magnitudinem huius Ciuitatis in numero plebis, & artificum maximè poſitam eſſe, ac ſicut alijs qualitatibus cuilibet alteri Ciuitati par eſſe poteſt, ita hac vna cæteris inſigniorem eſſe. Hinc numerum perſonarum vectigalium amplitudo, rerumque ad humanam vitam neceſſariarum, infinita conſumptio, à quibus tanquam per circuitum cætera omnia proficiſcuntur,quibus hæc Ciuitas ornatiſſima, ac ditiſſima redditur, ità vt ad conſeruandum præſentem huius Vrbis ſtatum nihil antiquius eſſe debeat, quàm plebis retinendæ,alendæ, multiplicandæ cura, atque ſolertia. Hoc autem ſenſerunt antiqui noſtri Duces,qui de artificibus ſollicitudinē habuerunt, eos tot priuilegijs dotarunt, eorum diſ-
19 ceſſum pœnæ acerbitate coercere ſtuduerunt.

Ab hac autem lege multipliciter plebem vapulari, certum eſt, & conſequenter ad deſerendam Ciuitatem moueri, allicientibus præcipuè ſumma arte, & ſtudio tot vicinis Principibus.

Primum enim apud infimum hoc hominū
20 genus, quorum finis, is vnus eſſe videtur, vt vitam degant, ita vt vita ipſa ſit vitis fructus, plurimum poteſt, dum de ſe ipſis deliberant gulæ conſilium, aut vitæ libertas,& licentia quædam.

Secundo horum hominum aſſiduus labor,
21 & opificium natura ipſa cogente magis, quā ſuadēte aliquod vitæ oblectamentum poſtulare videtur. Hoc autem cum in publicis ludis, quos ad hoc ipſum ſapientiſſimi veteres inſtituerunt, hodiè inuenire non queane, ad commeſſationem, conuictumque diuerterent, ac dum in popina, vt alias ſolebant in Theatro, detinentur à grauioribus malis,& à perturbatione Reipublicę retrahantur.

Tertio ipſa vitę neceſſitas plurimum vrget, ſiquidem neque omnibus horis, neque ſingulis diebus, huiuſmodi homines popinę menſę oportunitatem domi nanciſcuntur, aut pauca pecunia habere poſſunt.Rurſus in popina ſemper aliquid edulij genus,vinumque in quauis minima quantitate, minimo ſi volunt prętio oportunè, & ex tempore paratum inueniunt,cum modica impenſa breuiſſimo temporis diſpendio naturæ neceſſitatem implere queant.

Verum horum omnium carentia leuius fer-
22 ri poſſet, ſi edicti executio ſanctè, & ex lege fieret, ſed cum ea ſatillitibus liberè permiſſa ſit,quis neſcit, quomodo gens illa in miſeram plebem pro libidine debaccheturita,vt neque in caſibus licitis, neque perſonæ permiſſæ ad caupones accedere audeant,imò innumeri fere nihil tale agentes in via publica nequaquam de popina cogitantes ad carceres rapti fuerint, quis, aut ſine (non dicam) magno damno, ſed ferè omnimoda rerum ſuarum iactura è carcere dimittitur, artificium per plures dies intermittere neceſſe eſt, carceris ſquallorem, & cætera mala perpeti, torturæ ſubijci,plures aureos impendere, ita vt mirandum non ſit, ſi hoc metu terrefacti, quam plurimi de colligendis ſarcinulis cogitauerint, imò ſi numeroſa multitudo poſt hæc edicta abſceſſerit, alienaſque ditiores ſpteta capitis pœna (de qua infra) artificijs ditauerint, & impleuerint. Hinc nedum vini, ſed mercaturæ, & cæterorum vectigalium maxima imminutio.

Præterea ponamus curam ad meram diſciplinam, & benè eſſet, ſi dum hæc mala perpetrantur, mores corrigerentur, & edicta obſeruarentur; enim verò paulò minus, ac antè edictum popinæ frequentantur, commeſſationes, & cętera mala, quæ auertere ſtudemus, committuntur, vel in ipſis popinis,vel in alijs locis, hocque ſatellitum ipſorum, vel aliorum Potentiorum lucro: fertur enim caupones, & alios huiuſmodi ad redimendam vexationem ſiuè iuſtam, ſiue iniuſtam ſatellitibus,aut alijs perſonis de genere potentiorum menſtruum tributum, & quidem non leue pendere: fertur plurima loca titulo militari, vel aliter ab hac lege immunia ſeruari, ita vt his artibus, & corruptelis incommodum ſine commodo,malum habemus ſine bono.

Illud etiam omittendum non eſt, circumſcripto edicto,non omnes illicitè,& per luxum

popi-

popinas frequentare, ſed aliquos honeſtè plurimos perperam retento edicto, eos ſolum ob metum abſtinere, qui honeſte accedebant, reliquos, quibus ſunt perditi mores, neque pœnæ metu, neque alia ratione ab ijs diuelli poſſe.

Hi ſunt, quos edicta reſpiciunt, dum Vxoris, & filiorum miſerentur, qui ſi naturæ vitio in totam barbariem inciderint, & ſæuitiam, vt in Vxores, & liberos tyranidem exerceant, quis credat vetita caupona, ità ad manſuetudinem, & humilitatem reduci poſſe, quin potiùs omnia periclitari, & quacumque ratione eodem vitio ipſos laborare velle?

Cum autem duplici modo, vt plurimum,
23 leges probentur, alter erat in vſu, lege ſcilicet palam propoſita, vt qui improbare vellet, facere poſſet. Alter verò ab obſeruantia, & praxi deducatur, conſtat, vt paulo ante diximus, legem hanc pluries latam radices agere non potuiſſe, neceſſariam fuiſſe iterationem proclamatum, & tamen, vel non obſeruari, vel damno publico retineri.

Accedit iuris communis, & ſtatutorum indicium, cum enim vtriuſque iuris conditores omnia ad totam vitam pertinentia in certa iuris corpora perſtrinxerint, materiã morum, ſemoto crimine, ſub lege ponere noluerunt, cum mores publici leuiter exemplo, oratione, bonis inſtitutis ſenſim corrigi expediat, non verò legum, vt ita dicam, violentia, quam humana natura præcipuè in infima plebe aſpernatur, & ęgrè ferre poſſe videtur.

Quamobrem, vt initio dictum eſt vtilem,
24 & æquam huius legis abrogationem exiſtimant fiſcales, præcipuè ad plebem in hac Ciuitate amplificandam, & continendam. Quinimò hinc ducta occaſione non poſſunt facere, quin Senatui, ac Suæ Excellentiæ, quod etiam alias factum fuit, iterum ſignificent expedire publico edicto gratioſo innumeros artifices in patriam reuocare; cum enim artificiorum translatio in alienas Ditiones capitale apud Nos ſit, ac tàm ob legem tabernariam; quam alias ob cauſas, & præcipuè ob illecebras, ac pollicitationes vicinorum Principum maxima artificum multitudo aliò habitantum iuerit, & ea de cauſa capitaliter damnata fuerit, expedire putant fiſcales generalem gratiam omnibus fieri modo intra præſtituendum terminum redeant. Hoc alias Senatus ad Suam Excellentiam ſcripſit, quamquam exitu Concilium hactenùs caruerit, hactenùs Tapia.

Vnde ex his elicitur, quod ob ſtatum politicum non expedit Principi hoſpitia ſubditis prohibere: ob dictamen verò iuſtæ rationis huiuſmodi edicta ſancta, & proficua ſunt, & iuri conformia, cum quiſque debeat domi ſuę edere, dum eſt Ciuis de loco, vt dicit Nouar. *Vaſſallor. grau. 2. num. 3. par. 3.* ſiquidem cauponarum inſtitutio non voluptatis, ſed neceſitatis cauſa fuit reperta, vt eſt text. in *l. licet gratis §. in factum ff. naut. caup. ſtabul.* ideò cauponas adire actum non laudabilem dicit Menoch. *de arbitrarijs caſ. 533.* Bellect. & Barboſ. *locis relatis* per Nouar. *d. grau. 2. nu. 2.* & quoad perſonas Eccleſiaſticas eſſe punibilem oſtendit pluribus citatis Nouar. *ibidem num. 6. & 7.* & pluribus adductis textibus de iure Canonicò comprobat D. Sabell. *in ſumma §. caupo. num. 2. verſ. non itaque dolcant.* ſunt enim loca & fomenta intemperantiæ, et incontinentiæ, *l. palam §. ſi quæ cauponam ff. de ritu nupt.* cum alijs iuribus adductis à Nouar. *ibid. num. 5.* propterea in caſu, de quo Tapia *loc. cit.* quia bonum publicum præferri debet priuato, non fuerunt edicta reuocata à Senatu Mediolani, qui cum magna prudentia, et iuſtitia ſemper rexit.

Videtur nihilominus Nouario, vt ipſe ait *d. grau. 2. num. 8.* quod huiuſmodi edicta generalia inferant grauamen Populo: non ſic, ſi ſint particularia; hoc eſt in quoddam genus perſonarum: puta, prout in noſtris bannimentis, in eos, qui habent Vxorem, et familiam, et eos, qui ſolent in cauponis inebriari, et rixas facere, vt ex Bellecto *diſquiſ. Cler. p. 1. tit. de diſciplina* Cler. *§. 20. nu. 21.* aduertit Nouar. *d. n. 8. & ſeqq.*

Pone caſum contigibilem, plures acceſſerunt ad cauponam, ſeu tabernam, & inſimul commederunt, & biberunt, deindè aliqui eorum abierunt, an ij, qui remanſerunt, teneantur
25 tur ſoluere portionem eorum, qui receſſerunt? Proſper Petra in *addit.* ad Capyc. *dec. 125. litt.* B. Pariſ. *de reintegr. feudi cap. 90. num. 17.* & ex his D. Carol. Petra *M. Cur. ritu 8. num. 11. verſ. ijſdem oppido ſuppetias*, reſpondent, quod tenentur tantum ſoluere pro eorum rata. & Proſper Petra allegat adhoc Bart. & Bald. ſed contrarium dicunt Proſper Rendella *de vinea, vindemia, & vino fol. 78. col. 2. verſ. aduerte quoque*, & D. Sabell. *in ſumma §. caupo num. 5.* qui firmant, quod qui remanſerunt in taberna, pro omnibus tenentur, & hanc opinionem ego
26 ſequor, quia ſtante tacita ſocietate inhita ad illum actum accedendi ad cauponam, & ibi commedendi, & ſtante fraude circa concernentia dictum ſocietatem per recedentes ſine ſolutione rerum commeſtarum commiſſa in præiudicium cauponis; puto quod iſte caſus ſit de illis, in quibus ſocius tenetur pro ſocio ad tex. in *l. ſi ſocius*, vbi Dec. *num. 2. ff. ſi certum petatur*; addo, quod res commeſſibiles dantur à cauponibus indiſtinctè, ita vt non poſſit dici, quod pullus ſit datus potius Titio, quam Caio, dum Titius, & Caius in vna menſa, & in vno paropſide edunt inſimul, & propterea ambo prætium pulli, & ſic eandem pecuniam debent: ſed quando duo eandem pecuniam debent, ſi vnus per aliquem modum eximitur ab obligatione, alter non liberatur, vt eſt tex. in *l. cum duo ff. de duobus Reis* ergo &c.

Nec Bar. & Bal. allegati à Petra videtur tractare hanc quæſtionẽ, imò nec ex reſolutis per eoſdem poteſt inferri ad terminos propoſitæ

quæ-

Digitized by Google

quæſtionis; etenim Bartolus in *l. ſeio amico ff. de annuis legatis*, quærit an famulus, qui cæpit
27 ſtare cum duobus, vel tribus ſcholaribus, ſi
duo receſſerint, debeat habere ab vno remanente quantum ab omnibus, et reſpondet, quod eatenus, quatenus labor diminuitur, debet minui præſtatio penſionis; vnde cum tantus labor ſit in ſeruiendo vni, quantus eſt in ſeruiendo tribus, non debet minui præſtatio, ſeu penſio. Baldus verò in *auth. habita n. 98. C. ne filius pro patre*, quærit an ſcholaris, qui remanet alijs recedentibus debeat integrum ſalarium, an pro rata, et reſpondet, quod debet pro rata ad tex. in *l. ſeio Amico §. Medico ff. de annuis legat.* vnde cum iſti Doctores non loquantur de ſalario debito pro tempore, quo ſcholares erant ſimul, ſed de ſalario debito pro tempore, quo famulus ſeruitium præſtauit vni ſoli, non poſſunt adduci ad deciſionem caſus, de quo agitur, et in prædictis terminis, quibus loquuntur Bart. et Baldus, loquitur etiam Cagnolus in *l. diem functo num. 159. ff. de offic. aſſeſſor.* qui diſtinguit inter caſum famuli, qui incæpit ſeruire ſcholaribus ſimpliciter nulla de ſalario conuentione facta, et caſum eius, qui incepit ſeruire certo conſtituto ſalario, et dicit, quod primo caſu diminuto labore, debet diminui ſalarium ex arbitrio boni Viri, qui iuxta aduertentiam Benedic. Pereyra *de accademia, ſeù Republica litteraria lib. 9. de diſcipulis quæſt. 5. num. 1651. circa medium*, debet attendere an in loco extet conſuetudò, ſeù ius accademiæ augendi ſalarium famulo, ſi alius ſcholaris ſuperueniſſet, nàm poſtulat æquitas, vt ſicut ad augumentum ſcholarium iubentium creſcit prætium, ità ad illorum decrementum decreſcat; vt benè argumentatur Pereyra *loc. cit.* Secundo verò caſu decrementum non poteſt fieri, quia ſtante conuentione certi ſalarij ſufficit quod per famulũ non ſtet, & ſit paratus ſeruire per iura allegata à Cagnolo *ibid.* & à Rebuffo *ſcholar. priuileg. 12. num. 8.* & à Pereyra *d. num. 1651. in principio*, quod putat verum Dominus Zacchias *de ſalario quæſt. 11. num. 12.* ſi famulus ſit indefinitè conductus ad faciendum quicquid erit neceſſe facere, & in eiſdem terminis loquitur etiam Benedict. Pereyra *dicto num. 1651.* qui vlterius quærit an ſcholares, qui receſſerunt teneantur ſoluere ſuam partem, & reſpondet affirmatiuè ex Alber. Bart. Bald. & Iaſ. *locis* per eum *allegatis*, & comprobat exemplo ſimili, nam ſi tres conducunt eandem domum, & vnus illorum recedat, alij duo non tenentur ad integram penſionem, licet vſi ſint tota domo, quia ex quadam neceſſitate vſi ſunt, cum non poſſent vti parte domus, ſicut nec parte famuli *l. duo fratres ff. de acquir. hæredit.* ſed limitat hoc Pereyra in caſu, quo ſcholaris recedens proteſtetur ſe illa domo amplius vti nolle, vel non poſſe propter rixas, & inquietudines aliorum. Vnde vt redeam ad Proſperum Petram ipſe, ni fallar, non iuuatur inductione Doctorum, quos allegat pro fundamento ſui dicti.

Debbano vendere à minuto.

Vt viatores habeant abbundanter alimenta, permittitur cauponibus, vt poſſint eme-
28 re *ad ingroſſa*, & reuendere minutatim. Auendan. *de mand. Regio par. 2. cap. 8. num. 3.* Ang. in *l. annonam ff. de extraordin. crimin.*

Si vis ſcire aliquid de gabella vini, quod
29 venditur ad minutum, adeas Cohelium *ſuper Bulla Boni Regim. cap. 47. n. 55. & ſeqq.* & adeas D. Carolum Petram *Mag. Cur. ritu 267. num. 45. & ſeqq. & ſub num. 84. verſ. poſtquam mandauerim.*

Et ſi vis ſcire an caupones poſſint retinere pignora, & perſonas propria auctoritate quando recuſant prætium vini bibiti, & cibi ſoluere, adeas Rendell. & D. Sabell. *locis proximè citatis.*

Far taglie, ò pigliar pegni.

Sancta lex, quæ tollit occaſionem hominibus ſua perſuadendi, nàm habita fide de prætio, quiſque faciliùs edit, & bibit, & ludit,
30 quàm ſi numerata pecunia prædicta facere deberet; & Neapoli extat *pragmatica*, de qua Tapia *de iure Regni lib. 5. tit. 26. de meretricibus pragm. 1.* & Taſſonus *de antefato verſ. 3. obſeru. 3. fol. 174.* in qua ſub pœna corporali, & ſub
31 nullitate obligationis prohibetur hoſpitatoribus mutuare meretricibus vltra vnciam, quæ poteſt eſſe neceſſaria pro victu, & veſtitu, quam pragmaticam multis exornat Tapia *vbi ſuprà*, dicens, quod *dicta pragm.* iure optimo eſt fundata, nè huiuſmodi miſerabiles mulieres, quæ à Principibus tollerantur
32 ad euitandum maius malum, deuinculentur à Tabernarijs ob factum mutuum ad perſeuerandum in peccato, & in diabolica ſeruitute manere, ſubdens, quod fuit antiquus mos
33 horum tabernariorum meretrices in ſuis tabernis habere, vt apparet ex tex. in *l. palam ff. de ritu nupt.* & quod hodiè per dictum text.
34 prohibitum eſt, meretrices ad quæſtum faciendum in tabernis habere, de qua re dixi in *cap. 27. §. 4. num. 1.* & monet Fiſcales ad inuigilandum pro obſeruantia, nàm, ſunt eius
35 verba; *licèt fornicatio iſta ſimplex tolleretur, non tamen debet peccandi occaſio præberi ijs, qui ad comedendum, ſeù cubandum accedunt, quod eſt proprium tabernarum* teſte Accurſio in *d. l. palam*, & præſertim monet eos, vt dili-
36 genter inquirenda curent hoſpitia, in quibus, dum ad dormiendum incauti iuuenes imberbes accedunt, multa inibi committuntur ex dormiendi, & conueniendi occaſione peccata.

Et in hac Ciuitate tempore meo fuerunt

facta

37 facta præcepta cauponibus, nè retinerent
meretrices in eorum hoſpitijs, etiam ſub præ-
textu locationis ſtantiarum intus cauponas
exiſtentium, non ſolùm ob cauſas recenſitas
ex Tapia *vbi proximè*, & à Mario Muta in
*pragm. Regni Siciliæ incip. ſtatuimo tit. 78. de le-
nonibus*; ſed etiam quia fuit mihi relatum,
38 quod mulieres habentes intelligentiam cum
cauponibus quæcumque fercula, quæ appo-
nebantur in menſa, pertingebant cum lucro
cauponum, & famulorum, & damno eorum,
qui accedentes ad cauponas, cum eiſdem
mulieribus, ſeù potiùs Harpijs nefandiſſimis
accumbebant.

Paſticcieri non poſſino vendere, nè far vendere altro, che coſe pertinenti alla loro arte.

Conuenit quod artiſex vnius profeſſionis
39 non ſe ingerat in exercitio alterius profeſ-
ſionis, & ſic manum ponat in meſſem alie-
nam, ſed in rebus ad ſuam profeſſionem ſpe-
ctantibus ſe contineat ad tex. in *l. conſulta
Diualia C. de teſtam. & l. 3. C. Fabritenſ. lib. 11.
l. in Prouincijs C. de numeratijs, & actuarijs lib.
12. leg. quicunque C. de executor. & exact. eod.
lib. 12. & cap. ſingula* 89. *diſt.* tum ne artificia
40 confundantur vt dicit Cabedo Luſitan. *deciſ.*
158. *num.* 1. qui ex tex. in *d. l. in Prouincijs C. de
numerar. & actuar. lib.* 12. ſubdit quod punitur
is, qui alterius officio ſe immiſcet, & eum
ſequuntur Fontanella *deciſ.* 393. *nu.* 3. *& ſeqq.*
& Xamar. *rer. indicat. par.* 1. *def.* 52. *num.* 5. *&
ſeq.* tum ne imperiti, & inexpertes in dam-
41 num Ciuium ſe exerceant in arte, quam igno-
rant. Vnde bene introductum, vt volentes ar-
tem aliquam profiteri, antequam admittan-
tur, examinentur, vt dicunt Cabedo *loc. citat.
num.* 5. Rebuff. *conſtit. Franciæ tit. de Magiſtris
artificiorum gloſ. vnica tom.* 1. Tholoſan. *Syn-
tagm. iuris tom.* 1. *lib.* 15. *cap.* 32. *num.* 14. *&* 15.
& Xamar. *ciuili doctrina* §. 14. *num.* 32. cum
42 quia ita exigit iuſtitia diſtributiua, vt ex
Vueſſembec. & Berlich. dicit Illuſtriſſimus,
43 & Reuerendiſſimus Dominus meus D. Mar-
cellus Seuerolus Prælatus maximæ eruditionis
*in eius voto impreſſo poſt deciſ. Sacræ Rotæ Ro-
manæ* coram Remboldo *vot.* 11. ſicut enim
quælibet, vt aiunt, Confraternitas ſua ſuſtinet
onera, & munera à Principe, Ciuitate, vel à
corpore, ſeù Collegio ipſius indicta, ſic quo-
que æquum eſt, vt commoda ſui cuiuſque of-
ficij percipiat ſine metu eorum, qui lucris
alienis diteſcere cupiunt, vt ex Fontanella
deciſ. 393. *n.* . . . inquit Xamar. *loc. cit. num.* 6.
Propterea iure meritò præfatus Dominus
meus Seuerolus fuit in voto pro reuocatione
decreti Excellentiſſimorum DD. Conſeruato-
44 rum Vrbis concedentis Cerdonibus, ſiuè
calceorum ſarcinatoribus facultatem confi-
ciendi, & retinendi ephippia, vulgò *ſelle*, &
res alias ad ephippiariorum, vulgò *Sellari* ar-
tem pertinentes.

Et Senatus Luſitanus teſte Cabedo *dict. de-
ciſ.* 158. per ſententiam ſtatuit, ne artifices
45 vulgò ſombreireiros, hoc eſt pileorum arti-
fices per ſe, ſiuè per vxores ſuas ponerent in
pileis, ſeù galeris oſcaireis, quos nos voca-
mus *cairelli* in præiudicium eorum, quos ſir-
gueiros, hoc eſt pilopæos, apud nos *berrettar-
ri*, vocant, & alias *de anno* 1581. teſte Xamar.
rer. indicatar. par. 1. *def.* 52. *num.* 11. inter con-
fratriam ſartorum gerundæ ex vna, & con-
46 fratriam Caligariorum eiuſdem Ciuitatis ex
altera partibus decreuit, quod caligarij poſ-
ſunt facere caligas, ſartores verò pallia, &
non è conuerſo: & hoc idem refert Xamar.
etiam in *ciuili doctrina* §. 14. *num.* 30.

Et iterum teſte eodem Xamar. *ibidem* idem
Senatus aliàs ſententiauit non poſſe marine-
47 rios immiſcere ſe officio oneratorum, & exo-
neratorum nauium, & *ibidem* Xamar. *num.* 33.
& 34. ait non eſſe permittendum, quod ma-
rinerij ſe poſſint in dicto officio immiſcere,
etiam ſi exoneratores in exonerando, & one-
48 rando ſint negligentes, quia iſti negligentes
debent legitimis pœnis compelli ad debitè
ſeruiendum, & non debent ob eorum negli-
gentiam confundi officia, cum hoc ſit reme-
dium extraordinarium, & exoſum.

Et Sacr. Concil. Neapolitanum decreuit,
quod ſutores non poſſent exercere artem
49 vulgò *delli Giupponari*, vt ex Io: Fran. de Pon-
te, & Nouar. refert D. Seuerolus *d. vot. num.* 3.
qui *ibidem* refert ex Thoro idem Sac. Concil.
Neapol. decreuiſſe non licere Chyrothecarijs
50 mulierum calceamenta facere in præiudi-
cium calceolariorum, niſi ſint auro, ſerico, &
51 odoribus ornata, cum tunc ſint difformia
ab exercitio calceolariorum, qui auro, ſerico,
& odoribus non vtuntur.

Et Senatus, ſeù Scabinatus Lypſienſis teſte
Berlich. *d. deciſ.* 26. decreuit non licere ephip-
52 piarijs ea conficere, quæ frænarijs compe-
tunt, quamuis iſtæ artes videantur inter ſe
connexæ, &, vna ab alia dependens.

Et Senatus Saxoniæ teſte Carpzou. *lib.* 1.
reſp. Elector. tit. 5. *reſp.* 47. decreuit non licere
53 pannificibus conficere quoſdam pannos ab in-
ferioris Germaniæ populis excogitatos.

Et Senatus, ſeù Parlamentum Pariſienſe, vt
refert Io: Lucius *Placitor. Curiæ Galliæ lib.* 6. *tit.*
17. §. 10. in controuerſia, quam pannarij, &
54 ſartores interpolatoribus mouerant, interpo-
latoribus interea vetuit puro panno veſtimen-
ta ne ſarcirent, quæ inter promercalia eſſent
habituri.

Et quod ad rem noſtram attinet, Senatus
Mediol. teſte Carena *reſol.* 164. decreuit non
55 licere offellarijs facere confectionem, & fa-
bricationem, vt vulgò dicitur *delli marzapani,
caliſſoni, confetti, e conditi di zucchero di ogni
ſorte, cotognata di zucchero, e moſtazzini ſenza
paſta*, nam talium rerum confectio ſpectat pri-

natiuè

Digitized by Google

uatiuè quoad vniuerſitatem offellariorum ad ſolos Aromatarios: prout confectio, vt vulgò dicitur, *de caneſtrelli, cannoni, obbiate, offelle, conforthni, ranzate, e cacciate, & altre ſimili* ſpectat ad offellarios, vt declaratum fuit penes Carenam *loco citato in princip. & num.4.*

Nec dicatur cum Io: Brunnemanno *cent.3. decif.41.* quod iſtud ius prohibendi inducit quandam ſpeciem monopolij, & ideò apud eum, cum eſſet lis inter pelliones ex vna, & mercatores ex altera parte, & quæreretur an mercatoribus prohibendum foret færinas pelles emere, & vendere, ſiquidem pelliones id ſibi ſolis arrogabant, reſolutũ fuit quod propter ſupradictam rationem, & etiam propter libertatem mercimoniorum, & alias rationes apud eum videndas non erat abſurdum, vt in diuerſis Collegijs arte facta vendantur.

Rationes enim ſupra allatæ præponderant ad fauorem Reipublicæ: artes enim non ſunt confundendæ, vt dictũ eſt ſupra, vnde, & apud eundem Brunneman. *cent.2. decif.65.* iudicatum fuit, quem in duplici opificum Collegio Ephippiarij, & Scytolomi artium inter ſe affinium eſſe non poſſe, & eſſe de iure communi, vt quis amplius, quam in vno Collegio non poſſit eſſe, & adhoc plures allegat leges.

56. Iure igitur extat hic decretatum, quod paſtillarijs, vulgò *Paſticcieri* non ſit licitum conficere alias res ad eorum artem non pertinentes, & ad tollendam omnem ambiguitatem expreſsè declaratum, quæ ſint res ad eo-
57 rum artem pertinentes, ideſt *paſticci, croſtate, torte, sfogliate, & altre coſe ſimili.*

Aduertendum quod dictio, *ſimili*, reſtrin-
58 git locutionem ad res expreſsè nominatas, & paſtillarij debent ad hoc reflectere, vt euitent pœnam hic ſtatutam: quamuis enim poſſit dici, quod etiam in aliquo excedentes deberent excuſari ex eo, quia quædam opificia itá ſunt ſibi ipſis cognata, & ſimilia, vt eorum operas, & labores difficillimè diſcernere poſſis, vt ait Berlich. *d. decif.26. num.6.* ſubdens quod ex hoc ſemper alter alterius operas conficiendi ius eſſe contendant: nihilominus opifices benè ſciunt, quando extrà eorum artem vagantur: credendum eſt enim, quod ipſi prò
59 ſubſtantiali differentia inter huiuſmodi opificia, & Collegia mechanica conſeruanda accuratiore iudicio vtantur, prout vti debere inquit ex Io: Dauth. *de teſtam. num.300. verſ. & cum ſemel* Berlich. *d. decif.26. num.6.*

Aduertendum iterum, quod non eſt nouum
60 quod præſcribatur modus, & qualitas vendendorum Edulium, nàm Romæ Claudius, & Nero Imperatores hoc effecerunt teſte Carolo Tapia *de iure Regni lib.5. tit.47. de ludis conſtit. mores num.24.*

61 Et ad euitandas fraudes omnes res ad vſum hominum deberent etiam appretiari ad tex. in *l. illicitas ff. de offic. Præſid. & in l. ideò ff. de eo quod certo loco, & in l. pretia rerum ff. ad leg. falcid.* & non ſolum in rebus ad victum neceſſarijs, vt ait Azeuedo *recopil. lib.5. tit.11. leg.10. num.4.* ſed etiam in alijs rebus quibuſcumque, vt latè oſtendit Bouadilla in *ſua politica par.2. lib.3. cap.4. num.63. & ſeqq.* imò
62 taxandam eſſe etiam mercedem artiſtarum, nempè ſutoris, calceolarij, magiſtri lignaminum, & ſimilium dicit Affl. *in conſt. Regni per vniuerſas lib.3. rub.35. num.1. & 2.* & citat Bald. in *l.1. C. de Epiſc. audien. & in l.1. §. cura ff. de offic. Præfect. Vrb.* refrenanda enim eſt
63 auiditas, & auaritia hominum, qui faciles, & proni, & incliuati ſunt ad eorum vtilitatem, vt ſubdit Bouadill. *loc. cit. num.63.* & propter vtilitatem priuatam deſpiciunt, & obſcurant famam, & gloriam publicam.

Cap. XXIX. §. VIII. IX. X. & XI.

E per prouedere à diſordini occorſi nel far mercato di caualli, e carrozze da vettura Sua Signoria Illuſtriſſima ordina, che non ſia lecito ad alcuno, che non ſia vero, e legitimo Padrone de'caualli, ò carrozze, ancorche foſſe garzone del Padrone, trattare mercati di eſſe, nè pigliar caparra da alcuno terriero, ò foraſtiero.

§. 9. Il medeſimo diſpone riſpetto à quelli, che tengono caualli, ò carrozze da vettura ſue, che non poſſano far il ſenſale ad altri, che haueſſero caualli, ò carrozze, nè poſſano trattar per le carrozze, ò caualli loro proprij alcun mercato, mediante i loro garzoni, mentre eſſi Padroni ſi trouano nella Città, ſotto la pena in ciaſcun de caſi predetti di ſcudi dieci, e trè tratti di corda.

§. 10. Nella qual pena incorrerà qualũque anco Padrone di carrozze, ò caualli, che dopò hauere preſa la caparra di carrozza, ò cauallo da terriero, ò foraſtiero, ſi naſconderà, ò non ſi trouerà in eſſere al tempo deſtinato, oltre che ſarà te-

nuto

nuto rendere la caparra raddopiata per la prima volta: mà per la ſeconda caderà in pena di ſcudi 25. e della fruſta; e la terza della galea, oltre la reſtitutione della caparra duplicata in ciaſcuno de' detti caſi.

§. 11. E quanto è diſpoſto de carrozzieri, locatori di caualli, e loro garzoni circa li mercati de caualli, e carrozze, s'intenda anco hauer luogo nè barcaroli, e loro garzoni per le loro naui.

SVMMARIVM.

1 *Stabulariorum fraudes, quæ dederunt cauſam edicto, referuntur.*
2 *Forenſes, & viatores ſunt ſub protectione Principis.*
3 *Eos decipere, & fraudare in rebus, quas emunt, eſt magnum crimen.*
4 *Commodans equum pro certo itinere, ſi ſcit equum non poſſe ferre laborem tenetur ad intereſſe conductori, ſi equus deficiat in via.*
5 *Conductor equi ſi contra conuentionem ingroppanit valiſiam, vel hominem tenetur ad intereſſe locatori.*
6 *Equum conducens ad iter certi loci, ſi accelerauit iter ita vt intra duos dies peruenit ad locum, ad quem requirebantur tres dies, non tenetur de interitu equi, ſi non ſit certificatus de indiſpoſitione equi, vel non conuenerit de dietis præciſis.*
7 *Tenetur tamen ſubminiſtrare, quæ pertinent ad curationem equi.*
8 *Et poſtea à locatore illa repetet.*
9 *Conductor, qui medelas ſubminiſtrauit equo non repetit expenſas à locatore, quando infirmitas equi prouenit ex culpa ipſius conductoris.*
10 *Conductor percutiens equum vt ambulet cum ligno, vel fuſte inſolita tenetur de deteriorationes, ſecus ſi cum inſtrumento ſolito percuſſerit.*
11 *Conductor equi non tenetur de interitu ſeù deterioratione ſequuta ſine culpa etiamſi pactum interceſſerit, quod debeat teneri licet nec dolus, nec culpa interuenerit, nam repugnat natura contractus.*
12 *Vide limitationem, num. 13.*
14 *Conductor tenetur de equi deterioratione, ſeù interitu, ſi non dedit bene comedere.*
15 *Non debet tamen dare tantam bladam, quando eſt cara, ſicut quando eſt vilis.*
16 *Sed contrarium eſt verius.*
17 *Fallit quando locator miſit famulum cum equo.*
18 *Equum conducens longius, quam fuit conuentum tenetur furti.*
19 *Fallit duobus modis remiſſiuè.*
20 *Contrarium tenet* Narbona *ſi equus ſit ſolitus locari.*
21 *Et opinio* Narbonę *eſt tenenda, quia cenſetur reconduxiſſe ex tacito conſenſu Domini.*
22 *Quando tamen equus non eſt ſolitus locari, conductor mitius, quam fur ex hoc puniri conuenit.*
23 *Locator qui ſolitus eſt equum dare ad vecturam, cogitur locare ſolito prætio.*
24 *Et quatenus prætia ſint diuerſa, ſtatuitur arbitrio Iudicis in caſu coactionis.*
25 *Locator equorum, ſi habet vnum equum pro ſeruitio proprio, & promittat locare equum ſuum tenetur dare iſtum equum, quem tenet pro ſe.*
26 *Et ita fuit iudicatum.*
27 *Locator equi non poteſt prætendere maius prætium pro redeundo, quam accepit pro eundo.*
28 *Conductor ſi deficit in præbendo alimoniam equo tenetur de iſto defectu.*
29 *Sed non de furto, quod inde prouenit, vel quia equus exijt è ſtabulo, & incidi in furem, vel quia plures hinnitus emittens certiorauit ex hoc furem de eius exiſtentia.*
30 *Conductio equi facta ad meridiem exigit ſolum medietatem prætij.*
31 *Onus probandi equum perijſſe, vel deterioratum eſſe culpa conductoris pertinet ad locatorem.*
32 *Conductor equi, ſi moriatur equus in itinere, debet adire Iudicem, & inducere teſtes etiam ſocios ad deponendum ſuper identitate equi, & ſuper qualitate mortis.*
33 *Damnum equi deperditi, ex quo conductor illum reliquit ante domum locatoris, & locator noluit illum recipere, quia erat deterioratus, cui cedat remiſſiuè.*
34 *Dietæ decurſæ poſt mortem equi an debeantur remiſſiuè.*
35 *Damnum cauſatum ab equo calcitroſo an debeat refici à locatore, vel conductore remiſſiuè.*
36 *Conductor an debeat habere cuſtodiam pulli, ſi conduxit equam habentem pullum.*
37 *Mittens nuncium ad ferendum malas nouellas an teneatur de damno equi, ſi aliquid damnum illi obuenerit ex cauſa dictæ malæ nouellæ allatæ remiſſiuè.*
38 *Lex ſtatuens aliquid de nauta intelligitur idem ſtatuiſſe de caupone, vel ſtabulario, & è contra.*
39 *Nauium genera, quot ſint, & qui illas inuentauerit remiſſiuè.*
40 *Nauigandi vſus habuit principium à Noè.*
41 *Ius armandi naues connumeratur inter regalia.*
42 *Nauigationis vtilitas, & commodum rem ſſiuè.*
43 *Naues bellicis tormentis munitæ habentur loco fortiſſimi præſidij.*
44 *Præda in nauem tormentis bellicis munitam dicitur deducta ad loca tuta.*
45 *Et emens eam non tenetur reſtituere non refuſo prætio.*
46 *Præſumitur contra nautas, caupones, ſtabularios.*

47 Titulus ff. naut. caupon. ſtabular. *eſt titulus trium latronum.* .
48 *Nauta an teneatur de furto rei in nauem illatæ remiſſiuè .*
Quid ſi fuit conſignata valiſia ſigillata, & clauſa, & fuit reddita aperta. ibidem.
49 *Nauta pro nolitu debet præferri cæteris creditoribus .*
50 *Saltem de æquitate .*

1 ABſurda, de quibus fit mentio *in hoc* §.
euueniebant ex eo, quod aliqui truffatores acripiebant arrhas à viatoribus, & tempore diſceſſus non amplius reperiebantur, & forenſes remanebant deluſi, & in damno: ideò neceſſaria fuit iſta prouiſio, & prohibitio pœnalis etiam contrà famulos, qui non debent ſe ingerere in locatione, & conductione, & vecturis equorum, ſeù rhedarum, quando Domini ſunt in Ciuitate, & ego adderem, & non eſſent infirmi, æquiparantur enim iſti caſus per extenſionem rationis.

Anco Padrone .

Etenim ratio legis compræhendit etiam ipſos Exercitores, ſi viatores defraudant, ac decipiant.

Terriero, ò Foraſtiero.

2 Optima prouiſio, quia Forenſes, & viatores debent eſſe ſub protectione Principis, qui eos tenetur defendere, vt inquit Afflict. in *Conſtit. Regni pœnas lib. 3. rub. 35.* vbi addit eſ-
3 ſe magnum crimen decipere, vel defraudare peregrinos, hoc eſt extraneos, in rebus, quas ipſi emunt.

Hac ſumpta occaſione, occurrunt multæ inſpectiones circa locationem, & conductionem equorum, & rhedarum.

Prima eſt, quod commodans equum prò
4 certo itinere, quando ſcit, dictum equum non poſſe ferre tantum laborem, tenetur ad intereſſe conductori, & ſi equus deficiat in via, ipſe commodans debet remanere in damno, vt per text. in *l. in rebus* §. *item qui ſciens ff. commodati*, inquit Paulus Caſtren. in *l. eum, qui rem num. 2. eod. tit.* è conuerſo tamen ſi con-
5 ductor onerauerit equum plus ſolito puta, quia ingroppauit valiſiam contra conuentionem factam, vel ingroppauit hominem, debet ipſe teneri ad damna, & intereſſe, vt pluribus citatis dicit Narbona *ad leges Hiſpan. lib. 6. tit. x. leg. 9. gloſa 2. num. 19. &* 20. & hoc idem ex Ripa *de peſte remed. ad conſeruat. n. 32.* inquit Armendariz *ad leges Nauarræ lib. 3. tit. 29. de animalib. conductis ad itinerandum num. 4.*

Secunda eſt, quod ſi conductor habuit equũ ad faciendum iter ad certum locum, adquem
6 ordinariè, & regularitèr requiruntur quatuor dies, & ipſe conductor peruenit ad dictum locum ſpatio duorum dierum, non tenetur de interitu, ſi propter dictam accelerationem equus mortuus ſit, ita Lopez *de contract. cap. 27. §. præterea lib. 2.* quod eſt verum, quoties locator non expreſſit, quod equus aliquali indiſpoſitione laborabat, vel non conuenerit de dietis præciſis, quia iſtis duobus caſibus contrarium eſſet dicendum, vt explicat Lo-
7 pez *loc. citato*: tenetur tamen conductor ſumminiſtrare interim neceſſaria ad curatio-
8 nem, quæ poſtmodum repetet à locatore, vel retinebit equum, quouſque ſibi de medicamentis fuerit ſatisfactum, vt ex Baldo in *l. fin. C. commod. & in l. ſi quis*, vbi etiam gloſa, *C. depoſiti* Angel. in *l. ſi non ſortem* §. *ſi certum ff. de condict. indebit.* Bonacoſs. *de equis quæſt. 21. & quæſt. 359.* & alijs dicit Narbona *ad leges Hiſpan. lib. 6. tit. 10. leg. 9. gloſa 4. n. 3.* ſed ceſſat, quando infirmitas equi prouenerit ex cul-
9 pa ipſius conductoris, nam tunc non repeteret, vt ait Armendariz *ad leges Nauarræ lib. 3. tit. 29. de animalibus conductis num. 10. circa finem.*

Tertia, quod conductor tenetur de interi-
10 tu, ſeù deterioratione, ſi percutit equum, vt ambulet, cum ligno, vel fuſte inſolita, ſecus ſi cum inſtrumento ſolito, Marſ. in *l. de minore num. 14. circ. med. ff. de q.* Bart. in *l. 1. Cod. de curſ. publ. lib. 12.* Armendariz *loco cit. nu. 2.* Corſett. *ſingul. incip. omns.* Anna *ſing. 172.* qui citat Bart. in *d. l. 1. C. de curſu publico lib. 12.* etenim ſi equus perierit ſine culpa, aut dolo condu-
11 ctoris ipſe conductor non tenebitur, etiam ſi conuentio, & pactum interceſſerit, quod teneatur de interitu licet ſine dolo, vel culpa perierit, nam hoc repugnat naturæ ipſius contractus, & pactum huiuſmodi dicitur vſurarium, vt ex Speculat. *tit. de locato* §. *nunc dicen-*
12 *dum* Rimin. *conſ. 91. num.* 10. Bonacoſs. *de equis quæſt. 231.* inquit Narbona *loc. cit. gloſa 2. num. 4. & 6.* qui *num. 7.* hoc limitat in caſu, quo equus conductori tradatur æſtimatus, nam per illam æſtimationem periculum in conductorem transfertur, & citat adhoc Bart. in *l. vt certo* §. *nunc videndum il 1. ff. commodati num. 6.* Bald. Iaſ. & Bonacoſs. *locis* per eum *indicatis*, non approbat tamen dictam limitationem, quia æſtimatio tali caſu non facit venditionem, & ideo ſequitur, & benè opinionem Io: Andr. in *c. vnico n. 17. commod.* & Abb. in *eod. cap. vnico num. 23.* dicentis conducto-
13 rem non teneri niſi expreſsè promiſerit, ſe æſtimationem præſtaturum.

Quarta eſt, quod conductor tenetur, ſi
14 equo non dedit benè cõmedere *l. animalia*, & ibi Bart. *C. de curſ. publ. lib. 12.* Lopez *loc. cit. verſ. ſi igitur*, Anna *ſingul. 172.* ex Bald. in *d. l. animalia*, & Felin. in *cap. auditis col. 20. de preſcript.* ait quod tenetur ſi non dat ſolitum bladum, idem videtur velle Narbona *ad leges Hiſpan. lib. 6. tit. 10. leg. 9. gloſ. 4. num. 2.* vbi ait, quod adeo conductor animalibus itineranti-
bus

Digitized by Google

bus neceſſaria pręſtare tenetur , vt niſi in eo
fecerit bonos ſumptus teneatur de damno , &
deterioratione , & citat Bald. *loc. cit.* à Ca-
gnol. in *l.contractus num.63. ff.de reg. Iur.* di-
cit tamen Bart. *vbi proximè*, quod non tene-
15 tur dare tantam præbendam , quando eſt ca-
ra, ſicut quando eſt vilis .
16 Contrarium tamen ex Lopez vult Armen-
dariz *loco cit.num.* 10.

Fallit concluſio , quando locator miſit fa-
17 mulum ad cuſtodiam , & curam equi , Lopez
loc.cit.§.dicimus, ad quod facit gloſ. in *leg. ſi
vt certo §.ſi de me ff.commod. & l.ſi mei cauſa
ff eod.* & hoc ex Bald. in *l.ſi vt certo §. ſi de me
ff.commodati*, & ex Imola *in cap. 1. num.22. de
commodato*, vult Armendariz *loc.cit.n.3.*

Quinta quod is , qui aliorſum equum du-
18 xerit , ac accepit , vel longius perduxerit ,
quàm petierit, furtum committit. Caball. *crim.
reſol.136. num. 4.* qui allegat tex. in *§.furtum
autem inſtit.de oblig.quæ ex delicto naſcuntur*, &
Carocc. *de locat. & conduct. part.5. tit.de furto
num.1.* & allegat tex. in *l.ſicut certo §. denique
ff.commod. & l.ſi furtum ff. de condict. furt.* &
Aul. Gell. *noct.atticar. lib.7. cap. 15.* vide Ca-
19 rocc. *loc.cit.* qui *num.2. & 4.* ponit duas limi-
tationes, quas videas per te . At Narbona *lo-
20 co citato gloſa 2. num.16. & ſeqq.* tenet abſo-
lutè , quod non committatur furtum ſi equus
21 erat ſolitus locari, & concurro cum eo, quia
conductor iſto caſu videtur reconduxiſſe ex
tacito aſſenſu Domini, & Armendariz *loco ci-
22 tato num.1.* ait quod mitius, quam fur punie-
tur etiam in caſu quo equus non ſit ſolitus lo-
cari, & citat Couar. *var.lib.3. cap.15. num.8.*

Sexta eſt , quod qui equum locare conſue-
23 uit cum ſolito prætio locare cogitur , & ſi
diuerſis pretijs illum locare ſolitus ſit , ſta-
24 tuendum illud eſt Iudicis arbitrio in caſu pręſ-
fatæ coactionis, vt ex Platea, & Auiles. aduer-
tit D. Carolus Petra *Magn.Cur.ritu 257. num.
31.* qui *num. 32.* ſubdit , quod habens plures
25 equos deſtinatos locationi , ſed vnum teneat
pro ſe , ſi locauit, dicens, loco equum meum,
26 tenetur dare iſtum , & ita in facti contingen-
tia iudicaſſe teſtatur ex doctrina Bald. in *l. 1.
ff.de aur.& argen.leg.& ex l.penult.§.vlt.ff.eod.*
& Rebuff. *in l.meorum de verb.ſignific.*

Septima eſt, quod locator equi non poteſt
27 prætendere maius prætium pro redeundo ,
quàm accepit pro eundo, nam idem eſt labor
vtriuſque itineris, vt per text. in *l.ſeio ff.de ann.
leg.* & Rebuff. in *tract. de priuileg.ſcolar.priuil.*
151. & Bonacoſs. *tract.de equis quæſt.136.* vult
Narbona *ad ll.Hiſp.lib.6. tit.x. leg.9. gloſ.3.
num.1.* qui plus dicit nempè , quod commo-
dum reuerſionis cedit commodo conductoris,
vnde qui conduxit equum, vt iret ad patriam
certo pretio in ſingulos dies conuento, non
tenetur plus, & maius pretium dare in redeun-
do, quamuis aliquid plus alteri locando pro
reditu acceperit .

Narbona *loc.cit.gloſ.4. num.2.* ponit nota-
bilem caſum dicens , quod conductor non ex
28 eo quia non dedit pabulum equo poteſt tene-
ri de furto eiuſdem equi ſi ob famem Equus
exierit è ſtabulo, & inciderit in furē, quia de-
bet quidem teneri de damno , quod euenit
equo ob defectum pabuli , & alimonię , ſed
non de damno , quod prouenit aliunde puta
ex furto eiuſdem equi , cum culpa illa ad ca-
ſum ſubtractionis non fuerit ordinata , & ci-
tat Alberic. in *l.damni infecti §.ei qui ff.de dam-
no infecto*, & Bonacoſs. *tract.de equis qu.* 101.
29 ſed quid ſi equus ob famem plures innitus
emiſerit , & fur innitibus certioratus de exi-
ſtentia equi in loco illum ſubſtulerit ? dic idē
quia ratio allata non excludit hunc caſum.

Octaua eſt, quod ſi conductio equi fiat ad
31 meridiem debebitur medietas pretij, & mer-
cedis, vt ex Baldo in *l.liberti num. 15. C. de
oper.liber.* Auiles in *cap.43. Pretor. verbo nò con-
ſentiran. num.2.* Rebuff. in *l.3. verſ.poſt hanc ff.
de verb.ſignific.* inquit Narbona *ad leg.Hiſpan.
lib.6.tit.x.leg.9. gloſ.1.num.1.* ſubdit tamen
cum Bouadilla in *politica lib. 2. cap. 21. num.
240. in fine* , quod hoc vſu parum receptum
eſt .

Nona eſt , quod onus probandi mortem
31 vel deteriorationem equi proueniſſe ex cul-
pa conductoris pertinet ad locatorem , quia
aliàs non præſumitur, vt pluribus citatis pro-
bat Narbona *loc.citat.gloſa 2.num.25.* & Ar-
mendariz *loc.cit.num.5.*

Decima eſt , quod conductor ſi equus mo-
riatur in itinere debet loci vicinioris ordina-
32 rium adire , & inducere teſtes , etiam ſocios
itineris ad deponendum ſuper identitate equi
puta pilamine, ſigno, cicatrice , caractere, ſi-
ue ſtygmate *vulgo merco* , & ſuper qualitate
mortis , nam hoc modo poterit liberari , &
excuſari ab omni vexatione, vt docet Narbo-
na *loc.cit.num.22. & 23.* tenetur enim condu-
ctor probare identitatem, nempè quod equus
mortuus ſit ille met , qui fuit locatus , vt ex
Caſſaneo inquit Armendariz *loco citato nu-
mer.5.*

Plures alias quæſtiones ponit Bonacoſſa
in *tractatu de equis*, vide eum, & vide Narbo-
na *loc. cit.* præſertim *gloſa 2. per tot.* vbi quę-
rit etiam , cui cedat damnum, ſi deperdatur
equus à conductore relictus , & à locatore
33 non receptus , ex quo prætendebat fuiſſe de-
terioratum ; & an ſint ſoluenda non ſolum
34 damna , ſed etiam mercedes , & dietę poſt
mortem equi decurſæ , & an locator teneatur
35 de damno cauſato conductori ab equo calci-
troſo, ceſpitoſo, vel aliter vitioſo , puta quia
proijcit ſe in flumine, & aquis, & veſtes con-
ductoris deſtruxit. vide eum , ſeù potius vide
Bonacoſſam , ad quem ſe remittit Narbona ,
qui *gloſ.7.n.5.* agit etiā de quęſtione, an con-
36 ductor teneatur ad cuſtodiam pulli ſi condu-
xit equuam habentem pullum . Vide etiam
Armendariz *loco ſup.citato dict.tit.29. per tot.*
vbi notabiles de materia ponit quæſtiones, &

37 preſertim, an mittens nuncium ad ferendas
malas, & ſiniſtras nouellas teneatur domino
equi, ſi nuncius, qui equitauit, paſſus fuerit
vna cum ipſo equo aliquod damnum, & quid
ſi equus commodetur gratis.

Barcaroli, e loro garzoni.

Meritò quia huiuſmodi homines compre-
38 henduntur omnes ſub vno *tit. de nautis, cau-
pon. ſtabular.* & quoties lex loquitur de his,
ſemper, quod ſtatuit de vno, intelligit de al-
tero eorum genere; vt videre eſt *ff. de naut. caup.
& ff. de furt. naut. caup. &c.*
De nauibus, eorum generibus, & inuento-
39 ribus earum agunt Polidor. Virgil. *de inuent.
rerum lib. 3. cap. 15.* Gregor. Tholoſan. *ſyn-
tagm. lib. 19. cap. 10. & 11.* & alij quos refert
Narbona *ad leges Hiſpan. lib. 7. tit. 10. leg. 12.
gloſ. vnica num. 4.* & Petrus Gonzales de Sal-
zedo *analecta iuris Hiſpan. ad leg. nouas recopil.
lib. 1. tit. 7. leg. 34. num. 52.* qui ait veriorem
40 opinionem eorum, qui dicunt vſum nauigan-
di à Noe initum accipere, & adhoc inter alios
affert autoritatem Camilli Borelli *de præſtant.
Regis Catthol. cap. 19. num. 54. & 55.* & Solor-
zan. *de iure Indiar. tom. 1. lib. 1. cap. 11. nu-
mer. 70.*
De Iure armandi naues connumerato in-
41 ter regalia eſt text. *cap. 1. tit. quæ ſint regal. in
vſibus feudor.* Narbona *ad ll. Hiſpan. lib. 7. tit.
10. leg. 12. gloſ. vnica num. 3.*
De vtilitate, & commodo prouenientibus
42 Reipublicæ ex exercitio nauigationis eſt tex.
in *l. 1. §. ſi is, qui nauem ff. de exercit. act.* & tra-
ctant Ferrettus *de re nauali lib. 1. & 2.* Salzedo
*ad nouas leges Recopil. lib. 1. tit. 7. leg. 34. nu. 67.
& ſeqq.* Solorzan. *de Iure Indiar. lib. 1. cap. 8.
num. 8. & 9. & cap. 16. num. 31. & ſeqq.* Borell.
de præſtan. Regis Catholic. cap. 19. nu. 77. Ama-
ya *in l. quoties num. 39. Cod. vt nemini liceat in
empt. lib. 10.*
Naues bellicis tormentis munitæ habentur
43 loco fortiſſimi præſidij, vt probat Galeott.
44 fiſcal. *reſp. 13. num. 109.*
Et ideo præda intra nauem huiuſmodi al-
lata, & deducta dicitur deducta intra loca tu-
ta, vt pluribus oſtendit Galeott. *loc. cit. n. 88.
& ſeqq.* & hoc eſt notandum pro quæſtione,
quam poſui in *cap. de furtis*, emens enim tunc
45 rem derobatam nō tenetur reſtituere non re-
fuſo pretio.
Sed vt aliquid dicam ad rem noſtram.
Quæro primò, an ſemper præſumi debeat
contra nautas, caupones, ſtabularios? dic
46 quod præſumptio ſtat contra eos, *leg. 1. & per
tot. tit. ff. naut. caup. ſtabul.* Iul. Ferrett. *lib. 1. nu.
60.* qui refert Cardin. Alexandrinum dicere
ſolitum, quod *tit. ille ff. nautæ &c.* eſt titulus
47 trium latronum, & ſic videtur velle, quod
præſumuntur eſſe latrones, vide Fatin. *infragm.
verbo caupones num. 54. part. 1.*
Quæro ſecundo, an nautæ teneantur de fur-
48 to rei in naui illatæ? vide diffusè tractantem
Fatin. *infragm. par. 1. verbo caupones num. 14. &
ſeqq.* qui *num. 43.* agit de caſu quo nautæ, ſeù
cauponi fuit conſignata valiſia, ſeù capſa
ſigillata, & clauſa, & fuit reddita aperta.
Quæro tertio, an nauta pro nolitu, vel pro
perſonali ſeruitio, in naue, & eius vigore de-
49 beat præferri cęteris creditoribus? vide
Straccham *de nautis, nauibus, & nauigijs part.
vlt. num. 1. & ſeqq.* & D. Franc. Caraſco *reco-
pil. legum Regni Caſtellæ par. 3. cap. xi. num. 185.*
50 qui concludit pro affirmatiua ſaltem de ęqui-
tate per text. in *l. huius ff. qui potior. in pignor.
habeant.*

CAP. XXX.

Digitized by Google

CAPITVLVM XXX.

RVBRICA.

Dell'vſo prohibito del Giuoco.

Iſte Titulus habet ex ſe continuationem ad præcedentes, quia ſicut Caupones, meretrices, lænones, ità luſores habentur pro diffamatis, & perſonis perditis, & reprobis; & cum in antecedentibus capitulis de lænonibus, meretricibus, & cauponibus actum eſſet, debebat merito agi in iſto de aleatoribus, & luſoribus. Et quidem iſta tituli ſituatio melior, & aptior eſt illa facta in *ff. poſt tit. de ſeruis fugitiuis*, vt de ſe patet, non dico tamen, quod continuatio facta *in ff.* non ſit bona, quia re vera luſores fugiunt ab otijs laudabilibus, & ideo, & illa eſt bona continuatio.

---

§. I. II. III. & IV.

Volendo prouedere à ſcandali, che naſcono per cagione del giuoco; commanda Sua Signoria Illuſtriſs. che niuno ardiſca tenere baratteria, ò biſcazza di giuoco in caſa, o bottega ſotto pena della galea per cinque anni.

§. 2. Prohibiſce anco il giuocare à giuochi prohibiti di carte, o dadi, o altri giuochi prohibiti ſimili à queſti ſotto pena della perdita de i denari, che fuſſero in giuoco, e di cento ſcudi d'oro per ciaſcuno, e per ciaſcuna volta, e di trè tratti di corda, ò trè meſi di prigionia, ò dell'eſilio, la qual pena nel giuoco della tagliata per la frequenza d'eſſo vuole, che ſi eſtenda ſino alla galea incluſiuè ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima, conſiderata pero la qualità della perſona, e la quantità del denaro giocato.

§. 3. Nelle quali pene incorreranno ſimilmente quelli, che giocaſſero per interpoſta perſona.

§. 4. Dichiarando, che quelli, che ſaranno trouati in ſtanze à giuocare con le porte di eſſe ſerrate, ſi haueranno per conuinti, che giocaſſero à giuochi prohibiti.

SVMMARIVM.

1 *Ludus quid ſit.*

2 *De ludi materia, qui Doctores tractent.*

3 *Ex ludo oriuntur rixæ contentiones, homicidia, blaſphemiæ.*

4 *Reipublicæ intereſt ne fiant homicidia, nec blaſphemetur, & ne ſubditi ſubſtantijs abutantur.*

5 *Ludus alearum, & teſſerarum prohibitus ſemper fuit.*

Sed conſuetudine exercetur num. 13.

Et ideo impunibilis eſt hodie num. 14.

6 *Ludus de iure* ff. prohibitus *erat reſpectu ad pecuniam numeratam tam in parua, quàm in magna quantitate.*

7 Sed de Iure Codic. prohibitum *eſt ludere etiam in alijs rebus.*

8 *Ludus permiſſus à Iure qualis ſit.*

9 *Cauſæ prohibendi ludum alearum referuntur.*

10 *Peccata, quæ oriuntur ex ludo, ſunt viginti remiſſiuè.*

11 *Inconuenientia, quæ oriuntur ex ludo remiſſiuè.*

12 *Homines ſemper in peiora ruunt.*

15 *Conſuetudo ludendi tamquam contra Ius introducta non ſuffragatur.*

16 *Contrarium eſt verius ſi concurrant circumſtantiæ relatæ.*

17 *Ludentes aleis, ſtante conſuetudine, in tantum puniuntur, in quantùm extet ſtatutum id expreſsè diſponens.*

18 *Aleatorium forum dicitur* barattaria, & biſcazza, *& quare.*

19 Barattaria *dicitur à verbo* barattare.

20 *Biſcazzam, & barattariam tenentes qua pœna puniantur.*

21 *Delictum maius eſt ludum domi tenere, quam ludere.*

22 *Affertur ratio.*

23 *Domus, in qua retinetur ludus, ſi fuerit ipſius retinentis, publicatur.*

Expli-

Explica vt num. 28.

24 *Ludum domi retinens, ſi iniurietur, verberetur non habet actionem.*

25 *Etiam ſi verberetur, & iniurietur extra locum ludi, dummodo ex cauſa ludi iniurietur.*

26 *Non poteſt tamen impunè occidi.*

27 *Dubitatur an hodie denegetur actio.*

29 *Pœna in bannimẽtis indicta, an faciat ceſſare pœnam iuris communis, & ſic confiſcationis.*

30 *Biſcazzam, & barattariam, quando quis retinere dicatur.*

31 *Referuntur requiſita, ibidem.*

32 Barartaria, & biſcazza, *ſonant in lucrum.*

33 *Contrarium.*

Prima opinio ſuſtinetur. num. 35.

34 *Textus* in l. 1. ff. de aleę vſu, *malè explicatur ab Angelo iuxta opinionem* Auguſtini de Arimino.

36 *Ludum retineri domi ex cauſa lucri ex quibus probetur.*

37 *Habens licentiam ludendi pro ſe, & alijs non punitur pœna bannimentorum ſaltem in rigore, ſi dicta occaſione retinet biſcazzam.*

38 *Mulier retinens biſcazzam, & barattariam domi punitur pęna pecuniaria.*

39 *Viſus ludere, ſi non fuit apprahenſus, non poteſt proceſſari.*

40 *Contrarium.*

Explica vt num. 41.

42 *Birruarijs referentibus inueniſſe aliquem ludere creditur.*

43 Dummodo *birruarij exhibeant aleas, ſeù taxillos.*

44 *Poteſt tamen adhùc dubitari de fide eorum.*

45 *Præſertim circa pecunias, quas dicunt reperijſſe in ipſo ludo.*

46 *Inſpectores in ludo, & qui docent ludentes, & qui mutuant ludentibus pecuniam incurrunt in pœnam.*

Non tamen in pœnam bannimentorum. 51.

47 *Ludẽtes recreationis cauſa non incurrunt in pœnam bannimentorum.*

48 *Et nec illi, qui ludunt conditione, quod pecunia quæ ammittitur in ludo expendi debeat ad emendum res, quæ communiter inter ludentes commedi debet.*

49 *Clerici an poſſint ludere aleis recreationis cauſa remiſſiuè.*

50 *Ludo, & ioco vti licet eo modo, quo licet vti ſomno, & cæteris quietibus.*

52 *Reperti in vna domo, non ludentes, ſed cum cartis, ſeu aleis ſuper tabula, vel in terra non poſſunt condemnari tanquam ludentes.*

53 *Luſores repelluntur à teſtificando.*

54 *Præterquam de ijs, quæ acta ſunt in ludo.*

55 *Mutuum, quod dant colluſoribus, non repetunt.*

56 *Sed non ſeruatur in praxi.*

57 *Luſores reſtituere tenentur id, quod vincunt.*

Sed fallit vbi extat conſuetudo in contrarium, ibidem.

58 *Ludus dicitur replicatus quoties fit noua extractiu pecuniarum, & quoties luſor ſe reponit ad ludendum.*

59 *Contrarium eſt verius.*

60 *Statutum puniens luſores comprahendit eos, qui dant pecuniam alteri, vt ludat.*

61 *Doctores in interpratatione legum ſunt inter ſe adeo contrarij, vt mirandum ſit.*

62 *Scientia legalis eſt periculoſa, difficilis, & mirabilis ob tantam varietatem opinionum.*

63 *Iurans non ludere eſt periurus, ſi dat alteri pecuniam ad ludendum.*

64 *Officiales poſſunt ingredi domos priuatorum ſi ſit ſuſpicio, quod in eis ludatur, vel aliud maleficium committatur.*

65 *Sed de ſuſpicione huiuſmodi debet conſtare indici aliquo modo.*

66 *Prohibitio ludendi intelligitur de ludo prohibito.*

67 *Ludus ſcaccorum eſt ludus magni ingenij.*

68 *Ludenses ludo tarocchorum ianuis clauſis habent præſumptionem contra ſe, quod cum tarochis ludant ludo probibito.*

69 *Nam malitia hominum inuenit modum ludendi cum illis ludo probibito.*

70 *Reperti in domo, in qua luditur, poſſunt ſtatim condemnari.*

Explica, vt num. 72.

71 *Reperti cum armis poſſunt ſtatim condemnari ſine alio proceſſu.*

Explica vt num. 72.

Scandali, che naſcono per cagione del giuoco.

1 LVDVS in genere eſt quoduis ludicrum ad animi recreationem, vel corporis exercitationem fieri ſolitum, propoſita tamen quadam lucri ſpe, & damni periculo, vt ex Valla inquit Ambroſius Calepinus verbo *ludus*: & ex Baiard. ad Clarum *§. ludus num. 1.* ait Armendariz *ad leges Nauarr. lib. 4. tit. 21. lege 1. de ludis num. 4.* quod eſt actus quidam ceſſationis, vel recreationis cauſa quandoque ex ſola fortuna, interdum ex induſtria, nonnunquam ex vtraque proueniens: ſed D. Sabellus *in ſumma §. ludus num. 5.* ait quod ludus dicitur contractus, quo ludentes res ſuas periculo exponunt ob ſpem vincendi, & lucrandi rem alterius.

2 Et de materia tractant latè Farin. *qu.* 109. Pariſ *de ludo*, Salas in *tract. de ludo* Auendan. *de mand. Regio p. 2. cap. 9.* Auiles *Prætor. cap. 29* Perez *ad ordinat. Caſtellæ lib. 4. titul. 3. leg. 9.* Clar. *§. ludus* Armendariz *ad leges Nauarræ lib. 4. tit. 21. leg. 1. de ludis* Francif. Maria Pratus ad Paſchal, *de patria poteſt. part. 1. cap. 3.* Franc. Sadarin. *Reſp.* 50. & plures quos refert D. Sabellus *d. §. ludus.*

Naſci ex ludo rixas, contentiones, iurgia,
3 vulnera, homicidia, blaſphemias, aliaque mala, & inconueuientia, & præſertim familiarum depauperationem, deducitur optimè ex text. in *auth. alearum vſus*, *C. de Religioſis, & ſumpt. funer. & alea luſu, & aleatoribus*, non

ſolum.

ſolùm quia ſub *eodem tit.* vnita ſunt funera,
& ſumptus funerum, & luſus alearum, ſed
etiam quia in corpore *d. auth. alearum vſus* ex-
preſsè hoc dicitur ibi -- *prodijt in lacrymas*, &
ibi -- *proprias ſubſtantias perdiderunt*, & ibi --
ex hac inordinatione blaſphemare: ideò Hora-
tius, quem referunt Franc. Sadarinus *reſp. 50.
num. 30.* & Matthæus *de criminibus tit. de alea
cap. 6. num. 3.* bene inquit

*Ludus enim genuit trepidum certamen, &
iram,*
Ira truces inimicitias, & funebre bellum.

4 Et quia intereſt Reipublicæ, nè rixæ, con-
tentiones, homicidia ſequantur, & intereſt,
nè Deo Omnipotenti, qui ſemper, & omni
momento benedicendus eſt, maledicatur, &
pariter intereſt publico, nè quis fortunis ſuis
abutatur ad tex. in *d. auth. alearum vſus, & in
§. fin. Inſt. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris* ideo
fuit ſemper prohibitus ludus alearum, & teſ-
5 ſerarum, vt habetur in *l. 2. & 3. ff. de aleator,
& in d. auth. alearum vſus.*

6 Verum eſt, quod *de iure ff.* prohibitum ſo-
lum erat ludere in pecunia numerata tàm in
parua, quam in magna quantitate *l. ſolent ff. de
luſu alea*, ſed poſtmodum, quia idem eſt quod
7 ludatur in pecunia numerata, ac ludatur in
rebus, cum idem malus effectus inde obue-
niat, fuit de iure Codicis prohibitum ludere
etiam in rebus, vt habetur *d. auth. Alearum
vſus C. de Relig. & ſumpt. funer.*

Et certè omnis ludus præter enumeratos in
8 *d. l. 2. & auth. alearum vſus*, eliminari debet è
Republica propter has, & alias cauſas, quas
refert Tapia *de iure Regni lib. 5. tit. 47. de ludis*,
9 qui ibi nouem cauſas prohibitionis; decem, &
10 ſeptem crimina; & vnum, & viginti peccata
ex ludo oriri exprimit, & conqueritur de
Officialibus, qui non animaduertunt in eos,
imo conſentiunt ob lucrum, quod indè per-
cipiunt. Peccata, quę ex ludis proueniunt enu-
merat etiã D. Antoninus *in ſumma p. 2. tit. 1.
cap. 23. §. 6.* & inconuenientia multa quæ in-
11 de cauſantur enumerat Auiles Prætor. *cap. 29.
gloſa inegos num. 1.*

12 Sed homines in peiora ſemper irruentes
13 conſuetudine in contrarium introducta leges
prædictas abrogarunt ferè vbique locorum,
vt ex Clar. Comitolo, D. Anton. D. Thoma,
Bonacina, Nauar. Alfonſo de Caſtro, Barba-
tia, Guido Pancirolo, Perez. & alijs dicit
Franc. Sadarin. *dict. reſp. 30. num. 18. & 19.*
quibus addo D. Sabellum in *ſumma §. ludus
num. 3. verſ. quod ex ludo*, & conſuetudine hu-
iuſmodi ludum hodie fieri licitum, vel ſaltem
14 impunibilem ex Couar. Coruino, & Zipęo
firmat Sadarin. *loc. cit. num. 20.* qui *num. 28.*
reijcit Raucbbari; Fachin. & Carpzou. dicen-
15 tes conſuetudinem hanc ludendi non poſſe
introduci, & introductam tanquam iuri con-
trariam non ſuffragari, nam firmat ſuffraga-
16 ri, dommodò in ludo interueniant aliquæ
circumſtantiæ, nempè quod ludentes poſſint
dere, & quantitate in ludo perdita liberè
diſponere: quod poſſint dictam quantitatem
ſine graui damno familiæ ſoluere: quod non
fuerint coacti ludere: & quod tantundem
inuicem perdere, & ſoluere poſſint, de qui-
bus conditionibus agunt Card. De lugo, On-
nat. Molin. et Diana locis relatis à Sadarino
loc. cit. num. 29. et ex Azorio, Bonacina, Seba-
ſtiano de Neapoli D. Sabell. in *ſumma §. ludus
num. 8.*

17 Ideò in tantum hodie ludentes puniuntur,
in quantum ſuper ijs particulariter ſtatuta,
ſeù bannimenta diſponunt, quæ ſunt ſeruan-
da, vt dicunt Amadeus *de Sindic. num. 39. &*
Farin. *quæſt. 109. num. 44.* et D. Sabellus *loco
cit. num. 8. verſ. quibus addo.*

Barattaria, ò biſcazza.

18 Aleatorium forum dicitur *barattaria, &
biſtazza*, quia ſcilicet in ludo quis conſumit
ſua bona, vt habetur *d. auth. alearum vſus*,
iuxtà illud Dantis

Biſcazza, e fonde la ſua facultate.

Et pecunia ibi dicitur barattare, et permutà-
re Dominum, cum ab vno tranſeat ad alium.
19 nam barattaria dicitur à verbo *barattare*, vt
ait Amad. *de ſindic. num. 165.*

20 Et contra tenentes biſcazzam, ſeù baratta-
riam in noſtris bannimentis imponitur pęna
triremium per quinquennium, et eſſe confor-
me iuri communi deducitur ex traditis à Vi-
talin. et Aretin. et his relatis Farin. *quæſt. 109.
num. 137.* et optima ratione maiori pœna ple-
cti eos, qui domi ludum retinent, inquit ex
Par. de Puteo Caccialupo, et Azeuedo Tapia
loc. citat. pragmat. 5. num. 1. nam maius deli-
21 ctum eſt ludum domi tenere, quàm ludere,
vt colligitur ex text. *in d. auth. alearum vſus*
Paris de Put. et Caccialup. *locis relatis* ab A-
zeuedo *recopil. lib. 8. tit. 7. leg. 3. num. 3.* etenim
22 retinens ludum cauſa eſt multorum malorum,
ſcilicet blaſphæmię, furtorum, & depaupera-
tionum, & homicidij, vt ex diſpoſitione *dict.
auth. alearum vſus*, & ex experientia firmat
Angel. *de malefic. verbo mettidore di mali dadi
num. 6. circa medium*, & pluribus citatis Muta
*ad pragm. tit. 53. de pęna ludent. aleis, vel char-
tis num. 3. 4. 6. & 7.*

23 Imò de Iure Domus, ſi fuerit ipſius, qui
tenet ludum, publicatur, vt habetur in *d. leg.
24 alearum vſus*, & ſi is, qui tenet ludum domi,
iniurietur, & verberetur, non habet actionem
aduerſus iniuriantem, & verberantem, vt eſt
text. in *l. 1. ff. de aleæ luſu, & aleatoribus*, etiam
25 ſi extrà locum ludi, dummodo ex cauſa ludi,
iniurietur, & verberetur, vt explicat Angel. *loc.
cit. d. num. 6.* Auiles *Prætor. cap. 29. gloſa ni ta-
bleros num. 6.* & Armendariz. *ad leges Nauar-
ræ lib. 4. tit. 21. leg. 1. de ludis num. 11.* non
26 tamen poteſt impunè occidi, vt ex Auil. Lo-
pez. & Azeuedo dicit Tapia *loc. cit.*

Et

Et cum bannimenta noſtra nihil diſponant
circa publicationem domus, & impunitam
illationem injuriarum, ſeù vulnerum, rema-
net in hoc incorrectum ius commune, & per
conſequens domus publicari, & tenens biſ-
cazzam impunè offendi poterit, conſideratis
tamen ſemper limitationibus, quas *ad auth.
alearum vſus* accomodat Azeuedo *recopil lib.
8.tit.7.leg.3 num.10. & ſeqq.* qui plura nota-
bilia in materia congerit in *d.l.3.& alijs legi-
bus ſequentibus*, & Farin. *qu.109. num.153.* vi-
den. Muta *ad pragm.tit.13.de pœna ludent.n.25.*
qui refert Par. de Puteo in *tract. de ludo nu.1.
& 46.* dicentem ità iudicaſſe Neapoli in ca-
ſu, in quo receptori ludi in platea portus fuit
27 illi datum tabularium in faciem, ſed *nu. 24.*
dubitat an hoc hodie poſſit verificari in pra-
28 ctica, & *nu.25.* ait quod in confiſcatione do-
mus non veniunt maſſaritiæ, & alia, quæ ſunt
adornamenta, niſi ſint ad vſum ludi, veluti
Scanna, ſedes, tabulæ, & citat Bartol. Iaſon.
Bald. Io. Andream, Inrigliol.

Sed an ex pœna hic indicta in ſpecie ceſſet
29 pœna iuris communis, & ſic ceſſet publicatio
domus, vide quid dicit Auiles in *d.cap.29.gl.
ni tableros num. 1. verſ. & per dictam legem re-
giam, & num.2. verſ. ſed iudicio meo.*

Quæro primo, quando quis dicatur tenere
30 barattariam, & Biſcazzam? dic, quod non
poteſt quis dici barattariam, & biſcazzam
tenere, niſi emolumenti, & lucri cauſa princi-
paliter ludum retineat in domo, vt expreſsè
dicit Auguſt. ad Angel. verb. *metitidor di mali
dadi num. 8.* qui citat gloſa *in l.1. verbo Præ-
tor. ff. de Aleator.* & Muta *ad pragm.tit.53.de
pœna ludent. num. 34.* citat concordantes
Azon. *in ſumma C. de ſumpt. funer. num.24.* &
gloſam *in l.1. de aleator.* Paſchal. *de patria po-
teſtat. part.3. cap.6. num.98.* imò debet aſſiduè
31 & continuè ludum in domo tenere ex cauſa
lucri, itaut dici poſſit eum quodammodo de
hoc artem facere, vt inquit Far. *d. quæſt. 109.
num. 137.* & melius *num. 160.* vbi ad hoc citat
Oddofred. Florian. *locis* per eum *relatis* qui-
bus addo gloſam in *dicto verbo Prætor.* &
Menoch. *de arbitr. caſ. 399. num.17.* & addo
Azeuedo *d.leg.3. num.4. & 5.* & ſic barattaria,
32 & biſcazzia, quæ vocabula in lucrum ſonant,
ceſſante lucro, ſibi locū propriè non vindicāt,
vt vult Farin. *loc.cit. nu.151. in fine*, & ante eum
Salye. in *l.fin. num. 2. Cod. de religioſ. & ſumpt.
funer.* & Auguſt. ad Angel. *d. num.8.* quos refert
ipſe Farinac. *loco proximè citato.* At Angel. In
d. verbo mettidor. di mali dadi num. 6. ait ad in-
currendam pœnam impoſitam in *l.1. ff. de aleæ
33 luſu, & aleatoribus* ſufficere, quod quis ſtet
cum altari parato, hoc eſt paret, & præſtet do-
mum, & taxillos, & ſcamnum, & lumina ad
ludendum, quia iſtis illecebris non ſolum di-
citur ſuadere iuuenes, ſed quodammodo dici-
tur eos compellere ad ludendum, ſi ergo ſe-
cundum Angel. *loc.cit.* ſufficit ad incurrendam
pœnam legis ſola præſtatio commoditatis ad
ludendum, fruſtranea erit qualitas animi di-
34 recti, & intenti ad lucrum, ſed quia Auguſt.
in *addit. ibid.* ad Angel. non approbat explica-
tionem, & intellectum, quem dat Ang. dicto
tex. in *l.1.* tum, quia lex pœnalis non debet ex-
tendi, tum etiam, quia tex. in *d.l.1.* requirit vim
effectiuam, & etiam quia qui prædicta ad lu-
dendum ſubminiſtrat ſine animo lucrandi vi-
detur facere ob leuitatem, vel ad ſe exhilaran-
35 dum, & recreandum, & ſic ſine dolo, venit
concludendum, quod etiam in terminis *d.l. pri-
ma* animus lucrandi requiritur.

Sed quomodo conſtabit, quod lucri cauſa
quis domi ludum retineat? Dic quod con-
36 ſtabit ſi cum prędictorum ſubminiſtratione
concurrat ſolutio exorbitans pro prætio alea-
rum, & luminum, & concurrat præſumptio ex
qualitate perſonæ tenentis domum paratam
ad ludum, alias, vt inquit Auguſt. ad Angel.
loc.cit. num. 8. non cadit præſumptio, quod
cauſa emolumenti, & lucri principaliter fa-
ciat.

Quæro ſecundo, an habens licentiam lu-
dendi pro ſe, & alijs puniri poſſit pœna ban-
nimentorum, ſi retineat occaſione dictæ li-
37 centiæ baratariam, & biſazzam lucri cauſa?
Vide Vermigliol. *conſ. crim.342. per tot.* qui
putat quod ad omnem caſum, non debeat pu-
niri ita rigide. Vide eum, & vide Capibl. de
Baron. p.2. cap.32. n.12. ſuper pragm.7. vbi quod
licentia data debet ſeruari.

Quæro tertio, an mulier retinens baratta-
38 riam compræhendatur? dic quod non, ſed pu-
nitur pœna pecuniaria, vt fuiſſe punitam
quamdam Margheritam in pœnam *ſcutor.25.*
refert Scanarol. *lib. 1. de viſitat. §.13. cap.4.
num.30.*

39 Quæro quarto, an viſus ludere poſſit proceſ-
ſari. & puniri, ſi non fuit in ludo appræhen-
ſus? Ricc. *dec.6. p.4. num.4.* dicit, quod non,
ex doctrina Par. de Put. *de ſindic. verbo nuncius
cap.2. num.4.* Alberic. *de ſtatut. p.2. qu.118.* Go-
mez *ad ll. Tauri l.45. num.48. in fine* Brunor. à
Sole *qu.35. num.9.* Viu. *rom. opin. 763. num.7.*
Mura *ad pragm. tit.53. de pœna ludent. num.40.*
qui ait Angel. de *maleſic. verbo dictus Andreas
num.8. verſic. & ideò*, tenere contrarium, et
40 idem ex Alex. *conſ.216. num.4. vol.6.* tenet Ar-
mendariz *ad leges Nauarræ lib.4. tit.21. l.1. de
ludis num.18. in fine.*

41 Sed eſt aduertendum, quod dd. Doctores
ponunt caſum in terminis ſtatuti punientis
eum, qui inuentus eſt ludere: vnde contrarium
poteſt dici in terminis bannimentorum pro-
hibentium ludere iuxtà ea, quæ dixi in termi-
nis delationis armorum in *rub. cap.24. n.35.*

Quæro quinto, an credatur birruarijs refe-
rentibus inueniſſe aliquos ludere? affirmant
42 Auendan. *de exeq. mandato Regio part.2. cap.9.
num.9.* & Armendariz *ad leg. Nauarræ lib.4. tit.
21. leg.1. de ludis num.15.* at Cæſar. Lucearell.

quæſt.

43 quæſt. Iudic. inſpect. 5. num. 159. dicit quod niſi
exhibeant aleas, vel taxillos, eis non creditur,
& ſubdit, quod hæc eſt veritas, à qua in iudi-
cando non eſt recedendum: adhuc tamen ex-
44 hibitis aleis, vel taxillis poteſt dubitari de
eorum fide, quia poſſunt aleas ſupponere, ideò
circa articulum, quando, & in quibus caſibus
birruarijs, ſatellitibus & nuntijs credatur, vi-
dendi ſunt Menoch. de arbitr. caſ. 112. Granut.
theorem. 19. Caball. crim. reſol. 126. 127. & 132.
Farin. qu. 32. num. 80. & qu. 56. nu. 370. & ſeqq.
Portules, Azeuedo, Maſcard. Bouadill. Borell.
Carthar. Matthæù, & alij relati à. Cortiada
dec. 21. num. 139. & in terminis viden Muta ad
pragm. tit. 53. de pœna luden. nu. 15. vbi ait, quod
melius probatur aliquid per ipſam capturam
in fragranti, quam per teſtes: ſubdit tamen,
quod quoad condemnationem, & confiſca-
45 tionem pecuniarum captarum non debet
credi porterijs, nec algozirijs, ideſt birruarijs
capientibus, ſed recipiendæ ſunt informatio-
nes; quæ non debent eſſe adeò exactę cum
modicam informationem ſufficere dicant
Auendan. & Armendariz loc. cita..

Quęro ſexto, an indifferenter omnes, qui
ludunt incidant in pœnam bannimentorum?
Videtur dicendum quod ſic, quia quilibet lu-
dens contrauenit legi: imò in pœnas incidunt
46 etiam videntes ludere, vt eſt tex. in. auth. alea-
rum vſus Cod. de religioſ. & ſumpt. funer. & dicit
Baldus in auth. interdicimus num. 1. C. de Epiſc.
& Cleric. & Auiles Prætor. cap. 29. gloſa table-
ros num. 4. & 5. & Armendariz ad leg. Nauarræ
lib. 4. tit. 21. leg. 1. de ludis num. 10. qui hoc ex-
tendunt ad dantem materiam videndi ludum,
et ad eum, qui docet ludentem, et ad eum,
qui mutuat ludenti: ſed verius eſt quod non
tenentur omnes indifferenter, nam ludentes
47 recreationis gratia, non debent puniri, etiam
ſi ludant ludo prohibito, vt dicit Intrigiol. ſin-
gul. 118. lib. 1. & Muta loco cit. num. 16. & 35. &
48 nec compræhenduntur ij, qui ludunt cum con-
ditione, quod ex pecunia, quam vnus, vel plu-
res amiſerint, ematur aliquid, vt communiter
veſcatur, vt eſt tex. in l. quod in conuiuio, & ibi
gloſa verbo permittitur ff. de aleæ luſu, & alea-
torib. & Armendariz loc. cit. num. 16. vide Ric-
cium collect. 3670. Vin. com. opin. 467. Gutierez
pract. qu. 92. & D. Sabell. in ſumma §. ludus nu. 1.
qui remiſſiuè ad hos quęrit, an & quando ſit li-
49 citum ludere, & quando recreationis cauſa
ſit permiſſum etiam Clericis, & vide etiam Io:
Velam de pœnis delict. cap. 22. qui num. 1. ex Ci-
50 cerone lib. 1. officior. ait, quod ludo, & ioco
vti licet, ſicut ſomno, & cæteris quieti-
bus [illegible]

Quęro ſeptimo, an inſpectores compræhen-
dantur in his bannimentis? Dic quod inſpecto-
res debent puniri de iure communi, vt dixi
ſupra ex tex. in auth. alearum vſus Cod. de alea-
torib. & quoad Eccleſiaſticos eſt tex. in Auth.
interdicimus Cod. de Epiſc. & Cleric. ſed non
51 compræhenduntur in bannimentis, ſi de inſpe-
ctoribus non fiat expreſſa mentio, vt inquit Fa-
rin. d. qu. 109. num. 35. & ſequitur Flau. Tortus
ad ſtatut. Papiæ ſtat. 46. num. 10. quicquid dicat
Gul. de Cun, quem reprobat etiam Auguſt. ad
Angel. de malefic. verbo mettidor. de mali dati n.
11. vide Mutam, & Doctores per eum relatos
loc. cit. n. 27. & 28.

Quid ſi plures homines reperti ſint in vna
Domo non ludentes, ſed penes eos puta ſu-
per tabula, vel in terra erant chartæ, & taxilli?
Dic quod Muta ad pragm. tit. 53. de pœn. ludent.
num 41. tractat de hac quæſtione, & dicit, quod
licèt ratione incertitudinis quandoque omnes
ibi in ludo inuenti puniri debeant; tamen non
ſic eſt in pluribus inuentis non ludere, ſed pe-
nes quos erant chartæ, & taxilli, quia propter
52 hanc incertitudinem in iſto particulari con-
demnari non poſſunt, & citat Carrer. pract.
crim. in 1. tract. de appellat. §. in textu ibi itemque
eorum n. 2. Barbat. de Cardin. Legat. q. 5. n. 24. Fa-
rin. q. 108. n. 160.

Quæro octauo, an aliqua alia pœna præter
53 hic enumeratas debeant, & poſſint luſores pu-
niri? Dic quod repelluntur à teſtificando, vt ex
Portules ad Molin. repertorio §. ludus num. 2.
Gram. dec. 11. num. 5. dicit Armendariz ad leg.
Nauarræ lib. 4. tit. 21. leg. 1. num. 19. Farin. qu. 56.
num. 427. Pace Iordan. lucubr. vol. 3. lib. 4. tit.
18. num. 497. & D. Sabell. d. §. ludus nu. 4. dum-
54 modo non agatur de probando factum ſe-
quutum in ludo, vt ait Farin. loco cit. & dum-
modo probetur, quod teſtis eſſet luſor tem-
pore quo depoſuit, vt ait Armendariz loc. cit.
55 Item mutuum, quod dant colluſori non repe-
tunt auth. alearum vſus & l. 2. ff. quarum rerum
actio non detur Io: Vela de pœnis delictor. cap. 22.
56 num. 9. quod non ſeruari in praxi dicit Cardo-
ſo repert. verbo ludus num. 4. item reſtituunt id,
57 quod vincunt gloſa in d. auth. alearum vſus ver-
bo aleas, & Vela loc. cit. nu. 10. ſed à reſtitutio-
ne liberat conſuetudo vbi illa extat, vt ait
Cardoſo loc. cit. n. 6.

Per ciaſcheduno, e ciaſcuna volta.

Auiles Prætor. cap. 29. gloſa iuegos num. 6. &
ex eo Armendariz ad leg. Nauarræ lib. 4. tit. 21.
l. 1. de ludis num. 6. ait quod ludens ſi perdidit
58 totam pecuniam, quam extraxit, & poſt ſe-
cundò extraxit aliam pecuniam poteſt puniri
pro duobus ludis, quia ludus factus poſt ex-
tractionem ſecundam pecuniarum dicitur
nouus ludus, & idem vult eſſe ſi vnus ex luſo-
ribus receſſit puta ad accipiendam pecuniam,
& reuerſus ponit ſe ad ludendum, nam & iſte
dicitur eſſe nouus ludus. Imo, & eſt plus, vult
quod ſi lex dicat, quod ſi quis fuerit inuentus
ludendo puniatur, & pluries inuenitur luden-
do debet pluries puniri, quamuis ludus ſit
continuatus. Vnde iuxta hanc opinionem
Auileſ. & Armendariz poſſunt accipi, & intel-
59 ligi noſtra bannimenta; ſed teneas contrariũ,

quia continuatio effectiua, & animus conti-
nuandi, quamuis adſit aliqua interruptio, con-
ſtituit vnum ſolùm delictum, ſeu vnam ſolam
contrauentionem, ita vt debeat dici, quod ſe-
mel luſit, etiam ſi tota nocte, et cum pluribus,
et diuerſis perſonis luſiſſe conuictus ſit vt ex
Bart. Nauat. et Azorio dicit D. Sabell. in *ſum-
ma §. ludus nu.* 2. et hoc ex Marſil. *in l. fin. nu.* 17.
ff. de ſicar. vult ipſemet Armendariz *loco citato
num.* 18. et vnum ſolùm peccatum facere dicit
Diana *par. 4. tract. 4. reſol* 45. quem reiecto Ca-
ſtropalao, et Guttierez. ſequitur D. Sabellus
ibidem.

Giocaſſero per interpoſta perſona.

Approbant hæc bannimenta opinionem
Guliel. de Cuneo. et Bald. in *auth. interdicimus
Cod. de Epiſcop. & Cler.* et Auguſt. ad Angel. *de
maleſid. verbo mettidor de mali dadi num.* 11. *in
fine*, qui contra Vbertum de Bobio firmant,
quod ſtatutum puniens luſores compræ-
hendit participes, et eos, qui dant alteri pe-
60 cuniam, vt ludat, vt videre eſt latiùs penes
Farin. *qu.* 109. *num.* 37. *& ſeqq.* et penes Auguſt.
ad Angel. *de maleſic. verb. mettidor de mali dadi
n.* 11. qui miratur, et conqueritur, quod in inter-
61 prætatione legum Doctores ſint inter ſe adeò
contrarij, vt in vna, eademque lege de dire-
cto pugnent, et ex vna, eademque lege ſumant
quilibet pro ſe argumenta, et ſubdit, quod ex
62 hoc ſcientia noſtra eſt periculoſa, difficilis, et
mirabilis, cum tot ſint ſententiæ, quot ſunt ca-
pita, & proptereà Auguſt. *ibid.* laudat Docto-
res, qui delectantur habere diuerſos libros, &
Doctores in ſtudio.

Seù potius dicendum eſt quod bannimenta
ad tollendam controuerſiam Doctorum, ex-
preſsè participes, & eos, qui faciunt ludere
per alios compræhendi ſtatuerunt, & benè,
quia eadem mala proueniunt ex ludo per in-
terpoſitam perſonam exercitato, propterea
ſatis appoſitè Auiles *Prætor. cap. 29. in gloſa ta-
bleros num.* 5. Bald. in *Auth. interdicimus Cod. de
Epiſcop. & Cler.* & ex his Armendariz *ad leges
63 Nauarræ lib. 4. tit. 21. leg. 1. de ludis num.* 11. di-
cunt, quod ſi quis iuret non ludere, & poſtea
dat alteri pecuniam ad ludendum dicitur, &
verè eſt periurus.

Con porte ſerrate s'haueranno per conuinti, che giocaſſero à giochi prohibiti.

Bart. *in l. omnis Cod. de aquaduct. lib.* 10. rela-
tus à Muta *ad pragmat. tit. 53. de pœna ludent.
64 aleis. vel cartis num.* 25. & Rebuff. in eadem *l.
omnis in principio* ait, quod poſſunt officiales
ingredi domos priuatorum, ſi ſit ſuſpicio,
quod in eis ludatur, vel ibidem alia maleficia
65 committantur; ſed puto, quod de hac ſuſ-
picione debeat conſtare modo meliori.
quo poteſt ipſi Iudici, & quod birruarijs non
ſit licitum domos aliorum adire ad eorum li-
bitum ex ijs, quæ dicit Buccaron. *de differ. in-
ter Iudic. Ciuil. & Crim. different. 67. num.* 13.
& ſeqq.

Nota, quod licet prohibitio ludendi de-
66 beat intelligi de ludo prohibito, vt eſt is, in
quo fortunæ tantum iudicium operatur, vt ex
Burſatt. Farin. & Paſchal. dicit Muta *loc. citat.
67 n.* 34. & ſic videatur exceptus ludus ſchacco-
rum, & vt dicitur à tarocchini, in quorum
quolibet, vt dicit Muta *num.* 36. magnam par-
tem habet ludentis ingenium; Nihilominus
68 quando ludentes ad ludum tarochorum ſtant
cum ianuis clauſis præſumptio ſtat cōtra eos,
quod ludant ad ludum prohibitum, nam etiā
69 cum illis aleis malitia hominum adinuenit
modum ludendi, vt dicitur à primiera, caglia-
ta, ac alijs ludis prohibitis.

Idem fuit ſpeciali pragmatica diſpoſitum
in Regno Neapolitano, vt refert Carol. Tapia
*de Iure Regni lib. 5. tit. 47. de ludis, & luſſoribus
pragm.* 10. qui *ibidem num.* 1. dicit eſſe ſuper hoc
viden. Azeued. *recopil. lib. 8. leg. 7. tit.* 7.

Et quod taliter reperti in domo, in qua lu-
70 ditur, poſſint per Iudicem ſtatim condemna-
ri, volunt Auend. Azeued. & his relatis Tapia
loc. cit. & facit, quod dicunt Doctores de re-
71 pertis & appræhenſis cum armis, nam poſſunt
abſque alio proceſſu puniri, vt tradunt Decian.
tract. crim. lib. 8. cap. 4. num. 2. & 4. Baiard. ad
Clar. *qu. 82. num.* 65. Farin. *qu.* 108. *num.* 64. ſed
72 vtraque concluſio debet intelligi quoad pri-
uationem armorum, & pecuniarum in banca
repertarum, vt explicant Bouadilla *politica
lib. 1. cap. 13. num.* 104. Vela *differt. 44. num.* 47.
verſ. quia nec Clerici tom. 2. & his relatis Cor-
tiada *dec. 71. num.* 29. nam ſi agatur de alia
pœna, debet fabricari proceſſus, & Reus de-
bet audiri in ſuis defenſionibus, vt ex Farin.
quæſt. 108. *num.* 65. inquit Cortiada *loco citat.*
qui ſic inconcuſsè practicari in Cathalonia te-
ſtatur *in fine, & num.* 30. remiſſiuè ponit quæ
requirantur ad condemnandum in amiſſio-
nem armorum, & quæ requirantur ad pœnam
corporalem. Vide tamen, quæ dixi ſupra ex
Muta circa condemnationem, & confiſcatio-
nem pecuniarum repertarum in ludo.

Cap. XXX. §. V.

In oltre non vuole, che alcuno ardiſca fare Riffe, Lotti, Venture ſotto pena della perdita de i denari, robbe deſtinate, e di 50. ſcudi.

SVMMARIVM.

1 *Riſſa quid ſit, & de materia remiſſiuè.*
3 *Riſſæ prohibitio habetur etiam in bannimentis Status Eccleſiaſtici.*
2 *Ludi, qui in mera fortuna conſiſtunt generaliter ſunt prohibiti.*
4 *Riſſæ ludus eſt pernicioſiſſimus, & multas familias ad mendicitatem nducit.*

1 DE verbo riſſa, ſeu ſorte multa & cum
magna eruditione tradit Azeuedo *reco-
pilat. lib. 8. tit. 7. l. 12. per tot.* quem vidiſſe non
te pęnitebit.
2 Conſtitutio huic noſtræ ſimilis extat in Sta-
tu Eccleſiaſtico, vt habetur in *bannimentis Sta-
tus Eccleſiaſtici cap. 11.*
Ratio huius prohibitionis duplex poteſt
eſſe: prima eſt, quia iſte ludus conſtitit in me-
3 ra fortuna, & potius ad diuinandum, quam
ad ingenium, & induſtriam exercendam indu-
ctus eſt, & ideò prohibitus, quia generaliter
prohibiti ſunt omnes ludi, qui in mera fortu-
na conſiſtunt, vt alijs citatis firmat Farin. *qu.
109. num. 27.* & D. Bonfinus in *notabili ad dict.
c. 11. bannim. Stat. Eccl. n. 1.* & P. Benedictus Pe-
reyra *in elucidario tit. de ludo num.* 1001. ibi --
*prohibiti ſunt omnes ludi, qui magis fortuna, quã
4 arte reguntur.* Secũda ratio eſt quia eſt pernicio-
ſiſſimus, & multas familias Ciuium mediocris
fortunæ, & plures pauperum exterminat, &
ad mendicitatem reducit, vt bene aduertit
Cyriac. *contrٍou. 422. n. 2.* quem refert D. Bon-
fin. *loc. cit.*

Sed D. Sabell. *in ſumma §. ludus num.* 11. ait, quod iſte ludus, qui dicitur Vrnæ, & vulgariter dicitur lotto eſt de ſui natura licitus tanquam trahens originem ab emptione, & venditione, ſed quia multum Reipublicæ, & Ciuitatibus pernicioſus eſt, non niſi auctoritate publica, & Principis permitti debet cum quibuſdam cautionibus, de quibus loquitur Leotardus, quem citat, *in tractatu de vſuris quæſt. 23. num. 50. & ſeqq.*

Sed vide circa huiuſmodi ſortes, & lottos, quid diſpoſuerit S. M. Sixtus V. in *conſtitut. 100. in ordin. § 37.* & quid dicant Diana *par. 1. tract. 8. reſol. 81.* Leotard. *de vſuris quæſt. 23. num. 50. & ſeqq.* Molin. *diſput. 509.* Martin del Rio *diſquiſ. magic. lib. 4. qu. 2. concl. 1.* & Rota *dec. 269. par. 16. rec. & dec. 289. par. 17. rec.* quos Doctores refert D. Sabell. *loc. cit. num. 11.*

Cap. XXX. §. VI.

E ſe alcuno farà, vſerà, ò terrà carte falſe, ò dadi falſi, Sua Signoria Illuſtriſſima vuole, che ſia punito con pena corporale ſino alla galea incluſiuè, la quale ſi eſtenderà ſino alla morte incluſiuè, quando viſoſſe ſeguito effetto di pregiuditio del terzo.

SVMMARIVM.

1 *Ludens cum aleis falſis punitur vigore bannimentorum, & iuris communis pœna arbitraria.*
2 *Ludens cum falſis aleis non committit furtũ, quia aliqualiter adeſt animus illius, qui ludendo decipitur.*
3 *Falſitas taxillorum quomodo detegatur.*
4 *Ludens cum fallacys, ſi cartæ non ſint falſæ, non compræhenditur in banno.*
5 *Sed punitur de iure etiam pęna mortis.*
6 *Sed hoc non approbat* Farinac.
7 *Fallaciæ, & fraudes in ludo ſunt duplices, aliæ præcedunt ludum, & aliæ committuntur in ipſo actu ludi, & quæ ſint remiſſiuè.*
8 *Ludum taxillorum, & cartarum, quis inuenerit remiſſiuè.*

1 IN hoc pariter bannimenta concordant
cum Iure communi, vt colligitur ex Bald.
*in l. Aduocationis num. 2. Cod. de condict. ob cauſ.
dat. & in rub. num. 2. Cod. de condict. ob turpem
cauſam* Par. de Put. *tract. de ludo num. 4.* & Cac-
cialup. *eod. tract. num. 62.* Farin. *d. qu. 109. nu. 63.*
qui ait, pœnam eſſe arbitrariam iuxtà facti,
& perſonarum qualitatem, & idem dicit Ioan-
nes Vela *de pœnis delictor. cap. 28. nu. 13.* & Au-
guſtin. ad Angel. *verbo mercidor. di mali dadi in
2 princ.* inquit quod ludens cum taxillis falſis
non tenetur tanquam latro de furto, & ideò
furca ſuſpendi non poteſt, ſed poteſt benè ex-
tra ordinem condemnari, & Auguſt. refert, &
ſequitur Farin. *d. qu. 106. num. 64.* ob rationem
ab eodem Auguſt. allatam, quia ſcilicet in
furto nullo modo adeſſe poteſt animus, &
conſenſus illius, qui derobatur, vt ipſi res ſub-
trahatur, ſed aliqualiter adeſt animus, & con-
ſenſus illius, qui decipitur ludendo, & ità ſe
reſpondiſſe Duci Ferrariæ perhibet Auguſt.
ibidem.
Quæro primò, quomodo poteſt cognoſci,
3 & probari, quod taxilli ſint falſi? Dic quod
ſunt tales, ſi deteguntur plumbati, aurati, ma-
ioribus, vel minoribus punctis ſignati, Far. *d. q.*

Digitized by Google

109.n.67.Par.de Put.*tract.de ludon.*45.& Cac-
cialup.*eod.tract.n.*63.

Quæro ſecundo, an is, qui in ludo vtitur
fallaeijs,& deeeptionibus, quamvis in Cartis,
& taxillis non reperiatur falſitas compræhen-
4 datur in noſtris bannimentis? die quod non,
quia diſpoſitio pœnalis non extenditur, nec
egreditur caſum expreſſum, ſed de Iure com-
muni ſubiacet pœnæ corporali ſecundum Fa-
rin. *loc.cit.num.*64.qui *num.*65. ait, quod tali-
ter deeipiens poteſt puniri etiam pœna vltimi
5 ſupplieij, vt fuit practicatum eum quodam de
Caramello teſte Pard. de Put.*tract. de ludo n.*
46. & cum qnodam Dominiehino Senenſi,te-
6 ſte eodem Farin.*d.num.*65.qui putat pœnam
prędictam eſſe rigoroſam, & eum ſequitur
Muta *ad pragm.tit.*53.*num.*30. & reddit ratio-
nem Farin.*loc. citat.* quia ludens cum fallaeijs
propriè non committit furtum, & ideò non
meretur pœnam mortis, eum nemo ad mo-
riendum condemnetur ex reiteratione delicti,
præterquam in erimine furti, vt vult.Farinac.
*loc.cit.nom.*65.& Auguſt.ad Angel. *verbo met-
tidor.di mali dadi in princ.*

Et de fraudibus ludentis vide Azeued. *reco.
pil.lib.*8.*tit.*7.*l.*2.*nu.*78. dieentem, quod frau-
7 des ludentium duplices ſunt, quædam præce-
dunt ludum, & quædam verò committuntur
in actu ludi, vide etiam Baiard. ad Clarum
§. *ludus num.*14.& Armendariz. *ad l. Nauarra
lib.*4.*tit.*21.*leg.*1.*de ludis num.*5. qui ait, quod
fraus in ludo probatur per luſores, & per ho-
mines malæ vitæ.

Quæro tertio, quis nam innenit ludum ta-
xillorum, & cartarum? die quod habetur pe-
8 nes Franc. Mariam Pratum ad Paſchal. de
*patria poteſt.par.*1.*cap.*3.*verſ.quæri, & verſ.pul-
chrum*, vbi refert etiam mala, quæ ex ludo
proueniunt.

Cap. XXX. §. VII.

Annulla parimente tutti gl'oblighi, contratti,ſcritture ancorche giurate, che ſi faranno per occaſione di giuoco prohibito.

SVMMARIVM.

1 *Audientia denegatur mutuantibus pecuniam in ludo, & ijs, qui habita fide de pecunia ludunt.*
2 *Pecunia in ludo amiſſa poteſt repeti in foro fori.*
3 *Quid in foro conſcientiæ remiſſiuè.*
4 *Inſtrumenta, & obligationes, quæ occaſione ludi fiunt annullantur etiam de Iure communi.*
5 *Fallit ſi paſt mutuum factum luſori fiat noua conuentio, & noua obligatio.*
6 *Scommiſſæ, & ſponſiones occaſione ludi factæ, an valeant remiſſiuè.*
7 *De ſponſionibus à tempo, e moglie, ſeu à maſchio, e femina remiſſiuè.*
8 *Sponſio fraudolenta eſt illa de dando pro equo tantam frumenti quantitatem quantum conficit vnum granum multiplicatum vſque ad trigeſimam ſecundam vicem.*
9 *Multiplicatio numerum vſq; ad 32. vicem facit ſummam immenſam.*
10 *Pactum, quod luſor non poſſit recedere è ludo donec alter eorum totum perdiderit non valet.*
11 *Pactum de non ludendo non tenet ſi fiat ſine appoſitione pœnæ.*
12 *Quia ſtipulans non paſſet ex pacto agere.*
Contrarium probatur n. 15.
13 *Vxor ſi conoeniat cum marito, ut ſub pœna teneat concubinam, poterit agere in caſu contrauentionis.*
14 *Mulieres etiam caſtiſſimæ exaſperantur quando mariti retinent concubinas.*

1 DE Iure denegatur audientia tam mu-
tuantibus pecuniam, quam ijs, qui ha-
bita fide de pecunia ludunt, vt dicit Farinac.
*quæſt.*109.*num.*214.
2 Et inſuper pecunia amiſſa reſtituitur ei,qui
eam perdidit, vt per tex.in *l.fin Cod. de Relig.
& ſůpt.funer.*& ex Couar.Auil.&Mar.Mut.in-
quit Tapia *de iure Regni lib.*5.*tit.*47.*de ludis.&
luſoribus pragm.*1.*n.*17.

Quid dicendum in foro conſcientiæ?tradit
3 copioſiſſimè Carol. Tapia *d. pragm.* 1. *num.*3.
*& ſeqq.*Rurſùs quid dicendum, quando
conceditur licentia, vel adeſt conſuetudo im-
punè ludendi? tradit copioſiſſime Franc Sada-
rinus *reſponſ.*50. *per tot.*

Circa nullitatem, et inualiditatem inſtru-
mentorum, et obligationum occaſione ludi
4 factarum, de qua in noſtris bannimentis,vide
Seſſe *dec.*144.*per tot.*et Tapia *loc. cit. num.*16.
qui aiunt, idem eſſe ſancitum de iure com-
muni per tex.in *l.fin.C.de relig.& ſumpt. funer.*
et dictam legem eſſe in viridi obſeruantia te-
ſtatur.

Sed quid ſi poſt mutuum factum luſori, &
perdito mutuo fiat noua conuentio per luſorē
ipſum cum mutuante,in qua luſor ipſe ſe obli-
get ſcriptura, vel teſtibus præſentibus, quod
mutuatum ſibi ad ludendum ſoluet ipſi mu-
tuanti? agit de hac quæſtione his formalibus
5 verbis Azeued.*recopil lib.*2.*tit.*16.*l.*8. *num.*5. &
concludit pro validitate ex doctrina Io.Andr.
Aufrer.ad Capell.Tholoſ.& Auiles.*cap. Præto-
rum cap.*29.*gloſ. in Tableio in fine.*

Quid dicendum de ſcommiſsis occaſione
6 ludorum factis? viden.tex.in *l.pen.ff.de aleator.*
Fontanell.de *pact.nupt.clauſ.*4.*gloſa* 18.*p.*3. *nu.*
111. & remiſſiuè ad eum Armendariz *ad leges
Nauarræ lib.*4.*tit.*21.*l.*1.*de ludo n.*19. Narbona
*ad l.Hiſpan.lib.*1.*tit.*7. *leg.*31. *gloſ.*11. Diana
*par.*7.

par.7.tract.7.per tot. Chriſtinæus *Belgic.dec.198.*
199.& ſeqq.vol.2. Ricc.*collect.4107.* Leotard.
de vſur.qu.30.n.42.& ſeqq. Giballin. *de vniuer.*
negociat.tom.2.lib.4.cap.10.per tot. & remiſſiuè
ad eos D.Sabell.*in ſumma §.ludus nu. 10.in fine,*
7 qui agit de ſponſionibus, vt vulgo dicitur *à*
tempo, e moglie, & de alijs, quæ decuntur *à*
maſchio, ò femina, & ex D.Vrceolo de *tranſact.*
q. 28. nu.30.& ſeqq. dicit non valere ſponſio-
8 nem, quæ ſit de dando equum, & accipiendo
pro prætio tantum frumentum, quantum con-
ficit granum vnum multiplicatum vſque ad
trigeſimam ſecundam vicem, ſcilicet multi-
plicando vnum granum per duplum, duplum
rurſus duplicando vſque ad 32.vices, quę mul-
9 tiplicationes immenſam ſummam conficiunt,
& ideò dicitur fraudolenta, & non attenditur,
vt ipſi firmant.

Quid de pacto, ne poſſint recedere è ludo,
donec alter eorum totum perdiderit? vide
10 gloſam, Caſtr. Ang. Iaſ. in *l.iuris gentium ff.de*
pactis, & Auiles.*Prætor.cap.29.gloſa inegos n.9.*
qui tenent dictum pactum non valere, & Aui-
les ait facere contra illos, qui nullatenus con-
ſentiunt aduerſarium ſuum recedere ludo non
finito.

Quid de pacto de non ludendo? agit de
11 quæſtione Bart.Paul.de Caſtro in *l.ex ea par-*
te §.mulier ff.de verb.oblig. Montaluo, & Aug.
locis relatis ab Auiles.*Prætor cap.29. gloſa ine-*
gos num.9.& 10.qui videtur concludere, quod
ſi fiat pactum ſine appoſitione pęnæ, non te-
net pactum, quia ſtipulanti non intereſt, quod
12 ſeruetur, & ideò non poteſt agere, quia ſua
non intereſt.

Si verò apponatur pactum, puta quod quis
promittat amico ſuo non ludere, & ſi luderet,
quod ipſi amico daret centum nomine pœnæ,
tunc ſtipulatio valeret, & pœnæ debentur, et
amicus, cui intereſt. poſſet agere.

13 Idem dicit eſſe de caſu vxoris ſtipulantis
pęnam à Viro, ſi tenuerit concubinam, tum
quia intereſt Vxori, ne Vir teneat concubi-
14 nam, nam etiam caſtiſſimæ propter retentio-
nem concubinarum exaſperantur, vt in *auth.*
de nuptijs §.mitiores, tum quia tale pactum
tendit ad conſeruandum bonos mores. Sed
iſta ratio proſternit diſtinctionem, quia
militat etiamſi ſtipulatori nihil ex pacto ob-
uenire debeat, et ideò melior eſt aſſertio Bart.
quam affert ipſe Auiles *ibidem*, nempè quod
15 adhoc, vt valeat pactum ſufficit, quod inter-
ſit promiſſoris, et ſic ex hoc valeret pactum,
de quo ſupra, quia intereſt luſori non ludere.
et Viro non tenere concubinam.

Cap. XXX. §. VIII.

E perche è coſa di molto pericolo il giocare alla giarè, e pallamaglio per le ſtrade, ò luoghi publici per la Città, e fuori intorno di eſſa; Sua Signoria Illuſtriſſima prohibiſce à qualſiuoglia perſona il giuocare, ò far giuocare à detti giuochi per la Città, ò nelle foſſe fuori delle Porte, e per vn tiro d' archibugio appreſſo quelle, e particolarmente dalla Porta di S. Mamolo ſino à gl' Angeli, e per tutta la ſtrada, che và à Capucini, & à S. Michele in Boſco, ſotto pena di 25. ſcudi per ciaſcuno, & per ciaſcheduna volta, che ſaranno trouati contrauenire, e di trè tratti di corda à gl' huomini, & à i putti di 50. ſtaffilate da darſegli in publico.

SVMMARIVM.

1 *Ludus della giarè, e pallamaglio non debet fieri in locis publicis.*
2 *Aſſignatur ratio ibidem. Neapoli extat ſimilis pragmatica.*
3 *Ludi, qui de iure permittuntur, enumerantur.*
4 *Sed non poſſunt exerceri in omni loco, & nec in omni tempore.*
5 *De ludo pilæ remiſſiuè.*
6 *Officiales, qui conniuentibus oculis permittunt ludos, an & ad quid teneantur.*

1 ET quidē ex hoc ludo poſſūt offēdi, et etiā
occidi tranſeuntes, et ideo non eſt permit-
tendus talis ludus in vijs publicis, per quas
tranſeunt, et debent de neceſſe homines tran-
ſire ad text. in *leg. mela in princip. ff. ad leg.*
aquil.

Similem pragmaticam refert Carol. Tapia
2 *de Iure Regni lib.5.tit.47.de ludis, & luſoribus*
pragm.12.

Quamuis igitur in *l.ſolent §.Senatus Conſul-*
3 *tus ff. de aleator.* permittantur aliqui ludi pu-
ta certando haſta, vel pila iaciendo, vel currē-
do, ſaliēdo, luctādo, pugnando, et ſimiles, quos
enumerant etiam Auiles *Prætor cap. 29. gloſa*
inegos num.3. et D.Sabell. *in ſumma §. ludus*
num.1. ſunt enim liciti, quia ſeruiunt ad exer-
cendum corporis vires, & ingenij acumen
oſtendendum, vt dicunt præfati Doctores,
qui

qui plures allegant concordantes.

Nihilominus non ſunt faciendi in omni lo-
4 co ad tex. in *d. l. mela*, & nec in omni tempore puta tempore, quo Sacrificium Miſſæ in diebus feſtiuis celebratur, vt aduertit Armendariz *ad leges Nauarræ lib. 4. tit. 21. leg. 1. de ludis num. 17.*

5 Vide de ludo pilæ Guttierez *pract. quæſt. 92. & ſeqq.* Gibellin *de vniuer. negoc. tom. 2. lib. 4. cap. 9.*

In iſtis bannimentis nihil fuit dictum de Iudicibus, & officialibus, qui ſcienter, & conniuentibus oculis ludos permittunt, ſed dixi in *princip. num. 20.* cum Tapia, quod malè, imò peſſimè agunt, quid igitur dicendum?

6 Dic quod officiales, qui poſſunt prohibere, & non prohibent ludos tenentur ad reſtitutionē perditi à tempore, quo prohibere potuiſſent, vt ex Baiardo ad Clar. §. *ludus num. 4.* & Viu. in *com. opin. 468. num. 9.* inquit Armendariz. *loc. cit. num. 4.* ſed puto, quod ſicut conſuetudo ludendi excuſat ipſos luſores à pœna temporali, vt dicunt Roman. *ſing. 19.* Menoch. de *arbitrar. caſ. 400. num. 71.* & his relatis D. Sabell. *in ſumma §. ludus num. 7. in fine*, & pluribus relatis Sadarinus *loc. ſupra cit.* ita debeat excuſare etiam Officiales, & Iudices ex regula correlatiuorum etc.

CAPITVLVM XXXI.

RVBRICA.

De' Medici, Cirugici, Barbieri, Speciali, e ſimili: & prohibitione del Veleno.

Hactenùs actum eſt de delictis, quæ conſiſtunt in committendo: modo agitur de ijs, quæ conſiſtunt in ommittendo: & quidem ſatis appoſitè, quia Legiſlator debet omnibus modis proſpicere, nè delicta committantur, & commiſſa, nè impunita remaneant, & ideò debet animaduertere in delinquentes, & in eos, qui cum ex edicto teneantur reuelare, delinquentes occultant, & eos Curiæ non manifeſtant. Annectitur in rubrica materia Veneni, quia à Medicis Chirurghis, Aromatarijs venena confici, & adhiberi ſolent.

§. I.

Acciòche i delitti non reſtino occulti, mà venghino à notitia della Corte, ordina, e commanda à tutti i Medici, Cirugici, Barbieri, & à qualſiuoglia altro, che interueniſſe à medicar ferite, ò percoſſe di qualſiuoglia perſona, ò altro male, che poteſſe eſſere cagionato da delitto, ancorche il ferito, ò patiente deceſſe, & altri anco l'atteſtaſſe, che ſi fuſſe percoſſo, ò fatto male da ſe ſteſſo accidentalmente, ò che fuſſe caduto, ò in ſomma, che la ferita, ò percoſſa, ò altro male non fuſſe per delitto, debbano darne notitia l'iſteſſo giorno riſpetto à quelli della Città al Caponotaro del Torrone, ò vero à vno de' ſuoi Suſtituti, e riſpetto à quelli del Contado, ò diſtretto al Maſſaro, ò Meſtrale del luogo del ferito, nominando le perſone offeſe, e diſcriuendo le percoſſe, ò ferite col giudicio, che fanno dell'eſito di tali ferite ſotto pena per ciaſcheduna volta, che non denontiaranno di ſcudi 50. & altre anco corporali ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſsima. Et in oltre tali Medici, Cirugici, Barbieri s'intenderanno ipſo Iure, & facto priuati dell'eſſercitio di medicare in perpetuo, e medicando dopò caderanno

ranno in altre pena ad arbitrio come di ſopra.

SVMMARIVM.

1 *Reipublicæ intereſt delicta manifeſtari.*

2 *Chirurgi, Barbitonſores, Medici tenentur denunciare qualitates, & quantitates vulnerum.*

3 *Relatio eorumdem Chirurgorum &c. debet eſſe clara ſpecifica, nec ſubdubia.*

4 *Et ſi relatio ſit dubia, poſſunt cogi ad reſpondendum præcisè an vulnus ſit mortale.*

5 *De credulitate tamen deponunt, non de veritate.*

6 *Ità etiam quoad arma, quibus vulnera fuerunt inflicta.*

7 *Medici mittuntur ad inſpiciendum vulnera, & referendum ex officio, & non ad partis inſtantiam, niſi ſit reus in carceribus conſtitutus.*

8 *Et eo caſu electio peritorum fit à Iudice citato Fiſco, & parte offenſa, & cum magna cauſæ cognitione.*

9 *Chirurgi, & medentes debent referre locum vulneris, & illius qualitatem, an ſit mortale omninò, an periculoſum, an cum aliquali periculo.*

10 *Vulnerans ſi poſt factam peritiam carceratur, admittitur ad probandum contrarium.*

11 *Relationibus Medicorum circà qualitatem vulneris inter ſe contrarijs exiſtentibus Iudex arbitrabitur cuinam ſtandum ſit.*

12 *Chirurgi, & Medentes non incidunt in pœnam bannimentorum, ſi non faciant relationem de modico vulnere.*

13 *Et nec incidunt, ſi omittunt referre aperturam factam ob tumorem vulgò tincone.*

14 *Bannimenta pœnalia non extenduntur.*

15 *Obſtetrices ſolent videre, & tangere pudenda in caſu ſtupri.*

16 *Virginitas in quo conſiſtat.*

17 *Aduocati, Procuratores, Medici, Chirurgici, Obſtetrices, quibus ſecretè deteguntur neceſſaria ad corpus, & ad animam non tenentur reuelare nec timore excommunicationis.*

18 *Medici, ſeù Chirurgi facientes relationem alteratam tenentur pena falſi.*

19 *Et ita practicatum fuit Florentiæ.*

20 *Debet tamen conſtare plenè, quod prece, pretio, vel amore fecerint falſam relationem.*

21 *Relatio facta à Chirurgo, quod vulnus eſt mortale, an ſit attendenda ſi in dicta relatione reſeruauit ſibi facultatem faciendi meliorem relationem, & in effectu retulit deinde vulnus eſſe ſine periculo.*

22 *Secunda relatio præſumitur facta in gratiam partis.*

23 *Et non excuſat vulnerantem etiam ſi vulneratus poſt 40. dies obierit.*

24 *Quod eſt verum ſi concurrant circumſtantiæ.*

1 EXpedit Reipublicæ, vt delicta manife-
ſtentur, & membra putrida citiùs, quàm
fieri poſſit, abſcindantur, ne alia membra
inficiant, vt ex Quinto Curt. *hiſt. lib.* 1. Bart.
& Angel. inquit Criſpolt. *caſ. milit.* 23. *num.* 1.
& ideò neceſſe fuit ſub pœna priuationis of-
2 ficij, aliaque etiam corporali compellere
Medicos, Chirurgos, Barbitonſores, alioſque,
qui medendi artem exercent ad Curię denun-
tiandum quantitatem, & qualitatem vulne-
rum, quorum medelæ præſunt, vel ad præſi-
dendum ſunt vocati, vt dicunt Farinac. *quæſt.*
4. *num.* 17. Muta *pragm. de pœna temerè accuſant.*
tit. 8. *num.* 24. Baron. *de effect. inimic. effect.* 37.
num. 54. D. Petra *Mag. Cur. ritu* 4. *num.* 11. *verſ.*
Chirurgus, & Nouar. *rub. pragm. de Chirurgis*
collect. 1. *in princ.* qui ait hoc procedere, etiam
3 ſi Chirurgi ſe ipſos curent, & eorum relatio
debet eſſe clara, ſpecifica, nec ſubdubia adeò
vt, ſi in relatione dixerint, vulnus eſſe cum
4 aliquali periculo vitæ, poſſunt cogi ad ſpeci-
ficè reſpondendum, an ſit mortale, prout ad-
uertit Muſcatell. *de cognit. delict. tit. de vulne-*
ribus num. 31. Sed ſufficere, quod deponant
5 de credulitate, pluribus firmat Farin. *quæſt.*
127. *num.* 113. & debent etiam deponere, & eis
6 creditur, de inſtrumento, ſeù armis, quibus
iudicant, quem vulneratum fuiſſe Specul. *tit.*
de probat. §. *fin. tit. probat. ſpecies &c.* & Farin.
loc. cit. num. 115.

Quæro primò an ad partis inſtantiam Me-
dici ſint per Iudicem mittendi ad inſpicien-
dum vulneratum, & vulneris qualitatem, vt
referre poſſint, an vulnus ſit mortale, vel non?
& quamuis videatur reſpondendum affirma-
tiuè ex trad. per Blanch. & Foller. *locis relatis*
7 per Farin. *d. quæſt.* 127. *num.* 10. tamen ipſe
Farinac. concludit cum Clar. §. *homicidium*
num. 45. *verſ. ſed pone*, quod non ſeruatur in
practica, niſi Reo in carceribus conſtituto.
8 Et eo caſu electio peritorum facienda eſt à
Iudice citato Fiſco, ac parte offenſa, & cum
magna cauſæ cognitione, ne forte Fiſci in-
tentio deſtruatur, & delinquens impunitus
euadat, & ità in Vrbe ſeruari affirmat Farin.
loc. cit. & num. 139. ait, quod Barbitonſores,
ſeù Chirurgi, qui vigore bannimentorum te-
nentur denunciare omnes vulneratos, quos
9 medicant, debent in denunciatione referre
etiam locum vulneris, & illius qualitatem, an
ſit mortale omninò, an periculoſum, an cum
aliquali periculo, & an ſine periculo, & huic
10 relationi ſtatur; Quod ſi vulnerans capiatur,
aut ſpontè compareat poſt factam relationem
à Medentibus, & Chirurgis, velitque probare
contrarium eius, quod fuit denunciatum à
primo Chirurgo, tunc Fiſco, & inſtigatore
citatis, ſi ſint concordes de Medicis, ſeù de
Medico, Iudex illos de conſenſu partium eli-
git: ſi verò non ſunt concordes, Iudex alium,
ſeù alios partibus non ſuſpectos eligit; quod
ſi partes, nec etiam conſentiant electioni,
quàm facit Iudex, tunc ipſe inquiſitus, & qui
vulnerauit, ſuos peritos, & Medicos produ-
cit, & examinat, Fiſco, & parte citatis, & illis
tan-

cian. Barboſa, Diana, Sperell. et alijs D. Sa-
bell. in *ſumma* §. *venenum num.* 10. et ex Gre-
gorio Lopez *l.*10.*gloſa fin.tit.*9.*p.*2. inquit Io.
Gratianus *Regul.* 116. *num.* 9. et ex Baldo in
*l.cum fratrem C.de his quib. vt indig. & in l.ne-
mo C.de ſumma Trinit.col.*2. inquit Petr. Binſ-
feld. in *l.*1.*verſ.ſecundus ſenſus C.de malefic. &
mathematic.fol.mihi* 394. ob rationem, quam
affert Graſſett. *loc.cit.num.*3. quia venenator
occidit hominem non præcauentem, nec ſe
defendere valentem à porrigente ſibi appa-
renter Amico, vel *hoſpite*, vel connexo per pa-
rentelam, vel per coniugium, vel per ſtabili-
tam peculiarem ſocietatem, vel per familiari-
tatem, cum regulariter per amicos, & fami-
4 liares venenum propinari ſoleat: quæ ratio
excludit inimicos, vt dicunt del Bene, Sperell.
Diana, Antonell. & alij, quos refert. ſed non
ſequitur Graſſett. *loc. cit. num.* 13. & veneno
occidentem priuari immunitate Eccleſiaſtica
ex Alex. Tuſcho, & Bouadill. inquit Caraſco
loc. cit. num. 111. præſertim ſi, vt ipſe ſubdit,
Vxorem vir occidere velit, & è contra virum
vxor veneno, quod propinauit, cum ab alte-
rutro fidelitas expectetur, atque ideo ſecuri,
& non ſe præcauentes eſſe debent.

Sed omiſſa huius articuli diſputatione
ad ſaturitatem acta per dictos Doctores, præ-
ſertim relatos à D. Sabello *d.*§.*venenum n.*10.
venio ad promiſſa.

Primo igitur Poculum venenatum propi-
natur ad occidendum inimicum, & ſequuta
5 morte, ſemper intrat pœna vltimi ſupplicij;
6 ex quo grauius delictum eſt aliquem veneno,
quam gladio perimere, per text. in *l.*1. *C.de
malefic. & mathem.& l.*3 *ff. ad l.Corn. de ſicar.*
nec eſt opus intrare quæſtionem, an homici-
dium fuerit præmeditatum, nec nè, quia qua-
litas veneni ſemper præſupponit adfuiſſe pre-
7 meditationē, & penſamentum in committen-
do homicidium, & procurando hominis mor-
tem, vt pluribus oſtendit Tholoſ. *ſintagm. Iur.
p.*3. *lib.*36. *cap.* 18. & ex eo Carol. Tapia *de
Iure Regni lib.*5. *tit.*8. *de venenis conſtit. ama-
toria pocula num.* 12.

Secundo datur poculum ad occidendum
amicum, ſeù conſanguineum, adhoc vt diui-
tiæ remaneant in poſſe occidentis, vt eſt caſus
in Iure in *l.cum ratio* §.*fin ff.de bonis damnator.*
& ſequuta morte, pariter imponitur pœna
vltimi ſupplicij, cum ſit patratum cum deli-
beratione præcedente; imò tanquam Aſſaſſi-
nus vehi debet ſuper curru per Ciuitatem, &
8 affligi forfipibus ignitis, & deindè trucida-
ri malleo in capite, vt innuit Caualc. *de Brach.
Reg.p.*4. *num.*57. & Guazz. *reor.def.*33. *cap.*4.
num. 8. an autem occidens aliquem ſpe con-
ſequendi bona, & hæreditatem occiſi dicatur
committere Aſſaſſinium? tradunt Grat. *conſ.*
52.*num.*44. *& ſeqq. vol.* 2. & Roſſignolus *in
addit.* ad Clar. §. *aſſaſſinium num.* 11. Monte-
rent. *ad ſtatut. Bonon. lib.*5. *rub.*21. *lit.Cod.in
9 fine*. Imò hoc caſu etiam ſi non ſequatur
mors, porrigens venenum debet vltimo ſup-
plicio puniri, vt ex Theſaur. et Clar. dicam
infrà in *hoc* §.*quæſito* 2. *verſ. ſecundus caſus eſt
circà finem*.

Tertio datur poculum ad occidendum per-
ſonam coniugatam, vt poſteà inter ſuperſti-
tem, & occiſorem matrimonium contrahatur,
de quo caſu loquitur Apuleius *lib.*2. *de Aſino
10 Aureo*, vbi narrat Zoilam Ægyptium defun-
cti cuiuſdam Adoleſcentis ſpiritum ab Orco re-
duxiſſe, corpuſque ceù poſtliminium animaſſe
carmine quodam, atque herbis, quarum alterā
ori, alteram pectori admouit, ac denunciaſſe
ipſum noxio nouæ nuptæ poculo interemptū,
11 vt adultero ſe manciparet, & vltrà quod ma-
trimonium eſt inualidum, & dirimitur, vt tra-
dit Hermannus Buſſembaù *de medulla Theolo-
gia moralis lib.*6. *tract.de matrim. dub.*2. *verſ.
dicitur quinto crimen* Speculat. *tit.de diuort. in
princ* & Foller. *pract.crim.verb.dentur capitula,
12 quod ſuffocauit num.* 69. imponitur etiam pœ-
na vltimi ſupplicij Cenſal. *dec. Ianuen.*18. *nu.*
36. *& ſeqq.* qui ait, in hoc non excuſare im-
13 petum amoris, & refert fuiſſe ſuſpenſum
quendam Paſtorinum, qui placentam vene-
natam tradi fecerat Patri ipſius Amaſiæ, ad-
hoc, vt poſt necem Patris amaſiam haberet in
14 matrimonio, prout poſt hæc ſcripta fuit deci-
ſum etiam Romæ *de anno* 1678. *in Firmana
Vxoricidij* contra Eliſabettam Valentini, Ni-
colaum Io. Dominici, & Volumniam N. de
S. Angelo Firmanæ Ditionis Caſtro. Et illis
15 caſibus auderem dicere ex doctrina Carenæ
*de S.Offic. par.*2. *tit.*12. §.34. *num.* 288. quod
etiam non ſequuta morte debeat porrigens
venenum vltimo ſupplicio plecti, maximè ſi
maritus, vel vxor hoc faciat, quia is proditor
eſſet ex traditis per Graſſett. & Caraſco *ſupra
citat. num.*3.*&* 4.

Quarto datur Poculum ad concitandum
16 amorem, quod poſſe effici pluribus oſtendit
D.Fran-

D. Franciſc. Torreblanca *iuris ſpiritualis lib.*12
cap. 12. *num.* 1. *& ſeqq.* & multis Doctoribus
citatis firmat Dom. Petrus Binsfeld. in *com.*
*ad leg.*4. *C.de maleſic. & mathematic. quaſt.* 1,
fol.mihi 462. *& ſeqq.* qui in *princip.dict.quaſt.*
reprobat Io. Vuierum *lib.*3.*cap.*38.*de praſtig.*
Dæmon. qui ſugillat Imperatorem quod in *d.*
*leg.*4. amorem arte magica conciliari ſenſe-
rit, & tunc ſi mors fuerit indè ſequuta, prout
eueniſſe Lucretio Poetæ dicit Alciat. *reſp.* 27.
*num.*5. *lib.*7. *tom.*2. & idem ex Petro Crinito
lib. de Poetis Latinis cap. 19. ait Binsfeld. *loco*
*cit.quaſt.*3.*concluſ.*2.*fol.mihi* 476. vbi ex Pli-
nio *natur. hiſtor. lib.*25. *cap.*3. idem eueniſſe
Lucullo aſſerit, vtiq; pęna mortis punitur illud
præbens, vt dicit Farin. *quaſt.* 122. *num.* 112.
17 qui *n.* 114. reprobat Fab. Monteleon. *in pract.*
*arbitr.p.*4. *num.*712. Plach. *Epith. delict. lib.*1.
*c.*20.*nu.*6.& Menoch. *de arbitr.caſ.*358. dicen-
tes tunc intrare pœnam mortis, quando ama-
torium poculum datum fuiſſet ea intentione,
vt illud recipiens periret, aliàs ſecus, & hanc
opinionem, quam tenet Farinac. tenet Bins-
feld. *loc.cit.quaſt.*3. *concluſ.* 2. *fol.*476. & no-
uiſſimè tuetur Io. Hornung. in *eius tract. de*
amore venenato theſi 41. Ego tamen ab opinio-
18 ne, & diſtinctione Monteleonis, Plach. & Me-
noch. non diſcederem, quia indulgendum
eſt ei, qui amoris furore obcæcatus poculum
amatorium dedit, vt inquit Iacob. Nouell. *ad*
*defenſ.reor.cap.*1.*num.*58. & Theſaur. *deciſ.* 12.
num. 1. qui concludit, quod Reus ſit exilij,
vel relegationis pœna mulctandus per text. in
l. lege Cornelia §.1.*ff.ad leg.Corn.de ſicar.*& alle-
gat ad hoc concordantes Ariſtot. Alciat. Gril-
land. Menoch. & Simoncell. & hoc idem vult
Præſes Abauo *in eius pract.* §.*verum num.* 36,
qui teſtatur Senatum Sabaudiæ damnaſſe in
pœnam pecuniariam dumtaxat quamdam
Franciſcam, & Claudiam Mollians, & hoc idē
dicit in *tract.de reatibus quaſt.*7.*num.*179. red-
dens rationem, quia nemo dicet poculum
amatorium datum animo occidendi, cum
amor, & odium ſint contraria, & non poſſint
ſtare in eodem ſubiecto, & ideò dans pocu-
lum amatorium, licet mors indè ſequatur,
non poteſt plecti pœna mortis, quæ non ſtat,
nec eſſe poteſt abſque dolo, & ſic abſque ani-
mo occidendi, & Abauo ſic dicentem refert,
& ſequitur Carena *de S.Officio p.*3.*tit.*9. §.12.
num. 52. Imò Iudices Areopagitæ hoc flagi-
tium impunitum omninò voluerunt vt ex Ari-
ſtotele *lib.*1.*cap.*17. *mag.moral.* et Corraſ. *lib.*4
*miſcellan.cap.*2.*num.*2.3.*&* 4. et alijs refert Io.
Hornung. *de amore venenato theſi* 39. ob ratio-
19 nem, quia Reus hoc caſu non præuidens, id
efficit; amoris ſiquidem cupiditate obcæca-
tus hallucinatur, et perindè neutiquam ſpon-
tanea dicitur huiuſmodi poculi amatorij ex-
hibitio; quandoquidem non ea mente dede-
rat, vt perderet hominem, vt ratiocinatur ex
Ariſtotele Hornung. *loc. cit.* Quod ſi mors
20 non fuerit indè ſequuta, ſed ſolum impetus
amoris indè deriuauerit, pœna erit leuis, pe-
cuniaria, aut carcerationis ad tempus, vt in-
quit Io. Hornung. *loc.cit.theſ.*35. at paulo du-
riùs, arbitrio tamen Iudicis, puniri innuit ex
Menoch. *caſ.* 358. et Tholoſan. *ſyntagm. iur.*
*p.*3. *lib.*34. *cap.*12.*num.*9. Binsfeld. *d.quaſt.*3.
*concl.*4. *fol.*477. ob rationem quam aſſignat,
quia præbentes huiuſmodi pocula amatoria
pudicitiam tentant, quæ res eſt turpiſſima, et
peſſimi exempli.

Verum tamen eſt, quod ſi fuerit datum
21 poculum ad concitandum amorem Coniugis
fortè ſeria Iudicis correctio, et increpatio
verbalis ſufficiet, vt benè aduertit Hornung.
*d.theſ.*35.

Et prædicta ſunt vera, dummodò in huiuſ-
modi poculi compoſitione non interuenerit
ſortilegium, nam illo adiecto, ſemper impo-
22 nitur pœna mortis, ad text. in *leg.eorum*, *&*
in leg.nemo, *& in leg.multi C.de maleſic.& ma-*
themat. Grilland. *de ſortileg.qu.*12.*num.*13. *&*
ſeqq. & Farin. *qu.*122. *num.* 115. & nouiſſimè
Hornung. *loc.cit.theſ.*36. *& theſ.*47. & plures
allegans Doctores Don Franc. Torreblanca
*d.cap.*12.*num.*71. *& ſeq.* qui reddit rationem,
quia malis artibus non ſolùm pudicitiam ten-
tant, ſed expoſcunt auxilium Dæmonis hu-
mani generis hoſtem, & ideo ſunt tanquam
transfugæ puniendi, & ſi credunt res ſacras ad
maleficia habere virtutem ſunt hæretici *c.ac-*
cuſatus de hæretic. *& pœna hæreſis* puniuntur
Grilland. Menoch. Tholoſan. Binsfeld. *locis*
ab ipſo Torreblanca *relatis*: & hoc eſt verum
etiam ſi mors non ſequatur, vt inquit Bins-
feld. *loc.cit.qu.*3. *concl.*3. qui reddit rationem
quia arte magica, & diabolica vti tam ſecun-
dum legem diuinam, quam ciuilem capita-
le eſt.

Non nego tamen, quin pro opinione Farin.
& Hornung. extet textus clarus, & in indiui-
duo caſum decidens in *l. ſi quis aliquid* §. *qui*
abortionis, *ff. de pœn.* ibi — *qui abortionis*, *aut*
amatorium poculum dant, *etſi dolo non faciant*,
tamen quia mali exempli res eſt, *humiliores in*
metallum, honeſtiores in Inſulam, *amiſſa parte*
bonorum, relegantur. *Quod ſi ex eo mulier, aut*
homo perierit, *ſummo ſupplicio afficiuntur*.

Nec multum curandum de doli deficientia,
quia iſte eſt vnus caſus, in quo homicidium
punitur pœna mortis, dolo non interuenien-
te, vt reſpondet Farin. *ibid. num.*114. *in fine*,
& hoc idem reſpondent Maranta *in ſpecul.au-*
*reo p.*4. *diſtinct.*1. *num.*79. Cepoll. *conſ.crimin.*
80.*num.*4. Io. Gratianus *Regul.*116.*num.*8. qui
plures allegat concordantes, & hoc idem di-
cit Hornung. *theſ.*41. *&* 42. quando enim lex
expreſsè punit factum damnoſum, & propter
malum exemplum damnabile, non obſtante,
quod non ſit dolo patratum, non debemus
illam interpretare, nec quærere, cur ita Prin-
ceps ſtatuerit, non enim debemus eſſe clemen-
tiores lege, *vulgatis iuribus*, eoque magis,
quia vt dicemus *infrà* ex Hornung. non poteſt

dici carere dolo, qui contra Principis legem
operatur.

Nihilominus ceſſante ſortilegio in confli-
ctu opinionum mitiori, & ęquiori opinioni
adhærendum eſſe exiſtimo, nam delicta, quæ
amoris cauſa committuntur mitius debent
puniri, quia potentiſſimus eſt effectus amoris,
qui non conſilio, ſed furore ducitur, vt ex Ti-
raquel. *de pœnis temperan. caſ.*4. Claro *qu.*60.
num. 18. Tholoſan. *ſyntagm. iuris p.*3. *lib.* 30.
*cap.*3. *num.*9. Gomes. *var. lib.*3. *cap.*14. *nu.*18.
ait Torreblanca *loco cit. num.*73.

Notandum obiter, quod multi exiſtimant
23 fabuloſum, quod per philtrum ad amorem,
vel odium mentes hominum moueantur, niſi
24 quatenus recipientis læſa ſuſpicio hoc indu-
cat, vt firmat Imperator Federicus in *Conſtit.
Regni Neapolitani incip. amatoria pocula tit. de
veneficijs*, & pluribus dicit Bochel. *de philtris
in præfatione*, Roderic. à Caſtro *Medicopolit.
lib.* 4. *cap.* 2. & alij relati à Io. Hornung. *de
amore venenato theſ.* 1. Sed Andr. de Iſernia
in *dicta conſtit. amatoria pocula*, inquit huiuſ-
25 modi philtra dari, & operari etiam in eos,
qui ſuſpicionem læſam non habent, & hoc
idem innuit Afflict. *ibid. num.*4. & Bald. *conſ.*
360. *num.* 10. *lib.* 3. & pluribus monſtrat Io.
Hornung. *loco cit. theſ.* 1. *& pluribus ſequenti-
bus*, & hoc idem ex Ariſtotel. *lib.*2. *de hiſtor.
animal. cap.*14. *& lib.*9. *cap.*17. Plinio *lib.*8. *c.*42
*& lib.*32. *cap.*4. Tiraquell. *de legib. connub. l.*13.
vult Gabriel Pereyra *de manu Regia lib.*2. *cap.*
53. *num.*24. *verſ. plurima philtra*, vbi ait, quod
amatoria maleficia, ſeù ſortilegia dupliciter
26 fiunt, vel intrà corpus, vel extrà, et citat Gril-
land. *de ſortileg. qu.*3. *num.*15. *& ſeqq. & q.*5.
num. 2. *& ſeqq.* quibus addo Torreblanca *d.
cap.*12. *num.*5. qui allegat Cęl. Calcagn. Mar-
tin. del Rio, Tholoſan. Raphael. de la Torre,
Farinac. Maiol. et ſubdit Pereyra *ibid.* quod
non ſolùm ſcęleſti, et impij ad amorem con-
ciliandum menſtrua mulierum, et Viri ſemen
in potum, cibumque certis verbis conditum
permiſcent, ſed et Hoſtia conſecrata vtuntur,
et ex Mart. del Rio *diſquiſit. magical. lib.*3. *p.*1.
*qu.*3. *ſect.*1. *verſ. Theocritus* recenſet memora-
27 bile miraculum ex Hoſtia conſecrata occur-
ſum Aufidi in Piceno *de anno* 1273. et quod
adhibentes amatoria maleficia extrà corpus
componunt illa ex capillis, vel vnguium prę-
ſegminibus, vel veſtibus maleficiandi, ex her-
barum folijs, radicibus, inteſtinis, membriſ-
que auium, et aliarum rerum naturalium iux-
tà illud Virgil.

*Limus, vt hic dureſcit, & hæc vt cera lique-
ſcit,*
*Vno, eodemque igni, ſic noſtro Daphnis
amore.*

Verù circa ea, quę eruditiſſimè ponit Torre-
blanca *d. cap.* 22. *per tot.* & ad terminationem
articuli an requiratur recipientis læſa ſuſpicio
poſſunt videri Io. Marcus Marci à Kronlaud.
*philoſoph. vet. reſtit. p.*5. *de ſtatu hominis præter
naturam ſect.* 3. *per tot.* vbi requirit ſaltem,
28 quod maleficiandus ſit otioſus, nam qui ſuis
abundat extraneos motus non ſentit. et Van-
Helmontius in *phyſica inaudita tit. de iniectis
materialibus num.* 15. *fol. mihi* 368. hoc exactè
probat, viden. idem Torrebl. *de iure ſpirituali
lib.*12. *cap.*5. *num.*16. vbi ait quod maleficia lę-
dunt non ratione phyſica, ſed ſecundum ma-
lefici intentionem ex pacto cum Dœmone
concurrente actione illa externa manifeſtata,
quod dicit etiam Van-Helmontius, *loco cit.*
quem allegaui etiam infra *cap.*34. *§.*12. *n.*139.
et poteſt etiam videri Cyriac. *contr.*434. *à nu.*
15. *vſque ad finem*, qui agit etiam de articulo,
an Diabolus poſſit tollere homini liberam vo-
luntatem, ita vt homo inde non dicatur pec-
care; poterit etiam videri Bald. *conſ.* 360. *in-
cip. in Chriſti Nomine Amen, quia quæſtio iſta
num.*10. *lib.* 3. vbi ait etiam quod in talibus
maleficijs proceditur leuariori velo, *vt C. de
malefic. & mathem. l. fin.* et ideò ex ſuſpicioni-
bus poteſt procedi ad carceres, donec veritas
trutinetur, et videtur innuere, quod ex hoc
quædam Regina Aragonum fuit *ex abrupto,
& nullis datis defenſionibus*, torta, quem, ad-
moſtrandum poſſe contra nobiles procedi pa-
latino modo, et non datis defenſionibus ad
torturam reprobato Afflicto refert, et ſequitur
Mura *ad Capitula Regni Siciliæ tom.* 6. *cap.*34.
*num.*55. *& ſeqq.*

Quintò datur poculum ad procurandum
abortum, quod eſt graue peccatum, etiam
ſi fœtus ſit inanimatus, & etiamſi aliter fa-
ma, aut vita illius, quæ grauida manſit ne-
queat conſeruari, nam quicquid dicant de
probabilitate contrariæ opinionis reſpectu ad
forum animæ plures Doctores, quos nouiſſi-
mè refert Frances *de re morali conſult.*14. *n.*4.
& 5. hodie non eſt amplius de hoc dubitan-
dum cum inter 65. propoſitiones damnatas
à ſanctæ memor. Innoc. XI. damnata ſit hæc,
quæ eſt *la* 34. *licet procurare abortum ante ani-
mationem fœtus, ne puella deprehenſa grauida oc-
cidatur, aut infametur.* Imò ſan. mem. Vrbanus
VIII. *in conſtit.*28. *in decreto ſuper caſuum re-
ſeruatione* §.4. *fol. mihi* 72. *in Bullar. nono to.*4.
decreuit procurare abortum eſſe peccatum
mortale, & inter caſus reſeruatos, etiamſi ab-
ortus non ſequatur, verba decreti ſunt. *Procu-
ratio, auxilium, ſeù conſilium ad abortum facien-
dum poſt animatum fœtum etiã effectu nõ ſequuto*

His quoad forum animæ præmiſſis: quo ad
forum fori, vel ſequitur mors fœtus,
29 & dic prout dixi in *cap.*6. §.5. *num.*13. *& plu-
ribus ſeqq.* vel non ſequitur mors fœtus, & pœ-
30 na mitior erit imponenda, vt ex Barbat.
*conſ.*23. *num.*17. *vſque in finem lib.*2. Carrer. §.
*homicidij par.*1. *num.*8. Gram. *vot.*20. dicit The-
ſaur. *deciſ.*12. *num.*12. *in fine.* Si verò mors po-
31 culum recipientis ſequuta ſit, ſemper impo-
nitur pœna vltimi ſupplicij, vt tradit Farinac.
*quæſt.*122. *num.*94. *qui in fine* ait, quod iſto ca-
ſu imponitur pœna mortis, etiam ſi mors re-
cipien-

32 cipientis tale poculum acciderit præter intentionem præbentis, & idem replicat Farin. *quæſt.87.num.*48. & ita dicunt Theſaur. *d.deciſ.*12. Marant.in *ſpecul. aur. par.*4. *diſtinct.*1. *num.*79. Cępoll.*conſ.crim.*80.*num.*4. Alex.Neuizzan.Marſil.Angel. *de malefic.* Couar. Gregor.Lopez *locis relatis* à Io: Gratiano qui eos ſequitur *regul.*116.*num.* 8. & Io:Hornung. *de amore venenato theſ.*41.qui explicat tex.in *leg. ſi quis aliquid* §.*qui abortionis ff.de pœn.*dicens, quod Imperator in *dict. leg.* voluit punire pę-
33 na ordinaria homicidium non doloſum ex eo, quia dans poculum facit rem mali exempli; poteſt enim Princeps, vt proſequitur Hornung.*ibid.* facere legem, qua pœnam arbitrariam commutat in ordinariam, & tunc is, qui contrauenit, debet vltimo ſupplicio plecti reſpectu ſuperegreſſi, & ſpreti mandati ſupremi Legislatoris, & hoc replicat idem Hornung. *theſ.* 42. *in fine* dicens, eſſe imponendam pœnam mortis propter temeritatem,
34 quam venenans contrà expreſſam Principis prohibitionem ſcienter, ideoque doloſè committit, ità vt excuſetur quidem à doloſè occidendo intentionalitèr, ſed non à doloſè philtrando; quoniam in hoc quoque factum pœna capitis morte ſecuta animaduertunt leges, & hoc infallibiliter exequetur, quando contingat maleficio, & arte magica abortum cauſari, vt ex Binsfeldio, & alijs firmat Don Franc. Torreblanca *iuris ſpiritualis lib.*12. *cap.*16. *num.*15. 29.qui *ibid. num.*8. & *ſeqq.* dat modum cognoſcendi,quando opera Dæmonum ſequatur abortus in poculo puta quod dentur, & applicentur res naturales, quæ per ſe, & ex ſui natura, naturaliter operando abortum cauſare non valent, & totum opus expectetur à Dæmone, qui eis concurrens opus efficit.

Sextò datur poculum ad Sanitatem,& Doctores conſcientiæ ponendo caſum in muliere prægnante, quæ grauiter infirma ſit,dicunt licere dari ei pharmacum ſanatiuum, ſi fœtus nondum ſit animatus, vt videre eſt penes S.Antoninum in *ſumma par.*3.*tit.*7.*cap.*2.§.2. Couar.in *Clem. ſi furioſus de homicid. part.*2. §.3.*num.*1. Nauar.in *manual. cap.*27. *num.*62. Sanchez *de matrim.tom.*2.*lib.*9. *diſp.*20.*num.*9. & Torreblanca *de iure ſpirituali lib.*12. *cap.*16. *num.*43.Leſſium *de iuſt.& iure lib.*2.*cap.*9. *dub.* 10. Diana *par.*4.*tract.*5.*reſol.*34. Frances *de re moral.conſult.*14.*n.*6.nam vt ſanciuit ſa.mem. Vrban.VIII. in *Bulla* 28. *in decreto caſuum reſeruatorum* §.4.*in Bullar.tom.*4.*fol.*71.fœtu iam animato nullatenus licet, & reddit rationem S.Antonin. *loc. cit.* quia ſalus æterna prolis, vitæ temporali matris eſt præferenda, quam rationem aſſignant communiter Doctores ſupracitati,quibus addendi Lara *de vita hominis cap.*9.*num.*27.Maſtrius in *medulla Theologiæ diſput.*8. *quæſt.*2.*art.*2.*num.*30. Sayrus, & Theſaur. *loc. relatis* à Duardo, qui eos ſequitur in *Com.ad Bullam Cœnæ lib.*2.*can.*7. *quæſt.* 36.*num.*40.qui vlterius ait non licere etiam ex eo,quia alioquin directe occideretur innocens ad ſeruandum alterum, quod nefas eſt dicere, vt pluribus oſtendit etiam Leſſius *loc. cit.num.*61. eoque minus licet dari pharmacum mulieri habenti in vtero fœtum iam animatum, quia adhuc dato pharmaco incertum eſt, an ſalus matris inde prouentura ſit vt aduertit Zacchia *Medicolegal.lib.*6.*tit.*1. *quæſt.*7. *num.*15.*verſ.ad has tamen rationes*,& ideò non eſt permittendum quod pro ſalute incerta matris, mors certa fœtus efficiatur.

35 Doctores verò in Criminalibus verſati loquendo in genere cōſiderant, an pharmacum ſit datum de ordine, conſenſu, & cum receptis Medicorum, nam ſi fuerit datum pocu-
36 lum ſine horum ordinatione dicunt, illud porrigenti eſſe imponendam pœnam arbitrio Iudicis determinandam, vt videre eſt penes Theſaur. *deciſ.*12. *num.*11. & Menoch. *de arbitrar.caſ.*357.*num.*21. qui requirit in hoc etiam conſenſum Magiſtratus, ſequitur Farinac.*quæſt.*122. *num.*124. qui ex Theſaur. indiuiduat pœnam exilij ad tempus, vel aliam extraordinariam, & eos refert,& ſequitur Caranza *de partu legitimo cap.*16.§.*vnico num.*47. ſi verò fuerit datum cum conſenſu, & receptis Medicorum dicunt,quod porrigens illud ad nihilum tenetur,vt dicūt in ſpecie Theſaur. Farin. Menoch.*loc.relatis* Medicus tamen debet puniri pœna extraordinaria vt ex Gomeſ. *var. lib.*3. *cap.*3. *num.*33. & Molina *de iuſt. & iure tract.*3. *diſp.*27. *num.*8. & Gregor. Lopez *ad artic. Hiſpaniar. l.* 6.*tit.*8. *par.*7. ait Torreblanca *loc.cit.num.*50. & quicquid dicant Viuius, Ayrer. de Graſſis *locis relatis* à Farinac. *loc. citato num.*125.qui contendunt Medicum, qui pura conſcientia poculum dedit ad ſanitatem nulla pœna eſſe puniendum, pro affirmantium opinione vrgent rationes, quas affert Io: Bapt.Syluaticus *controu.medic. cap.*82. qui ait etiam, quod non datur caſus, in quo certum ſit prægnantem periclitatem ſoſpitem ab abortu futuram, & partu violentia non eiecto,morituram, & eum ſic dicentem refert, & ſequitur Caranza *de partu legitimo cap.* 16. *num.*47. vnde Menoch. *d.caſ.*357. *num.*20. ait quod Medicus debet puniri, quia potius debuit rem in Dei Omnipotentis diſpoſitione relinquere, cum multæ fuerint ex Dei pietate ſeruatæ, & adhuc viuiunt, vt ſubdit Menoch. *ibidem*.

Et hoc potiſſimè procedit in duobus caſibus, *primò* quando dat prægnanti pharmacum, quod ſcit eſſe aptum ad abortum faciendum, nam nullo modo debet hoc facere, quia ante animationem illicitum eſt procurare abortum propter ſanitatem, ſicut illicitum eſt procurare pollutionem ob eundem finem, vtrumque enim eſt contra naturam generationis, neque eſt medium per ſe neceſſarium ad ſanitatem, vt formalibus verbis inquit Leſſius *loco citato num.*61. poſt animationem eo ma-

gis eſt illicitum, cum ſalus ſpiritualis, & æter-
na prolis ſit præferenda ſaluti corporali, &
temporali matris, vt dicunt S. Antonin. &
Maſtrius *locis citatis*, Sylueſter in *ſumma verbo
medicina quæſt.*4. Torreblanca *d.cap.*16. *n.*47.
Lara *de vita hominis cap.*9.*num.*25. Leonardus
Duardus in *Bulla Cœnæ Domini lib.* 2. *can.*7.
*quæſt.*36.*num.*39. Zacchia *loco cit.dict. num.*15.
Azor.*inſtit.moral.lib.*6.*cap.*14.§.3. & ideò Me-
dicus tunc debet abſtinere, quia, vt dicunt
præfati Doctores, quando non poteſt ſuccur-
rere vni, niſi cum damno, & periculo alterius,
commodius eſt vt abſtineat. *Secundò* quando
dat, & ordinat pharmacum, quod ignorat
cuius eſt effectus, & potentiæ, etenim tunc
ſi inde ſequatur abortus, vel ſequatur mors,
vel aliud graue damnum recipienti, debet pu-
niri pro modo culpæ, vt pluribus oſtendit
Torreblanca *loco cit.num.*51. *& ſeqq.* & com-
probat Caranza *tract. de partu naturali cap.*
16. §.*vnico num.*46. ſiquidem tunc ſolum Me-
dicus debet excuſari, ſi porrigat pharmacum
de ſui natura morbi illius, ad quod datur, cu-
ratiuum, quia tunc ſi pharmacum præter in-
tentionem, & effectum conſuetum operetur,
non eſt quod Medico imputetur, maximè ſi
dederit poculum curatiuum prægnanti, &
adhibuerit eodem tempore antidota fœtui
iuuantia, vt benè aduertit Torreblanca *ibid.
num.*49. & etiam excuſatur, quando nulla ſpes
eſt, quod fœtus edatur viuus, & probabiliter
ſperatur ſanitas matris, ſi adhibeatur ſana-
tiuum remedium, vt inquit Leſſius *loco citato
num.*63. & Duardus *loco citato num.*41. quem
refert, & ſequitur Lara pariter *loco cit.num.*31.
& reddit rationem Duardus *ibidem*, quia
tunc mater poteſt vti huiuſmodi remedio cum
videatur vti iure ſuo, nec teneatur vitam ex-
ponere, vbi ſpes non extat ſalutis ſpiritualis
proximi, modo remedium ſit æque ex ſuo ge-
nere ſanatiuum, & allegat Leſſium, Sanchez,
Sayrum, & Bonacinam.

Septimò datur poculum ad concipien-
dum, ex quo ſi mulier obierit, præbens tene-
37 tur pœna relegationis, vt eſt tex. in *leg.*3. §.
adiecto in fine ff.ad leg. Corn. de Sicar. vbi Cu-
man. Bart. & Marſil. & ſequuntur Grilland.
Florian. Afflict. Carrer. Corad. Gomez, Plach.
Decian. & Baiard. ad Clar. *loc. relat.* à Farin.
*d.quæſt.*122. *num.* 101. qui, reprobato Gomez,
tenet, quod ſi mors non fuerit ſequuta, præ-
38 bens poculum nulla pœna puniatur, ob ra-
tionem, quia regulariter poculum ad conce-
39 ptionem non eſt periculoſum, quippè, quod
confici ſoleat ex rebus, quæ vires corporis
augent, homineſque, & fœminas natura de-
biles medicamine ipſo fortiores ad genera-
tionem reddunt, & ſic porrigens huiuſmodi
poculum debet excuſari, tum ob carentiam
doli, tùm ob carentiam certi periculi, vt in-
nuit Carpzou. *pract.crim.par.*1.*quæſt.*1.*num.*56.
& ante eum Conarruuias in *clem.* 5. *de homi-
cid.* 2.*par. relect. num.*3. & latius Don Franc.
Torreblanca *iuris ſpiritualis lib.*12.*cap.*14.*n.*15.
qui citat Barboſam *de poteſt.Epiſc. p.*3. *alleg.*
51.*caſ.*9. *num.*139. & ait non ſolum porrigen-
tem huiuſmodi poculum non eſſe puniendum,
ſed quatenus remedia naturalia aptè admixta
loco, & tempore debito applicet, vt nec
mors, & nec morbus ſequatur, eſſe etiam
laude dignum, & præmio remunerandum.
Excipiendus tamen caſus poculi incantamen-
ris, & arte diabolica confecti, quia, etiamſi
bonus inde effectus ſequutus ſit, debet coerce-
ri ad tex. in *l. eorum C. de maleſic. & mathem.*
ibi *nullius vero criminationis implicanda ſunt re-
media humanis quæſita corporibus*, nam vt ait
in terminis Torreblanca *d.cap.*41.*num.*21. om-
nia magica incantamenta in perniciem ani-
mæ comparantur, & interitum corporis, cui
ſi aliquando ſalutem afferunt id fit, vt in eis
credentes animæ interitum patiantur. Vide
eum qui refert *num.*22. carmina Ouidij, &
declarat quid ſibi velint verſus illi.

Excipe fœcunda patienter verbera dextræ
Iam ſocer optatum nomen habebit Aui.

Dicit enim quod mulier, quæ concipere
nequibat poſtquam magica omnia incanta-
menta irrita experta fuiſſet, dorſo, & ventre,
& palmis ſcutica verbera accipiebat, vt ſe à
ſterelitate liberaret.

Octauò datur poculum ad inducendam
ſterilitatem, vt vir non poſſit generare, & mu-
lier non poſſit concipire, & eo caſu ſi pocu-
40 lum eſt cum ſortilegio, ſiue ſequatur mors
eius, cui fuit præbitum, ſiuè non, ſemper in-
trat pœna vltimi ſupplicij, vt tradit Farinac.
*quæſt.*122.*num.*110. *& num.*117. Torreblanca
*de iure ſpirit. lib.*12.*cap.*13. *num.*33. ſi verò eſt
41 ſine ſortilegio, pœna erit extraordinaria, ſiuè
ſequatur, ſiuè non ſequatur mors ſumentis
poculum, vt firmat Farinac. *ibidem num.*109.
motus ex eo, quia dans poculum ſterilitatis
dicatur impropriè homicida, quem ſequitur
Pirhing. *method.iuris can.tit. de homicidio* §.3.
42 *num.*15. At quod ſequuta morte ſumentis de-
beat imponi pœna vltimi ſupplicij vult Tor-
reblanca *loco citato num.*34. qui citat tex. in
l.ſi quis aliquid §.*abortionis ff.de pœnis* Gomeſ.
*var.lib.*3.*cap,*3.*num.*7. Molina *de iuſt.& iure
tract.*3.*diſp.*25.*num.*7. Clar. *quæſt.*68. Martin.
del Rio *magic.lib.*1. *ſect.*16. Gratian. *c.* 72.*n.*
17. Barb. *de offic.Epiſc.alleg.*51. *n.*142. & poteſt
eſſe ratio, quia vt ait Gōzales Tellez *cap.*5. *de
homicid.n.*7.*circ.finē*, is, qui præbet poculū, po-
teſt præuidere, & cogitare, quod mors inde
euenire poteſt, vel quia poculum ad ſterilita-
tem confici ſolet ex ſpeciebus, quæ inducunt
diſſolutionem corporis, vel affectionem ani-
morum immutant, & proindè tendit in peri-
culum mortis, vt percuſſio doloſa, quæ fit in-
ſtrumento, quo communiter homicidium
committitur, vt ait Carpzou. *loc.cit.* & ſequi-
tur Hornung. *de amore veneato theſi* 46. quod
eſt potiſſimè verùm, ſi extet edictum, cui con-
trauenitur, vt pluribus tuetur Hornung. *loco
citato*

citato theſi 41. 42. *in fine, & theſ.*44. vide, quæ
dixi *cap.*6.§.5.*num.*74. *ſeqq.* Non ſequuta ve-
to morte intrare ſolum pœnam extraordi-
nariam pro qualitate perſonarum præ-
bentium, & damno illato ex gloſa in *cap. ſi
quis, de homicidio* & Campanil. *rub.*11.*c.*23.*n.*2,
dicit Torreblanca *ibidem num.*25. qui vult
quod ita ſint intelligendi Gomeſ. *dict. cap.*3.
*num.*32. Molin. *d. num.*7. & Caranza *de partu le-
gitimo cap.*16.§.1. *num.*46. limitat tamen hoc
in caſu, quo probabiliter conſtet mulierem in
partu vitæ periculum ſubituram, vel quia ni-
mis ſit arcta, vel præ vteri anguſtiam ferre ne-
queat, quia iſto caſu Medico, & perito lice-
bit, remoto maleficio, ei poculum ſterelitatis
præbere, ne concipiat, & adhoc citat Cordu-
bam in *ſumma quæſt.*173. *& lib.*1. *quæſt. Theo-
log. quæſt.*38. *dub.*8. Ludouic. Lopez *p.*1. *inſtit.
cap.*63, Aragon. 2. 2. *quæſt.*64. *artic.*7. Sanchez
*de matrim. lib.*9. *diſp.*20. *num.*15.

Vide circa materiam poculi ad ſterilita-
tem dari latè loquentem Frances *de re mo-
rali conſult.*47. *per tot.* vbi agit de moniali lan-
guida conſentiente ſibi remedium præberi,
quo perpetuò ſterilis eſſet, & quærit an ipſa,
& conſulentes, ac conſentientes peccauerint
mortaliter, & adhoc expendit *Conſtitutionem*
Sixti V. & Gregorij XIII. & de eadem mate-
ria agit idem Frances *ibid. conſult.*14. *num.*9.
vbi ait, quod exigitur, quod inde proueniat
radicalis ſterilitas, quod latè oſtendit in *dict.
conſult.*47.

Nono datur poculum ſomniferum, vt ſæ-
43 pè contingit fieri à mulieribus, ne viri dor-
mientes videant facta ipſarum, & tunc vel ſe-
quitur mors mariti, & pœna erit extraordi-
44 naria, vt dicit Farin. *loc. cit. num.*130. Iudicis
arbitrio durius derminanda in caſu propoſiti
45 adulterij, vt aduertit Io: Hornung. *loc. cit. theſ.
36. in fine*. Quod ſi detur bono animo, ſiuè
46 dolo, & nec ad malum finem nulla pœna
imponi debet ſecundum Menoch. *de arbitr.
caſ.*358. *num.*6. & Aleiat. *con.*28. *num.*3. *tom.*2.
*lib.*7. quos allegat Fabius Annæ in *addit.* ad
Ioan. Vincen. Anna in *conſtit. terminum vitæ
num.*184.

Et quia in huiuſmodi ſomniferis etiam
vſus magiæ, & artis diabolicæ poteſt inter-
uenire, vt pluribus oſtendit Torreblanca *de
iure ſpirital. lib.*12. *cap.*21. *per tot.* pœna in tali
caſu debet aggrauari iuxta qualitatem ſorti-
legij, vt benè in ſimili conſiderat Farinac.
*quæſt.*122. *num.*115.

Decimò datur poculum ad cauſandum fa-
tuitatem, & ſequuto effectu intrat pœna
47 mortis vigore bannimentorum, ibi — *dalla
quale ne poſſa ſeguir morte, ò alienatione di
mente*, æquiparantur enim hic mors, & mentis
alienatio, vt extat ſancitum etiam Neapoli,
teſte Afflicto *conſtit. mala noxia lib.*3. *rub.*41. *in
princ.* qui *num.*2. ait, hoc malis medicamen-
48 tis fieri poſſe, ad tex. in *l. eorum C. de maleſic.
& mathem. & l. ſi quis aliquid §. abortionis ff. de
pœn.* & ſubdit *ibid.* Afflict. vidiſſe proceſſum,
49 in quo quædam mulier inhoneſta alienauit
mentem iuuenis cum malis medicamentis ta-
liter, quod induxit eum ad contrahendum
matrimonium per verba de præſenti, qui de-
indè propter bonas medicinas aſſumptas re-
uerſus fuit, & dedit petitionem in Curia Ec-
50 cleſiaſtica, quia illud non fuit matrimonium,
quia non adfuit eius conſenſus, & eum ſic di-
centem refert Io: Hornung. *de amore venena-
to theſ.*25, *in fine*, qui dicit, hoc eſſe verum, ſiuè
contraxerit cum perſona, quam etiam phil-
tro non adhibito adamaſſet, ſiuè cum tali,
quam nullatenus adamaſſet, & in *theſibus ſe-
quentibus*, alias multas notabiles quæſtiones
circa validitatem, ſeù inualiditatem matri-
monij pertractat: *& theſ.*32. agit de quæſtio-
51 ne, an valeat teſtamentum factum à philtra-
to ad fauorem eius, qui ad hoc philtrum adhi-
buit.

Et idem puto eſſe dicendum etiam in ter-
52 minis iuris communis, nempè, quod phil-
trans ad fatuitatem debeat ſequuto effectu
pœna mortis puniri, quia homo fatuus eſt
53 vna beſtia, & vt ait Afflict. in *dict. conſt. mala
noxia*, eſt vna ſtatua: & ſic qui priuat alium
humanitate, debet ab humanis tolli, nàm vt
dicit ad ſimile propoſitum in hac materia
Farin. *quæſt.*122. *num.*116. præbentes tale po-
54 culum debent duriùs puniri, quàm dantes
venenum ad occidendum, quia venenum ad
occidendum intrà paruum tempus occidit:
hoc verò poculum fatuitatis homines ſemper
vexat, & dilacerat adeò, vt non ſemel, ſed
millies moriuntur, & facit etiam doctrina
Carpzou. *pract. crim. par.*1. *quæſt.*18. *num.*13. *&
ſeqq.* vbi ait, eſſe imponendam pœnam mor-
55 tis, quandò ex propinatione veneni fuit illa-
tum damnum irreparabile, & ingens aduerſæ
56 valetudinis, licet fuſtigationem indicendam,
dicat Io: Hornung. *loc. cit. theſ.*38.

Vndecimò datur poculum ad concitan-
dum odium, & quia prouenit ex mala volun-
57 tate, dicendum eſt idem, quod diximus de
dante poculum ad ſterilitatem, & fatuitatem
cauſandam, & vide Marſil. in *leg.*3. §. *adiectio
num.*1. *ff. ad leg. Corn. de Sicar.* & Farin. *quæſt.*
122. *num.*116. qui loquitur in proprijs termi-
nis huius caſus.

Decimoſecundò, datur poculum ad cau-
58 ſandam infirmitatem, & ea ſequuta ſi ſit gra-
uis, & irreparabilis intrat pœna mortis per
ea, quæ ex Marſ. Farinac. & Carpzou. modò
dixi *num.*54. *&* 55.

Decimotertiò datur poculum ad diffi-
cilitandum, & retardandum partum, vt alias
contigiſſe ex Pauſania referunt Martin. del
Rio *diſquiſ. magic. lib.*3. *quæſt.*4. *ſect.*3. Torre-
blanca *de iure ſpirituali lib.*12. *cap.*15. *nu.*13. &
Gõzalez Tellez *lib.*5. *decretal. cap. ſi aliquis lit.
D. verbo ſoboles naſcatur de homicid.* & ad octo
annos partum protractum fuiſſe dicunt ex
Apuleio *lib.*4. *de aſino aureo* ibi — *Amatoris*

ſui

ſui vxorem,quod in ea dicaculè probrum dixerat, prægnationis ſarcinam, obſepto vtero, & repugnato fætu perpetua prægnatione damnauit, & cum ei nummeraut miſella illa octo annorum onera velut Elephantum paritura diſtunditur, & hinc reſpexiſſe Concilium Guarmacienſe relatum in *d.cap.ſi aliquis* in verbis, *vt non ex eo ſoboles naſcatur*, omnes tres citati Doctores affirmant, ſed mihi id nullatenus probatur, cum verba illa (ponderata dictione *ex eo*) referãtur ad virũ, in quo nõ verificatur onus illud ventris ex protractione partus, & nec ad hoc genus maleficij poſſunt referri verba *Conſtit.Sixti V.la* 87.§.5.prout referr Torreblanca *d.cap.*15.*num.*15. nam verba Sixtinæ hanc partus protractionem nullatenus poſſunt denotare, verba præciſa ſunt -- *præterea eiſdem pœnis teneri omninò ſtatuimus eos, qui ſterilitatis potiones, ac venena pationibus propinauerint, & quominus fœtum concipiant impedimentum præſtiterint*. Vtcunque tamen ſit ſufficit, quod detur tale maleficium ad hoc, vt maleficiator puniatur, quamuis nec Concilium prædictum Guarmacienſe, & nec Sixtina de eo diſpoſuerint, nam ſi inde fętus, vel mater grauata obierit, præbens huiuſmodi poculum debet teneri de occiſo, & vltimo ſupplicio puniri, vt ex Gomeſ.Grillan.Baiard.Tholoſan.Campanil. Bulenger. probar Torreblanca *ibidem num.*16. ſi vero non ſequatur mors extra ordinem punitur, vt ex Gomeſ. Caranza, Tholoſan.& alijs ſubdit Torreblanca *ibid.num.*17. qui vult hoc procedere etiam ſi maleficium nullum effectum, vt in caſu relato à Pauſania, produxerit, quia in hoc ſatis eſt voluntas ex traditis à Torreblanca *ibidem*.

Decimoquartò datur poculum ad exiccandum lac in muliere, quod poſſe fieri ex cauſis pluribus intrinſecis oſtendir Torrebianca *de iure ſpirituali lib.* 12. *cap.* 17. *per tot.* & adhoc maleficium, ait reſpexiſſe Virgilium *eclog.* 3. *in verſu illo*.

Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.

& ſi ex rali lactis exiccatione damnum matri, vel fętui obvenerit debet iudicis arbitrio puniri, & quatenus inde mors alterius deriuauerit nulli dubium, quod debear teneri de occiſo,& pœna vltimi ſupplicij puniri ex ijs, quæ dicta ſunt in præcedenti, maximè verò ſi cum ſortilegio fuerit maleficium patratum.

Quæro modo, an compræhendantur in *hoc* §. ij, qui non in cibo, & potu, ſed olfactu, vel
extrinſecùs per attractionem,& expirationem
in floribus, vel alijs rebus perſonæ veſtibus
adhærentibus applicant venenum? Dic quod
reſolutio pendet ab explicatione verborum,
dare, ò pigliare, de qua mentionem feci in *prin-*
cip. præſentis §.num. 7. nam ſi dicta verba ſo-
nant in actum manualis traditionis, vtique
caſus iſte compræhenditur in bannimentis,
quia etiam de Iure communi applicantes ve-
nenum,& res venenaras alicui aliter,quam per
59 cibum, & potum, tanquam proditores pu-
niuntur, vt reprobato Caballo, & Graſſis in-
quit Pater Graſſettus *de nece proditoria* §.19.
num. 3.

Nec obſtat quod Afflict.in *Conſt. Regni lib.*
3.*rub.*41.*conſt.incip. proculum amatorium* dicat
60 nullam eſſe pœnam dantis, vel portantis co-
rallum, ſeu calamitam cum ſuppoſito, quod
amabitur, & Farin.*quæſt.*122. *num.*117. dicat,
quod applicans aliquid extrinſecùs perſonæ
61 illius, cuius amor incitati intenditur, nullam
pœnam incurit, ſi abſque admixto ſortilegio,
& abſque corporis lęſione faciar. Quia Af-
flicti, & Farinacij opinio poteſt procedere in
62 caſu, quo res extrinſecus applicatæ in ſe, &
63 per ſe non ſunt nociuæ: reperiuntur enim me-
dicamenta, quæ ſuo proprio nomine *Amuleta*,
64 ſeu *Periapta* appellantur, quæ ratione natura-
li, nempè virtutibus, & potenria à Deo rebus
attributis, operantur vires Corporis, inter-
namque cauſam morbi alterando, vt firmane
Iacob.Burleyn.in *eius hoplochriſmate* §.62. *in*
theatro ſympathetico fol.mihi 641.& Mart.Nau-
rath.*de vita, & morte hominis thearem.*18. *verſ.*
alij viciſſim, qui ait, quod huiuſmodi operatio
à totius ſubſtantiæ rei proprietate procedir,
hoc eſt ab omnibus ſubſtantiæ virtlibus, *non*
65 *enim, ſunt eius verba, materia agit ſeorſim, non*
forma, non craſis elementaria; ſed agunt in vnio-
ne per contemperationem coeuntium elementorum
facta, vt ita tota ſubſtantia aliud nihil ſit, quam
conſpiratio quędam omnium ſubſtantiæ virium ad
effectum eundem, illiſque conſentaneum produ-
cendum: & Burlein.*loc. cit.* in comprobatio-
66 nem inquit, quod melanthij ſemen catarro,
radicem peoniæ epipleſię, & ſtercus Lupi alli-
gatum colicis medentur, & citar Galen. *lib.*
6.& 10.*de ſimplic.med.* dicentem, periaptis ſic
confidere oportere, vt ſubſtantia illorum, &
non incantationis magorum verba iuuet: de
qua re latè agunt Scholzius, & Burgrauius
loc.cit. per eundem Burlein.*d.*§.65.& Io:Bapr.
Vanhelmontius in *Tumulo peſtis cap.Zenexton*
fol.mihi 181. & ex iuriſperitis Cruſius *de indi-*
*tijs delict.ſpecial.par.*2.*cap.*25.*num.*34.qui citat
Peucer.*de diuin.lib.*1.& Gondelman. *lib.*1.*cap.*
4. *de cura morb. præſt.* ſed Gondelman. tractat
de hac materia *lib.*1.*cap.*8.*num.*45.& *ſeqq.*
67 Secùs ſi res extrinſecus applicatæ ſint de ſe,
& per ſe nociuæ, quia cum ex illis perinde
68 corpus alterari poſſit, ac per ea, quæ intrin-
ſecus cum cibo,& potu capiuntur, vt dicũt Io:
Hornung.*de amore venenato theſ.*52.*circa finẽ* &
D. Cardinalis Ferdinandus Ponzettus *de ve-*
nenis lib. 1.*tract.*1.*cap.*1.& *tract.*2.*cap.*2.& con-
cedit Zacchias *qq.medicolegal.lib.*10.*cap.* 16.*n.*
8. vbi ex Cardano *de ſubtilitate lib.*12. ait ca-
69 dauera eorum, qui veneno extrinſeco ſublati
ſunt, difficillimè putreſcere, ſequitur, quod
idem indicium faciendum eſt de huiuſmodi
veneno, quod de veneno per cibum,& potum
propinato, quia dum militat eadem ratio, de-
bet per conſequens habere locum eadem diſ-
poſitio, *vulgatis iuribus*.

Imò nec in caſu, quo periapra per ſé non
70 sũt nociua;applicatio illorũ debet eſſe abſq;
omni animaduerſione, ex *ſanctione* Anton.
Caracallæ Imperatoris, qui vt refert Aelius
Spartianus citatus à Langio *lib.1. epiſt.34.* &
Iacob. Burlein. *d.§. 62.* & ab Anneo Roberto
rerum indicatarum lib.1. c. 5.fol.mihi 79. puniri
ſtatuit eos, qui contrà tertianas, & quartanas
febres periapta geſtarẽt,& hoc idẽ *decreto* ſan-
ciuit Conſtantius Imperator, vt ex Ammiano
Marcellino *lib.19.in fine.* refert Robertus *dict.*
*cap.5.fol.79.*ibi — *Sub Imperatore Conſtantio ſi*
qui remedia quartanæ, vel doloris alterius collo
geſtaret, ſiue per monumentum tranſiſſe veſpere
*malenolorum argueretur inditijs,ille,*inquit Am-
mianus, *vt veneficus,ſepulchrorumque horrores,*
& errantium ibidem animarum ludibria colligens
vana, prounnaiatus Reus capitis interibat, quem
locum Ammiani refert etiam Cruſius de *indi-*
tys delictorum ſpecialibus p.2. cap.22. num.33.
quem allegaui Ego in *cap. 28.§.6. num.9.*

71 Sed non eſſe vſu receptum, ipſa teſtatur ex
perientia, antiquitus tamen huiuſmodi amu-
leta ab ipſiſmet Imperatoribus publicè ante-
pectus ad cordis formam facta ferebantur ad
retundendam inuidiam, vt refert Bartholem.
Vgolinus *de cenſuris Rom.Pont. reſeruatis p.1.*
cap. 2. num.1. ibi — *Bulla igitur quatuor ſignifi-*
cat: primum, ac propriè inſigne quoddam trium-
phantium ad cordis formam factum, quod in
Triumpho Romani gerebant, incluſis quibuſdam
in eo, quibus contra inuidiam ſe tutos exiſtima-
bant, et hoc idem dicit Foller. in *praxi cenſual.*
verbo refert hic fol. mihi 28. ibi — *alias Bulla*
eſt inſigne triumphantium, quia in triumpho præ-
ſeferebant incluſis intra eam remedijs, quæ crede-
rent aduerſus inuidiam valentiſſima.

Et quod dixi de punitione geſtantium pe-
riapta de ſe non venenoſa, eo magis procedit
contra illos, qui ea gerunt cum intentione
nocendi alijs, nam eſſet quidem puniendus is,
qui deferret aliquid ad vincendum in ludo, vt
aliqui luſores deferre aſſolent, & hoc mihi
probat Plinius *de naturali hiſtoria lib.29.cap.3.*
& ex eo, & Ann.Robert.*rer iudicat.*Ceuall.in
exhortatione ad Aduocatos impreſſa in princip.
tomi quarti opinion.comm.contra commun. refe-
runt enim Claudium Imperatorem iuſſiſſe pu-
niri quendam Aduocatum, quia in ſinu ouum
quoddam deferebat, quod ſuperſtioſæ magię
naturalis cultores ad litium victoriam,vi qua-
dam latente,& ſecreta, prodeſſe exiſtimabant,
verba Plinij ſunt — *Ad victorias litium ac Re-*
gum aditus mirè laudatur (Ouum) *tantæ va-*
nitatis vt habentem id in lite in ſinu Equitem
Romanum, è Vocontijs à Diuo Claudio Principe
interemptum non ob aliud ſciam.

De periaptis, imagunculis, caracteribus,
ſigillis, quæ collo appenſa deferuntur, agunt
Moller. Greg. Gadelm.Io.Vuier.Bodin.Gril-
land.*locis relatis* à Matth.Berlich. *pract. concl.*
*p.4.concl.5.num.*100. addo Cruſium *loc. citat.*
*num.34.*qui ex Strabone *lib.15.* ait, quod in
India ſunt incantatores, qui medicare cre-
duntur verbis, ſignis, & caracteribus, & quod
quidam paroxyſmum curari putant verbo
Abacadabra, quibuſdam ſuperſtitioſis formis
ſcripto, & collo appenſo, & ſubdit, quod
Franc.Valeſ.de *ſacra philoſoph. lib.3.* diſputat,
an huiuſmodi verba, & caracteres habeant
vim faſcinandi, aut medendi.

Quæro ſecundo, an compræhendatur ca-
ſus, in quo philatratus euadit mortem ob bo-
nas medicinas, quas ſumpſit? Dic quod bo-
nus euentus etiam cauſatus ob aſſumpta me-
72 dicamenta debet liberare à pœna mortis eum,
qui venenum exhibuit, vt pluribus oſtendit
Gram.in *conſt.mala noxia nu.7.tit.de veneficijs*,
qui plures allegat concordantes de qua re di-
cam *infra num.83.& 84.*

Quæro tertio, an comprehendantur illi,
73 qui faciunt facturas? Dic quod non compre-
duntur, niſi adhibuerint res venenatas, quod
fieri poſſe dicit Franc.Pegna in *comm.*ad Am-
broſ. de Vignate in *tract. de hæreſi quæſt.18.*
quem refert Io: Hornung. *de amore venenato*
theſi 69.circa medium, imò & hoc caſu poſſent
74 excludi à præſenti diſpoſitione, quia caſus
mixtus non compræhenditur in ſimplici *vul-*
gatis Iuribus: & propterea dicendum, quod
iſte caſus remaneat ſub diſpoſitione Iuris cõ-
75 munis, & iuxta diſpoſitionẽ iuris communis
plecti poſſunt facturas huiuſmodi facientes ex
traditis à Marſil.in *l.3.§.adiectio ff.ad leg.Corn.*
*de ſicar.*Farin.*q.122.n.116.*Io:Hornung.*de amo-*
re venenato theſ.65. & melius *theſi 69.*& Coſpo
in *eius indice criminaliſta p.2.c.24.et plur.ſeqq.*

Sed an liceat facturas cum alijs facturis tol-
76 lere? vide Io.Marcum Marci *philoſoph. vetur.*
reſtit.p.5.ſect.3.de ſtatu hominis præter naturam
fol.mihi 570.& ſeq. vbi caſus notabiles refert,
et materiam ſubtiliter enuclear; et vide diffu-
sè materiam tractantem Ant. Volpi *moral re-*
ſol.85.per tot. vbi multos allegat Autores de
hac re loquentes.

Quæro quarto, an compræhendantur illi,
qui capti, & infatuati amore mulieris, vel è
77 contra poculum amatorium præbent? Io:
Hornung.*loc.cit.theſ.69.*ex Franc.Pegna dicit.
quod per hoc detrahitur crimini multum, &
quod facit etiam ceſſare ſuſpicionem hæreſis,
prout Romæ determinatum fuiſſe teſtatur, &
hoc ex Farin.*qu.98.num.83.*replicat Hornung.
in *theſ.70.*

Quæro quinto, an diſpoſitio compræhen-
dat mulieres? Dic quod loquutio generalis,
78 *non ſia alcuno*,compræhendit omnes, tum quia
nullum excludit *vulgatis Iuribus*, tum quia
maſculinum includit fœmininum *l.qui duos in*
fine ff de legat.3.& l. inter ſtuprum ff. de verbor.
ſignificat. tum etiam,quia mulieres ſunt prom-
79 ptiores, & procliuiores Viris ad malefi-
cium veneni; imò feminæ hoc malefi-
cij genus primæ excogitarunt, vt ex Quinti-
lian.Natal.Comite, Tito Liuio, Valerio Ma-
ximo, Diuo Auguſtino, Plinio,& Tiraquel re-
fert

fert Laur. Mattheù de *Regim. Regni Valent. cap.*
8.§.8. num. 108. & ſeq. qui affert ex hoc, pœ-
80 nam, quoad fœminas in hoc crimine eſſe ag-
grauandam: Et quod mulieres ſint magis ſuſ-
pectæ, quam Viri in veneficio, dicit ex Bona.
coſſa, & alijs Baldaxar. de Angelis *in addit.* ad
Foller. *pract. crim. verbo capiat informationem*
num. 64. & num. 65. refert Romę fuiſſe centum,
81 & ſeptuaginta Matronas damnatas ex hoc
crimine, & ita inconcuſſe tenendum, licet con-
trarium, nempè fęminas ob ſexus frigilitatem
excuſandas eſſe dicat ex Claro, & Gram. Vul-
pell. *reſp. 145. n. 8.*

Quæro ſexto, an, & quando in cauſa vene-
ni intret in terminis Iuris communis pœna
mortis? Dic quod ad habendam veritatem
tres caſus ſunt diſtinguendi, quorum.

Primus eſt, quando venenum fuit exhibi-
tum, & propinatum, & mors fuit inde ſequu-
82 ta, & tunc ſemper, & quandocumque impo-
nitur venenanti pœna mortis, vt per tex. in
d. l. 1. & l. 3. Gomez. *de delict. c. 3. rub. de homic.*
num. 7. Clar. *§. homicidium nu. 11.* Decian. *tract.*
crim. lib. 9. c. 21. num. 1. & cap. 25. num. 1. & ſeqq.
& alijs dicit Farin. *quæſt. 122. nu. 1. & ſeqq.* &
idem dicunt Caball. *de omn. gener. homic. n. 418.*
Caraſco *tract. de nobilibus non torquendis n. 112.*
Binsfeld. *in l. 1. verſ. non eſt dubitandum Cod. de*
malefic. & mathemat. fol. mihi 401. imò, vt pro-
ditor eſt puniendus, vt dixi *ſupra n. 3.*

Secundus Caſus eſt, quando venenum fuit
exhibitum, & propinatum, ſed mors non ſuit
83 ſequuta, & tunc quicquid dicant Salyc. Angel.
Couar. locis relatis à Binsfeld. *loc. proximè cit.*
verſ. aut conatus venit. nō punitur venenans pę-
na mortis, ſed alia mitiori, vt firmant Pe-
trus de Soncino *conſ. crim. diuerſ. 98. lib. 1. in*
paruis Silnan. *conſ. 43. num. 20.* Menoch. *de arbit.*
caſ. 360. num. 47. Decian. *tract. crim. lib. 9. cap.*
46. num. 11. Farin. *quæſt. 122. num. 20.* Gram.
dec. 2. & conſ. 36. num. 16. & 17. & conſtit. Regni
mala noxio num. 5. 6. & num. 7. ait quandam
famulam fuiſſe condemnatam ad ſeruiendū,
vita durante, in hoſpitali incurabilium. Bald.
conſ. 443. qui ait quemdam Piſanum fuiſſe
tantùm pœna pecuniaria punitum, & ſubdit,
quod eo caſu, ſi eſſet perſona vilis, fuſtigare-
tur, Giouagnon. *conſ. 28. & 29. vol. 1.* qui ait
Reum fuiſſe condemnatum ad triremes. Clar.
§. homicidium num. 14. qui *in fine* ait fuiſſe
condemnatum quendam Thomam ad trire-
mes per decennium Carena de *S. Offic. p. 2. tit.*
12. §. 34. num. 284. qui teſtatur Senatum Me-
diol. condemnaſſe quendam Paulum Quaran-
tanam ad triremes per ſeptēnium, quod braſ-
ſicis coctis venenum miſcuiſſet ad necem Vxo-
ris, ex quo ipſa, & nonnullæ Vicinæ, quæ
commederant, fuerunt in Vitæ diſcrimine
Bertachin. in *repertorio verbo venenatio*, quem
refert, & ſequitur Binsfeld. *loc. cit. verſ. alij in-*
diſtinctè, teſtatur ſe hanc ſententiam ſępè Ro-
mæ praticaſſe, & hanc opinionem eſſe magis
communem, & in praxi magis receptam ex
Claro firmant Binsfeld. *ibidem in fine*, & hoc
procedit, etiamſi per accidens non fuerit ſe-
quuta mors, puta, quia is, qui dedit venenū, vt
ſumens citiùs moreretur, duo venena inſimul
miſcuit, vt in caſu relato ab Auſonio *epigram.*
10. nam cum vnum, vt dicit Muta *dec. 1. num. 9.*
& in cap. Regni *71. nu. 25. tom. 4.* alteri reſiſtat.
& vnum ab altero debilitetur, vt ex Zacchia
Medicoleg. lib. 2. tit. 2. quæſt. 9. ait D. Sabell.
pract. vniuerſ. §. veleni num. 5. & 14. non potuit
nocere; Verùm non tranſit ſic de plano axio-
ma, quod duo venena inſimul, ſeu vnum poſt
aliud data non nocent, quia, ſi ſunt eiuſdem
qualitatis, celeriùs, & efficaciùs operantur, vt
proſequitur D. Sabell. *ibid.* & ſic eo ſolùm ca-
ſu non nocent, quando ſunt contrariæ quali-
tatis, & ideo Medici in caſibus deſperatis adhi-
bent venenum ad repellendum aliud ſecun-
dùm Zacchiam, & D. Sabell. *loc. cit.*

Amplia ſecundùm Farinac. *loc. cit. num. 26.*
etiam ſi interueniat pecunia, & ea mediante
ſit deuentum ad propinationem veneni, quod
tamen non placet Caball. *de omn. gener. homi-*
cid. num. 595. & nec Carol. Tapia *de iure Regni*
lib. 5. tit. 8. de venenis conſt. mala noxia num. 8.
prout nec placeret in filio emente venenum
84 ad necandum Patrem, nam is etiam alio non
ſequuto debet mori, vt probant Farin. *q. 122.*
nu. 18. Bart. in *l. 1. nu. 8. & 9. ff. ad leg. Pompeiam*
de parricid. Igneus in *l. 1. §. quod ſi quis num. 2. ff.*
ad Sillanian. Io: Vela *de pœnis delictor. cap. 26.*
num. 4. Gomez. *variar. lib. 3. cap. 3. nu. 7. in fine*,
D. Laur. Mattheù *de re crim controu. 32. nu. 27.*
Conciol. *crim. reſol. 2. num. 7. verbo venenum*
D Sabell. in *ſumma §. venenum num. 8.* & Vul-
pell. *reſp. 145. num. 4.* ſeù ad necandum eum,
qui habetur loco Patris, vt eſt Abbas reſpectu
ad Monachos, vt ex Bart. & Fælyn. tenet Pur-
puratus *conſ. 186. num. 4. lib. 1.* & eo magis in
volente Principem necare, Claud. ad Bertaz.
conſ. crim. 57. lit. B. & Farin. *loc. cit. n. 27.*

Er generaliter in omni venenatione aggra-
uata ex circumſtantijs delictum augentibus,
quia tunc conatus ad actum proximum dedu-
ctus punitur pœna mortis, vt firmat Carena
loc. cit. num. 288. ideò Senatus Mediolani teſte
Boſſ. *tit. de homic. nu. 13.* damnauit ad mortem
famulam, quæ Domino ſuo venenum propina-
uerat, ne anſa præberetur ſeruis conſpirandi
in Dominos, ſi mitiùs fuiſſet punita ob effe-
ctum non ſequutū, et ob eandem rationem ità
fuiſſe practicatum refert Vulpell. *reſp. 145.* et
ita practicandum etiam quando famulus vene-
num præparar, vt det ſuo Domino vult Cara-
ſco in *tract. de nobilibus non torquendis nu. 108.*
et ita practicandum quando Vxor propinauit
venenum marito, et è contra quando maritus
propinauit venenum Vxori ex Placha *epit. de-*
lict. lib. 1. cap. 22. num. 32. verſ. quibus illud ait
Caraſco *ibid. num. 110.* et bis fuiſſe practicatum
in Senatu Pedemon. dicit Theſau. *in add.* ad
Patrem *dec. 243. in fine verſ. & in ſeruo*.

Idem fuit in eodem Senatu Pedemontano
pra-

Digitized by Google

practicatum in eo, qui omnibus de familia venenum propinauerat adhoc, vt eis ſuccederet in hæreditate, vt dicit Theſau. *loc. citat.* et fuiſſe damnatum ad mortem eum, qui pluties mediante veneno conſpirauerat in mortem Agnati ſobole carentis ex Igneo refert Clar. *quæſt.92.* eiuſdem opinionis eſt Hermoſilla ad Gregor. Lopez.....

Et concluſio *ſupra* firmata nec placeret, qnando ex propinatione veneni fuiſſet illatum damnum irreparabile, et ingens, puta aduerſæ valetudinis, vel mortis citius inde ſequutæ, vt pluribus oſtendit Carpzou. *pract.crim. p.1. q.18.n.13.& ſeqq.* et hoc idem tenent Anton. Matthæus de *criminib.tit.5. de ſicarijs cap. 15. n.3.* et Matthæù, qui loquiturin terminis fori Regni in *tract.de regim.Regni Valent.cap.8.§.8. n.109.* Vtcumque tamen ſit.

Aduertendum, quod dicta concluſio procedit in terminis iuris communis, vt eſt in quæſito, nam in terminis legis municipalis diſpoſitio eiuſdem legis eſſet attendenda, et ideò in Statu Eccleſiaſtico ceſſat hæc diſputatio, quia vigore *bannimentorum cap.* 50. ſola præparatio veneni animo necandi hominem punitur pœna mortis, etiam ſi non ſit deuentum ad actum proximum, vt videre eſt in bannimentis, et apud Farin. *loc.cit.num.*28. et ceſſat etiam in Vrbe, vbi vigore *bannimentorum* Illuſtriſſimi D. Gubernatoris imponitur pœna mortis, etiam quod non fuerit deuentum ad aliquem actum proximum, vt teſtatur etiam Spada *conſ.crim.123. num.7.*

Tertius Caſus eſt, quando venenum fuit
emptum animo necandi, at non fuit præbitum
85 ad bibendum, vel quia Emptor fuit impeditus, vel quia ſe facinoris pęnituit, & tunc pœna tantum extraordinaria imponitur Bald. *conſ.443.* qui ait, quod iſto caſu pœna pecuniaria punitur nobilis, & vilis pęna fuſtigationis, Cremen *ſing.50.* Gram. *conſ.crim.36.& dec.2.num.32.& dec.47.nu.16.* Petr.de Soncin. *conſ.crim.diuerſ.98.num.6.lib.1.in paruis,* & ita conſuluit etiam Colleg.Bononien. *conſil. crim. diuerſ. 41.d.lib.1.in paruis,* & Farin. *d.qu.122.*
86 *num.* 25. & 40. vbi reprobat Io: de Lignan. *conſ.crim.diuerſ.20.lib.1.in paru.* Dec.in *l. non vult hæres num.7.in fine ff.de reg.Iur.* & Iodoch. in *pract.crim.cap.74.rub.de homicid.num.2. &* 14. qui tenent, quod ſola Emptio veneni meretur pœnam gladij; Vide Maluaſ. *conſ.112.nu.32.* Ant.Porr.penes Farin. *conſ.184.num.15.lib.2.* & Vermigliol. penes eundem Farin. *eodem conſ.184.num.31.* Laur.de Penn. *conſ.170.* Giouagn. *conſ.28.nu.4.vol.1.* Cyriac. *contron.485. num.18. & 19.* Aduerte tamen, quod mitiùs
87 punitur, qui pœnitentia ductus noluit venenum dare, quàm qui non potuit, vt teſtatue Farin. *d.q.122.n.42.in fine.*

Quæro ſeptimo, qua pœna veniat afficiendus Medicus, qui leuem infirmitatem facie
88 magnam, & breuem facit longam propter mala, & noxia medicamenta, vt ægroti burſam euacuet? iſte caſus non compræhenditur in bãnimentis, Sed de iure cõmuni punitur Iudicis arbitrio *l.medicus ff.de var. & extraordin. criminib.* Ripa *de peſte de remedio ad curand. nu. 81.& ſeqq.* Cruſius *de indic.delict.ſpecial.par.2. cap.25.num. 77.& ſeqq & ſignanter n.81.*

Quero octauo, quid dicendum de medicis,
89 qui medicamina inexplorata explorandi gratia adhibent, vitamque miſeri infirmi tanto diſcrimini exponunt? Vide D. Carol.Petram *Magn.Cur.ritu 267.num. 82. & ſeqq.* & latiſſimè loquentem Cruſium *de inditijs delict. ſpecial. p.2. cap.26. num.78. & ſeqq.* & vide Tholoſan. *ſyntagm. Iur.p.3. lib.36. cap. 18. num.4.* vbi ex Galeno, quem citat *lib.de purg. medicam.facult.* agit de quodam herbario, qui voluit experimentum quòddam facere, & multos interemit, & ideò fuit vltimo ſupplicio affectus, vide Ioannem Lucium *placitor Curiæ Galliæ lib.6.tit.15. de medicis*, qui refert medico audacius, ac vehementius aliquid in medendo conſtituenti fuiſſe pœnam comminatam, niſi ſe temperaſſet.

Quæro nono, quid dicendum de aroma-
90 tarijs, qui ſæpè vendunt, quid pro quo? ſæpè enim vt ait Narbona *loco infrà citando gloſa* 10 *num.1.* herbam pro herba facile vſurpane, in
91 maximum Reipublicæ damnum, cum plurimi hac de re occumbant, & alij in graues incidunt infirmitates, dùm liberari, & ſanari ſe putant: cuius rei notabile exemplum refert Io: Kunkellius *obſern. chyſmic. cap. 3. fol. mihi 39.* Dic quod & ipſi puniri debent pęna extraordinaria, nempè ſtellionatus per text. in *l.3. §.ſed et ſi quis ff.de crim. ſtellionat. & l.ſaecularij in princ.ff.de extraord.crim.* & ſe-
92 ueriſſima, ac acerbiſſima pena plecti debent, ſi conſtaret, quod propter ſuppoſita medicamenta infirmus deceſſerit, vt inquit Ripa *de peſte de remed. præſeruat.num.147. & ſeqq.* per text.in *l.ſi quis aliquid §.abortionis ff.de pęnis*;
93 & non minùs ſunt caſtigandi aromatarij illi, qui ex antiquis ſpeciebus medicinam conficiunt, quia talis medicina magis eſt nociua, quàm ſalutaris ſecundùm Innoc.& Io.de Anania in *cap. tua nos de homicid.* inferentes Aromatarium non poſſe ad Sacros Ordines promoueri, ſi indè infirmus deceſſerit, & ſequitur Ripa *loco cit. num.* 151. etenim, qui medicamenta falſa, ſeù minus apta alicui tanquam vera, & optima vendiderunt tenẽtur pœna fal-
94 ſi, vt ex Gregor. Lopez, Luca de Penna, & Maſcard. inquit Narbona *ad leges Hiſp. lib.3. tit.16. leg. 17. gloſa 6. num.* 11. qui loquens de lege mandante Prothomedicis viſitare aroma-
95 tarias, ait, quod ex præſcripto legis Prothomedici faciunt experimentum medicamentorum, & ſi in Aromatarijs inueniunt medicamenta vetera, debilia, inutilia, noxia, ſaluti que hominum damnoſa, debebune ea effundere, proijcere, perdere, ac concremare, ne prauè in vſus medicos conuertantur *arg. l.cætera §.mala ff. famil. ercifcund.* & citat alia iura,

ra, & Gregor. Lopez, Mexia de taxa panis, & Auendan. et huiuſmodi leges habemus etiam nos, et Prothomedici debent in hoc eſſe ſolliciti, ne verificetur, quod inquit Nar-
96 bona *ibid. num.7.* nempe, quod neceſſitudinis vinculo profeſſores cuiuſque artis ſibi inuicem coniunguntur, vt mutua beneuolentia quiſque aliorum crimina tegat: et addit Narbo-
97 na ibid. gloſa 7. quod Prothomedici poſſunt quandocumque viſitare aromatarias etiam bis, et ter intra terminum in lege præfixum, cum vtilitati publicæ expediat, ne medicamenta mala, aut noxia vendantur ſubdeus, quod ex hac ratione medicus etiam exami-
98 natus poteſt iterum examinari, et ex Gratian. *diſcep.167. num.47.* hoc extendit ad medicos
99 ſpirituales, hoc eſt confeſſarios: et ex Bart. et Marſil. hoc extendit ad promotos ad lecturam, et ego ſcio, quod quandoque fuerunt
100 reexaminati Sacerdotes, qui reperti indocti fuerunt ſuſpenſi à celebratione miſſæ donec habilitaſſent ſe &c.

Quæro decimo, quid de aromatarijs, &
101 pharmacopolis qui venena minus benè præparata appoſuerunt poculis ex quibus mors ſit ſequuta? dic quod Gabriel de Bellis *de delictis tit. de ſicar. & venefic. §.3. num.11.* reſpondet quod debent vltimo ſupplicio plecti, etiam ſi non animo occidendi id fecerint, & hoc propter eorum imperitiam, & temeritatem. Sed D. Sabell. in *ſumma §. venenum n.11. verſ. quod venena*, dicit hoc eſſe valde rigoro-
102 ſum, & non ſimpliciter ſequendum, ſed ita demum ſi doloſè id egerint, cum ad effectum pęnę ordinarię ſemper requiratur dolus, Et di-
103 cit verū, ſi dolus accipiatur pro facto ſcienter patrato etiamſi non ſit cū intentione occidendi, nā ſi ſcit venena non eſſe benè pręparata, & nihilominus illa dat ad propinādum infirmo, qui indè moritur, non debet pharmacopolæ ſuffragari, quod non habuerit animum occidendi infirmum: dicit enim Anton. Gnibert. *lib. ſing. quæſt. iuris memorabil. cap.16. num.55.* & ex eo Narbona *ad leges Hiſp. lib.3. tit.16. leg.*
104 *17. gloſa 6. num.12.* quod medicus, vel pharmacopola, qui noxia medicamenta pro ſalutaribus propinant, ſi ſcienter fecerit vltimo ſupplicio afficitur ex *l. 3. ff. ad leg. Pomp. de parricidio*: ſi per imprudentiam ignoſcendum, quia etiam doctiſſimi falluntur *l.1. ff. de ventre inſpic.* ſi per culpam, quia nondum erat inſtructus debitis pœnis eſt puniendus, & iſto modo procedit dictum Menoch. *caſ. 359.* & Io: Vinc. de Anna in *conſtit. terminum vitæ num.179. & ſeqq.* qui volunt, quod de iure communi debet puniri pœna legis Corneliæ de ſicarijs is, qui in publicū mala medicamēta vendiderit ad tex. *in l.3. ff. ad l. Corn. de ſicar.*

Quæro vndecimo, quomodo conſtabit de corpore delicti in hac materia veneni? dic quod talis cognitio, & probatio eſt difficilis,
105 & intricata ſecundum Caball. *de omni genere homicid. num.627.* Carena *de S. Offic. part.3. tit.1. §.4. num.37. & ſeq.* Farin. *qu.8. num. 30. & ſeq. & qu. 122. num. 35.* Guazz. *reor. def.4. cap.5. num.1.* Matthęù *de Regim. Regni Valent. par.2. cap.8. §.2. num.16.* & Iudex debet cum
106 magna aduertentia, & circumſpectione, & ſubtiliter ſe gerere, ne ex eius defectu delictū tàm enorme remaneat impunitum, & conſe-
107 quenter lætitia Reipublicæ turbetur, & ira Dei in nos prouocetur, *ad text. in l. pronunciatum C. de ferijs*, & Gram. *decif.36.* Et veniendo ad quæſitum dic, quod corpus delicti in hac
108 materia probatur per euidentiam facti, hoc eſt per inſpectionem cadaueris, & per ſigna extrinſecus in corpore apparentia, vt ait Muſcatell. *de cognit. delict. tit. de homicid. ſimplic.*
109 *num.12. & ſeqq.* quæ ſigna debent in Proceſſu adnotari formitèr iuxta monitum Baldax. de Angelis in *addit.* ad Foller. *pract. crim. verbo capiat informationem num. 68.* nàm non conſtito de ſignis deficeret corpus delicti, vt ait Guazz. *reor. def.4. cap.5. num.6.* & Farin. *conſ.19. num.30. in fine.*

Secundo probatur ex aperitione cadaueris,
110 nam, quando ſigna non apparent extrinſecus, tunc corpus humanum debet aperiri, et ſcindi, vt inquit Foller. in *pract. verbo capiat informationem num.24.* Baldaxar. de Angel. in *addit.* ad Foller. *loc. cit. nu. 68.* qui tamen dubi-
111 tat de veritate huius praxis, prout de illa dubitat etiam Muſcatell. *loc. cit. num.13.* & ma-
112 lè, quia non ſolum poteſt in ventriculo manifeſtè apparere de veneno, vt inquit Coſpius in *Iudice Criminaliſta part.3. cap.14. num.4.* & D. Card. Ponzettus *de venenis lib.2. tract.4. c.2.*
113 Sed etiam, quia poſſunt reperiri interiora veneno corroſa, vulcerata, & infecta, vndè praxim prædictam ſeruandam docet etiam Vermigliol. *conſ. crim. 179. num.13.* qui ait, quod inutilis eſſet peritorum depoſitio, ſi fieret extrà locum cadaueris, & cadauere non aperto, & ex Roderic. à Caſtro *Medicopolit. lib.4. cap. 10.* Boſſio *tit. de delict. num.7.* Maſcard. *de probat. lib.2. concluſ.1034. nu.7.* Guazzin. *loc. cit. cap.6. num.13. &* 18. Carpzou. *pract. crim. par.1. quæſt.21. num.7.* ita ſeruari teſtatur Gerh. Feltmau in *tract. de cadauere inſpicien. cap.24. num.1. vbi in fine* refert *de anno 1667.* ità Romæ factum fuiſſe.

Nec ſtringit in contrariū ratio, qua mouentur Muſcatell. & de Angelis, nempè, quod venenū ſigna extrinſecus oſtendit: quia ſecundū Coſ-
114 pum in *Iudice Criminaliſta cap.14. n.4.* dantur venena ſolum intrinſecus apparentia, qualia ſunt putrefactiua.

Et tam in primo modo probandi corpus delicti, quàm in iſto ſecundo adhibendi ſunt
115 Medici, & Periti, qui debent deliberatè, & ex certa ſcientia eorum profeſſionis, & expe-
116 rientiæ dicere ſigna in cadauere apparentia eſſe vera veneni aſſumpti ſigna, ac communiter ex aſſumpto, & porrecto veneno prouenire, & proindè tenere illum N. ex veneno mortuum fuiſſe Gram. *vot.31. num.21.* Foller.

d. verb.

Digitized by Google

*d.verb.capiat informationem num.*25.*&* 19.Bal-
daxar de Angelis *ibid.in addit.num.*69.& Mu-
ſcarell. *loc.cit.num.*17.18. *& ſeqq.* qui ait non
117 inſficere ad probationem corporis delicti, ſi
Periti dicerent ſe eorum iudicio credere ea
eſſe ſigna veneni, ſeù prouenire poſſe ex ve-
neno aſſumpto, & propterea quod Periti non
118 debent interrogari, ſi ille N. ſit mortuus ex
aliquo morbo peſtifero, ſeù febre; ſed tanùm
interrogentur, ſi talia ſigna apparentia ex ve-
neno prouenire ſolent, & Periti iuxta inter-
rogationẽ,reſpondere debent affirmatiuè,vel
negatiuè,& ait quod habuit de facto,& cõſul-
uit ita eſſe ſeruandum ad euitandum inconue-
niens ſuper quo cõſuluit Alex. *conſ.*115.*vol.*3.
Verũ ſufficere,quod deponant de credulita-
119 te vult Farin.*quæſt.*2.*num.*32.& Guaza. *reor.
defenſ.*4. *cap.*5. *num.*7. dummodò cum iura-
mento teſtentur Muta *deciſ.*1. *num.*11. Rota
Auenion.*deciſ.*20. Giouagnon.*conſ.*28.*nu.*22.
*lib.*1. Carena *de S. Offic. part.* 3. *tit.* 1. §.4.
*num.*33.Conciol.*crim. reſol.*1. *verbo venenum*,
& D.Sabell.in *ſumma* §. *venenum num.*7. *verſ.
qualiter conſtare*, vbi ait ſufficere, quod de-
ponant de eorum iudicio, ſed quod debent
120 concludere hominem mortuum eſſe ex ve-
neno propinato,adducendo ſigna,& coniectu-
ras,vt dicam ego *infrà*.
Tertiò conſtabit de corpore delicti, quan-
121 do cadauer inſpici non poteſt, per depoſi-
tionem teſtium, qui viderunt cadauer, & ſi-
gna extrinſecus emanata, nempè liuores, ſpu-
mas, vomitum, & huiuſmodi, de quibus
Guazz. *loc. citat. num.* 13. *& ſeqq.* & teſtes
debent deponere tantum de ſignis, ad
122 hoc vt poſteà Periti poſſint ſuis deponere,
ſeù elicere, nempè fuiſſe dicta ſigna cauſata
ex veneno propinato, & bibito, vt ait Foller.
*d. verb. capiat informationem num.*16. vbi de
Angelis *num.*69. & iterum Foller. in *verb. ità
quod ſarorem venenauit num.*14. Farin. *quæſt.*2.
*num.*33. & Caball. *reſ.crim. caſ.*180. *num.*6. &
Don Franciſcus Caraſco in *tract. de nobilibus
non torquend. num.*104. qui citat Boſſ.*tit.de de-
lictis n.*8. & Io:Vela *de delictis cap.*26. & idem
ex Coſpo dicit D.Sabell. *loco cit. num.*7. *verſ.
quod ſi quis faſſus fuerit*.
Aduertẽdum primò,quod,vt dixi,Periti de-
bent dicere,dicta ſigna proceſſiſſe ex veneno
malo, & proueniſſe ex veneno bibito; nam ſi
dicerent N.deceſſiſſe ex veneno, & non adde-
rent propinato, & bibito, non conſtaret legi-
timè de corpore delicti, vt dicit Caball. *dict.
caſ.*180.*num.*8.Farin. *quæſt.*2. *num.*30. Guazz.
*reor. defenſ.*4. *cap.*5. *num.*4. Scaccia *de Iudic.
cap.*83. *num.* 3. quia contingere poteſt, quod
123 quis moriatur ex veneno ingenito ex humo-
rum malitia, quod oſtendit ferè eadem ſi-
124 gna, quæ oſtendit propinatum, vt ait Boſſ.
*tit.de delict.num.*5. & Far. *d. quæſt.* 2. *n.*34. &
licet dicta ſigna ſint adeò inter ſe conformia,
tamen Medici benè poſſunt cognoſcere an
125 prouenerint ex veneno ingenito, vel bibito,
quia ſi poſt aſſumptionem cibi, in quo vene-
126 num dicitur datum, quis inciderit in maxi-
mam ſtatus ſui mutationem apertè deduci-
tur, quod hoc prouenit ex veneno propinato,
quia ingenitum à natura non tàm repentè
operatur, vt diſcurrit Farinac.*quæſt.*2.*nu.*34.
Caball. *de omn.gen. homic. num.* 621. *&* 627.
Paul. Zacchia *quæſt. Medicoleg. lib.* 2. *tit.*2.
*quæſt.*6. *&* 7. Coſpius in *Iudice Criminaliſta
par.*3. *cap.*10.*& ſeqq.* D.Sabellus *pract. vniuer-
ſal.*§.*veleni num.*12. & Sarno *prax.crim. par.*2.
formula 21. *fol.mihi* 21. Et quamuis iſte cone-
127 tur oſtendere, ſigna veneni ingeniti eſſe ea-
dem cum illis veneni propinati, & propterea
miretur, quod Medici ſint adeò faciles, &
prompti ad aſſerendum mortem proueniſſe
ex veneno propinato: Nihilominus remanet
128 eius dictum improbatum ex aſſertione Ho-
ratij Græci in *eius Medico Fiſcale impreſſ. penès
eundem* Sarnò *tertia par.prax. crim. cap.*3.*&* 4.
Et certè dato cætera ſigna ſint dubia, æquiuo-
ca, & incerta, tale non eſt ſignum, quod de-
ducitur ex improuiſa, & ſubitanea commo-
tione humorum, vt ex Sannerto *de venen.lib.*1.
*par.*5. *cap.*3. inquit Horatius Græcus *loc. cit.
formula* 5. *fol. mihi* 15. qui refert verba San-
nerti, quæ ſunt: *ſi in homine, qui ſanus fuit, nec
prauis humoribus abbundauit, ſubitò, & actio-
nes, & excreta, & retenta, ac qualitates mutan-
tur, eum venenum accepiſſe, inditium eſt*, & ipſe
ſubdit hæc formalia verba verba, *ibid.* nempè
*ricorrere ad altra cauſa, che è veneno ſumpto,ò è
ignoranza di chi lo giudica, ò è ſcuſa di chi non
lo vual dire.* Verum Scaccia *de Iudic.lib.*1.*cap*
83.*num.*4. dicit repentinam mortem proueni-
re poſſe ex quinque cauſis etiam à propinato
veneno ortum non habentibus, Sed non rece-
das ab opinione Horatij Græci, quia plures
dantur indicationes veneni propinati, quas
videbis penes D. Sabell. in *ſumma* §.*venenum
num.*5. vbi ex Ardoin. Cardano, Dioſcord.
Matthiol. Mercurial. Zacchia, & alijs omnes
contingibiles coniecturas indicatiuas enume-
rat, & *in fine* ait eſſe verum id, quod vulgo di-
129 citur de corde, nempè quod cor venenati in
flammis, & igne poſitum non comburitur, &
ſubdit quod facto experimento cor venenati
per horam in igne retentum euaſit nigrum, &
durum,& non potuit comburi: & quamuis in-
dicationes prædictæ ſatis eſſe poſſent, nihilo-
130 minus volui hic recenſere eas, quas ponit
D. Cardinalis Ponaettus in *tract. de venenis
lib.*2.*tract.*2.*cap.*2.nam liber rarus eſt.

*Iſta ſunt omni diligentia proſpicienda, quia
etiam per effectus cognoſcuntur cauſæ. Primum
ſignum commune vnicuique fere veneno eſt in
principia facere anguſtiam, & dolorem ſtomachi,
& interdum nauſeam, quando ſubleuantur humo-
res,, & vomitum propter expulſiuam fortem in eo,
frequenter etiam ſaliua fluit ab ore, labia tre-
munt, lingua aliquando ſentit ardorem, dentes
ſtupent, ad quæ ſæpè ſequuntur tremor cordis, ſin-
copis, lectigatio: tumor venarum, calor, & fri-*

gus , & ſudor aliquando frigidus , tenebroſitas
oculorum , inquietndo , & ſtupiditas , vt enim
totum ferè corpus diſtemperatur, ab eo pariter to-
131 *tum compatitur. Signa vero ſpecierum, & pri-*
mo calidorum ſunt punctiones , arſuræ ſtomachi,
& ventris, ac etiam febris , quando humores per-
turbati putreſcunt, vel caliditas cogit illos ebul-
lire, quorum corruptio cognoſcitur fetore oris, &
vt plurimum calida inflammant , & aliquando
mouent ſudorem , qui iſto caſu cauſatur ex labo-
re, vel pugna naturæ. Et quando vapores vertun-
tur in ventum ſuccedunt contorſiones, & rugitus.
Cum vero ſanguis ebullit, rubent facies , & ocu-
li, vel apparent citrini , & ſentitur feruor ſitis,
frequentia pulſus, & aliquando tumor, & ſaltus.
132 *Frigidorum autem ſunt congelatio , pigritia, li-*
uiditas coloris. frigiditas ſenſibilis , & quod ex-
per vomitum vel ſputum eſt viſcoſum, & ferè cō-
gelatum, & aliqua faciunt ſtuporē , vt opium, &
aliquando ſpiritus, & ſanguis prohibentur moue-
ri: quia frigiditas imobilitat, & coarctat poros, &
quædam inſtrumenta anhelitus , vt plumbum
133 *vſtum . Siccorum verò ſunt ſitis , vigiliæ re-*
ſtrictio ventris, corpus & cutis fiunt arida , ſicut
facit calx non extincta, & colcatar, quod eſt ſpe-
cies Vitrioli incruſtans carnem . Sed Realgar ſe-
parat partes , de quibus dicemus in particulari .
134 *Humida non reputantur lætalia , quia paſſiua,*
ſunt tamen aliqualiter actiua , præſertim quando
habent ſubſtantiam groſſam, vel multum ſuperant
corpus temperatum , quia cogunt putreſcere hu-
mores, quod cognoſcitur ex fetore exeuntium . Et
aliqua ex odore, vt fungi mali, ex ſe tamen eſſent
cognoſcibiles ex ſapore , quia iſte fundatur in hu-
mido . Et Galen. *Retulit de quodam morſo à ſer-*
135 *pente, qui excitatus à ſomno tractus per manum*
oſſa eius apparebant ſeparata à Carne , & ex hac
feſtina putrefactione credidit quod venenum illius
fuerit humidum, puto tamen quod illud diſcrimen
proceſſerit ex alia cauſa , quoniam humiditas non
eſt apta adeo citò ſeparare compagines corporis.
Habet tamen vltra prædicta alia accidentia pro-
pria, quia ad eam ſequitur ſomnus , grauitas, &
leuitas corporis, priuatio ſitis , & mollificatio in
membris .

Aduertendum ſecundò , quod ſi teſtes de-
ponerent , ſe vidiſſe dare alicui venenum , &
quod poſtea ſequuta fuit mors illius , qui il-
lud bibit , iuxta caſum poſitum per Caſtren.
conſ.299.num.2.verſ.quidam verò deponunt, vel
hoc ipſemet imputatus fateretur, vt in caſu re-
136 lato ab Alexand. *conſ.116. vol.3.* legitime
non diceretur probatum delictum , quia eſt
depoſitio dubia, incerta, & incognita, cum
non poſſint teſtes cognoſcere , an illud eſſet
venenum, vel non , nec poſſint ſcire operatio-
nem, quam intrinſecus poterat facere in cor-
pore humano . Potuit enim eſſe tàm modica
veneni quantitas , vel talis qualitas venenati,
vt non potuerit cauſare mortem , vt ait Caſ-
ſon. *tract. maleſ. in proem. cap.4. num.3.* & pro
multis Matthæù *de re crim.controu.64.num.69.*
Farin. *quæſt. 2.num.30.*& Muta *deciſ.1. num.9.*
& Alex. *dict. conſ.115.* quem ſequuntur Boſſ.
Boer. Bald. Neuizzan. Ripa, Purpurat. *locis re-*
latis per Adden. ad Alex. *dict. conſil. 115. litt. A.*
137 & propterea non concluderent ; ſed neceſ-
ſarium eſt , quod Iudex , iuxtà monitum
Coſpi in *Iudice Criminaliſta par.3.cap.20.* vltrà
depoſitionem teſtium, vel Rei confeſſionem
quærat , vndè fuit habitum venenum , cuius
qualitatis, & quantitatis eſſet, & quomodo il-
lud ad propinandum datum ſit , & deinde
adhibeat Medicos, & Peritos ad ſciendum an
venenū in qualitate, & quantitate, & in mor-
tui complexione potuerit mortem inducere,
& faciat quod ijdem periti conſiderent ſigna,
quæ erant in mortuo poſt venenum aſſum-
ptum , & interuallum temporis , quod inter-
ceſſit inter ſumptionem veneni, & obitum , &
hoc modo ſciet, an illud fuerat venenum , vel
non , & an ex eo potuerit ſequi mors, vt ait
Cyriac. *controu.for.c.485.num.5.6.9. & 10.* &
Matthæù *d.controu.64.num.69.* Farin. *quæſt.2.*
num.35. & Muta *deciſ.Sicil.1. num.19.* & in
terminis abortus ex poculo ad abortiendum
dato hoc idem neceſſarium dicunt Carpzou.
pract.crim.par.1. quæſt.11. num.26. & Auellus
de Sarno in *alleg.impreſſa in pract.crim.formu-*
la 86.verſ. & primo deficit, qui ſubdit, quod ex
abortu, vti ab effectu non dicitur probata cau-
ſa abortus , quia abortus ex alio , quàm ex
medicamento poteſt cauſari.

Aduertendum tertiò , quod in loco , vbi
ſunt Medici , Chirurgi , & Aromatarij , licet
omnes eſſent Periti, & haberent notitiam vir-
138 tutis cuiuſcumque rei , tamen ſemper eligen-
di ſunt peritores , nempè Medici , vt apertè
ſenſit Foll. *vbi ſuprà dict.num.14.* Eug. *conſ.66.*
num.45. & 46. Abb. & Dec. in *cap. propoſuiſti*
de probat. & Ang. in *leg. qui luminibus ff. de ſer.*
139 *ruſt. præd.* & tunc non ſufficit vnus Medicus,
ſed plures ſunt adhibendi , vt ait Pacian. *de*
probat. lib.1. cap.47. num.35. & 36. & Cyriac.
contr. forenſ. cap.485.num.11. & 12. imò ſi Reus
exiſtat in poſſe Curiæ electio Medicorum de-
140 bet fieri de conſenſu partis , Io: Andr. in
d.cap. propoſuiſti, vbi Dec. *nu.13.* & debet quo-
que interuenire citatio partis ad videndum
fieri recognitionem , vt inquit Eug. *dict. con-*
ſil.66. num.49. & dixi ego *hoc cap. §.1. num.7.*
& 8.

Aduertendum quartò , quod ſæpè contin-
141 git reperiri aliquod reſiduum veneni . quo
caſu tu teſtibus præſentibus, & ſi fieri poterit,
coram imputato adnotare facias qualitatem,
quantitatem, & colorem, ſeu ſignà veneni, &
ne vllo vnquam tempore dubitari poſſit de
identitate facias dictum reſiduum veneni , vt
ſuprà repertum penes inquiſitū, vel in eius do-
mo in aliqua carta , ſeù alibi clauſum , & ſi-
gillatum depoſitare in manibus alicuius
nempè Notarij cauſæ, vt docet Eug. *dict.conſ.*
66.num.50. ſic enim probatur identitas , quæ
alias non præſumitur Rum. *conſil.141. num.4.*
lib.5. qui ait , hoc maximè procedere pro-
pter

pter temporis diuerſitatem, & deindè vocatis
iiſdem teſtibus, & per eoſdem recognitis for-
miter carta, & ſigillo cum atteſtatione iurata,
quod ſit eademmet, quæ fuit depoſitata, & eo
modo quo fuit depoſitata, aperitur in eorum-
dem teſtium, & duorum, vel plurium perito-
rum præſentia, & ad maiorem cautelam
iidem teſtes recognoſcunt, puluerem intùs
cartam ſigillatam exiſtentem eſſe eundem-
met, qui fuit ad eorum præſentiā repertus in
domo imputati, & ſucceſſiuè periti factis eo-
rum diligentiis cum iuramento teſtari de-
bent, dictum puluerem eſſe venenum, ſeù con-
fectum ex ingredientibus venenoſis, & mor-
tiferis, reddita ratione ſcientiæ, vt ex Muta,
& Caball. docet Carol. Tapia *de iure Regni
lib.5. tit. de venenis num.*10. & id ſpectare ad
Medicos, & non ad aromatarios, qui habent
tantùm cognitionem nominis rerum, & igno-
rant, cuius ſint virtutis, volunt Foller. *pract.
crim. verb. venenauit ſororem num.*14. Eugen.
*conſ.*66. *num.*43. *& ſeqq.* Honded. *conſil.*88.
*num.*12. *vol.*2.

Aduertendum quintò, quod ſi corpus ve-
nenatum haberi, & inſpici non potuerit, &
nec teſtes habeantur, qui de ſignis deponant,
142 tunc probari debet per famam publicam,
quod N. ex veneno obiit, vt ait Muſcatell. *de
cognit. delictor. tit. de ſimplici homicid. num.*16.
quem ſequitur Sarno *pract. crim. par.* 1. *cap.*1.
*num.*8. & ſubdit Muſcatell. quod fama ſuffi-
cit ad probandum delictum in genere, & citat
ſe ipſum in *proem. num.*42. Marſ. *conſ.*5. & Fol-
ler. *verb. capiat informationem num.*24. *& verb.
item, quod ſuffocauit vxorem num.*16. quod erit
143 verum ad effectum inquirendi tantum, prout
ait Foller. *loc. cit. num.*18. 27. *&* 28. & Guazz.
*ven. defenſ.*4. *c.*4. *num.*8. nam ad effectum tor-
144 quendi ſola fama non probat corpus deli-
cti, dummodo alia non concurrant inditia, vt
firmant Rota Auenion. *decif.* 20. Ludou. Cartus
*conſ. crim. diuerſ.*99. *num.*7. *& ſeq. lib.*1. *in part.*
Muta *decif.*1. *num.*8. Spada *conſ.*5. *num.*1. *&* 2.
& Farin. *quæſt.*2. *num.*30. & faciunt tradita
per Igneum in *l. et ſi certus* §. *fin. ff. ad Syllanian.
num.*28. & poteſt eſſe ratio, quia in hac ma-
teria ſicut teſtes de viſu non probant venena-
tionem, vt dictum eſt *ſuprà*, ità nec illam pro-
bant teſtes de fama, ſeù de communi opinione
deponentes, vt ait Spada *conſ.*150. *num.*3. quia
hoc ſolùm pertinet ad iudicium Medicorum,
vt ex Alex. Burſatt. & Farinac. ſubdit Spada
145 *ibid.* & multò minus fama ſufficit ad con-
demnandum, quia etiam in crimine venena-
tionis, licèt difficilis probationis, requiritur
ad condemnandum legitima probatio corpo-
ris delicti, vt ex Hieron. Laur. Foller. & Farin.
aduertit Spada *conſ.*150. *num.*9. & propterea
146 caſu, quo Reus in tormentis fateatur exhi-
buiſſe alicui venenum, erit iuxtà monitum
Coſpi in *Iudice Criminaliſta par.*3. *cap.* 20. in-
terrogandus, vndè habuerit venenum, quo-
modo illud præparauerit, & exhibuerit, quæ
ſigna cauſauerit in corpore illius perſonæ,
quæ illud bibit, & per quantum tempus po-
ſteà obierit, & ſi eius reſponſio verificetur in
147 facto per depoſitionem teſtium, & in iure
per peritiam Medicorum; poterit Reus in pœ-
nam ordinariam condemnari, quia iſto mo-
do dicetur conſtare de corpore delicti, etiam
ad effectum condemnandi in pœnam ordina-
riam, ſiquidem in pœnam extraordinariam
148 poterit imputatus condemnari, etiamſi ple-
nè, & liquidò non conſtet de corpore delicti,
vt fuit deciſum penes Laur. Matthæu *de regim.
Regni Valent. par.*2. *cap.*8. §. 2. *num.*16. vel ſal-
tem poterit torqueri, vt conſuluit Iacob. Man-
dell. *conſ.* 72. & fuit reſolutum penes. Clar.
*quæſt.*4. *in fine*; Et inquit Carena *de S. Offic.
d.*5. 4. *num.*37. *& ſeq.* quem ſequitur Baron.
*de corpore num.*291. quod ex defectu corporis
delicti in materia veneni, Rei non debent de
facili abſolui, ſed quod res tota cum Princi-
149 pe conſulenda eſt: & quod Iudex debet eſſe
promptior ad torturam in hoc crimine
propter difficultatem probationis, ex
Put. Bald. & Foller. inquit Spada *conſil. crim.*
123. *num.*2. *lib.*1. & ex Baldo Alex. Gram. &
Deciano inquit Don Franciſcus Caraſco in
*tract. de nobilibus non torquendis num.*99. & ex
Bonacoſſa, Farinac. Placha, Decian. Muſca-
tell. Conciol. D. Sabellus in *ſumma* §. *venenum
num.*9. *verſ. quod in delictis*, qui ait, quid agen-
dum in caſu, quo Reus ſit contumax.

Quæro Decimoſecundò, quæ ſit de iure
pœna venenantis? dic quod eſt illa met, quæ
150 conuenit homicidio proditorio, vt ex Gre-
gorio Lopez, & Gomeſio inquit Caraſco *loco
cit. num.*112. *in fine*, vbi ait, quod in Hiſpania
151 lege ſtatutum erat, vt beſtiis feris tradendus
eſſet veneno occidens, ſed quod lex illa anti-
quata fuit, & in illius locum ſucceſſit pœna
homicidii proditorii: ſed veritas huius con-
cluſionis pendet à deciſione, de qua feci men-
tionem in principio *huius* §. nempè an occi-
152 dens veneno ſit proditor, de quo vltra Do-
ctores ibidem per me citatos videndi ſunt illi,
quos plena manu allegat Cortiada *decif.* 96.
*num.*15. ad quos me remitto.

In caſu tamen, de quo loquitur Samuel
Strykius in *tract. de iure ſenſuum differt.* 6. *de
guſtu cap.*4. *num.*33. nempè in caſu quo ad ve-
nenandum eos, qui ſumunt Sacram Hoſtiam,
153 ſeù Sanctiſſimum, ac Sacratiſſimum Sangui-
nem quis audet Hoſtiam, ſeù Calicem vene-
no inquinare, & inficere, cuius rei duo exem-
pla refert *ibid. num.*32. nulli dubium, quod
debet omninò comburi, vel alia grauiſſima
pœna affici, etiamſi nulla ſit lex hoc expreſſè
ſanciens, quia de hiſce caſibus iura tacent,
quippè cum tales ſint, de quibus nec ferri le-
ges debuerunt iuxtà Solonis monitum.
De veneno propinato in Calice loquitur Diaz
*pract. crim. can. c.*95. vbi ait quod duobus Mona-
154 cis id contigit, & loquitur Dominus Io: Vela
de pœnis delictor. cap. 25. *nu.*8. qui in ſequenti

nume-

numero ex Carolo Molineo ait; quod Impe-
rator Robertus vtriuſque Siciliæ Rex inter-
fectus fuit *die* 15. *Auguſti anno* 1313. Euchari-
ſtia entoxicata.

Et ſi vis ſcire quid ſit agendum, ſi venenum,
vel animal venenoſum ſit repertum in ſpecie-
155 bus conſecratis adeas Fagundez *de precept.*
Eccleſ. lib. 3. cap. 20. per tot. ad quem remiſſiuè
D. Sabell. in *ſumma* §. *venenum num.* 15.

Si cupis ſcire, quænam ſint ſigna propina-
156 ti, vel ingeniti veneni poteris videre præter
ſupra notatos etiam Zacchiam *quæſt. Medico-*
legal. lib. 2. tit. 2. quæſt. 7. Viu. *deciſ.* 487. *lib.* 3.
Abauo *pract. crim. verbo venenum nu. 7. & ſeqq.*
Coſpium in *Iudice Criminaliſta par. 3. cap. 10.*
& ſeqq. Caball. *de omn. gener. homicid. num.* 619.
Sarno *pract. crim. par. 2. formula* 21. *& par. 3.*
cap. 4.

Et ſi cupis ſcire ſymptomata, & effectus,
quæ, & quos ſpecialiter ſolent venena quæque
157 producere præter Foller. *pract. crim. verbo ca-*
piat informationem num. 26. vbi diffusè agit de
venenis metallicis, vegetabilibus, & animali-
bus, quem ſupra citaui, adeas etiam Coſpum
in *Iudice Criminaliſta par. 3. cap. 13. & cap. 14.*
& Don Franciſco Caraſco *d. tract. de nobilibus*
non torquendis num. 102. & ſeqq. & Samuelem
Strykium *de iure ſenſum diſſert. 6. de guſtu n. 29.*
& 30. vbi refert etiam ſigna, quæ venenum
158 cauſat poſt mortem, & quæ cauſat ante
mortem.

Si tandem vis ſcire quomodo poſſis inqui-
159 ſitum de veneno defendere videbis Gio-
uag. *conſil.* 28. *&* 29. *lib.* 1. Ganauen. *conſil.* 4.
Tranched. *conſult.* 97. Carena *alleg.* 222.

CAPITVLVM XXXII.

RVBRICA.

Dell'Offizio de' Maſſari, e Meſtrali.

Non ſatis prouiſum fuit neceſſitati Curię ex præcedenti Capitulo, quia Medici, Chirurgi, Barbitonſores, alijque medentes tenentur tantummodo denunciare, & referre qualitatem offenſionis, ac vulnerum, ad quorum curam ſunt vocati, & adhibiti, ideò opere prętium fuit hoc Capitulum annectere, in quo Maſſarij, & Menſtrales obligantur perquirere, & denunciare maleficia, & capere malefactores: ſic enim territoria malis hominibus expurgata haberi poſſunt.

§. I. II. III.

Eſſendo neceſſarijſſima la diligenza de' Maſſari, e Meſtrali per trouar i delitti, & i delinquenti; per tanto Sua Signoria illuſtriſſima ordina à tutti li Maſſari, e Meſtrali del Territorio, e diſtretto di Bologna, che debbano eſſere vigilanti nel loro officio, e cuſtodire, e tenere eſpurgati li luoghi à loro commeſſi, & ouiar, per quanto potranno ad ogni ſorte di maleficio ſotto l'infraſcritte pene.

§. 2. Particolarmente li medeſimi Maſſari, & i Meſtrali, anco della Città doueranno quanto più preſto potranno denonciare al Signore Auditore del Torrone, ò al Capo Notaro tutti gl'eccelli, e delitti, che per l'auuenire ſi commetteranno così di giorno, come di notte dentro à luoghi commeſſi al loro officio con deſcriuere fedelmente, e diligentemente la qualità del delitto, & il nome, cognome, e patria del delinquente, la qualità dell' armi, la qualità delle perſone, e la perſona, contro à chi ſarà ſtato fatto, narrando l'occaſione, nominando tutti quelli, che ſi fuſſero trouati preſenti al delitto, ò ne poteſſero dar informatione alla Corte.

§. 3. E di più i Maſſari debbano far ogni diligenza per hauer il malfattore, con radunar gente, e far

ou-

quanto ſi dice nel Capitolo de' Banditi, & altri delinquenti &c. E queſto ſotto pena di ſcudi cento, e di trè tratti di corda, & altre pene corporali, come iui ſi dirà.

SVMMARIVM.

1 *Proaiſio, quod delicta denuncientur per Maſſarios vtilis publico, & aeceſſaria exiſtimatur.*
2 *Similis prouiſio extat Papiæ, Neapoli, Anconæ, & in Statu Eccleſiaſtico.*
3 *Maſſarij non denunciantes delicta tenentur de iare pœna falſi.*
4 *Et veras probationes reticentes puniaatar tanquam præuaricatores.*
5 *Teaentar reuelare, & denunciare omnes alios, & etiamſi vnum ex delinquentibas ſabticeant, incurrunt pœnam.*
6 *Non puniantar, ſi Curia non probat eos ſciuiſſe maleficiam fuiſſe commiſſum.*
7 *Contrariam.*
8 *Diſtingae.*
9 *Scientia præſumitur in eo, qui tenetur facere diligentiam, & inueſtigare delicta, & quando.*
10 *Maſſarij, qui compulſi à Iudice deanunciant, ſi non procraſtinabant, ſed ex aliqua cauſa impediti aon denunciant excaſaatur.*
11 *Tenentar denanciare maleficium, etiam ſi non mereatur paaitionem.*
12 *Non tenentur deunnciare maleficiam, ſi ipſi illud commiſerint.*
13 *Maſſarij poſſunt fungi duplici officio denunciatoris, & teſtis, & num. 14.*
15 *Si ſint minores excuſantur à pœna.*
16 *Si aliquid dent ad hoc, ne ſindici creentur, non incurruns aliqaam pœnam, quia moleſtias quilibet poteſt redimere.*
17 *Noa denunciantes delictum commiſſum in coafinio daorum territoriorum, an puniantur remiſſiuè.*
18 *Noa puniuntur, ſi credunt onus denunciandi ſpectare ad ſucceſſorem remiſſiuè.*
19 *Excaſantur ſi leues percuſſiones non denunciant.*
20 *Priacipes ad inſequendum malefactores, vtuntur Campana.*
21 *Campanæ vſas ad inſequendos malefactores.*
22 *Inſequutio malefactoris incæpta in vna iuriſdictione poteſt continuari in alia.*
23 *Si adeſt conuentio inter Principes conſinantes, alias ſecus.*
24 *Captara eſt actas contentioſæ iariſdictionis, & noa poteſt in alieno territorio fieri.*
25 *Etiam ſi in actu inſeqautionis alienum territorium ingredi contingat.*
26 *Iudex loci requirendus eſt pro captura Rei confugientis.*
27 *Et quomodo facienda ſit huiuſmodi requiſitoria remiſſiuè.*
28 *Bannimenta diſponentia, quod Maſſarij teneantur capere malefactores, non comprahendunt caſam, in qao Clericus eſt malefactor.*
Coatrarium vt ſuo Iudici detar, aum. 30.
Concorda vt habetur, num. 31.
29 *Clericus eſt exemptus à Iuriſdictione ſecularium.*
32 *Clericum bannitum occidens remiſſiuè.*

HÆC prouiſio, qua mandatur Maſſarijs, &
Menſtralibus, vt denuncient delicta, & de-
1 linquentes, vtilis Publico, & neceſſaria exiſti-
matur, quia tendit adhoc, ne delicta rema-
neant impunita, vt benè aduertit Flauius Tor-
tus *ad ſtatut. crim. Papiæ rub.* 53. *n.* 2. & confe-
runt adhoc cumulata per D. Carolum Petram
Mag. Cur. Vic. ritu 4. *n.* 1. qui *n.* 10. refert Nea-
2 poli ſimilem pragmaticam, & Anconæ ſimile
ſtatutum extare, & idem ſancitum eſt in Statu
Eccleſiaſtico ex *banaimentis generalibas, & ex
Conſtit. Marchiæ cap.* 5. *lib.* 4. de qua facit men-
tionem Gratian. *deciſ.* 109. *n.* 1. & Maſſarij non
denunciantes etiam de Iure communi puni-
3 untur, & quidem pœna falſi, ſicut ſi falſam
denunciationem feciſſent, vt tradit Ang. in *l.
eum, qai Cod. de falſ.* & Bald. in *l.* 1. *a.* 3. *Cod. de
priuat. carcer.* & Napodan. in *cap. Reg. frequens
ia ordia.* 7. & 28.

Et veras probationes reticentes puniuntur
4 tanquam præuaricatores, Menoch. *caſ.* 323. *n.*
14. Tortus *ad ſtat. Papiæ rub.* 53. *n.* 7. qui *n.* 9.
5 ait, hoc procedere, etiamſi omnes vno exce-
pto, denunciauerint: equè enim puniuntur
ſubticendo vnum ex delinquentibus, quam
omnes, vt ex Corbulo *de emphiteu. ampliat.* 5.
n. 5. inquit D. Carolus Petra *d. ritu* 4. *n.* 11. &
Adden. ad Bald. in *l.* 1. *Cod. de priuat. carcer.
lit. B.*

Quæro primo, an Maſſarij non denuncian-
tes incurrant pœnam hic ſtatutam ſi Curia
non probat eos ſciuiſſe delictum fuiſſe com-
miſſum? videtur dicendum, quod non, quia
6 pœna non incurritur ex facto negatiuo, puta,
quod quis aliquid non fecerit, niſi priùs pro-
betur ſcientia, vnde ad puniendum Maſſarios,
alioſque non denunciantes priùs debet per
Curiam articulari, & probari, quod ſciuerint
maleficium eſſe commiſſum, & quod ſciuerint
illud fuiſſe maleficium, vt ait Crauett. *conſil.*
260. *col.* 2. *vol.* 2. Marſ. *conſ.* 87. *n.* 15. *lib.* 2. Natt.
225. *a.* 2. *vol.* 1. vbi enim agitur de delicto in
ommittendo, ſcientia eſt de ſubſtantia delicti,
ideò probanda Oſaſch. *dec. Pedem.* 71. *n.* 36. Iaſ.
conſ. 46. *n.* 2. *vol.* 3.

Contrarium de directo firmant Antón. de 2
7 Butr. *c. ab excommunicato extrà de reſcript.* Bald.
in l. *C. ad Senat. Conſ. Maced.* ob rationem, quia
ſcientia præſumitur in Sindico, Maſſario, &
ſimilibus, vt ipſi Doctores ratiocinantur
ibidem.

Concorda has duas opiniones, vt prima
proce-

8 procedat, quando conſtat de diligentia, &
perquiſitione Sindici; Secunda verò procedat, quando de perquiſitione non conſtat, prout tradit Auguſt. ad Ang. *de maleſic. verb. nec non ad denunciam n.* 10. qui allegat Caſtr. *conſ.*226.eo enim ipſo, quod Sindici probāt ſe inueſtigaſſe, an fuerit commiſſum aliquod delictum, & iurant ſe non potuiſſe inuenire, ſunt tuti, vt ait Auguſt. *loc. prox. cit.* & in idem reincidunt ea, quæ tradit Paulus de Caſtro *conſil. crim. diuerſ.* 46. *n.* 21. *& ſeqq. lib.* 1. *in fol.* qui dicit, aut delictum fuit occultè commiſſum, vt per diligentem inueſtigationem, & inquiſitionem generalem non potuiſſet in notitiam Sindici deuenire, & tunc Sindici non denunciantes non tenentur, aut crimen commiſſum per diligentem inueſtigationem, & inquiſitionem generalem potuiſſet ad notitiam Sindici deuenire, quia non fuit ita occultè commiſſum,
9 & tunc Sindici tenentur, quia ſi feciſſent diligentiam, ſciuiſſent; qui enim potuit facere, & ſciuiſſet, habetur pro ſciente, vt eſt tex. in *leg. qui poteſt ff. de reg. Iur. & cap. fin. de elect.* & hoc idem in ſubſtantia dicit Bart. in *conſ.* 102. *n.* 5. *lib.* 1. *& in l. ſemper* §. *hoc interdum, ff. quod vi, aut clam.* vbi Adden.

Quæro ſecundo an incidat in pœnam ille, qui tenetur denunciare, ſi compulſus à Iudice denunciauerit maleficium? Bart. in *leg.* 2. §. *quid ergo ff. ad Senatus Conſult. Tertull.* vbi Alex. in *addit.* & in *l. non ſolum* §. *morte ff. de noui oper.*
10 *nunciat.* diſtinguit hoc modo, aut procraſtinabat, & differebat, & tunc ſi compellitur à Iudice, incurrit pœnam, aut ob aliam cauſam non denunciabat, & non incidit in pœnam.

Quæro tertio an Sindici, alijque, de quibus *ſupra*, tenentur denunciare interficientē Ban-
11 nitum, qui impunè poterat occidi? Reſpondeas affirmatiuè, quia non pertinet ad Sindicum iudicare, an ille debeat puniri, cum ſit merus exequutor Bart. in *leg. interdum* §. *Diuus quoq; ff. de publ. & vectigal.* qui dicit ità fuiſſe terminatum Bononiæ Foller. *pract. crim. can. verbo denunciatione facta n.* 35. Clar. *q.* 7. *n.* 6. & D. Petra *Mag. Cur. Vicar. ritu.* 4. *num.* 10. *circà finem.*

Quæro quarto, an Sindicus teneatur ſe ipſum denunciare, ſi maleficium commiſſerit?
12 abſolutè dicas, quod non per doctrinam Paul. de Caſtr. in *d.* §. *Diuus quoq;* Ricc. *collect.* 2745. Ameſcua de *poteſtat. in ſe ipſum lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 16. D. Carolus Petra *Mag. Cur. Vicar. ritu* 4. *num.* 13.

Quæro quinto, an denunciator, & Sindicus poſſit recipi in Teſtem, quando Iudex proce-
13 dit per inquiſitionem ex officio? Angel. de *Maleſic. verb. necnon ad denunciationē n.* 21. dicit, quod ſic, & dat cautelam, quod Iudex, quando non habet alium Teſtem idoneum, niſi Officialem poſitum ad denunciandum, non debet procedere ſuper ipſa denuntiatione, ſed per viā inquiſitionis ex Officio propter publicam famam præcedentem, & poterit Sindicum, vt teſtum examinare, & citat Bartol. in *l. Diuus Cod. cuſtod. & exbib. reor. & text. in cap. licet extrà de ſimon.* & quia Bart. loquitur generaliter, ſiue procedatur per viam denunciationis, ſiue per viam inquiſitionis, ideò eius dictum reſtringit Salyc. in *l. ea quidem Cod. de accuſat.* vt procedat ſecundum tradita per Angel. *loco citato.* At Auguſt. ad Angel. *ibi* non ſequitur hanc reſtrinctionem, ſed ait doctrinam Bartoli procedere generaliter, prout loquitur ob rationem Baldi in *cap. in omni negotio n.* 5. *extrà de teſtibus*, vbi ait, quod Sindicus denunciat ſecundum conſcientiam publi-
14 cam, ſed teſtatur ſecundùm propriam, quæ officia, ait, eſſe compatibilia. *arg. in l. ſi Conſul ff. de adoption.*

Quæro ſexto, an Sindicus minor 25. annorum incidat in pœnam *iſtius cap.* ratione maleficiorum non denunciatorum? Sebaſt. de
15 Neap. in *cap. Regni frequens de teſtim. publ. diſrob. n.* 25. dicit, quod non incidit in pœnam *arg. leg. minorib. Cod. in quibus cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* & ibi not. per Bald. & hoc idem firmat Gratian. *dec.* 109. *n.* 10.

Quæro ſeptimo, an debeat puniri ille, qui nè crearetur Sindicus, aliquid dedit? puto, quod non, quia cuilibet permittitur redimere
16 vexationem, & moleſtias, vt in ſimili dixit Surd. *conſ.* 132. *num.* 50. *& ſeqq. lib.* 1. recipiens tamen acceptum reſtituit, & criminaliter punitur Bald. in *l. quod euitandi Cod. de condit. ob turp. cauſ.* & Sebaſt. de Neapol. *loc. citat. nu.* 31.

Quæro octauo, an Sindici excuſentur, ſi
17 non denunciant facinus in confinibus duorum territoriorum commiſſum? Vide Baiard. ad Clar. *qu.* 7. *n.* 12. Danza de *pugna Doctor. tom.* 2. *de homicid. cap.* 7. *num.* 32. & remiſſiuè ad eos D. Carol. Petr. *M. Cur. Vicar. ritu* 4. *num.* 10. & Gratian. *dec.* 109. *n.* 2.

Quæro nono, an excuſentur, ſi non denun-
18 ciant credentes, quod ſpectet hoc onus illis, qui ſucceſſerunt? Vide Cottam *memorial. verbo Sindicatus*, & remiſſiuè ad eum D. Carolum Petram *loc. cit. num.* 10. & vide Gratian. *deciſ.* 109. *nu.* 7.

Quæro decimo, an excuſentur, ſi non de-
19 nunciant leues percuſſiones, vel offenſiones vnguibus factas? affirmatiuè ex Franc. Caſon. inquit D. Petra *loc. cit. n.* 10. *in fine.*

Hauere il malfattore con radunar gente.

Dicit Carolus Tapia *de Iure Regni lib.* 5. *tit.* 45. *de perſequendis malefactoribus cap. diù iam*
20 *n.* 4. quod ad inſequendos malefactores Principes vtuntur campana, ad cuius ſonitum, & pulſationem debet vniri, & accurrere cum armis militia nuncupata fratrum iuratorum, & delinquentes inſequi, & ſubdit hoc remedium fuiſſe ab Alcalanorum Duce introductū, & quo-

21 & quoad vſum campanæ ad malefactores
proſequeudum allegat concordantes Dec.in
cap.patentibus n.2.de priuileg. & Marcum Ant.
Surgen.*de Neapoli illuſtrat.lib.*1.*cap.*11.*nu.*32.
quibus addendi Danza *de pugna Doctor.tom.*2.
*tit. de armat. per campanam cap.*8.*n.*106.D Ca-
rol.Petra M.*Cur.ritu* 22.*n.*3.
Quæro primo, an liceat in proſequutione
22 malefactorum ingredi territorium alienum?
videtur, quod ſic,& ità practicari aſſerit Tapia
loc.cit.& ſubdit vigere adhoc *duas Bullas* Bea-
ti Pij Quinti, quibus conceditur Regnicolis
ingredi Statum Eccleſiaſticum ad profligan-
dos malefactores,& in hac legatione habemus
conuentionem, quæ in principio cuiuslibet
noui gubernij ſolet fieri inter Legatum, &
Magnum Ducem Hetruriæ, qua datur Offi-
cialibus vtriuſque Status facultas ingrediendi
per quinque milliaria, & capiendi malefacto-
res, cum hoc tamen, quod non extrahantur
à Iuriſdictione abſque participatione, & li-
centia.
At ceſſante conuentione, & concordia fa-
23 cta inter Principes confinantes, non eſt lici-
tum de Iure ingredi alienum territorium ad
capiendum malefactorem, cum captura ſit
24 actus contentioſæ iuriſdictionis, & ea non
poſſit extrà territorium exerceri, vt per tex.in
l.extrà territorium ff.de Iuriſdict.omn.Iudic.& ex
Boſſio, & Vela firmat Carleual *de Iudic.lib.*1.
*diſp.*2.*qu.*7 *ſect.*1. *n.*755. etiamſi ingreſſio fiat
25 in calore, & ipſo actu proſequutionis, & in-
ſequutionis in delinquentem fugientem, vt ex
Boſſ.Clar.Gomez, Angel.Bouadill.Farin.Ca-
ballo, & Molino ſubdit *ibidem d. n.*755. qui
26 docet modum, & formam requirendi Iudi-
cem loci, in quo Reus ſe recepit, & plura
27 notabilia *num.* 757. *& ſeqq.* ponit circa
hanc materiam in contingenti caſu vi-
den.
Quæro ſecundo, an liceat Maſſario conuo-
care Populum contrà Clerium delinquentem,
& eundem capere? videtur diciendum, quod
non: nam Bald.in *cap.cum non ab homine n.*5.*&*
*ſeqq.de Iudic.*Marſil.*rub.de fideiuſſor.num.*118.
Carauit.*pragm.de exulib.n.*112.D.Franc.Vico
*ad pragm.Sardiniæ lib.*2.*tit.*21.*cap.*1. *nu.*42. qui
citat Hieronym.Oliues, Loſſæum, & Marſil.
dicunt; quod ſtatutum diſponens, quod villa
28 teneatur capere malefactorem ſub pœna,
non compræhendit, vt teneatur capere de-
linquentem Clericum, quia eſt exemptus om-
29 ninò à Iuriſdictione Secularium, vt eſt notum:
Sed Flau.Tortus *ad ſtatut.crim. Papiæ rub.*52.
tenet contrarium, quia ſtatutum ratione pu-
30 blicæ vtilitatis compræhendit Clericos, qui
poſſunt capi, vt ſuo Iudici conſignentur, iuxtà
doctrinam Menoch.*de arbitr.caſ.*280. *num.* 25.
Poterunt concordari hæ opiniones dicendo,
quod Maſſarius poterit capere cum inteutio-
31 no conſignandi Clericum ſuo Iudici, vt dicit
Bald.*loco cit.num.*5.ſed ommittens capere non
incidat in pœnam, niſi Clericus incedebat ſi-
ne habitu clericali, & habebatur pro Laico, vt
inquit idem Bald.in *l.*1.*n.* 9. *Cod. ſi à non com-*
pet. Iudic. vel niſi eſſet bannitus à Laico pro
crimine aſſaſſinij, vt inquit Carauit.*loc.cit.nu.*
32 113.*& ſeq.*quem vide, quia loquitur in ter-
minis occidentis Clericum bannitum,& diſtin-
guit tres caſus.
Vide tamen, quæ dixi circa facultatem ca-
piendi Clericos cum armis repertos in *cap.*
14.§.1.*nu.*60. vbi plures opiniones Doctorum
retuli.

Cap.XXXII.§.IV.& V.

Et caſo, che fuſſe trouato cadauero d'Huomo, ò Donna debbano parimente ſubito viſitarlo coll'interuento di qualche perſona, e guardar diligentemente, ſe in tale Cadauero ſi trouino ferite, percoſſe, liuidure, ò altri ſegni di morte violenta, e ſe iui fuſſero armi, ò inſtrumenti maſſimamente per li quali ſi poteſſe conietturare, eſſere ſeguita la morte di tale perſona,& pigliare in nota, anzi cuſtodire tutte le dette armi, & inſtrumenti, & anco li veſtimenti, & altre coſe, che ſi trouaſſero vicine al Cadauero, e darne ſubito notitia come di ſopra ſotto l'iſteſſa pena.

§. 5. Nè douerà alcun priuato, eccetto il Maſſaro, ò Meſtrale toccare il Cadauero, nè leuargli d'adoſſo, ò d'intorno alcuna coſa ſotto l'iſteſſa pena. E ſe per ciò nè ſeguiſſe difficoltà di proue alla Corte, caderà il delinquente in pena di ſcudi ducento d'oro, e di cinque anni di galea, oltre la pena del latrocinio della coſa tolta, ſe in quella poteſſe cadere la pena del furto.

SVMMARIVM.

1 *Maſſarijs mandatur, vt reperto cadauere alicuius hominis, illud viſitent, & referant.*

2 *Sed talis viſitatio non ſeruit ad formalitatem corporis delicti.*

3 *Viſum, & repertum debet fieri à Iudice, & Notario, seù à Notario de mandato Iudicis.*

4 *Cadaueris recognitio in forma quomodo fiat, & num.8.*

5 *Iudex non habet neceſſitatem viſitandi cadauer per ſe ipſum.*

In arduis tamen caſibus accedit ipſe ad viſitandum ibidem.

6 *Vulnerum deſcriptio triplici ratione fit.*

7 *Medici meliùs cognoſcunt qualitatem vulnerum, & quo genere armorum ſint illata.*

9 *Cadaueris recognitio poteſt fieri per modum rogitus, & per modum examinis teſtium.*

10 *Cadauer in loco publico eſt exponendum, quando Curia non habet teſtes illud recognoſcentes, & hoc ad inueniendum eos, qui cognoſcant.*

11 *Valet tamen inquiſitio ignorato nomine, & cognomine occiſi.*

12 *Si ſit ſepultum debet exhumari.*

13 *Et ſi ſit ſepultum in Eccleſia opus eſt licentia Iudicis Eccleſiaſtici ad exhumandum.*

14 *Et exhumatum debet extrà locum immunem aſportari.*

15 *Si ſit corruptum, & putrefactum debent recognoſci oſſa pro oſſibus humanis.*

16 *Peritorum iudicium in quibus delictis eſt neceſſarium.*

17 *Notarius actuarius poteſt abſque mandato Iudicis facere inſpectionem cadaueris, ſecùs in Notario ſimplice.*

18 *Reijcitur diſtinctio.*

Requiritur abſolutè commiſſio. num. 20.

Ceſſat in locis, vbi eſt conſuetudo in contrarium. num. 25.

19 Notario *actuario enunciantis commiſſionem Iudicis creditur.*

Non verò ſimplici Notario ibid.

21 *Cadaueris viſitatio eſt actus iuriſdictionis, qui non pertinet ad officium Notarij.*

22 *Iudicis, & Notarij perſona in quolibet actu iudiciario neceſſaria eſt ex* tex. in cap. quoniam *contra de probationibus.*

23 *Contrarium ſeruatur de conſuetudine.*

24 *Notarij poſſunt examinare teſtes de commiſione Iudicis.*

25 *Etiam abſque commiſſione in locis, vbi extat talis conſuetudo.*

26. *Imò in multis locis commiſſio non regiſtratur in actis.*

27 *Commiſſio Iudicis facta Notario de viſitando cadauer, vel examinando teſtes probatur per enunciatiuam Notarij.*

28 *Per Iudicis atteſtationem.*

29 *Per actum ſubſequutum factum à Iudice committente.*

30 *Poteſtates Villarum funguntur duplici officio Iudicis ſcilicet, & Notarij.*

31 *Sed in cauſis capitalibus non eſt tollerandum ob rationem allatam hic.*

32 *Commiſſarij non debent accedere ad loca commiſſionis proprijs ſumptibus.*

33 *Pro quibus delictis debent tranſmitti.*

34 *Procedunt pro criminibus, & contra perſonas dumtaxat ſpecificatas in commiſſione.*

35 *Poſſunt eijcere conſanguineos, & illos de factione pro tempore fabricationis proceſſus, quando timent de ſubornatione Teſtium, vel nè teſtes terreantur ab eorum præſentia dicere veritatem.*

36 *Poſſunt cogere Officiales loci commiſſionis ad tradendum proceſſus, & informationes ad cauſam facientes.*

37 *Commiſſarius deſtinatus ad aſſumendas informationes ſuper delicto poteſt citare Reum ad reſpondendum inquiſitioni.*

Contrarium aſſeritur, niſi hoc habeat in commiſſione. n.42. 44.

38 *Audientia teſtium alieni commiſſa intelligitur commiſſa receptio iuramenti eorundem teſtium examinandorum.*

39 *Commiſſarius valet cognoſcere de annexis, & connexis cauſæ ſibi commiſſæ, imò etiam de acceſſorijs ad eam.*

40 Tex. in auth. ſed Iudex Cod. de Epiſcop. & Cleric. *eſt alteratus à* Irnerio.

41 Creſcentij deciſio 1. de iureiur. *quomodo debet intelligi.*

43 *Inquiſitio, ſeu monitorium Reo tranſmittendum debet formari à Iudice, & ab eodem committi, vt Reo tranſmittatur.*

45 *Cõmiſſarius in Regno Neapolitano ſpatio vnius diei habita confeſſione à latrone illum ſuſpendi, & Villam comburi fecit.*

46 *Sed habebat amplas facultates.*

47 *Commiſſarius habens facultatem procedendi vſque ad ſententiam incluſiuè debet in citatione ad reſpondendum Inquiſitioni, ad bannum, & ſententiam inſerere tenorem ſuæ commiſſionis.*

Contrarium n.50.

Prima opinio eſt verior. n. 53. & 56.

Et eſt recepta in praxi. n.60.63.

Et hac opinio eſt ſeruanda. n. 61.

Ne Iudex, ſi poſtea opponatur talis exceptio incurrat amaritudinem, & conſtituatur in anguſtia. n. 62.

48 *Iudex Delegatus nihil habet de proprio, & tantum poteſt, quantum eſt reſcripto Principis commiſſum.*

49 *Debet igitur reſcriptum manifeſtare alias ſibi non creditur, etiamſi ſit Vir bonus. n. 64*

51 *Delegatus aſſerendo ſe talem in citatione arctat citatum ad petendum ſibi oſtendi delegationem, quia ingerit citato probabilem dubitationem, quod aſſertio ſit vera.*

52 *Conſcientia quando non poteſt certitudinariè ad partem aliquam applicari, tunc quod tutius eſt eligi debet, n. 91.*

54 *De-*

Digitized by Google

54 Delegatus ante receptionem commiſſionis non poteſt in vim dictæ commiſſionis, licet iam expeditæ, aliquid facere.

55 Et ſi aliqaid facit eſt prorsùs nullum.

57 Citatus coram delegato non tenetur comparere, ſi in citatione non ſit inſertus tenor delegationis.

58 Et ſic non poteſt condemnari.

59 Quia non contraxit legitimam contumaciam.

65 Enuncianti in citatione ſe delegatum non creditur.

Etiam ſi aſſerat ſe delegatum Pontificis ibid.

66 Delegato etiamſi in citatione inſerat fidem, qua notarius affirmet vidiſſe delegationem, regiſtraſſe, & penes ſe retineſſe, non creditur.

67 Aſſignatur ratio.

68 Et alia ratio melior aſsignatur.

69 Notario dicenti ſcripturam fuiſſe productam creditur quoad productionum, ſed nō quoad tenorem ſcripturæ productæ.

70 Quia notarius non eſt rogatus de contentis in ſcriptura producta.

71 Delegatus licet teneatur inſerere in citatione tenorem ſuæ delegationis, non tamen tenetur tranſmittere originale commiſſionis.

72 Debet tamen originale oſtendere petenti.

73 Citatus à delegato ſe enunciante talem debet comparere, ſi delegatus exercet iurisdictionem in Dioceſi, ſeu Prouincia, in qua eſt delegatus.

Dummodo diſtantia ſit parua, puta quindecim milliarium. 75.

74 Nam tunc ſine magno incommodo poteſt petere copiam delegationis, & etiam petere ſibi oſtēdi originale.

76 Ea magis ſi ſit in loco, in quo eſt delegaus.

Et etiam quando citatus habet ſcientiam, vel veriſimiliter poteſt habere ſcientiam delegationis. n.84. & 94.

Contrarium tamen eſt verius. n.92. & 95.

Concorda, vt dicitur. n.98.

77 Delegatus nau tenetur inſerere tenorem ſuæ cammiſſionis, ſi in loco ſit conſuetudo, ſiue ſtylus non inſerendi.

78 Et nec quando, qui citatur, ipſe delegationem impetrauit.

79 Et nec quando iurisdictio delegati eſt notoria.

80 Contrarium in hoc tenent alij.

81 Sed iſti reijciuntur.

Sed non cum fundamento reijciuntur. n.83.

82 Notorium ſola allegatione probatur. n. 128.

85 Iudex delegatus in cauſis criminalibus non debet data opera recedere à regula, qua firmatur eſſe tenorem delegationis inſerendum in citatione.

86 Nam Rei, dum ſunt in fuga vix habent notitiam citationis.

87 Et in caſu inaduertentiæ debet id tribuere voluntati Dei.

Et ex hoc adhærere mitiori. n. 90.

88 Principum intentio, dum condunt leges cum comminatione pænarum rigoroſarum, tendit ad remouendum ſubditos à delictorum perpetratione, & idò ſequuto delicto quærunt mille modis, vt eos poſſint cum aliqua apparentia à pœna liberare.

89 Oſtenditur hoc euidentia.

93 Præſumptio iuris dicitur eſſe liquida probatio.

96 Factum non præſumitur, niſi probetur.

97 Zabarella reprobatur.

99 Incola, vel habitator in loco non poteſt deputari in Commiſſarium.

100 Poteſt enim eſſe ſuſpectus.

101 Commiſſarij debent aduertere, ne dent ſuſpicionem de ſe partibus.

102 Ideò non debent ſe conferre ad domum Accuſatoris, & adhærentis, & nec ibi examinare teſtes.

103 Teſtes examinati in domo adhærentis, an probent.

104 Cautela pro Reo, quando locus examinis eſt ſuſpectus.

105 Commiſſarij non debent edere, & in vna menſa ſedere cum quærelante.

Poſſunt enim ex hoc allegari ſuſpecti ibidem.

106 Non debent ſe aſſociare in itinere cum partibus & nec debent xenia ab illis ſeù, amicis eorum accipere.

107 Commiſſarij, qui paſſim accedunt ad domum teſtium ad illos examinandum malè faciunt.

108 Et quando poſſint hoc facere.

109 Commiſſarij poſſunt recuſari, & allegari ſuſpecti.

110 Commiſſarius non poteſt exercere ſuam iuriſdictionem, niſi oſtenſis litteris ſuæ commiſſionis.

111 Fallit in Commiſſario Officiali Principis.

112 Sed & iſte ad euitanda ſcandala tenetur commiſſionem oſtendere.

113 Exceptis caſibus celeritatem, & ſecretum exigentibus, nam tunc ſatis eſt, quod exhibeatur commiſſio poſt factam executionem.

114 Loquutio generalis parit confuſionem.

115 Commiſſarius, qui tranſmittitur ad Prouinciam, & Ciuitatem, in qua reſidet Prælatus habens Breue Pontificium debet oſtendere illi ſuam commiſſionem antequam incipiat exercere iuriſdictionem.

116 Redditur ratio.

Limitatur in quatuor caſibus. num. 124. & 126. & 127.

117 Rectores Prouinciarum, qui habent Breue Pontificium ad gubernandum in Statu Eccleſiaſtico nullum habent Superiorem, quam Pontificem ipſum.

118 Et Pontifice inconſulto non poſſunt nec ab Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis excommunicari.

119 Aut ab alijs quauis autoritate fulgentibus cognoſci.

120 Prælati miſſi ad regendum Ciuitates ſunt miniſtri Pontificis.

121 Et de illis in re graui, & ſecretum exigenti non eſt diffidendum.

122 *Nec habendi ſunt minus fideles, quam Commiſſarij.*

123 *Commiſſarij debent notare in proceſſu, quod litteras commiſſionis oſtenderunt.*

125 *Cautela pro Commiſſarijs.*

129 *Cardinali creditur abſque exhibitione commiſſionis, quando agitur de re non præiudiciali tertio.*

130 *Secus in re præiudiciali.*

131 *Exhibitio litterarum Commiſſionis, & delegationis eſt adeò neceſſaria in re tertio præiudiciali, vt ſi deperdantur, non poſſint probari per teſtes.*

132 *Affertur ratio, n. 143.*

133 *Et nec probatur per iuramentum delegati.*

134 *Fallit quando deperduntur poſt factam oſtenſionem.*

135 *Imò, quod poſsit probari perditio, & tenor commiſsionis etiam antefactam exibitionem probat Rulant.*

136 *Et hæc opinio approbatur.*

137 *Commiſſario incumbit onus petendi nouam commiſsionem in caſu deperditionis.*

138 *Sumptibus partis quatenùs caſu deperdita ſit: ſumptibus verò proprijs ſi eam ſua culpa amiſerit.*

139 *Officiali Supremi Tribunalis Papæ, ſeu Alterius Principis miſſo ad capiendum informationem ſuper aliquo delicto creditur abſque oſtenſione commiſſionis, nam non agitur de præiuditio tertij, ſed de ſeruitio, & commodo Principis.*

140 *Nec attendi debet præiudicium, quod reſultat Gubernatori, vel ei, qui proceſſatur ob rationem, quæ redditur.*

141 *Commiſſarij deſtinati ad Ciuitates, & loco, in quibus præſunt poteſtates, qui habent litteras patentales ad annum, debent ſe eis manifeſtare, & petentibus oſtendere etiam commiſſionem.*

Præſertim ſi ſint meri Commiſſarij, *n.144.*

142 Commiſſio *tanquam quid facti non præſumitur.*

145 *Commiſſarij deſtinati ad loca Baronalia non tenentur commiſſionem oſtendere.*

146 *Redditur ratio.*

Debent tamen ad euitanda ſcandala facere cum Officialibus loci aliquod complementum. num.149.

Sed *ſi officiales petant ſibi oſtendi commiſsionem, debent illam oſtendere ſecundum* Maſtrillum 150.

147 *Inferior non poteſt legem imponere Superiori.*

148 *Et nec poteſt limitare iuriſdictionem Superioris.*

151 *Commiſſarij deſtinati ad loca Baronalia non tenentur oſtendere commiſsionem officialibus, etiamſi non à Principe mes, ſed ab illius Supremo Tribunali habeant mandatum.*

152 *Princeps in locis infeudatis non habet iuriſdictionem primarum inſtantiarum, niſi in defectum iuſtitiæ. num.161.*

153 *Vel in caſibus, in quibus Princeps habet ius ſuperioritatis.*

154 *Poteſt tamen liberè in feudis facere, & exequi omnia, quæ dependent à cauſis in eius Supremo Tribunali introductis.*

155 *Ad Barones non ſpectat cognoſcere ſuper competentia iuriſdictionis cum ſupremo.*

156 Commiſſarij *deſtinati à Gubernatore Prouinciæ intra Prouinciam non tenentur oſtendere commiſsionem officiali ſubordinato.*

157 *Reipublicæ intereſt habere plura prætoria.*

158 Commiſſarius *notus in loco ſolo verbo commiſſionem probat.*

159 Commiſſarij *deſtinati à Gubernatore Prouinciæ ad locum Baronalem intra Prouinciam exiſtentem tenentur oſtendere commiſſionem officiali.*

160 *Redditur ratio.*

162 *Gubernatores Prouinciarum, ſi volunt cognoſcere cauſam loci Baronalis intra Prouinciam exiſtentis in prima inſtantia, debent certiorare Baronem de motiuo aſſumendi dictam cognitionem.*

163 *Si volunt examinare teſtes, vel alium actum Baroni non præiudicialem in Baronia exercere, debent procedere per viam requiſitoriæ, vel Commiſſarij miſſi debent oſtendere commiſſionem.*

164 *Gubernator Prouinciæ, & Baro loci intra Prouinciam exiſtentis, quando dicantur æquales reſpectu ad actum in Baronia expediendum.*

165 *Executor faciens executionem in Baronia irrequiſito officiali Baroniæ dicitur vſurpare iuriſdictionem, & quando hoc ſit verum.*

166 Commiſſarij *ad exigendum debent ſe præſentare officialibus, & magiſtratui locorum, & commiſſionem oſtendere.*

167 *Non habent facultatem per ſe ipſos aliquid exigendi, ſed ſolum inſtandi.*

168 *Antiquitus poterant per ſe ipſas exigere.*

169 Tex. in auth. de Collator. §. cos, inducitur *à Doctoribus communiter ad oſtendendum, quod* Commiſſarij, *& delegati Principis tenentur oſtendere commiſſionem.*

170 *Seruientes, Apparitores, Birruarij recipientes mandata à* Curia *Tribunalis Supremi exequuntur irrequiſito officiali loci. n.173.*

171 *Aſſignatur ratio .n. 174*

172 Citare *extra ſuum territorium irrequiſito officiali, an, & quando liceat.*

175 *Citatio ad comparendum, vel teſtimonium perhibendum in cauſa ſpectante ad Tribunal Principis poteſt fieri irrequiſito ordinario loci Baronalis.*

176 *Pontifex poteſt directè citare Laicos in terris imperij attento, quod imperium dependet ab Eccleſia.*

177 *Homines, qui ſubſunt feudatario inueſtito cum omnimoda iuriſdictione magis ſunt homines Principis inueſtientis, quam inueſtiti.*

178 *Tenentur magis obbedire Principi.*

179 *Man-*

Digitized by Google

179 *Mandatum de carcerando, pignorando &c. expeditum in Curia Principis poteſt exequi in Baronia irrequiſito officiali.*
180 *Sed poſt factam exequtionem executor tenetur officialem certiorare.*
181 *Aſſignantur rationes.*
182 *Ordinationes in pluribus locis extant, quod pignora capta in executione depoſitentur in loco executionis, & capti mancipentur carceribus loci, in quo capiuntur.*
183 *Commiſſarius, qui non oſtenſa commiſſione exercet iuriſdictionem poteſt puniri, etiam ſi ſit deinde paratus illam oſtendere.*
184 *Debet tamen in hoc locus eſſe pœnitentiæ.*
185 *Et quod non debeat, nec poſſit puniri oſtenditur.*
186 *Executores in quibus caſibus poſſint corripi in loco executionis.*
187 *Sed à quo ſint puniendi, an ab ordinario loci, an verò à Superiore remiſſiuè.*
188 *Officiales locorum facta oſtentione commiſſionis debent in cauſa ſuperſedere.*
189 *Quid ſi lacerent litteras commiſſionis ob indignationem, vel contemptum.*
190 *Commiſſarius vnum, & non plures proceſſus facit, quando plures ſunt Rei in eadem cauſa.*
191 *Commiſſarius exercens commiſſionem contra plures exigit viatica ab idoneis.*
192 *Dummodo non procedat primo contra vnum, & poſtea redeat ad locum commiſſionis ad effectum inquirendi contra alium, quia tunc idoneus non tenetur pro inope.*
193 *Commiſſarius, qui ſecundo redit ad locum commiſſionis ad proſequendum proceſſum an egeat noua commiſſione.*
194 *Deſtinatus ad examinandum teſtes non poteſt ſine commiſſione noua eos repetere.*
195 *Poteſt tamen ſine noua commiſſione interrogationes ommiſſas teſtibus facere.*
196 *Deſtinatus ad recipiendum examen teſtium non poteſt atteſtationes publicare.*
197 *Et nec poteſt diſcutere, an articuli ſint admittendi.*
198 *Et nec poteſt recipere teſtes ad repulſam.*
199 *Commiſſarius non exigit viatica niſi habeat in commiſſione facultatem.*
200 *Superiores poſſunt expedire commiſſionem cum clauſula, quod Commiſſarius poſſit ex ſe exigere viatica.*
201 *Poſſunt etiam ſalarium taxare.*
202 *Viatica debentur à fiſco, vel adhærente.*
203 *Et ipſi repetunt ab accuſato iuxta reſeruationem, quam ſolent Superiores facere ad eorum fauorem in commiſſionibus.*
204 *Repetitio viaticorum non fit niſi terminato negocio.*
205 *Et quidem per condemnationem.*
206 *Criminis titulus non facit quem Reum, ſed ſententia.*
207 *Sententia dat formam, & eſſe rei.*
208 *Exceptio non entis ſubiecti, in que pars ſe fundat impedit executionem quantumuis priuilegiatam.*
209 *Commiſſarius non exigit viatica, niſi acquiſiuerit contra Reum inditia ad tranſmittendam inquiſitionem.*
210 *Et nec illa exigit ſi proceſſus ſit nullus.*
211 *Qualitas Commiſſarij puta, quod alias fuerit inquiſitus de falſo impedit repetitionem viaticorum.*
212 *Viatica non poſſunt repeti, ſi teſtes non perſiſtant in eorum dicto, vel etiam extra iudicium dicant depoſuiſſe contra veritatem tædio carceris.*
213 *Commiſſarij, dum habent in commiſſione facultatem exigendi viatica ab inditiatis, vel inditiandis, ſtatim ac acquirunt inditia ſufficientia ad tranſmittendam inquiſitionem relaxant mandata, & bona executata ſub haſta vendunt.*
214 *Sed reuerſi ad Vrbem non poſſunt amplius vti dicta facultate.*
215 *Et ideò debent inſtare coram Superiore.*
216 *Et iſto caſu à taxatione facta per Superiorem datur appellatio.*
218 *Et ita fuit iudicatum contra adhærentem repetentem viatica, quia non poterant haberi loco alimentorum.*
219 *Ex hac ratione idem eſt dicendum reſpectu ad Commiſſarium viatica petentem coram ſuperiore, quia habentur, ac ſi peterentur alimenta præterita, quæ non habent priuilegium.*
220 *Sed hoc eſt verum ſolum quando eſſet difficultas circa ſufficientiam inditiorum.*
221 *Alias non daretur appellatio ſuſpenſiua.*
222 *Sed tamen f.m.* Innoc. XI. *ordinauit quod etiam reuerſis ad Vrbem duret manus Regia.*
Appellatio in dubio admittitur, vt minus partibus præiudicialis. num. 217.
223 *Viatica ſoluens Commiſſario, dum non habet intereſſe in cauſa, nō habet ius appellandi ratione repetionis viaticorum, à ſententia prolata ad fauorem accuſati.*
Contrarium, num. 237.
Sed vix datur iſte caſus. num. 238.
Et quando daretur competeret ſaltem recurſus. num. 239.
224 *Actio competens ex delicto tribuit ius ad appellandum à ſententia ad fauorem Rei prolata.*
225 *Fiſco competit de iure ius ad appellandum à ſententia prolata ad fauorem Rei.*
226 *Sed de conſuetudine non appellat.*
227 Motus proprius, *ſeù* Conſtitutio Pij IV. 58. in ordine Bullar. *eſt vbique ſeruandus.*
228 *Romana Curia eſt mater omnium Curiarum.*
229 *Conſuetudo non appellandi à ſententia abſolutoria reſpectu ad fiſcum procedit etiam ſi abſolutoria lata ſit in ſecunda inſtantia.*
230 *Fauori liberationis Rei plurimum tribuendum*
231 *Fiſcus propter ſuperuenientes probationes de nouo repertas non reſtituitur.*
232 *Promotor Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis non appellat.*
Et ita fuit deciſum. 234.
Contrarium dicit Genuen. 235.

Sed

Sed loquitur de iure communi . 236.

233 *Fiſcus , & Eccleſia in materia reſtitutionis in integrum æquiparantur .*

240 *Recurſui eſt deferendum , quando denegata eſt alicui appellatio, ſed tunc pro admittendo recurſu grauamen debet eſſe notorium .*

241 *Fiſcus probibitus appellare à ſententijs abſolutorijs etiam ſi ſine interlocutoriæ , & mera decreta appellat à decreto remiſſionis cauſæ ad alium Iudicem .*

242 *Appellat à decreto , quod inquiſitus gaudet indultu .*

243 *Appellat in cauſis pecuniarijs deſcendentibus ex crimine .*

244 *Contrarium .*

245 *Appellat à minoritate pena .*

246 *Non appellat à ſententia lata in cauſa immunitatis ad fauorem Rei.*

247 *Commiſſarij non taxant viatica , quia difficulter ſe continerent intra terminos veræ quantitatis .*

248 *Exigentes vltra taxam coguntur reſtituere vſque ad obulum .*

249 *Dieta , & viatica debentur Commiſſarijs tam pro acceſſu, quam pro receſſu, & mora .*

250 *Salarium pro acceſſu , & receſſu liquidatur ad rationem 20. milliarium pro qualibet dieta.*

251 *Etiam ſi vltima dieta conſiſtat in vno milleari*

252 *Numeratio dietarum , & milliarium facienda eſt iuxta diſtantiam itineris per terram non autem per aerem , vel mare .*

253 *Milliaria 50.per mare ſunt minus 20.per terrã.*
Explicatur hæc aſſertio ibidem .

254 *Salarium debitum Commiſſario pro mora numeratur per dies naturales .*

255 *Et numerantur etiam dies feſtiui .*

256 *Commiſſarij poſſunt diebus feſtiuis non itinerare , & adhuc habent ſalarium pro illis diebus .*
Contra ium ibidem .

257 *Quid in caſu quo habent impedimentum .*

258 *In caſu infirmitatis habent ſolum alimenta.*

259 *Imo habent integrum ſalarium .*

260 *Concordantur opiniones remiſſiuè .*

261 *In Viaticorum taxatione detrahendæ ſunt impenſæ temporis exceſſiui .*

262 *Et exceſſiui numeri birruariorum .*

263 *Dummodo non habeat facultatem ducendi quot birruarios voluerint .*

264 *Et talis facultas præſumitur impertita , quando Commiſſarius cum tanto numero birruariorum diſceſſit è loco , in quo reſidet delegans .*
Et detrahendæ etiam ſunt impenſæ viæ longioris. 266.

265 *Commiſſario non permittitur de iure vllus abuſus .*

267 *Commiſſario facienti in vno die iter, pro quo erant conſumendi duo dies , an debeatur ſalarium pro vno,vel duobus diebus remiſſiuè .*

268 *Commiſſarius duobus negocijs vacans non exigit duo ſalaria .*
Contrarium num.270.

269 *Milites tenentes duas militias non conſequuntur duo ſtipendia .*

271 *Salarium magiſtratibus togatis debetur ratione laboris , & non alimentorum .*

272 *Ideò eis debetur ſalarium etiam ſi abſint , & accipiant dietas à* Parte .

273 *Et ſi vno die examinent tot teſtes,quot examinare debent in duobus diebus , recipiunt ſalarium pro duobus diebus .*

274 *Salarij duplicati materia remiſsiuè .*

275 *Commiſſarij non poſſunt compellere conſanguineos delinquentium ad emendum bona executata pro viaticis .*

276 *Et nec cogunt vicinos .*

277 *Contrarium videtur diſponere* Bulla Sixti Quarti .

278 *Sed* dicta Bulla *non extenditur ad hunc caſum .*

279 *Bona publicata , vel confiſcata non poſſunt conſanguinei , vel alij ex cauſa Fiſci cogi ad emendum .*

280 *Et hoc expreſsè in iure determinatur .*

281 *Fiſcus non habet prælationem in bonis delinquentis alijs creditoribus .*

282 *Commiſſarius , qui fabricauit proceſſum non habet pro viaticis prælationem creditoribus in bonis delinquentis proceſſati .*

283 *Fallit quoad expenſas fabricationis proceſſus graduatorij .*

284 *Nam tunc expenſa tendit in vtilitatem omnium creditorum .*

285 *Commiſſarius , qui pro ſuis viaticis vendidit bona delinquentis, & ſe ſatisfecit,non tenetur creditoribus anterioribus reſtituere ex quo pecunia fuit conſumpta per ipſum Commiſſarium poſteriorem .*

286 *Maximè ſi anteriores non habent niſi perſonalem .*

287 *Et non fecerint excuſſionem bonorum .*

288 *Commiſſarius , Fiſcus, an fideiuſſor præferatur in bonis delinquentis remiſsiuè .*

289 *Barones de iure non habent facultatem transmittendi Commiſsarios .*

290 *Sed de conſuetudine illos tranſmittunt .*

291 *Epiſcopi habent merum , & mixtum imperium .*

292 *Æquiparantur Præfecto Pretorio .*

293 *Habent propterea ius gratiandi etiam poſt latam ſententiam .*

294 *Concedunt dilationem .*

295 *Traſmittunt etiam Commiſsarios .*
Et hoc quotidie tranſmittunt 297.

296 *Imperium merum , & mixtum de Iure canoniso de facili delegatur .*

298 *Epiſcopi mittunt Commiſsarios ſumptibus proprijs .*
Contrarium . 301.
Concorda . 303.

299 *Cardinalis Vic. Papæ tranſmittit Commiſsarios ſumptibus indiciatorum , & inditiandorum .*

300 *Barones tranſmittunt Commiſsarios ſumptibus proprijs .*

302 *Contrarium de ſtylo .*

304 *Commiſsarius debet concedi pro faciendo defen-*

ſenſuo, quando fuit conceſſus pro faciendo informatiuo.

305 *Vidua habet electionem, & variationem fori in quacumque parte iudicij, etiam poſt concluſum in cauſa, & etiam in gradu appellationis, num.*306.

307 *Contrarium quoad variationem, quia eſt odioſa, & doli mali plena.*

308 *Maximè poſtquam facta eſt conteſtatio inditiorum.*

309 *Dummodò non omittat per errorem declinare in tempore.*

310 *Prima tamen opinio eſt communis, & eſt in praxi recepta.*

311 *Variatio fori licita eſt vbi electio datur à iure: ſecus quando datur ab homine.*

312 *Clericus habet electionem Tribunalis, in quo porrigat accuſationem, & quarelam pro offenſa, ſed non poteſt variare.*

Vidua ſi variat an obſinere debeat tranſmiſſionem commiſſarij ad fabricandum proceſſum, & informationes aſſumendas.

Verſ. quoad ſecundum, & 326.

313 *Teſtium examen prohibitum eſt poſt didicita teſtificata.*

314 *Quoquo modo ſint didicita etiam ſi non ſit formiter facta publicatio proceſſus.*

315 *Affertur triplex ratio huius prohibitionis.*

316 *Index poteſt etiam poſt didicita teſtificata recipere ex Officio nouos teſtes, quia ceſſat tunc timor ſubornationis.*

317 *Et eadem ratione idem procedit in Procuratore fiſcali.*

318 *Sed plura ſunt etiam hoc caſu ſeruanda, quæ enumerantur.*

319 *Examen teſtium admittitur poſt didicita teſtificata, quando ceſſat timor ſubornationis.*

320 *Et quando teſtes examinantur, ad confirmandum dicta teſtium iam examinatorum.*

321 *Et quando concurrit aliqua magna cauſa examinandi teſtes poſt publicationem proceſſus.*

322 *Sed hoc procedit ſolùm quando Index ex ſe, vel ad inſtantiam ſolius fiſci examinat.*

323 *Nam ad inſtantiam Partis non poteſt fieri examen, quia adeſt ſuſpicio.*

324 *Et adeſt culpa, & negligentia eiuſdem partis non producentis teſtes in tempore.*

325 *Quæ negligentia impedit de iure examen poſt factam publicationem.*

327 *Commiſſarius ad inſtantiam Viduæ forum vigore leg.* vnicæ Cod. quando Imperat. *variantis debet expediri ſumptibus inditiatorum, & inditiandorum.*

328 *Aſſignatur ratio.*

329 *Contrarium.*

Concilia *vt num.*332.

330 *Priuilegium* leg. vnic. Cod. quando Imperat. *pinguius eſt, quàm reſtitutio in integrum.*

331 *Principis beneficium non debet trahi ad abuſiuam interpretationem, vt alteri ſit præiudiciale.*

333 *Priuilegium* leg. vnicæ Cod. quando Imperat. *non habet locum in criminalibus.*

Contrarium num.335.

334 *Et non habet locum ad fauorem Viduæ, ſeù pupilli &c. accuſatæ, ſeù accuſati.*

336 *Contrarium.*

337 *Et ità in facto indicatum.*

338 *Vidua, & alius habens beneficium* leg. vnicæ Cod. quando Imperat. *ſi ſit accuſata debet ſe conſtituere ad hoc, vt dicto beneficio potiatur.*

*Contrarium num.*340.

Sed non eſt recedendum à prima opinione. 341.

339 *In criminalibus non admittitur Procurator.*

342 *Carceratus pro vna cauſa criminali poteſt pro alia comparere per Procuratorem.*

343 *Etiam ſi carceratio ſit affectata.*

344 *Virgo habens Patrem non habet electionem fori pro iniuria ſibi illata.*

345 *Contrarium.*

346 *Sed in criminalibus tantum.*

347 *Concorda vt num.*348.

349 *Ordinarij locorum puta Gubernatores, & Poteſtates non poſſunt accipere viatica ſi ijs à ſuperiore committitur aliqua cauſa in loco facienda.*

350 *Nec à Camera delegantis poſſunt aliquid prætendere.*

351 *Fallit quando aſſumunt Notarium, quia ſuus fuit à parte allegatus ſuſpectus, nam bene faciunt ſoluere iſto caſu ab ipſa Parte, quæ allegat ſuſpectum Notarium.*

352 *Et fallit quando habent neceſſitatem equitandi, & à loco reſidentiæ recedendi.*

353 *Commiſſarij Auditoris Cameræ habentes facultatem in commiſſione examinandi, compellendi, mulctandi teſtes, poſſunt quoſcunque examini ſubijcere.*

354 *Auditor Cameræ habet autoritatem in laicos, & in Eccleſiaſticos, ſeculares, & regulares, & exemptos.*

355 *Commiſſarij Auditoris Cameræ compellunt teſtes ad perhibendum teſtimonium etiam cenſuris Eccleſiaſticis, quamuis ipſi non ſint charactere Eccleſiaſtico inſigniti.*

356 *Et hoc ex conceſſione Papæ, qui poteſt hæc mero laico committere.*

357 *Commiſſarij etiam à Sacra Conſulta miſſi nequeunt examinare Eccleſiaſticos abſque licentia ordinarij.*

358 *Clerici in quibus caſibus debent deponere in cauſa criminali remiſſiuè.*

359 *Officialibus ſolitis habere acceſſum ad Pontificem in negociorum expeditione credendum eſt, ſi aliquid aſſerant de licentia Papæ facere.*

360 *Tenor licentiæ examinandi teſtes Eccleſiaſticos concedi ſolitæ ab Ordinarijs.*

361 *Enunciatiua Notarij non probat licentiam Ordinarij circa facultatem examinandi Eccleſiaſticos.*

362 *Cautela pro Epiſcopis, & Vicarijs circa licentiam examinandi perſonas Eccleſiaſticas.*

363 *Commiſſarij miſſi ab Epiſcopis quomodo ſe gerere debeant.*

Epiſco-

364 *Epiſcopi, & eorum delegati poſſunt compellere teſtes, ſinè Eccleſiaſticos, ſinè Laicos adferendum teſtimonium.*

Extra tamen ſtatum Eccleſiaſticum non ſolent laicas carcerare abſque imploratione brachij. num.366.

365 *Iudices laici impedientes Epiſcopos examinare teſtes incurrunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ tanquam eos impedientes vti iuriſdictione Eccleſiaſtica.*

367 *Epiſcopi non poſſunt ſine Superioris Regularis licentia examinare Monachos.*

Et nec abſque licentia Inquiſitoris poſſunt examinare familiares Sancti Officij 369.

368 *Regulares non poſſunt ſe examini ſubijcere ſine licentia Superioris.*

Et an examinati ſine licentia valeat eorum examen ibid.

370 *Epiſcopus, ſeù eius Delegatus poteſt carcerare, & compellere Clericum alterius Diœceſis in ſua Diœceſi repertum ad ſe ſupponendum examini. n.374.*

Et iſto caſu iuriſdictio prorogatur ratione cauſæ, quæ expediri non poteſt ſine depoſitione teſtium 375.

Et etiam prorogatur ratione muneris 376.

371 *Clerici quot modis mutent Iudicem in ſua tamen ſphera, & hierarchia.*

372 *Caracter clericalis inducit mutationem ſtatus reſpectu ad Iudicem, & forum Secularem, ſed non reſpectu ad iudicem, & forum Eccleſiaſticum.*

373 *Caracter clericalis operatur, vt Clericus efficiatur alterius territorij, ac ſi domicilium, & originem mutaſſet.*

377 *Epiſcopus poteſt repetere à Curia Sæculari Clericum alterius Dioceſis in ſua dioceſi carceratum.*

378 *Affertur ratio.*

379 *Tenetur tamen ipſe Epiſcopus Clericum ſibi à Curia Sæculari remiſſum remittere ſuo Epiſcopo.*

380 *Epiſcopus ratione muneris tenetur repetere Clericum alterius Dioceſis in ſua dioceſi carceratum à Curia Sæculari etiam antequam Iudici Seculari conſtet de Clericatu: & ſic antequam Iudex Sæcularis committat ſacrilegium.*

381 *Epiſcopus non poteſt examinare, & compellere ad ſe examinandum regulares abſque licentia Superioris regularium, etiamſi illos reperiat in ſua Dioceſi, imò in eadem domicilium contraxerit n. 386.*

Nam ſunt prorſus exempti à iuriſdictione Epiſcopi tanquam eſſent alterius territorij. num.384.

382 *Regulares antiquis temporibus erant vigore Canonum ſubiecti Epiſcopis.*

383 *Sed hodie vigore Bullarum ſunt exempti ab Epiſcoporum iuriſdictione.*

384 *Monaſteria, & Conuentus Regularium licet ſint intra territorium, & Dioceſim Epiſcoporum non ſunt de territorio.*

385 *Epiſcopus ſi indiget Monaci teſtimonio in aliena dioceſi exiſtentis non petit licentiã ab Epiſcopo loci, ſed ab Abbate, & Superiore ipſius Monaci*

387 *Epiſcopus, ſeù Delegatus Epiſcopi carcerans Clericum in nullius Dioceſi ad effectum eundem examinandi incidit* in can. ſi quis ſuadente *iuquanſh Clericum indebitè carcerat, et incidit in excommunicationem* c. 11. ſeſſ.23.S.Conc. Trid.& can.17. Bullæ Cœnæ *in quantum carcerat in iuriſdictione aliena.*

388 *Quatenus tamen intendat vſurpare iuriſdictionem.*

389 *Fallit quando territorium eſſet controuerſum, an eſſet nullius.*

390 *Poſſet tamen Epiſcopus peccare, quia non repeteret debito modo.*

391 *Birrnarius carcerans Clericum in Territorio nullius non incidit in excommunicationem ſi carceret de ordine Epiſcopi.*

392 *Commiſſarius, ſeu Delegatus à Superiore Regulari nequit examinare teſtes Clericos ſine licentia Epiſcopi, & teſtes Laicos ſine licentia Iudicis Sæcularis, & nec teſtes regulares alterius ordinis ſine licentia Superioris dictæ Religionis.*

393 *Commiſſarij extra Vrbem non tranſmittuntur niſi facto verbo cum ſanctiſſima.*

394 *Contrarium quando tranſmittuntur à Gubernatore, & Vicario intra diſtinctum, & quando tranſmittuntur ab A. C. in cauſis iure ordi-*

395 *nario ad Tribunal ſuum pertinentibus.*

Fallit tamen quando Commiſſarij tranſmittuntur ſumptibus Cameræ.

396 *Commiſſiones, quæ dantur Commiſſarijs ſignantur manu A.* C., Card.*Vicarij, & reſpectiuè Gubernatoris, et cum viſa Locumtenentis.*

397 *Refertur formula remiſſiuè.*

398 *Commiſſarij non expediuntur contra Epiſcopos niſi ex expreſſa commiſſione, & ordine Papæ de qua, & quo eſt facienda expreſſa mentio in litteris facultatiuis.*

399 *Imò commiſſio eſt ſignanda manu Papæ.*

400 *Auditor Cameræ non debet, inconſulto Pontifice, in ſcripsis quicquid redigere contra Epiſcopos.*

401 *Poteſt tamen ſi vult. num.* 105.

Et ita fuit iudicatum. 408.

402 *Sed non citat eas ad perſonaliter comparendum.*

403 *Nam ad hoc requiritur commiſſio ſignata manu Sanctiſſimi. n.406.*

Dummodo non reperiantur extra Reſidentiam, nam ſi ſint extra Reſidentiam poſſunt etiam citari ab A.C. ad comparendum perſonaliter ſine alia Pontificis commiſſione.

404 *Exceptio firmat regulam in contrarium in caſibus non exceptis.*

407 Sacrum Concil.Trident.Seſſ.24. cap.5. de Reform. *fuit derogatum* à Bullis Gregorij XIV.& Pauli V.

409 *Auditor Cameræ ſubintrauit in locum Concilij Prouincialis, quod hodie non ſolet in*

Italia

Digitized by Google

Italia conuocari, ad proceſſandum Epiſcopos.

411 Epiſcopi reſidentes quibus fauoribus gaudeant.

412 Epiſcopi non deberent ex inditijs in pœnam extraordinariam condemnari, nam non conſtito plenè ſe delicto indicenda eſſet eis purgatio canonica.

Aſſignatur ratio. n.416.

413 Purgatio canonica eſt remedium periculoſum.

414 Deſijt eſſe in vſu præterquam in crimine hæreſis.

415 Formula purgationis canonicæ remiſſiuè.

417 Epiſcopi non poſſunt abſque cauſa, & abſque licentia Papæ cedere Epiſcopatum.

418 Aſſignatur ratio.

419 Papa gerit vices Dei in terra.

420 Cauſæ legitimæ dimittendi Epiſcopatum referuntur.

421 Epiſcopi extante cauſa legitima poſſunt cogi dimittere Epiſcopatum.

Imò etiam ſine cauſa nu. 423.

Circa quem articulum viden. Barbatia n.4 24.

Poſſunt cogi dimittere etiam non dato bono cambio n.425.

Sed hoc non tranſit ſine magna difficultate. num.426.

422 Iaſon malè impugnatur.

427 Epiſcopi ob graue ſcandalum coguntur renunciare Epiſcopatum.

428 Renunciare nemo compellitur.

429 Si non extet cauſa.

430 Epiſcopi poſſunt ex inditijs, & præſumptionibus cogi ad dimittendum Epiſcopatum, ſi indè in Popolo graue ſcandalum extortum ſit.

431 Crimen, & ſcandalum ſunt contradiſtincta in cap.cum pridem de renunciat.

432 Ideò alterum interueniſſe ſufficit.

433 Epiſcopi ex concludenti criminis probatione deponuntur, & etiam corporaliter puniri poſſunt, & ex minùs concludenti probatione poſſunt cogi ad renunciandum Epiſcopatum, ſi inde ortum ſit graue ſcandalum.

434 Inuiti quomodo cogi poſſunt ad renunciandum.

435 Epiſcopi moniti, & præceptati à Papa ad renunciandum Epiſcopatum, ſi reddunt ſe inobbedientes poſſunt deponi.

Præſertim ſi in præcepto comminata ſit pœna indignationis. num.437.

436 Dominus poteſt Vaſſallum ter monitum, & non comparentem priuare feudo.

438 Pœna indignationis de ſui natura importat priuationem.

439 Epiſcopus requiſitus, & pro parte Pontificis ſuaſus ad renunciandum Epiſcopatum quomodo ſe gerere debeat ex doctrina Patris Paſſerini.

450 Papa, quando Epiſcopus ſuaſus non vult renunciare Epiſcopatum, declarat, quod ſtante ſcandalo amplius de Epiſcopatu non ſe intromittat, & facta intimatione prouidet Eccleſiam de alio Paſtore, ne ob deficientiam Epiſcopi Eccleſia detrimentum patiatur.

451 Epiſcopus non debet reduci ad mendicandum.

452 Ideo ſiue culpa propria, ſiue malitia Plebis cogatur dimittere Epiſcopatum debet prouideri de victu, & alijs neceſſarijs.

453 Et ita fuit pluries practicatum, & referuntur exempla.

454 Epiſcopus.qui ex culpa propria cogitur renunciare,debet prouideri ita vt non mendicet.

455 Homines malè meritos oportet egeſtate perire.

456 Fallit in Epiſcopis ratione ordinis, & ne ſordes delinquentis obnubilent Innocentes.

457 Epiſcopus renuncians Epiſcopatum ex malitia Plebis debet recompenſari cum bono cambio, hoc eſt cum alio æquali Epiſcopatu.

458 Cadauer hominis occiſi non debet tangi, & nec ſpoliari, & quare.

459 Cadaueris poſitura debet ad vnguem à Notario deſcribi.

460 Nam ipſa poſitura poteſt dilucidare delictum.

461 Datur exemplum.

462 Fiſco non ſunt ſubtrahendæ probationes.

463 Priuatus amouens cadauer occiſi poteſt puniri.

464 Cadauer non debet bonis ſpoliari, quia debent illa relinqui hæredi, & etiam quia cadaueri, quodammodo fit iniuria.

465 Mortui non habent protectorem,niſi Superiorem Regnantem.

466 Principi pertinet prouidere, ne mortui afficiantur iniuria.

467 De ſpoliatione mortuorum, qui Doctores tractent.

468 Bannitus occiſus non poteſt impunè ſpoliari.

469 De ſepulchrorum violatione, qui Doctores agant. 471.

470 Theſauros perquirere in ſepulchris an liceat remiſſiuè.

472 Pœna imponitur contra impedientes ſepulturam.

473 Corpora mortuorum exenterantes; & elixantes excommunicati ſunt excommunicatione reſeruata Pontifici.

Fallit vt nu.474.

475 Cadauera Beneficiatorum mortuorum occultantes, vt beneficia non poſſint interim impetrari, an debeant puniri. 501.

476 De cadaueris tranſportatione, qui Doctores tractant.

477 Cadaueris tranſportatio,ſi fit cum cauſa, debet fieri cum licentia Præſidis, & ſi fiat ſine cauſa,debet fieri cum licentia Principis.

478 Sed hodie debet fieri cum licentia Epiſcopi.

479 Seu cum licentia Parochi.

480 Et quando tranſportatio fit de vno Oppido ad aliud etiam hodie requiritur licentia Præſidis.

481 Princeps eſt aſſertor, & vindex ſacrorum, & Religionis.

482 Vectigal ſoluitur,dum cadauer de vno loco, ad alium perfertur.

483 *Sed eſt contra diſpoſitionem expreſſam legis.*

484 *Et improbatur à Naurath pluribus motiuis.*

485 *Et improbatur etiam in Eccleſiaſticis, etiam ſi prætendatur conſuetudo, à Maranta.*

486 Sac. Congreg. Concil. Trident. *decretum prohibens exactionem Vectigalis pro aſportatione, & introductione cadaueris.*

487 *Corporo Sanctorum non poſſunt deferri de loco ad locum ſine licentia Pontificis.*

488 *Etiam ſi fiat de vna Eccleſia ad aliam in eodem loco.*

489 *Corporis S. Ianuarij transportatio facta Neapoli à Cœnobio Montis Virginis in Eccleſiam Maioris fuit cum licentia Alex. VI.*

490 *Cadaueris transportatio nequit fieri de vna Parochia ad aliam ſine licentia, & interuentu proprij Parochi.*

491 *Regularibus, prout & Presbyteris ſæcularibus non licet intrare cum Cruce Parochias ad leuanda cadauera, niſi præmonito, & requiſito prius Parocho eiuſdem Parochiæ, 493.*

492 *Parochus, à cuius Parrochia leuatur, & non Regularis ad quorum Eccleſiam portatur debet benedicere corpus defuncti.*

493 *Cadauer Parocho monito, & recuſante interuenire poteſt leuari à Regularibus a Parochia, & transportari ad Eccleſiam ipſorum Regularium.*

494 *Et ita reſoluit Sac. Congreg. & practicatum fuit de anno 1670. Parmæ.*

495 *Conſuetudo carens requiſitis non eſt attendenda.*

496 *Non omne illicitum eſt punibile.*

497 *Retinens per vim Parochum ad effectum, vt audiat legi decretum contro Parochos, incidit* in can. ſi quis ſuadente Diabulo.

498 *Cadauer ſine licentia Superioris transportans de vno loco ad alium facit actum illicitum, ſed non punibilem.*

499 *Et ideo in facto accuſatus de transportatione fuit in Tribunali A.C. abſolutus.*

500 *Monetæ exactio pro licentia transportandi cadauer de loco ad locum nullatenus poteſt cohoneſtari, & referuntur motiua.*

502 *Pompa funeralis, tàm in transportando cadauer ad Eccleſiam, quàm in erigendo catafalcum tendit in ſuffragium Animæ defuncti remiſſiuè.*

503 *Stendardi, cerei, & Equi bardati, cum quibus ſolent aſſociari ad ſepulturam Magni Militis, debentur Eccleſiæ, vbi ſepelitur Cadauer.*

504 *Officialis, qui leuauit cadauer, quod fuerat leuatum à ſuo Territorio, non eſt comprehenſus in bannimentis.*

505 *Statutum contra amouentem Cadauer habet locum contra eum, qui prima vice mouit.*

506 *Officialis territorij, à quo fuit aſportatum cadauer, non poteſt inſtare pro reſtitutione eiuſdem Cadaueris ſi iam ſit ſepultum.*

507 *Et datur cautela pro reparando præiudicium, quod inde iuriſdictioni prouenit n. 509.*

508 *Cadauer non eſt exhumandum ad purgandum attentata.*

510 *Officialis, qui de Territorio alterius leuauit cadauer, & ad ſuũ territorium aportauit, tenetur de temeritate, & non de turbatiua, & leniter punitur.*

511 *Exhumatio Cadaueris facta de ordine Superioris non eſt punibilis.*

512 *Et nec eſt punibilis, ſi fiat curioſitatis cauſa.*

Prout nec punibilis, ſi fiat ad euitandum concurſum, & confuſionem Populi. n. 514.

Imò debet de neceſſe fieri, quando Populus concurrit ob conceptum ſanctitatis n. 515.

Debet tamen fieri cum circumſpectione ad euitandum tumultum, vt euenit in amotione Arcæ, in qua erant oſſa Conſtantini Magni. num. 516.

513 Sepulchra *reſeraſſe curioſitatis gratia male ceſſit Xerſi, Dario, Alexandro, Ciceroni, Ottoni Tertio, Carolo V.*

517 Exhumatio *Cadaueris facta ad illud ſpoliandum veſtibus, & alijs rebus pretioſis debet pœna capitis puniri, ſi fiat cum armis, & pœna arbitraria, ſi fiat ſine armis.*

518 *Spoliare cadauer ſepultum grauiori pœna punitur, quàm ſpoliare non ſepultum.*

519 *Sepulchrum vaſtans ad ſubtrahendum plumbum, ſaxa, & alia punitur pœna pecuniaria, & condemnatur ad refectionem damni.*

520 *Imò tenetur pœna corporali.*

521 *Prima opinio eſt verior, ſi oſſa mortuorum non fuerint extracta.*

522 *Et niſi ſaxa, & plumbum ſint valoris conſiderabilis.*

523 *Cadauer vulnerans, vel mutilans puta abſcindendo caput, vel bracchium tenetur de iniurio.*

525 *Et ſi hoc faciat per indignationem efficitur irregularis.*

Mortuis fit iniuria licet abuſiuè. n. 524.

526 *Cadaueri caput, ſeu bracchium abſcindens in Eccleſia non gaudet Eccleſiaſtica Immunitate.*

527 *Alapham dans cadaueri Epiſcopi mortui fuit in defectum plenæ probationis, & ob ætatem damnatus in pœnam exilij, & in caſu contrauentionis ad relegationem.*

528 *Offendens, & percutiens Sacerdotem mortuum non incurrit in* can. ſi quis ſuadente Diabolo.

529 *Contrarium.*

530 *Prima opinio eſt valdè probabilis.*

531 *Conſanguineis non eſt licitum mouere cadauer, ſeu bona tollere, niſi ſit manifeſtum, & notorium, quod conſanguineus obierit morte ſubito, ſeu ob lapſum in flumen.*

1 MANDATVR hic Maſſarijs, & Menſtralibus, vt ſtatim reperto aliquo cadauere humano viſitent illud cum interuentu alicuius aliæ perſonæ, & vulnera inſpiciant, & referant. Sed aduertendum eſt, quod

iſta

iſta inſpectio ; & viſitatio Maſſario demanda-
2 ta non debet , ne poteſt deſeruire pro inſpe-
ctione, vulgariter dicta viſum , & repertum ,
3 vt ex Caſono *de inditijs, & tortur. cap.* 2. Am-
broſin. *proceſſu informatiuo lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 25.
Marſil. *pract. crim. in princip. num.* 4. Clar. *pract.*
crim. qu. 4. *nu.* 4. inquit Gerh. Feltman. in *tract.*
de cadauere inſpiciendo cap. 3. *num.* 1. quia huiuſ-
modi viſitatio debet fieri à Iudice, & Notario,
ſeù à ſolo Notario de mandato Iudicis , vt
docent Angel. *de malef. verbo fama publica n.*
108. Boſſ. *de delict. n.* 2. *&* 24. & Farin. *qu.* 2. *n.* 4.
Clarus *d. qu.* 4. *n.* 4. *&* 5. Ambroſin. *loc. cit. cap.*
1. *num.* 7. Franc. Marci *par.* 2. *deciſ. Delphinat. qu.*
181. *num.* 1. Carpzou. *pract. crim. p.* 1. *qu.* 26. *n.* 23.
& Gerh. Feltman. *d. cap.* 3. *n.* 4. *& cap.* 4. *nu.* 7
Propterea dicendum, quod Maſſarijs com-
mittitur, & mandatur , vt viſitent , & inſpi-
ciant cadauer, & vulnera ad effectum ſolùm
referendi ità diſtinctè, vt Iudex poſſit delibe-
rare, an quis ſit ſcelere interemptus, & habeat
neceſſitatem mittendi Notarium ad facien-
dam recognitionem in forma , nè alias gra-
uentur Communitates , quæ vigore conſuetu-
dinis hic extantis tenentur ſubminiſtrare No-
tarijs expenſas .
Quæro primo , quomodo ſit facienda re-
cognitio cadaueris, quæ dicatur, & dici poſſit
4 in forma ? Dic quod Iudex accedit cum No-
tario, vt ſemper in arduis caſibus per ſe ipſum
Iudex accedit , vt inquit Maiorana *opopraxi*
crimin. cap. 1. *num.* 4. non tamen reperitur iure
5 cautum , quod per ſe accedere debeat , vt ex
Muſcatell. Boſſ. Marſil. & Ambroſ. dicit Anel-
lus de Sarnò *pract. crim. tit. de diuerſ. delict. n.* 12.
vel mittit Notarium ad videndum cadauer
occiſi , & deſcribendum , & in actis referen-
dum, quot percuſſiones , quot vulnera , pun-
ctim , vel cæſim , & in qua corporis parte ha-
beat, & an ſint mortalia, vel nè , & cum quo
genere armorum ſint illata , & ſimilia prout
ex Farin. Scaccia Guazzin. Carpzou. & Con-
ciol. dicit Maiorana *loc. cit. num.* 4. & remiſſiuè
ad Magal. *pract. crim. canon. cap.* 2. *n.* 8. *&* Caro-
lum Peregrin. in *praxi Vicarior. tit. de denuncia-*
6 *tione n.* 56. ait Sarnò *loc. cit. n.* 12. *in fine* , & hęc
fieri debere duplici ratione aſſerit Farin. *loco*
cit. Primo quia homine occiſo contingere po-
teſt , quod vnus de occiſo , alius de vulnere
ſimplici, alius de percuſſione , & alius de alia
teneatur . *Secundo* quia per diſtinctam corpo-
ris delicti qualitatum deſcriptionem deue-
niunt Iudices ad cognitionem, an teſtes ſuper
delicto in ſpecie examinati verum dixerint ,
cum ſępè contingat eos plura deponere, quam
ea , quæ ex corporis inſpectione apparent, vt
conſiderant Gomez *de delict. cap. de captura*
reor. num. 1. & Io: de Amic. *conſ.* 131. *n.* 7. addo
Ego *tertiam* rationem, nempè quia auferretur
Reo modus ſe defendendi , qui poteſt proba-
re ſe tempore delicti non habuiſſe inſtrumen-
tum aptum ad inferendum tale vulnus , & ob
id melius ſemper eſt, quod Notarius adhibeat
etaim Chirurgos, & Medicos ad inſpectionem
7 cadaueris, quia ipſi meliùs cognoſcunt quali-
tatem vulnerum, & quo genere armorum fue-
rint illata , vt inquiunt præfati Doctores , &
Foller. *pract. crim. verbo capiat informationem*
n. 4. 29. *&* 30. Nouell. *pract. crim. fol.* 79. *num.* 1.
& Iodoch. *pra. crim. cap.* 7. *tit. de inſpect. occiſi*
n. 1. Gerh. Feltman. *d. cap.* 3. *n.* 9.
Notarius igitur peruentus ad locum , in
8 quo iacet cadauer , debet dictum locum cum
ſuis finibus notare, ſecundùm doctrinam Co-
lumban, & Scacciæ relatorum à Caualc. *de bra-*
ch. Reg. p. 1. *n.* 191. & deindè debet deſcribere
quo modo, manet Cadauer ſupinũ, vel cũ facie
verſus terrã, & eo modo, & forma, quibus repe-
ritur tẽpore viſitationis, & inſpectionis iuxtà o-
pinionẽ Caualc. *vbi ſupra*, & Coſpi in *Iudice cri-*
minaliſta par. 3. *cap.* 24. *n.* 1. *& ſeqq.* & deſcribat
faciem, ſtaturam , qualitatem pilaminis , ętа-
tem, & indumenta hominis occiſi , cum omni-
bus illis rebus penes ipſum occiſum repertis:
poſteà faciat illud cadauer ſpoliare, & voluere,
ac ad partes omnes reuoluere, ad effectum inſ-
piciendi, & adnotandi, quantitatẽ, & qualitatẽ
vulnerum, an cæſim, vel punctim , & cum quo
genere armorum ſint illata, vt præcitati Do-
ctores aduertunt , & præſertim Coſpius , qui
diligentiſſimè omnia ponit *loc. cit. per tot.* &
omnes qualitates , & circumſtantias minuta-
tim adnotet etiam illas, quæ nullius ponderis,
& momenti eſſe videntur, quia aliquando iſtæ
poſtmodum conſideratæ à Iudice , ex Fiſco
animaduerſæ poterunt maleficium , & male-
factorem indicare, & detegere , vt benè conſi-
derat Felman. *in tract. de cadauere inſpicien.*
cap. 22. *num.* 13. etenim, vt ait Zacchias *qu. me-*
dicoleg. lib. 5. *tit.* 2. *qu.* 11. *num.* 5. et ex eo Gerh.
Feltman. in *tract. de cadauere inſpiciendo cap.* 20.
n. 4. nota in iugulo , ſeù guttere relicta à con-
ſtrictione laquei indicat, et oſtendit, quod vi-
uus quis ſuſpenſus ſit, ſi ea fuerit coloris , aut
rubri, aut fuſci , aut liuidi , aut nigri : cutis
iuxta eam notam rugis inſignis , vtpote con-
tracta ex præſſione funis : Arteriæ aſperæ ca-
put ſępè lacerum, laxataque , et ſuo mota lo-
co ſecunda ceruicis vertebra: liuor in facie ,
etiamque in cruribus , et bracchijs, nec non
tumor in thorace, ſpuma ore, et muccus nari-
bus , lingua craſſior , et nigra , et extra oris
ſepta prominens , oculorumue expreſſio .
Addunt idem indicari, ſi veſſica ſit rupta ,
prout frequenter ſolet rumpi; ſi vrina copiosè
fluat: ſi penis ſit erecta , prout aliquando eri-
gitur: ſi pulmones purulenta materia turgeãt.
Vnde cadaueris ſectio erit adhoc facienda, vt
Zacchias, et Feltman dicunt *ibidem* .
Et poterunt etiam ſcelus excludere , nam
odor grauis , & ſulphureus , & fuſcus color in
parte læſa: oſſa fracta, & comminuta : leuitas
Cadaueris, indicant aliquem fulminis ictu pe-
reijſſe, vt dicunt idem Zacchia *loc. cit. num.* 7.
& ſeq. & Feltman. *pariter loc. cit. num.* 5.
Et prædicta omnia faciat Notarius ad

Digitized by Google

9 præſentiam teſtium per modum rogitus, vt
dicunt Farin. *conſ.171.num.2.lib.2.* & Vermi-
gliol.*conſ.crim.11.n.19.&* 20.vel per modum
examinis redigendo in proceſſu per extenſum
eorundem teſtium depoſitiones, & quatenùs
reſtes prædicti actus, qui vulgò appellatur vi-
ſum, & repertum, non habeant cognitionem
nominis, cognominis, & perſonæ occiſi, de-
bet idem Notarius adhibere, & examinare
alios teſtes ſuper cognitione, et identitate
perſonę occiſi, nempè eos, qui eundem dum
vixit, cognouerint, vt tradunt Foller.*vbi ſupr.*
et Clar.*qu.4. verſ. quando vero* et ad inuenien-
10 dum eos, qui hominem mortuum agnoſcant,
faciat exponere cadauer in platea publica, vt
per tex.in *l.Stigmata C. de fabric. lib.*10. et Ca-
ualcan.*de brach.Reg.p.1.n.*197. aduertit Baron.
*de corpore n.*144.et ex Guazzin.*Reor. defenſ.*4.
*cap.2.n.*12.ait Maiorana *apoprax. crim. cap.* 1.
*n.*7. et ex Ambroſino *proceſſ. informat. lib.* 1.
*cap.1.num.*26.ait Gerh. Felman. *de cadauere*
*inſpiciendo cap.23.num.*1.& omnium latè Coſ-
pius in *Iudice criminaliſta p.3. cap.* 26. & qua-
tenùs non inueniat teſtes, qui illū cognouerint
tunc ignorato nomine, & cognomine, accura-
tè, & diligenter deſcribat illius perſonam, &
ſigna, & veſtimenta, quibus reperitur cada-
uer indutum examinando teſtes ſuper dictis ſi-
11 gnis, adhuc enim valet inquiſitio, vt omnes
fatentur, præcipuè Boſſ. *tit. de delict. num.*33.
Clar.*qu.4.verſ.quando verò* Farin. *qu.2.nu.*28.
& Bald.in *l.quoties §. ſi quis nomen ff. de hære-
dib.Inſt.*Scaccia de *Iudic. lib.1. cap.97. nu.*175.
& cap.83.num. 13. in fine Baronius de *corpore*
par.2.tit. de corpore, eiuſq.partibus. n. 205. Am-
broſin.*proceſſ.informat.lib.1. cap.1. num.*27.&
Gerh.Felman.*de cadauere inſpicien.cap.23.n.*4.

Quæro ſecundo, quid ſit faciendum ſi ca-
12 dauer ſit ſepultum? debet exhumari, & inſpi-
ci, Maranta *tit.de inquiſit. n.*18. Corad. *pract.*
*tit.de inquiſit.n.*24.Caualcan.*dec.18.par.*5.Mo-
nac.Petra ad Gram.Ricc.& Oliban.*locis cita-
tis* per Baronium *de corpore, eiuſq; partibus nu.*
232. Et ſi ſit ſepultum in Eccleſia debet exhu-
13 mari de licentia Iudicis Eccleſiaſtici, vt ex Ric-
cio proſequitur Baronius *ibid. & in 2. parte*
*in eod.tit.de corpore num.*206.vbi citat Tancre-
di *qq.moral.par.2.tract.5.de var.Eccleſ.ac regul.
dub.qu.30.nu.*5. Diana *tom.9. tract.7.reſol.*64.
& Ayllon. ad Gomez *variar.lib.3.cap.12.n.*30.
& reprobat Bouadill.dicentem in *politica lib.*
*3.cap.15.n.*93. quod Iudex Laicus etiam abſq;
licentia poteſt exhumare cadauer occiſi in
14 Eccleſia ſepultum; imò debet extra locum
immunem aſportari, & inſpici, vt dixi in *cap.*
*1.§.11.n.*24.vbi latè de materia ſum loquutus
circa exhumationem cadaueris, vide del Be-
ne in *addit.ad tract.de immunit.Eccleſ.verb.cada-
uera, & verb.recognitio* . . . .
& Sgroi *lux Prælator.p.2.cap.5.n.60. fol.*145.

Quæro tertio, quid ſi cadauer ſepultum eſ-
ſet iam corruptum, & putrefactum? Dic, quod
tunc non nocet defectus Inſpectionis, quia
impoſſibilium nulla eſt obligatio, & ſufficit,
quod cognoſcatur per teſtes, & peritos illud
15 eſſe cadauer humanum, ſiue oſſa eſſe huma-
na, vt latè docet Coſpius in *Iudice criminaliſta*
p.3. cap. 37. per tot. quem in occurrenti caſu
videas, quia inſtructus indè plenè de omnibus
neceſſarijs remanebis, & eum refert, & ſequi-
tur D. Sabellus in *praxi vniuerſali §. corpo di
delitto num.*15.& ſubdit Coſpius *ibid.* quod pe-
riti iſto caſu poſſunt dicere, an oſſa ſint Viri,
aut Mulieris, et dat modum cognoſcendi, an
is, cuius ſunt oſſa, vulnere, & ſcelere ſit inte-
remptus, & an de recenti, ſeu à longo tempore
obijerit: & iſto caſu peritia eſt penitùs neceſ-
ſaria, quia oſſa poſſunt eſſe alterius, quam
hominis, nam in delictis, quæ peritiam homi-
16 num requirunt pro illorum perfecta cognitio-
ne, vt in pecunia adulterina, veneficio, anno-
na corrupta, & ſimilibus, nunquam procedi-
tur contra Reum, niſi conſtito plenè de delicto
per peritos in arte, etiam quod teſtes, vel Reus
ipſe confiteatur, & concludant delictum, vt
inquit Burſatt. *conſ.166.n.5.lib.*2.

Quæro quarto, an inſpectio cadaueris poſ-
ſit fieri à Notario abſq; mandato Iudicis? di-
17 ſtinguunt aliqui inter Notariū Actuariū, & No-
tariū ſimplicē, & primo caſu inquiunt poſſe, Se-
cūdo verò caſu negant: Sed reijcitur hęc diſtin-
18 ctio à Vermigliol. *conſ.crim.11.n.*3.dicente di-
ctam diſtinctionem verificari ſolùm quoad
19 præſtandam fidem enunciatiuæ, nam Nota-
rio actuario creditur, & non ſimplici Nota-
rio, ſi enunciat in actis viſitaſſe de mandato
Iudicis; abſolutè igitur dicendum, quod No-
20 tarius debet habere mandatum Iudicis, &
dictum mandatum ſaltem in proceſſu enun-
ciare, alias non diceretur probatum corpus
21 delicti, quia viſitatio eſt actus iuriſdictionis,
qui non pertinet ad Officium Notarij, vt ex
Caputaquen. Boer. & Bero firmat Vermigl.
d.conſ. 11. per tot.

Poteſt opponi ex *c.quoniam contra de proba-*
22 *tionib.* vbi requiritur in quolibet actu Iudi-
ciario perſona Iudicis, & Notarij copula-
tiuè.

Sed dicas, quod quicquid ſit de Iure certū
23 eſt de conſuetudine poſſe Notarios fabricare
proceſſus, & teſtes de commiſſione Iudicis
24 examinare Bellamer. *cap.ſi qui teſtium n. 5.de*
*teſtib.*Felyn.in *cap.cum cauſam num.30. eod.tit.*
Bald.in *leg. Iudicis num.1.Cod. de fide inſtrum.*
Guazzin.*reor.defenſ.1. cap.6.nu.3.& defenſ.*32.
*cap.27.num.*1. Gratian. *diſcept.841. n.*3.D.Sa-
bell. *prax.§.Notari num.73.verſ.& atteſtando,*
& Farin. *qu.81. num.46.& qu.77. num.130.&*
178.& melius *nu.*198.vbi ait, quod apud nos,
tàm teſtes pro informatione Curiæ, quàm
ad defenſam recipiuntur à Notarijs regulari-
ter, quandoque tamen ab ipſis Iudicibus, ſe-
cundum, quod ipſi Iudices, vel propter cau-
ſæ importantiam, vel propter ſuſpicionem
ſubornationis, ita arbitrati fuerint.

Et in aliquibus Curijs, & Prouincijs ino-
leuit

25 leuit ſtylus, quod Notari etiamj abſqne commiſſione Iudicis fabricent proceſſus, & dicta teſtinm recipiant, & ita Mediolani practicari teſtatur Clar. *qu.26.num.1. in princ.* & ita practicari in Hetruria teſtatur D. Sabellus in *praxi* §. *Notari n.73.*

Et alibi adeſt conſuetudo, quod licet Iudi-
26 ces dent commiſſionem Notario examinandi, & proceſſum fabricandi, tamen huiuſmodi commiſſiones in actis non regiſtrantur, & hodiè hoc paſſim, & vbique procedere teſtantur Io: Andr. & Abb. in *cap. quoniam contra de probat.* Ripa in *cap.1.num.90.verſ. limita 2.de Iudic.* & Menoch. *de præſumpt. præſumpt.24.n.19.verſ. qui ſubiungit. lib.2.*

Vbi tamen non extat talis ſtylus, & conſuetudo, ſufficit ad validitatem actus, et examinis, quod appareat de commiſſione Iudicis aliquo modo, et quidem multifariam poteſt de ea apparere.

Primo per enunciatiuam ipſius Notarij in
27 proceſſu, et in actis factam, vt poſt multos, quos refert, firmat Farin *dict.qu.77.num.191.* quibus addendi Gratian. *diſcept.forenſ.841.n.3.* et Dom. Sabellus *dict.* §. *Notari num.73.verſ. & atteſtando.*

Secundo per atteſtationem Iudicis, vt poſt
28 Bald. quem citat, vult Afflict. *conſtit. Regni in pecuniarijs num. 4. tit. in quib. cauſ. audien. teſtium committitur*, vbi quærit, quid ſi Iudex dicit *verbo* Notario, *vade, & examina*; ille fuit, et examinauit teſtes; non reperitur commiſſio in actis, an probent iſti teſtes, et affirmatiuè reſpondet, ſi Iudex hoc teſtetur.

Tertio per aliquem actum ſubſequutum
29 factum à Iudice, qui examen commiſit, puta, quod Iudex vigore proceſſus per Notarium fabricati proceſſerit ad condemnationem, nàm tunc ſatis manifeſtè monſtrauit, examen illud ex ſua commiſſione receptum fuiſſe, vt in terminis citationis, cuius commiſſio non appareat aduertunt Menoch. de *præſumpt. lib. 2. præſumpt.24.num.12.* Alciat. *de præſumpt. regul,3. præſumpt.14.num.5.verſ. prætereà ſi facta* Roman. *conſ.497.num.9.* Ruin. *conſ.66. num.6. lib.5.* et Ripa in *cap.1.num.90.verſ. pro concordia de iudic.*

Aduertendum obiter occaſione *cap. quoniã contra de probat.* quod hodie Poteſtates Villa-
30 rum funguntur duplici officio Iudicis ſcilicet, & Notarij, & ipſimet ſcribunt acta, vt dicit Nouar. *Vaſſall. grau.87. num.11. par.2. & in addit. grau.149.p.1.* vbi allegat Luc. de Penna,
31 Surd. & Paſchal. In arduis tamen, & capitalibus cauſis non eſt hoc tollerandum obrationem, quæ redditur in text. in *d. cap. quoniam contra.*

Quæro quinto, cui Maſſario incumbat onus hic demandatum, ſi cadauer ſit repertum in finibus diuerſorum territoriorum? Dic quod incumbit ei, in cuius territorio caput cadaueris iacet *arg. tex. in l.44.ff.de religioſ. & ſumpt. funer.* vide tamen de hac re loquentes Limngũ *de iure publico lib. 4. cap. 8. num. 189. & ſeqq.* Treulterum, Beſoldum, Niellium *locis relatis* à Feltman. qui diffusè loquitur in *tract. de cadauere inſpiciendo diſput. 2. cap. 12. & cap.13. per tot.*

Quæro ſexto, an recognitio cadaueris facta à Iudice Seculari ſeruiat in iudicio Eccleſiaſtico, in quo ſit reproducta? videtur reſpondendum affirmatiuè per tex. in *l.6 ff. de cuſtod. & exhib. reor.* vbi Marcianus ait, quod olim inquiſitio fiebat etiam per eos, qui damnandi poteſtatem non habebant. Viſitatio enim, & inſpectio cadaueris eſt quædam inquiſitio generalis vt ex tex. in *cap. ſicut olim. de accuſat.* Treuol. 2. *diſp.31. thes. 1. num. 6. in fine* Carpzou. *pract.crim.p.3.q. 107. & quæſt. 108.* dicit Gerh. Feltman. *de inſpect. cadaueris cap.7.nu.5.* qui infert hinc, quod Senatus Accademicus etiamſi non habeat coercitionem, poteſt nihilominus inſpicere cadauer ſcholaris, quia conſtito ſibi nullam competere cognitionem, ex quo forſan homicidium ſit dolo malo patratum, remittit Reum cum elogio ad magiſtratum ciuilem, ideſt politicum.

Diximus ſuprà, quod Curia pro habenda viſitatione cadaueris in forma probanti, hoc hoc eſt pro habendo corpore delicti, debet mittere Notarium, & multoties mittit etiam vnum ex coniudicibus, cum enim Iudex per ſe ipſum rebus his præeſſe non poſſit, aut propter impedimenta, quæ variè iudici obueniunt, aut propter diſtantiam loci, non enim permittitur, & nec Iudici conuenit extra Ciuitatem, & locum reſidentiæ pernoctare, ad-
32 inuenta eſt hæc via commiſſionis, & delegationis, vt pluribus oſtendit Rutger Rulant *de commiſſarijs, & commiſſionibus lib.1.cap.1.n.18. & ſeqq.* & hanc introductionem eſſe antiquiſſimam oſtendit Bouadilla *politic.lib.2.cap.21. num. 5.* & quia iſti debent habere multas aduertentias, vt optimè conſiderat Bouadilla in *politica lib.2.cap.20. per tot.* & etiam non debent ſuis ſumptibus accedere ad loca, & informationes ſuper delicto ſumere, vt per tex. in *cap. quoniam 16. quæſt. 1.* dicit in terminis tranſmiſſionis Commiſſarij ad fabricandum proceſſum Cutellus *ad leges Siculas Martini controuerſia 16. ſub num. 5. verſ. probatur primum fol. mihi 475.* opere pretium eſſe duxi, aliqua adnotare ſuper tranſmiſſione commiſſariorum, & ſuper modo ab ipſis ſeruando in viaticorum exactione, & vt dilucidè procedam expediam materiam, vt mei moris eſt perqueſita.

Quæro primo, an Commiſſarius debeat tranſmitti ad locum delicti pro omni, & quacumque cauſa? & negatiuè eſt reſpondendum ex adductis à Rulant *loco citato lib. 2. cap. 3. per tot.* pro leui enim cauſa non debent Communitates, & ſubditi grauari. Etenim ex commiſſariorum tranſmiſſione familiæ depauperantur, vt aduertunt Cutell. *loc.cit. ad leges Martini cap.55. nota 60. num. 1. in fine*, &

Balda-

Baldaxar Abruzzo in *rep.l.1.ff.de offic. eius cui*
mandata eſt iuriſdictio quæſt.7.n.112. qui *ibidem*
num.118.& quæſt.6. num.88. ex Muta, & Bur-
gos ait, quod delegati non deſtinantur, niſi in
caſu graui, & idem dicit Bouadilla *politica*
lib.2. cap.21. num. 6. & in hoc ſequi debemus
diſpoſitionem *Conſtit. Ægidianæ lib.2. cap. 15.*
33 *in princip.* qua cauetur non eſſe tranſmitten-
dum, niſi pro

Rebellione, ſeù tumultu.
Homicidio.
Latrocinio.
Publica derobatione.
Stratarum fractione.
Falſificatione, ſeù adulteratione monetæ.
Falſificatione Bull. Apoſtolic.
Raptu Monialium, ſeù aliarum boneſtarum
mulierum.

Vel poſſumus attendere enumerationem de-
lictorum factam in his terminis à Bouadilla
politica lib.2.cap.21.num.6. quam non refero,
quia exiſtimo quod tutior, & magis facilis
ſit regula, quam *ex Conſtitutionibus Regis Fer-*
dinandi cap.119. etiam Epiſcopis, vi directiua,
proponit Baldaxar Abbruzzo *locis citatis nu.*
99. & 113. nempè, quod commiſſarij debent
tranſmitti in cauſis, in quibus venit imponen-
da pœna mortis, ſeù deportationis, ſeù mu-
tilationis membri.

Intellige tamen prædicta, quoad tranſmiſ-
ſionem Subanditoris, nam de neceſſe tranſmit-
tuntur Notarij nam in hac legatione in terris
Comitatus non reſident officiales apti; in
locis enim, in quibus præſunt officiales ad ad-
miniſtrandam iuſtitiam Deputati, ſeruari de-
bet omninò regula prædicta, quia non niſi in
caſu graui debent transmitti commiſſarij, ob
dictam rationem, & etiam ne fiat præiudi-
cium Ordinarijs Officialibus, quibus relin-
quendæ ſunt cauſæ eis competentes, vt benè
aduertunt Nouar. Vaſſallor. *grau. 201. lib. 1.*
& Abruzzo *loc.cit.num.18. in fine.*

Quæro ſecundo, an Commiſſarius, quando
vadit ad fabricandum proceſſum, habeat, &
debeat habere facultatem amplam ita, vt poſ-
ſit procedere quomodo vult, & contra quem
vult? Dic quod ad euitandam generalitatem
34 autoritas reſtringitur ad ſolos caſus expreſ-
ſos, & pro criminibus ſpecificatis in commiſ-
ſione, vt ait Caucer. *var.reſol.tit.quod noui offi-*
ciales cap.9.n.25. part.2. & ideò formam com-
miſſionis alterare non poteſt Carleual. *de*
Iud.& foro comp.lib.1.tit.1.diſp.5. num.27.

Quæro tertio, an liceat Commiſſario ali-
quid facere in faciliorem expeditionem, &
executionem Commiſſionis? dic quod ſi ti-
35 met, ne teſtes ſubornentur à Conſanguineis,
Partialibus, & familiaribus delinquētium, vel
timet ne teſtes illorum præſentia terreantur, ac
dubitent veritatem fateri, poterit illis omni-
bus dare exfractum, & pro tempore dumtaxat
fabricationis proceſſus eijcere ab eorum pa-
tria, quamuis hoc non habeat in commiſſio-
ne, quia tacitè ineſt, Capiblanc. *de Baron. prag-*
mat.5. num.45. & Io. Bapt. Thor. in *addit.* ad
Io. Franc. de Ponte *de poteſtat. Proreg. tit. 1.*
§.5.num.2.

36 Et poterit etiam cogere Gubernatores, &
Notarios ad ſibi tradendum omnes alias in-
formationes, et proceſſus, ſiue illorum copias
pro alijs delictis fabricatos, et aſſumptas con-
tra eundem Reum, etiamſi ſint de delictis le-
nibus, poſſunt enim ſeruire ad aggrauandum
delictum principale ipſius Rei, Capiblanc. *de*
Baron.pragm.8. cap.58. num.4. & ſeqq. par.2.
qui reſpondet contrarijs, et allegat concor-
dantes Peguer. *deciſ.* 224. Fabr. in *Codice de*
iudic.diffin.1. & C.de iuriſdict. omn. iudic. dif-
fin.26. vide Capiblanc. qui multis medijs iu-
ridicis id probat.

Quæro quarto, an deſtinatus ad aſſumen-
dam informationem delicti, poſſit illa aſſum-
37 pta citare Reum inditiatum? Videtur, quod
ſic, quia tendit in executionem, et expedi-
tionem muneris ſibi iniuncti; videmus enim,
38 quod commiſſa alicui audientia teſtium, hoc
eſt commiſſo examine teſtium, intelligitur cō-
miſſa etiam poteſtas recipiendi iuramentum
eorumdem teſtium examinandorum, vt dicit
Puteus *deciſ.* 258. et D. Carolus Petra *Mag.*
Curiæ ritu 142.num.4. nam Commiſſarius va-
39 let cognoſcere de annexis, connexis, et etiā
acceſſorijs, vt ex Gaillo *lib.1. pract.obſeru.35.*
num.8. ſubdit D. Petra *ibidem*, qui reſpondet
ad text. in *auth. ſed index C. de Epiſc. & Cler.*
40 et ad Creſcent. *deciſ. 1. de iureiurand.* qui vi-
detur firmare, quod commiſſo examine te-
ſtium non cenſetur commiſſa receptio iura-
menti, dicens quod vltima verba poſita in
d.auth. ſed Index falsò addita fuerunt à Irne-
rio teſte Contio *ibidem in gloſa marginali*, et
41 quod Creſcentij dictum non procedit quan-
do Notarius examinat de mandato Iudicis:
Contrarium tamen, niſi hoc expreſsè habeat
42 in commiſſione, reſpondet Scyaloya *practic.*
foriudic. cap.2. num.6. & in tract. de torquendis
Reis cap.14. num.45. Loquitur tamen ipſe in
terminis *pragmaticæ* hoc commiſſarijs prohi-
bentis; ſed puto, quod idem ſit dicendum de
Iure in citatione ad reſpondendum inquiſi-
43 tioni, quæ debet à Iudice principali formari,
et committi: Commiſſarij enim non poſſunt
44 procedere ad hunc actum, niſi habeant in
commiſſionibus facultatem procedendi vſq;
ad ſententiam incluſiuè, vel excluſiuè ad tra-
dita per Scialoyam *d.cap.2. num. 7.* et hoc vi-
detur velle D.Carolus Petra in *d.ritu 142.dict.*
num. 4. dum ait, quod aliquando tribuitur
commiſſarijs poteſtas citandi principales ad
informandum, et comprobatur ex Guazzino
defen.13.cap.1. num.15. et ex caſu poſito à Pa-
rid. de Puteo *de ſindic.verbo latro cap.1.* in tan-
tum enim Paris *ibi* excuſat Commiſſarium,
45 qui ſpatio vnius diei habita confeſſione à la-
trone illum fecerat ſuſpendi, et villam com-
46 buri, in quantum fuerat deſtinatus cum am-

pla

pla facultate, et cum quatuor litteris arbitra-
rijs, quæ extant in Regno.

Sed an in caſu, quo Commiſſarius habeat
in litteris patentalibus facultatem formandi,
et tranſmittendi monitorium, ſeù inquiſitio-
nem, ac citandi Reum ad reſpondendum
monitorio, ſeù inquiſitioni, habeat neceſſita-
tem inſerendi in citatione tenorem ſuæ com-
miſſionis, ad hoc, vt validè proceſſiſſe dica-
tur? Dic, quod non conueniunt Doctores in
articulo, an Delegatus teneatur in citatione
ad comparendum coram ſe inſerere tenorem
47 ſuæ Delegationis. Etenim multi affirmant,
et ſunt gloſa in *cap. ſi Epiſcopus 3. quæſt. 2. &*
in cap. cum in iure de offic. delegati Bart. in *auth.*
qui ſemel num. 12. C. quomodo, & quando Iudex,
& in l. 2. num. 6. ff. ſi quis voc. in ius non iver.
Innocent. in *cap. præterea de dilation.* et alij re-
lati à Farin. in *fragment.* verbo *delegatio nu. 91.*
48 et poſſunt moneri ex eo, quia cum Iudex de-
legatus nihil habeat de proprio, et in tantum
poteſt, in quantum cum litteris, ſeù Principis
reſcripto eſt ſibi demandata, et collata facul-
tas, debet per conſequens litteras prædictas
49 manifeſtare ijs, quorum intereſt, cum aliàs
non ſit ipſi credendum, quamuis ſit vir bonus,
& eximius; nam vt ait Hoſtien. & ex eo Bar-
batia in *cap. cum in iure num. 8. de offic. delega-*
ti, licet quis præſumatur bonus, non tamen
præſumitur Iudex, quia iudicatus non ineſt
alicui ex natura, vnde benè Iaſ. in *conſ. 145.*
num. 2. lib. 4. ait, quod iuriſdictio delegati
pendet ex productione reſcripti, & *num. 5.* ait
quod aliàs non præſumitur pro iuriſdictione
delegati, cum ſit odioſa ad text. & gloſam,
& Doctores in *d. cap. cum in iure.*

50 E'contra multi negant abſolutè volentes,
quod delegati non ſint obligati ponere in
prima citatione tenorem ſuæ delegationis: &
ſunt Felyn. in *cap. 5. num. 4. de libelli oblation.*
& in d. cap. cum in iure de offic. delegati Specu-
lat. in *tit. de citation. §. 1. num. 14. verſ. item,*
quod reſcriptum Apoſtolic. Imola in *cap. præte-*
rea num. 7. Pariſ. *conſ. 99. num. 9. lib. 4.* & alij
relati à Farin. dicto verbo *delegatio num. 92.*
vbi ex Menoch. *conſil. 100. num. 77. & ſeqq.*
lib. 1. refert hanc eſſe magis communem
Doctorum ſententiam, quam aſſertionem an-
te Menoch. fecit Felyn. in *dicto cap. 1. num. 4.*
ibi -- *Sed communis opinio eſt in contrarium*
ſufficit enim oſtendere reſcriptum poſt com-
51 paritionem: Mouentur ad ita dicendum, quia
quando delegatus in citatione aſſerit ſe dele-
gatum arctat citatum ad comparendum, &
petendum ſibi oſtendi originale delegationis,
& dari copiam; Nam quando Iudex enunciat
in citatione, quomodo habeat iuriſdictionem,
ingerit probabilem dubitationem Reo, quod
poſſit eſſe verum quod ſit delegatus; & prop-
52 terea ſuccedit regula, quod quando conſcien-
tia non poteſt certitudinariè ad partem alte-
ram applicari, tunc quod tutius eſt eligi de-
bet, vt per tex. in *cap. Iuuenis de ſponſal.* inquit
Hoſtien. quem refert Barbatia *dicto cap. cum*
in iure num. 10.

53 In hac Doctorum contrarietate mihi vide-
tur, quod ſit adhærendum opinioni affirman-
tium, tùm quia fulcitur ex textu in *cap. præte-*
rea de dilationib. ibi -- *præterea adiecisti, quod*
cum cauſa tibi à Sede Apoſtolica delegatur in
litteris citatorijs reſcriptum Apoſtolicum inſe-
ris, vt eo viſo deliberare valeat qui ab altero con-
uenitur, & in auth. qui ſemel. Cod. quomodo, &
quando Iudex ibi -- *indicique inſinuatis, & per*
eum aduerſario cognitis: tùm quia verior eſſe
dicitur à Bartol. Decian. Felyn. Marcheſan.
Guazzin. Scialoya, Giurba, Maceraten. Bur-
goſ. Ludoniſ. Campana locis relatis à D. Ori-
lia, qui eos ſequitur in *obſeruat. ad Campanam*
ſelect. reſol. 12. num. 4. tùm quia magis fauet
Reo ad text. in *leg. non puto ff. de iure fiſci*, tùm
quia aliàs poſſet committi fraus, nam ſciens
commiſſionem eſſe in perſonam ſuam expe-
54 ditam, poſſet citare ante receptionem litte-
rarum delegationis, & commiſſionis, quod
nullatenus licet, vt eſt text. in *cap. ſuper eo il*
2. de appell. ibi -- *cum Iudices contigerit litte-*
ras recepiſſe, & aduertunt Io: Andr. Felyn. Ro-
man. Salgado, Rota, Barboſa, & alij locis re-
latis à Parexa *de inſtrum. edit. tit. 2. reſol. 5. n. 25*
plures allegans D. Altimar. *de nullitat. rub. 9. de*
nullit. ex defect. iuriſd. quæſt. 4. num. 8. & ſeqq.
& ratio eſt, quia intentio concedentis iuriſdi-
ctionem eſt prorſus ſuſpenſa ante prædictam
receptionem litterarum, vt ex Rota, Franc. &
Decian. inquit Parexa *loc. cit. num. 26.* & to-
55 tum quod interim non receptis litteris dele-
gationis agitur eſt prorſus nullum, vt probat
Bald. in *leg. eum qui quæſt. 4. num. 5. ff. de iuriſ-*
dict. omn. iudic. Guidopapa *quæſt. 286. num. 2.*
Vant. *de nullit. tit. de defect. iuriſdic. deleg. n. 31.*
Gratian. *diſcept. 877. num. 8.* Parexa *loc. cit.*
num. 27.

56 Et ſic ſecundum me debet firmari regula,
quod Commiſſarius in citatione ad compa-
rendum coram ſe debet inſerere tenorem ſuæ
commiſſionis, aliàs non procedat validè; Si
57 quidem citatus non tenetur comparere coram
citante, ſi ex tenore delegationis non ſit cer-
tus de citantis iuriſdictione, vt dicit Bart. in
leg. ſi quis ex aliena in princ. ff. de iudic. Bar-
boſa in *eadem ſi quis ex aliena num. 9.* Hoſtien.
in *dict. cap. præterea.* Boer. Guidopapa, Gra-
nat. Valec. Gratian. Narbona, Bouadilla
loc. relat. à Parexa *de edit. inſtrum. tit. 2. reſol.*
58 *5. num. 33.* & per conſequens ſi condemnatur
ex citatione abſque tenore delegationis tranſ-
miſſa dicitur nulliter, & indebitè condemna-
tus, quia contumacia non poteſt dici legiti-
59 mè contracta prout fuiſſe deciſum in Sacro
Concil. Neapolitano refert Campana *d. reſol.*
12. num. 5. & hanc opinionem, tamquam
60 tutiorem, receptam eſſe in praxi dicit D. Ori-
61 lia *ibidem num. 10.* ſubdens, quod ita ſeruari
debet indifferenter, ne amaritudinem incur-
rat Iudex, ſi in executione ſententiæ excipiat

Ban-

Digitized by Google

Bannitus, ſe non veniſſe, quia ſciebat citan-
tem non eſſe ſuum Iudicem, nec credere de-
buiſſe enunciatę delegationi illius tenore
non inſerto in citatione tranſmiſſa, *ſiquidem*
ſunt eius formalia verba, *talis exceptio non*
62 *niſi cum magna amaritudine ſperni poſſet*; Et
concluſionem prędictam, vltra ſupracitatos
Doctores firmant Vantius *de nullit. ex defectu*
iuriſdict. num 9. Maſcard. *de probat. concl.* 140
Farin. *quæſt. 97. ampliat. 2. & 3.* Menoch. *de*
præſumpt. lib. 2. præſumpt. 15. num. 2. Adden.
ad Felyn. in *cap. cum in Iure de offic. deleg.* Scac-
cia *de iudic. cap. 32. num. 37. verſ. quare delega-*
to Viu. *com. opin.* 407. *num. 5.* Puteus *deciſ. 1.*
de conſuetud. Millin. *deciſ. 54. num. 3.* Roland.
à Valle *conſ. 39. num. 24. lib. 1.* Adden. ad Lu-
douiſ. *deciſ.* 127. *num. 1.* Andr. Barbat. *cap.*
cum in iure num. 10. de offic. deleg. & ex Oſual-
do, & Donello, & alijs Gonzalez. Tallez. in
eod. cap. cum in iure num. 3. qui prout etiam
Barbatia *loc. cit.* teſtatur, quod in praxi obti-
63 nuit, vt omnes Iudices delegati copiam fa-
ciunt ſuæ delegationis, dum partes coram ſe
faciunt comparere: de eadem praxi teſtatur
Cenall. *com. contra comm. quæſt.* 881. Fermo-
ſin. in *cap. preterea quæſt. 2. de dilation.* & eam-
dem concluſionem tuentur Maranta, Mynſin-
ger. Ricc. Aſin. Lancellott. Rauden. Camill.
Borell. Molin. & alij, quos refert, & ſequitur
Barboſa in *capit. cum in iure num. 4. de offic.*
delegat.

Et licet Farinac. *loco* cit. *num. 93.* credat
pro concordia poſſe dici, quod opinio eorum,
qui dicunt inſertionem tenoris commiſſionis
eſſe neceſſariam, procedat, quando citationis
executio fit in partibus longinquis; alia verò,
& ſic opinio eorum, qui dicunt non requiri
talem inſertionem procedat, quando execu-
tio citationis fit in Diœceſi, ſeù in Prouincia
delegati citantis.

Nihilominus non eſt recedendum à firmata
regula, quia conſideratio facta à Farinacio
poteſt ſeruire ſolùm pro limitatione.

Siquidem concluſio, quæ debet ſeruire pro
regula, debet eſſe generaliter, vt plurimum,
vera: & talis quidem eſt concluſio noſtra, nam.

Si Commiſſarius citat ſimpliciter nulla fa-
cta mentione commiſſionis, regula eſt vera,
64 imò nec principium difficultatis habet, quia
ſi priuatus, qui nullam habet iuriſdictionem,
vel habens iuriſdictionem, non habet illã ſupra
me, vel reſpectu cauſę, vel reſpectu perſonę meę,
citat me ad comparendum, non expreſſa, et
oſtenſa cauſa, propter quam poteſt ſuper me
cognoſcere, certè ego non teneor coram ipſo
citante comparere, dicente Innocentio III. in
cap. cum in iure de Offic. delegat. niſi de mandato
Sedis Apoſtolicæ certus extiteris, exequi non
cogeris, quod mandatur. Et Imperator in *l. 1.*
Cod. de mandat. Princip. ait, *omnes ſciant nemi-*
ni quicquam, niſi quod ſcriptis probauerit, eſſe
credendum, nec vllius dignitate teneri, ſiuè illi
Tribuni, ſiuè Notarij, ſiuè Comitis proferat di-
gnitatem, ſed ſacras noſtras litteras eſſe quæren-
das, & in l. vnica C. de ſuperindicto lib. 10. ibi --
Niſi cum noſtro confirmata Iudicia, & imperia-
libus nixi præceptis, & ita per hęc iura dicit
pluribus citatis Barboſa in *d. leg. ſi quis ex alie-*
na num. 9. 10. & 18.

Si Commiſſarius citat cum enunciatiua
ſuæ commiſſionis, et tunc pariter regula eſt
vera, quia licet Doctores, vt dixi *ſupra* non
conueniant, verior tamen ex ſupra adductis
rationibus eſt opinio, quod enunciatiua non
ſufficit; Euincitur enim ex illis, quod enun-
65 cianti non eſt credendum, imò nec ſi Ponti-
ficis delegatum ſe faciat, vt ex Felyn. Guido-
pap. Viucent. de Anna, & Carolo de Graſſ.
inquit Perexa *dict. reſol. 5. num. 18.* qui in *dict.*
reſol. num. 12. 15. & 20. aſſerit hoc eſſe verum,
etiam ſi agatur de Inquiſitore hæreticæ pra-
uitatis, & agatur de Iudicibus conſeruatori-
bus, & de Viſitatoribus Eccleſiaſticis, ac etiam
de Iudicibus executoribus meris, ſiuè mixtis:
& quod Iudici aſſerenti fuiſſe ſibi mandatam
iuriſdictionem non ſit credendum, compro-
bant etiam Rota coram Farin. in *poſthum. de-*
ciſ. 6. & 9. Gonzalez. Telez. in *cap. cum in iu-*
re num. 4. de offic. deleg. qui pariter ampliat hoc
procedere, quamuis Iudex affirmet ſe ſenten-
tiam proferre auctoritate Apoſtolica, cùm
vnico teſti aſſerenti ſuam eſſe iuriſdictionem
non credatur *cap. cum à nobis de teſtib.* Salgad.
de retent. Bullar. cap. 30. §. 4. num. 9.

Si demùm Commiſſarius non ſolum in ci-
tatione ſe enunciat delegatum, ſed inſuper
66 inſerit in citatione fidem, qua Notarius pro-
fiteatur ſe litteras delegationis regiſtraſſe in
actis, & vidiſſe menſem, diem, & tenorem
earum, & tunc regula etiam eſt vera, quia No-
tario ſic atteſtanti non debet fides adhiberi,
ſeù vt in terminis ait Narbona *ad leges Hiſp.*
lib. 2. tit. 4. leg. 60. gloſa vnica num. 41. Partes
non tenentur, & nec compelli poſſunt ad cre-
dendum, vel acquieſcendum Notario id tale
67 profitenti, cum nec ipſi Iudici credatur id
aſſerenti, vnde meritò improbat, & repræhen-
dit ſtylum, ſeù potius abuſum Notariorum
ſui temporis, qui dum citatoria mandata, vel
requiſitorias delegatorum Iudicum conſcri-
bebant, mandatis ipſis ſeriatim verba com-
miſſionis, vel mandati non inſerebant, ſed
fidem tantummodò commiſſionis exhibe-
bant, qua ſe vidiſſe, legiſſe, & originaliter pe-
nes ſe retinere dicebant, & ſubdit, quod di-
cta praxis meritò eſt reſpuenda, & improban-
da, vtpotè ab interprętum traditionibus alie-
na, & omni rationi repugnans; & Narbonam
refert, & ſequitur Parexa *de inſtrum. edition. tit.*
2. reſol. 5. num. 50. qui citant Gratian. *diſcep.*
170. num. 15. & Bouadilla *politica lib. 2. cap. 21.*
num. 73. quibus addendi Gonſalez Telez. in
cap. cum in iure num. 6. de offic. delegati, vbi etiã
Innocent. *nu. 4. & 5.* & Barbatia *num. 20. in*
fine, & Altimar. *de nullitatib. rub. 9. de nullitat.*
ex defectu iuriſdict. ordinar. quæſt. 4. num. 26. &
qui-

Digitized by Google

quidem horum aſſertio eſt vera, ſed ratio,
quam aſſignat Narbona non ſtringit, vnde
dicerem cum Barbatia io *d.cap.cum in iure pe-*
ritus num.21. quod Notario non creditur cir-
68 ca tenorem delegationis, quia quando reci-
pit, et regiſtrat in actis illius tenorem, dici-
tur ſolùm rogatus de productione facta in
actis, et non de tenore inſtrumenti producti,
et nec de contentis in inſtrumento producto;
et ideò ſuper tenore inſtrumenti non poteſt
facere fidem; Vnde benè Innocent. *loc. citat.*
69 ait, quod, licet productio ſit de actis, non
tamen tenor; cuius dictum explicat Barbatia
dict. num. 21. quaſi dicat, quod ſi Notarius
ſcripſit in actis, quod produxit pars tale in-
ſtrumentum, quod creditur Notario, quod
illud produxerit *cap.quoniam contra de probat.*
ſed non creditur de tenore inſtrumentorum,
niſi probetur per Originalia, vel per alios
70 modos; Nam Notarius non eſt rogatus de
contentis in inſtrumento producto.

Concludendum igitur quod regula eſt, Cō-
miſſarium teneri ad hoc, vt valide procedat,
71 inſerere in citatione tenorem ſuæ commiſ-
ſionis, non teneri tamen tranſmittere Origi-
nale commiſſionis, firmat Guazzin. *reor. de-*
fenſ.13. cap.2. num.16. vbi ait, quod nec de
iure, et nec de ſtylo debet tranſmitti Origi-
72 nale commiſſionis, ſed benè petenti debet
oſtendi, quod dicunt etiam Campana *reſol.*
12. num. 3. et Altimar. *de nullit. tom.1. rub.9.*
quæſt. 2. num. 20. Narbona *ad leges Hiſpan.*
lib.2. lib.4. leg.60. gloſa vnica num.32. & 33.
Gonzalez. Telez. *dict. cap. cum in iure num.6.*
circa finem.

Hæc regula habet plures fallentias. Pri-
73 ma eſt illa, quam ſupra adduximus ex Fari-
nac. nam ſi delegatus exercet ſuam iuriſdi-
ctionem in Dioceſi, ſeù Prouincia, et ſic in
loco propinquo, ſufficit ſimplex citatio abſ-
que eo, quod copia inſeratur, niſi à partibus
74 petatur, nam partes poſſunt ad libitum pe-
tere ſibi dari copiam, imò oſtendi Originale
commiſſionis, vt dicunt Decian. *conſ. 18. nu.*
159. vol.1. Narbona *d.leg.60. gloſa vnica n.43*
Butr. Iaſ. Gaill. Gratian. *loc. relatis* à Parexa
qui eos ſequitur *d.reſol.5. num. 73.* et Iaſ. in
conſ.145. num.6. lib.4. ait, quod quando quis
eſt in loco citantis, vel modicum diſtat, tunc
non eſt neceſſe mittere copiam delegationis,
ſed ſatis eſt ſe aſſerere delegatum, & citatus
tenetur comparere, cùm ei ſit modicum præ-
iudicium, ex quo eſt in eodem loco, vel pa-
rum diſtante, & Parexa *loc. cit.* ex Ludouiſ.
decif. 227. num. 6. & decif. 237. ponit exem-
75 plum in diſtantia quindecim milliarium, quę
habetur pro modica diſtantia, & hoc idem
volunt de Luca ad Gratian. *d.diſcept.170.n.xi.*
Cancer. *variar. lib.2. cap.2. num. 196.* & Alti-
mar. *de nullit. tom.1. rub. de nullit. ex defect. iu-*
riſdict. num.33. Guazzin. *defen.13. cap.6. nu.4.*
verſ. tertio limita Conciol. *crim. reſol.5. num.5.*
verbo *Iudex* Campana *reſol.12. num.7. verſ. li-*
mitatur etiam; vbi D. Orilia in *obſeruat. nu.7.*
verſ. vbi quod ſi præſens Gram. *deciſ.36. nu.27.*
& conſ.54. num.17.

Secunda fallentia eſt, quando delegatus
76 exercet iuriſdictionem ſuæ delegationis in
eodem loco, in quo reſidet Princeps dele-
gans; nam non præſumitur, quod delegatus
aſſereret ſe talem, ſi verè non eſſet, cum de
facili ob delegantis præſentiam, & habito ad
eum recurſu poteſt detegi, vt inquit Specula-
tor *ſub tit. de Iudice delegato §. ſequitur verſ. in*
Curia vero num.16. & in tit. de probat. verſ. quid
de Auditoribus num.3. Roman. in *leg. ſciendum*
num.18. ff. de verb. oblig. Iaſon. *d.conſ.145. nu.7*
Butr. Imola, Felyn. Iaſ. Dec. Pariſ. Gram.
Menoch. locis relatis à Parexa *d.reſol.5. n.66.*
Roman. *conſ.56. num.6.* & ibi Mandos. in *ad-*
dit. litt. K. Tuſch. *pract. concl. lit. D. concl.154.*
num.25. Maſcard. *de probat. lib.1. concluſ.492.*
num.2. Farinac. Fragm. verbo *delegatio num.97.*
Decian. *tract. crim. lib 4. cap.25. num.58.* plu-
res citans Guazzin. *defenſ.13. cap.6. num.3.* &
Altimar. *de nullit. rub.9. quæſt.4. num.28. to.1.*
& Barbatia *d.cap. cum in iure num.11.* qui pon-
derat ad hoc dictum Anton. de Butrio in *cap.*
quod ſuper his de fide inſtrum. vbi dixit, quod
ſi delegatus aſſerit ſibi fore commiſſum ali-
quid ſpeciale oraculo viuę vocis à Papa, quod
ſtabitur dicto eius, ſi Papa eſt, vel reperitur
in eo loco, ex quo de facili recurſus haberi
poteſt ad Papam.

Tertia fallentia eſt, quando in loco adeſt
77 conſuetudo, & ſtylus non inſerendi in cita-
tione tenorem commiſſionis, talis enim con-
ſuetudo ſeruanda eſt, vt in terminis dicunt
Lapus *alleg.32. n.4.* Decian. *conſ.18. nu. 158.*
Gratian. *diſcept. 170. num. 16.* vbi de Luca in
addit. num.10. Narbona *d.gloſa vnica num. 42.*
Menoch. *conſil.100.* Farinac. *loco cit. num.95.*
Guazzin. *dict. cap.6. num.4. in fine* alios citans
Parexa *d.reſol. 5. num.72.* D. Orilia ad Cam-
panam *d.reſol. 12. num. 7.* Rota coram Achil-
le de Graſſis *deciſ.10. de dolo, & contumacia*
Burg. *de modo proceden. ex abrupto quæſt. 90.*
num.14. & Altimar. *de nullit. rub.9. de nullit. ex*
defect. iuriſd. qu.4. num.32.

Quarta fallentia eſt, quando citatur ille,
78 qui delegationem, & commiſſionem impe-
trauit, & poteſt poni exemplum in Homicida,
qui acceſſit ad Curiam ad quærelandum, &
commiſſionem expediri obtinuit contra om-
nes reperiendos culpabiles, nam ſi ipſe repe-
riatur culpabilis, cum iam ſit de delegatione
certus, vlterius certiorari non debet, vt per
text. in *cap. eum, qui de reg. iuris in 6. & in l.1.*
in fine ff. de act. empt. & ex Iaſ. loquente de
Iudice conſeruatore *conſ.145. num.4. vol.4.* in-
quit Narbona *d.gloſa vnica num.50.* qui *nu.51.*
expendit ad hoc text. in *leg. ſi quis ex argenta-*
rijs §. prohibet ff. de edend. vbi Argentario, vel
Notario copia aliqua edi, vel exhiberi non
debet, quia ipſe penes ſe originale inſtrumen-
tum habere debet, ſequitur Parexa *d. reſol. 5.*
 nu.75.

num.75.& ſeqq. vbi alias Rotæ deciſiones al-
legat Altimar. *loco citato num.33.*

79 Quinta fallentia eſt, quando iuriſdictio Iu-
dicis Delegati eſt notoria, tunc enim propter
notorietatem, delegatus non tenetur traſmit-
tere in citatione tenorem delegationis, imò
nec commiſſionem oſtendere, quia ei ſine lit-
teris eſt credendum, vt ex gloſa in *cap. nobi-
liſſimus 97.diſt.* Franc. in *cap. ſcienti num.4. de
reg.Iur.in 6.* Parid. *de put.* Hieronym. à Leiua,
& Vantio probat Narbona *d.gloſa vnica n.52.*
80 & eos refert, ſed non ſequitur Parexa *loc.cit.
num.78.& 79.* reijcitur tamen in hoc Parexa
81 ab Altimar. *d.quæſt.4.num.37.* nam notorium
non eget probatione, ſed ſola aſſertione pro-
82 batur, vt ex Maſcard. Menoch. Vgone, & alijs,
inquit Altimar. *ibid. num.38.* ſed hoc non eſt
83 ſic de plano admittendum, quia poteſt eſſe,
quod ſit notorium in vno loco, & in alio non,
vt ex Io: Andr. & Paulo de Leazar. aduertit
Barbatia in *cap. cum in iure num.15. de offic.
delegat.*

Sexta fallentia eſt, quando citatus cum
84 enunciatiua delegationis habuit, vel veriſi-
militer potuit habere ſcientiam delegationis,
quia tunc ſuſtinetur citatio, etiam tenore de-
legationis non inſerto Achilles de Graſſis *de-
ciſ.2.num.10.de offic. Iud.deleg.* Ludouiſ. *deciſ.
127.num.2.* D. Orilia ad Campan. *dict.reſol.12.
num.5.* & melius Spada *conſ.crim.106. num.8.
lib. 1.*

Aliæ plures fallentiæ haberi poſſunt penes
Narbona, & Parexa *locis citatis*, quas non re-
fero, quia non videntur poſſe applicari caſui
noſtro.

Aduertendum tamen, quod, quicquid ſit in
85 Ciuilibus, in Criminalibus cauſis Iudices
non debent data opera recedere à regula, ne
poſtea in puncto crudo habeant amaritudi-
nem, quam indicat D. Orilia in *loco ſupracita-*
86 *to*. Etenim Rei, dum ſunt in fuga, & timent
carcerari non habent locum in diuerſorio, &
vix habent notitiam de citatione contra eos
expedita, & per conſequens contra illos pro-
ceditur cum tribus ſuppoſitis. *Primò*, quod
executa citatione domi ſolitæ habitationis
citatus habuerit notitiam eiuſdem citatio-
nis. *Secundò*, quod habuerit notitiam enun-
ciationis commiſſionis. *Tertiò*, quod ſciuerit
citantem eſſe verè Iudicem delegatum, vel
ſaltem non curauerint indagare veritatem ſu-
per enunciata delegatione; ſed hoc eſt con-
tra omnes regulas iuris, tum quia præſum-
ptum de præſumpto non elicitur, tum etiam
quia plures ſpecialitates non debent cumulari
vulg. iuribus.

Quod ſi omiſerint ob inaduertentiam inſe-
rere tenorem commiſſionis, debent hoc tri-
87 buere voluntati diuinæ, & propterea non
debent habere diſplicentiam huiuſmodi ſuc-
ceſſus, ſed potius debent conſiderare, quod
88 Principes, qui condiderunt leges, habuerunt
animum directum ad quietem, & tranquilli-
tatem publicam, & cum pœnis voluerunt ter-
rere ſubditos & eos retrahere à delictorum
perpetratione, & quod diſplicuit eiſdem face-
re carnificinam ſubditorum, & idcircò poſt
factum adinuenerunt mille modos, eos à pœ-
na, & præſertim mortis, eripiendi: quo enim
89 tendit illa exacta aduertentia, quod citatio
ſit commiſſa, executa, & relata in die iuridi-
co? quod citatio fiat Domi ſolitæ, & vltimæ
habitationis? quod ſententia feratur in ter-
mino citationis, & huiuſmodi? niſi ad hoc,
vt habeant modum, & cauſam aliquam ap-
parentem liberandi Reos à morte.

Et ſi huic Principes, qui leges condiderunt,
ſe direxerunt, certè Succeſſores, & etiam Iu-
dices debent pari intentione ad fauorem
Reorum ſe dirigere.

Propterea cum Doctores faciant diſtin-
ctionem inter cauſam leuem, grauem, & gra-
uiſſimam, vt videre eſt penes Rolandum à
Valle *conſ.39.num.25.* Campana *reſol.12. nu.
7.* D. Orilia *ibi in addit. num. 11.* Scaccia
de Iudic. lib.1.cap.32. num.35. verſ. tu vide
Abb. in *cap. præterea num.5.de dilation.* Innoc.
in *cap.cum in iure num...* & Barbatia in *eod.
cap. num.49.& ſeq. de offic. delegat.* & in cau-
ſa grauiſſima requirant, quod tenor delega-
tionis debeat in citatione inſeri, vt dicunt
præfati Doctores, vtique Iudices in cauſa
90 criminali, quæ ſemper inter grauiſſimas
computatur, debent adhęrere mitiori, quia
91 in dubio an Reus fuerit ſciens, vel ne de de-
legatione, vel de citantis iuriſdictione, & ſic
quando conſcientia citati non poteſt certitu-
dinariè ad partem alteram applicari, tunc
quod tutius eſt eligitur, vt ex *cap. Iuuenis de-
ſponſal.* & ex Hoſtien. aduertit Barbatia in
d.cap.cum in iure num.10.

Præſertim cum tex. in *cap. cum in iure de
offic.delegati* exigat, vt dixi ſupra, quod quis
92 ad hoc, vt exequi teneatur ſit certus de dele-
gatione, & ſic non ſufficit conſtare præſum-
ptiuè de ſcientia delegationis, vt ait Barbat.
in *d. cap. in iure*, etiam ſi præſumptio ſit iuris,
93 quæ à gloſa in *leg.ſi tutor C.de pericul.tut.* &
probatur in *l.1 & 2.C.de teſtam. milit.* dicitur
eſſe liquida probatio, etenim quando lex re-
quirit probationem, & certitudinem non ſuf-
ficit iuris præſumptio, vt ex gloſa, & Bart.
in *l.1.C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. lib.
10.* inquit Barbat. *loc.cit.*

Nec dicatur cum Card. Zabarella in *d. cap.
cum in iure num.1. col.2. verſ. item ſecundum*
94 *Hoſtienſẽ*, quod citatus coram delegato tene-
tur comparere, etiamſi de delegatione conſtet
tantum præſumptiuè, non obſtante text. in
d.cap.cum in iure, vbi Ordinarius, cui delega-
tus mandat, vt aliquid exequatur, non tene-
tur obedire, niſi certus ſit de delegatione,
nam dicit Zabarella, eſt diſcrimen inter pri-
mum caſum, & ſecundum, quia primo caſu
non agitur de præiudicio alterius, ideò in
dubio parendum eſt: ſecundo verò caſu agi-
tur

Digitized by Google

tur de præiudicio eius, contra quem facienda
eſt executio; ideò debet verè conſtate de dele-
gatione.

Reſpondet enim Barbatia in *d. cap. cum in*
95 *iure num.*10. quod ratio quare oportet, quod
conſtet de delegatione eſt, quia non præſu-
96 mitur factum, niſi probetur, vt in *d.cap.cum in*
iure,et in l.quęcunq.ff.de publician. ſed iſta ratio
tam concernit citatum ad comparendum,
quam Ordinarium ad exequendum, ergo erit
idem ius in vtroque *arg. cap.2.de translat. Prælat. & leg. illud ff.ad leg. aquil.* & ideò ſubdit
Barbatia *ibid.* citatus non tenebitur cōparere
ad ſimplicē citationem aſſerentis ſe delegatū.
97 Poteſt etiam reſponderi ad rationem diffe-
rentiæ aſſignatæ à Zabarella, negando, quod
in primo *caſu* non agatur de præiudicio alte-
rius, quia, vltra quod magnum eſt illud præ-
iudicium, quod obuenit ipſi citato, vt ait Bo-
rell. *conſ.68 in* 2. reſultat etiam inde præiudi-
cium Iudici Ordinario, cuius iuriſdictio ex
delegatione diminuitur, & propterea, ſi licet
ſecundo caſu Iudici Ordinario excipere de
iure tertij, idem licebit etiam citato, vt in
primò caſu, & per conſequens erit, vt dictum
eſt, idem ius in vtroque, ſed vide quid de
hac re dicam infra.

Vnde omnibus penſatis poteſt dici, quod
98 ſit neceſſaria ſcientia delegationis vera, et
certa, et quod præſumptiua non ſufficit, et ſic
ex fallentijs adductis admittenda eſt omninò
quarta, et poteſt admitti etiam tertia, quia
conſuetudo facit ius vulgatis iuribus, quoad
reliquas cogitandum.

Quæro quintò, an poſſit deſtinari, et de-
putari ad tale munus explendum incola, vel
99 habitator? Rouit. *de offic. Iudic. pragm.9. §.item ſtatuimus*, et D. Petra ad Capyc. *deciſ.121.n.3.*
circ.med. tenent, quod non, et eſt ratio, quia
100 poteſt eſſe ſuſpectus, et quidem debet ſupe-
rior aduertere adhoc, ne partes poſſint aliquo
modo diffidere de iuſtitia, prout, et ipſi Com-
101 miſſarij debent, quantum in ſe eſt, cauere;
ne partes intrent in ſuſpicionem, & propterea
102 malè faciunt, quando ſe conferunt ad do-
mum accuſatoris, & adhærentium, & ibi exa-
minant teſtes, qui deponunt mirabilia, nàm
ibi non poſſunt examinare teſtes, vt aduer-
tunt Bald. in *rub. de Iudic. col.2. in 2. lectura* Re-
buff. *ſuper conſtit. de teſtib. gloſ. vlt. nu.5. tom.3.*
Foller. *pract. crim. can. par.2. §. teſtibuſque diligenter examinatis num.53. fol. mihi* 110. & ad
103 remouendam difficultatem, & diſputatio-
nem, an examinati probent, cautela eſt, quod
104 pro parte Rei fiat proteſtatio, quod locus
ille examinis eſt ſuſpectus, & quod propterea
ibidē non examinentur teſtes, tunc enim exa-
minati, non obſtante proteſtatione, nullate-
nus probant Farin. *conſ.205. num.3. vol.3.* &
105 malè etiam faciunt Commiſſarij, qui edunt,
& in vna menſa ſedent cum quærelante, poſ-
ſunt enim, ex quo ſunt Commenſales cum
parte, allegari ſuſpecti, vt dicit Dauza *de pu-*
gna Doctorum tom.1. tit. de pręeminentia Regiæ Audient. cap.1. num.54. fol. mihi 16. & malè fa-
ciunt, dum permittunt ſe aſſociare à partibus
106 in itinere, & dum recipiunt Zenia ab illis,
ſeù illorum amicis, vt probat Bouadilla *poli-*
tica lib.2. cap.20. num.13. & ſeqq.

Sed quid dicendum de illis, qui accedunt
ad domum teſtium ad illos examinandum?
dic quod iſti, ſi hoc faciunt paſſim, & abſque
107 diſtinctione, malè, & peſſimè faciunt, nàm
Iudex tunc vilipendit ſe ipſum, & dat mo-
tiuum alijs, vt ipſum vilipendant, & non ha-
beant in exiſtimatione prout debent.
108 Verum ſi accedat ad domum ſenis, infir-
mi, mulieris honeſtæ, & ad domum alicuius
perſonæ egregiæ, quæ deberet examinari,
conformaret ſe diſpoſitioni iuris, vt eſt tex. in
l. ad perſonas ff. de iureiur. Farin. *quæſt.77. n.202.*
D. Carol. Petra *Magn. Curiæ ritu* 142. *num.2.*
tom.1. bene verum quod Doctores quærunt
ob diſpoſitionem dicti textus an debeant Iu-
dices accedere per ſe ipſum, vel alium mitte-
re, & an procedat etiam in criminalibus: ſed
veritas eſt quod etiam per ſe accedunt ali-
quando, & quod procedit etiam in criminali-
bus, vt videre eſt penes Farin. *loc. cit. num.235.*
& D. Petram paritèr *loc. citat.* qui *in fine* re-
miſſiuè ait quinam dicantur perſonæ egregię.

Sed an iſti Commiſſarij poſſint recuſari, et
109 allegari ſuſpecti? reſpondeas affirmatiuè
ex Guazzino *reor. defenſ.13. cap.1. num.1.* et Ro-
uito *pragm. 2. nu.5. de commiſſarijs*, qui ponit
etiam ob quam cauſam poſſint dici ſuſpecti.

Quæro ſextò, an Commiſſarius teneatur
oſtendere Gubernatori, Poteſtati, ſeù alio
Officiali litteras ſuæ commiſſionis, et delega-
tionis? Dic quod Commiſſarius Tribunalis
110 inferioris non poteſt exercere ſuam iuriſdi-
ctionem; niſi exhibitis litteris patentibus ſuæ
commiſſionis Rota *deciſ.6. n.2. & 4. par.4. rec.*
Vermigl. *conſ.148. num.19.* Scannarolus *de viſitat. carcer. lib.2. cap.16. num.12. fol. mihi* 240.
Oſach. Menoch. Maur. Burgos Farinac. Lau-
rent. Mynſinger. Bertazol. Caualcan. et alij re-
lati à Guazzin. *reor. defenſ.13. cap.1. num.5. & cap.6. num.1. & ſeq.* Officiales verò Principis
111 non tenentur commiſſionem oſtendere, vt
iudicatum referunt Guidopapa *dec.346.* Boer.
deciſ.8. Spada *conſ. crim.2. per tot.* Auiles *Prætor. cap.1. §. cartas num.1.* Verum quod et iſti
112 ad euitanda ſcandala, et non de iuris rigore
teneantur exibere, dicunt Bouadilla *Politica*
lib.2. cap.20. per tot. et Narbona *ad leges Hiſpan. lib.2. tit.4. leg.60. gloſa vnica.* Sed quando
113 agitur de rebus exigentibus celeritatem, et
ſecretum ſatis eſſe exhibitionē factam imme-
diatè poſt ſequutam executionem dicunt Do-
ctores, quos ego retuli in *cap.3. §.12. num.20.*
114 Sed quia loqutio generalis poteſt confunde-
re potius, quàm ſubleuare eos, qui ſtudent
veritati, ideò vt aliquod ſubſidium præſtem
exiſtimo, quod materia ſit per caſus indiui-
duanda.

Primus caſus eſt in Commiſſarijs tranſmiſ-
ſis ad fabricandum proceſſus.

Secundus caſus eſt in Commiſſarijs, qui
tranſmittuntur ad exigendum.

Tertius caſus eſt in ijs, qui tranſmittuntur
ad exequendum pro ciuili, & criminali.

Quoad primum caſum vel tranſmittuntur
à Tribunalibus maioribus, vel tranſmittuntur
ab alijs Tribunalibus. Si tranſmittuntur à
ſupremo Tribunali, videndum eſt, an tranſ-
mittantur ad Ciuitates, in quibus præſunt
Prælati, ſeù Gubernatores, qui habent Breue,
an verò tranſmittantur ad Ciuitates, in qui-
bus præſunt Poteſtates, ſeù Gubernatores,
qui habent litteras patentales ad ſex menſes,
ſeù ad annum: an demum tranſmittantur ad
Ciuitates, & loca, in quibus dominantur, &
præſunt Barones.

Si Commiſſarij tranſmittuntur ad Ciuita-
115 tes, in quibus præſunt Prælati habentes Bre-
ue Pontificium, tenentur omninò ſuam com-
miſſionem, & delegationem oſtendere, ante-
quam incipiant exercere ſibi mandatam iu-
riſdictionem ad text. in *cap. cum in iure peri-
tus de offic.delegati, & cap.nobiliſſimus 97. diſt.
clemen.iniunctæ §.ſanè de election.inter commu-
nes Authen. de collatorib. §. eos autem, & in
auth.de mandat.Princip.§.mox autem*,& ad tra-
dita in his terminis à Caſſan.*conſuet. Burgund.
rubr. 1. §. 7. num.29.* Nam Commiſſarij iſto
116 caſu non poſſunt denegare oſtenſionem
commiſſionis, ex quo ſint maiores ipſis Præ-
latis miſſis à Principe ad gubernandam Pro-
uinciam, ſeù Ciuitatem, quia re vera non
maiores, ſed ad plus æquales dici debent.
117 Nam huiuſmodi Rectores, apud nos ſal-
tem, nullum habent Superiorem, præter ip-
ſum Pontificem, ſiquidem Ioannes XXII. in
extrauag. cum Mathæus de hæreticis, eos ſoli
Pontifici ſubiectos eſſe voluit, adeo ut ipſo in-
118 conſulto, nec ab Inquiſitoribus hæreticæ
prauitatis ex cauſa fidei excomunicari, & nec
119 ab alijs quacunque authoritate fulgentibus
quauis occaſione, & cauſa vllatenus cogno-
ſci poſſe decreuit; Et nec poſſunt dictam
oſtenſionem denegare ſub prætextu, quod
120 agatur de re graui, ſeù de re, quæ ſecretum
exigit, quia cum Prælati ſint Miniſtri ipſius
121 Principis, non eſt de illis vllatenus diffiden-
dum, & ſaltim non minus fideles, quam
122 Commiſſarij habendi ſunt, & ideò ceſſat
omnis ratio, ob quam poſſit denegari oſten-
ſio commiſſionis, vt optimè aduertit Boua-
dilla *politica lib.2.cap.20. num.24.* qui *ibidem*
123 *num.21.* ait, quod Commiſſarij debent nota-
re in proceſſu, quod litteræ delegationis fue-
runt oſtenſæ.

124 Sed limitatur in quatuor caſibus. *Primò*,
quando commiſſio eſſet contra Miniſtrum, vel
aliam perſonam de familia ipſius Prælati, vt
ait Bouadilla *loco citato*. *Secundò*, quando
Commiſſarius haberet à Principe ordinem
expreſſum non oſtendendi ſuam commiſſio-
nem, vt dicit idem Bouadilla *ibidem*. Sed iſtis
125 duobus caſibus adhùc exigerem aliquid,
quod præſeferat obſequium, & reuerentiam
in ipſum Prælatum, & ſic vel portarem Epi-
ſtolam Superioris directam Prælato enuncia-
tiuam commiſſionis in genere, quam dicunt
litteram credentialem, vel mitterem meum
Notarium Actuarium, quod frequentius pra-
cticari ait Bouadilla *d. cap.20. num.20.* ad ſi-
gnificandum Prælato acceſſum mei pro non-
nullis de Principis mandato exequendis, &
non accederem per me ipſum ad effugiendam
inurbanitatem, quæ de facili incurritur oc-
cultando cauſam veram acceſſus.

126 Limitatur tertiò, quando Conſiliariusmet
Principis, vel alius Officialis principalis acce-
deret ad formandum proceſſum, quod non
ſolet euenire, niſi in facto, & pro re maximi
ponderis; nam tunc iſte non eſſet obligatus
oſtendere commiſſionem, vt dicunt Bouadil-
la *d.cap.20.num.25.* Auiles *in Prætor.cap.1.glo-
ſa cartas num.4.* qui exemplificat in perſona
nobiliſſima, Authentica, & honeſta, vt eſt Car-
dinalis, Io: de Platea in *l. probibitum num.2.
C.de iure fiſci lib.10.* & eſt tex.in *cap. nobiliſſi-
mus 93.diſtin.*

127 Limitatur quartò, quando eſſet notorium
talem habere dictam commiſſionem, ſeù de-
legatam iuriſdictionem, vt dicunt Muta in
cap.Regni Regis Alphon.19. *num.1. & ſeqq.* &
Guazzin. *reor.defenſ.13. cap. 1. num.5. & cap.
6. num.4.* Nam notorium non eget probatio-
128 ne, ſed ſola allegatione, vt ex Eug. & Me-
noch. inquit Guazzin. *ibidem*.

Et quamuis iſti Doctores non loquantur
de caſu noſtro, ſed bene de illo magno arti-
culo, an perſonæ qualificatæ, vt Cardinali,
credi debeat, quando non exhibet litteras
ſuæ commiſſionis, & delegationis, in quo
præfati, & alij Doctores communiter re-
129 ſoluunt, quod creditur illi, quando agitur
de re non præiudiciali tertio, ſecus quando
130 commiſſio tendit in præiudicium alterius,
quia tunc nullo modo creditur ſine oſtenſio-
ne delegationis, vt ex Angel. in *conſ.182.* qui
ait *ita intelligendam eſse gloſam in d. cap. nobi-
liſſimus*, vult Auil. *loc.cit.num.4.*

In ijs enim, quæ afferunt præiudicium ter-
131 tio, eſt adeò neceſſaria exhibitio litterarum
delegationis, & commiſſionis, vt ſi deper-
dantur huiuſmodi litteræ, non poſſit admitti
probatio per teſtes, vt dicunt Auiles *loc. cit.
num.6. & 9.* Io: de Platea in *d.leg. probibitum*
tex. & gloſa in *cap.Lugduni 9. quæſt.2. & in d.
cap. nobiliſſimus*; & plures Doctores allegans
Narbona *ad leg.Hiſpan.lib.2.tit.4. leg.60. glo-
ſa vnica num.11.* qui ex Bald. in *leg. probibitum
num.12.C.de iure fiſci lib.10.* & ex Iaſ. in *l.mo-
re num.53.ff.de iuriſd.omn. iudic.* reddit ratio-
132 tionem, quia ſcriptura eſt præciſus, & eſſen-
tialis modus ad iuriſdictionis probationem;
ſubdens quod affirmatiua, vel negatiua iu-
riſdictionis, ſeù potius reuocatiua iuriſdictio-
nis

nis per ſolam ſcripturam probatur.
133 Imò nec poſſe deperditionem, & tenorem
litterarum delegationis probari per iuramen-
tum delegati, ex Iaſ. Carol. de Graſſal. Franc.
Curt. & Borgnin. firmat Narbona *loco citato*
num. 16.
134 Quod tamen fallit, quando litteræ prædi-
ctæ deperditæ eſſent poſt factam oſtenſionem,
& exhibitam, quia tunc tam deperditio, quam
tenor earum probaretur per teſtes, & per iu-
ramentum ſuppletorium delegati, vt pluribus
adductis dicunt Narbona *loc. cit. nu.* 23. *&* 26.
135 & Auiles *d. gloſa cartas nu.* 10. Sed quod com-
miſſio deperdita non poſſit probari per te-
ſtes, non placet Rutgero Rulant. in *tract. de*
commiſſion. lib. 6. *cap.* 2. *num.* 5. *& ſeqq.* quia
non eſt grauandus Commiſſarius, ſeù pars in
expectando nouam commiſſionem, ſeù du-
plicatum commiſſionis deperditæ, & ideò fir-
mat, quod eo caſu conſentientibus partibus
etiam verbo commiſſarij probatur commiſ-
ſio, & eius amiſio: ijs verò non conſentien-
tibus probatur per teſtes, & in horum defe-
136 ctu per coniecturas, & hæc Rulant opinio,
ſequenda eſt ad effugiendam dilationem, &
euitandos ſumptus, & expenſas, & propterea
Commiſſarius facto verbo cum Gubernatore
benè poterit eo conſentiente procedere, quia
eo ipſo quod ad ſuas manus peruenit com-
miſſio poterit validè procedere, vt pluribus
citatis dicit Parexa *de edit. inſtrum tit.* 2. *reſol.*
5. *num.* 25. *& ſeqq.* vide Rolant *loc. cit.* qui
plures allegat concordantes, & dicit etiam
ibidem num. 14. quod Commiſſario incumbit
137 onus petere nouam commiſſionem, quia
ipſe, & non alius poteſt ſignificare caſum for-
tuitum deperditionis, & circumſtantias om-
nes perfectè enarrare, & ob oculos Iudici po-
nere queit. Subdit tamen *num.* 15. quod Com-
138 miſſarius procurat nouam commiſſionem
ſumptibus Partis, quæ illam impetrauerat, ſi
caſu perdiderit; proprijs autem ſumptibus ſi
ſua culpa amiſerit.
Nihilominus Bouadilla loquitur in ſpecie,
139 & in terminis caſus noſtri, & vlterius hic
non agitur de præiudicio tertij, ſed benè de
ſeruitio, & commodo Papæ, & Principis,
qui vult per Miniſtrum immediatum ſui
Tribunalis ſupremi habere informationem
criminis, & circumſtantiarum illud conco-
mitantium, quo caſu vt ait Auil. *loco citato*
num. 4. & concedunt alij *ſoprà* adducti credi-
tur perſonæ qualificatæ atteſtanti de com-
miſſione, etiamſi illam non exibeat.
Nec dicatur quod agitur de præiudicio Gu-
bernatoris, qui priuatur iuriſdictione in re cō-
tenta in commiſſione, & agitur etiã de præiu-
140 dicio eius, contra quem fit proceſſus, quia in
concurſu Officialis Supremi prȩiudicium Gu-
bernatoris non debet attendi, aliàs nunquã da
retur caſus, in quo de prȩiudicio tertij nō age-
retur, ſemper enim cum cōmiſſione aliquo mo-
do derogatur Ordinario, etiamſi agatur de te-
ſcriptis gratioſis, & etiam ſi agatur de diſpo-
nendo de regalibus, & de alijs, vt in caſu de
quo Parexa *de edit. inſtr. tit.* 2. *reſol.* 5. *num.* 47.
& nec attenditur præiudicium eius, qui debet
proceſſari, quia tanquam ius tertij non poteſt
opponi à Gubernatore *l. loci corpus* §. *compe-*
tit ff ſi ſeruit. vindic. Bart. & Bald. *locis citatis*
à Spada *conſ. crim.* 2. *num.* 12. *&* 13. & nec po-
teſt opponi ab eo, qui debet proceſſari, quia
iſte non poteſt dici intereſſatus, & ſic habere
ius, niſi poſtquam factus ſit proceſſus; non po-
teſt ergo iſtud ius tertij futurum haberi in ali-
qua conſideratione, & per conſequens rema-
net verum, quod hic nullius tertij prȩiudicium
verſatur, & quatenus adſit non debet attendi.
Si tranſmittuntur ad Ciuitates, et loca in
quibus præſunt Gubernatores, & Poteſtates,
qui habent litteras patentales ad ſex menſes,
vel ad annum, non tenentur oſtendere litteras
commiſſionis ipſi Gubernatori, ſi ſint ſubor-
dinati Prælato Prouinciæ moderatori, quia
ſufficit, quod Commiſſarius oſtendat Præla-
to, vt dictum eſt: ſi vero non ſint ſubordinati
alteri, quam Principi, et in ſtatu Eccleſiaſti-
141 co Sacræ Conſultæ, tunc debent ſe his mani-
feſtare, antequam incipiant operari, et quate-
nus requirant, et petant ſibi oſtendi commiſ-
ſionem, debent etiam illam oſtendere, quia
142 commiſſio tamquam quid facti non præſu-
mitur, ſed probari debet, vt ex Menoch. &
Martian. inquit Rulant. *de commiſſion. lib.* 6.
cap. 1. *num.* 2. & quidem per ſcripturam, vt dixi
143 *ſupra*, quia affirmatiua, & negatiua, ſeù po-
potius reuocatiua iuriſdictionis, qualis reſpe-
ctu ad ordinarium, cui limitatur iuriſdictio ex
commiſſione, eſt delegatio, probatur per ſo-
lam ſcripturam, vt ex Auiles. dixi ſupra. Quod
144 potiſſimum eſt verum in Commiſſarijs, &
omnibus alijs delegatis, qui cum nihil ha-
beant proprium, ſed totum recognoſcant à
ſuperiore, à quo mandata, ſeù data eſt iuriſ-
dictio, habent per conſequens maiorem obli-
gationem litteras delegationis, & ſic ſcriptu-
ram ipſam edendi, & oſtendendi ad proban-
dam collatam iuriſdictionem, vt inquit Alti-
marus *de nullitatib. rub.* 9. *quæſt.* 3. *num.* 23.
Si demum tranſmittuntur ad loca Barona-
145 lia, tunc Commiſſarij habent pro ſe commu-
nem Doctorum traditionem, quod non te-
nentur Baronem, vel Officialem certiorare
de ſua commiſſione, & eo minus commiſſio-
nem oſtendere. vt dicunt Guido Pap. *dec.* 346.
n. 1. Boer. *dec.* 8. *per tot.* Azeuedo *recopil. lib.* 3.
tit. 5. *leg.* 3. *n.* 5. Bouadill. *d. cap.* 20. *n.* 28. Narbo-
na *ad leg. Hiſpan. d. l.* 60. *gloſa vnica n.* 9. & his
relatis Parexa *de edict. inſtrum. p.* 1. *tit.* 2. *reſol.* 5.
n. 67. Rebuff. *de litteris requiſ. n.* 6. Caſſan. *con-*
ſuet. Burgund. rub. 1. *n.* 108. *&* §. 7. *num.* 24. *fol.* 21.
Maſuer. in *praxi de adiornamen. n.* 12. *circa fin.*
Auendan. de *exeq. mand. cap.* 11. *n.* 8. Natta *conſ.*
580. Scaglion. Moſcatell. Amod. de Ponte *locis*
relatis à Spada, qui eos ſequitur *conſ. crim.* 2.
146 *num.* 1. mouentur Doctores ad ita dicen-
dum,

Digitized by Google

dum, quia Barones, & Officiales, eorum ſunt prorſus inferiores, & ſic non poſſunt prætendere, quod Officiales maiores eos recognoſcant, & complementum faciant cum eis ante-
147 quam exequantur, etenim inferior non poteſt imponere legem Superiori *cap. venientes de iureiurand.* Bald. in *Auth. ſed nouo iure*
148 *Cod. de ſeru. fugit.* & Adden. ad Guido Papa *d. dec. 346. lit. A.* & nec poteſt inferior limitare iuriſdictionem ſuperioris, vt ex Baldo ſubdit Adden. ad Guid. Pap. *loc. cit.* & propterea nec debet requiri circa executionem litterarum, quæ à Curia Maiori proueniunt, vt ex Caſſaneo, & Boerio dicit Ronchin. in *addit.* ad Guid. Pap. *d. dec. 345.*

Concedunt tamen, ſignanter Doctores Hiſ-
149 pani, quod ad euitanda ſcandala ſit faciendum etiam cum Baronibus, & eorum Officialibus aliquod complementum, vt dicit Bouadilla *d. cap. 2. n. 28.* Narbona *d. l. 60. gloſſ. vnica num. 9.* Altimar. *de nullit. rub. 9. de nullitate ex defectu iuriſdict. qu. 4. n. 29. tom. 1.* Parexa, qui ait hoc fieri ex vrbanitate potiùs, quàm de iure *d. reſol. 5. n. 8.* ſed Maſtril. *de magiſtr. lib. 4.*
150 *cap. 16. num. 140. ampliat. 21.* vult, quod ſi Barones, vel Officiales inſtant pro exibitione commiſſionis, tenentur Commiſſarij illam exhibere.

Obijcitur, quod concluſio modo firmata procedit ſolum quando agitur de exequendo iuſſum, & ordinem ab ipſomet Principe datum.

Sed huic obiecto reſpondetur cum Spada
151 *conſ. crim. 2. num. 2. & ſeq.* quod Doctores loquuntur de mandatis relaxatis à Tribunalibus & Magiſtratibus ipſius Supremi Principis, & non de mandatis relaxatis ab ipſomet Supremo Principe, & quod alias nunquam verificaretur, & locum haberet concluſio, quia Principes non ſunt ſoliti per ſe ipſos mandata decernere, & relaxare.

Obijcitur ſecundò, quod Princeps Supre-
152 mus non habet in locis ab ipſo infeudatis cognitionem primarum inſtantiarum, niſi in defectum iuſtitiæ, vt concedit Natta. *conſil. 580. n. 4.* & ſic non poſſunt mittere executores, & ſuos miniſtros ad examinandum teſtes, & alios actus iuriſdictionales exercendum,
153 niſi in illis caſibus, in quibus Supremus habet ius ſuperioritatis, vt dicit Natta *loc. citato*, & ex Caſſaneo comprobat Spada *dict. conſ. 2. num. 3.*

Sed reſpondetur ſufficere, quod Supremi
154 Principes, & eorum Magiſtratus poſſint libere in Terris Baronum facere, & exequi omnia, quæ dependent à Cauſis in eorum Tribunalibus introductis, vt dicit Capibl. de *Boron. pragm. 8. n. 250.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 4. cap. 16. n. 215. & 257.* Amodeus in Ponte de *laudim. qu. 24. n. 53. & ſeq.* & his relatis Spada *conſ. 2. n. 4.* nam non ſpectat ad Barones co-
155 gnoſcere ſuper competentia iuriſdictionis, & eo minus hoc ſpectat ad Miniſtros, qui mittuntur ad exequendum, propterea remanet vndequaque verum, quod Commiſſarij miſſi à Supremo Principe, vel ab eius Supremo Magiſtratu non tenentur niſi ob ſolam prudentialem commiſſionem oſtendere Baroni, ſeu eius Officiali.

Si verò Commiſſarij tranſmittuntur ab alijs Tribunalibus, quam Principis Supremi,
156 puta à Gubernatore Marchiæ, Peruſij, Viterbij, & tunc Commiſſarij non tenentur exibere commiſſionem Poteſtatibus, & Gubernatoribus ſubordinatis, quia vt dicit Caſſan. *conſuetud. Burgund. rub. 1. num. 108.* ſi committitur vni iuriſdictio baſſa, aut etiam media, vel alta, quæ ſubalternetur ſuperiori, non videtur propter hoc denegata, & ſublata poteſtas Superiori habentem generalem iuriſdictionem,
157 nam Reipublicæ intereſt habere plura Prætoria, vt in *l. 1. de offic. Præfect. Vrb.* Debent quidem plures illis proponi; Sed hoc non fit per modum nouationis, ſed ſolum per modum accumulationis, & citat Bald. in *conſil. 204. verſ. 5.* & ideo quando Gubernator in quemcumque locum Suæ Prouinciæ mittit Commiſſarium ſemper dicitur mittere illum intra ſuum territorium, & nemiuem intra illum tenetur recognoſcere pro pari, & æquali, quia ipſe eſt ſuper omnibus.

Additur ex ſuprabundanti, quod Commiſſarij, vt plurimum ſunt cogniti ipſis Poteſta-
158 tibus, & Prouincialibus: Notus enim in illo loco, in quo expedienda eſt commiſſio, etiam ſolo verbo commiſſionem probat vt ex Io: Andr. & Ang. de Gambell. inquit Rulant. de *commiſſion. lib. 6. cap. 2. num. 9.* & confert Amaya in *l. prohibitum num. 2. Cod. de iure fiſci*, qui ait, quod Officiali, qui in Prouincia præſumitur notus, & cognitus, non poteſt reſiſti.

Quod ſi in Prouincia adſit aliqua Baronia
159 tunc crederem, quod Commiſſarius accedens ad illam ad fabricandum proceſſus, ſit
160 obligatus oſtendere commiſſionem, quia Gubernatores Prouinciæ non habent iuriſdictionem in Homines Baroniæ, niſi in defectum iuſtitiæ, vt ait Natta *conſ. 580. num. 4.* & Caſſaneus *conſuet. Burgund. rub. 1. num. 107.* & ideò, vel volunt cognoſcere cauſas in prima
161 inſtantia, quod nec Principes ipſos Supremos poſſe, ait Natta *ibidem* niſi vt ſuprà, & in defectum iuſtitiæ, vt explicat Natta, & iſto
162 caſu debent certiorare Baronem de motiuo aſſumendi cauſam: vel volunt exa-
163 minare teſtes, vel aliquem alium actum exercere non præiudicialem, et non ſolum debent oſtendere commiſſionem, ſed debent potius procedere per modum requiſitoriæ, vt dicit Rebuf. *ad Conſtit. Reg. tract. de litteris requiſit. num. 1.* quia in eo caſu non poſſunt dici Superiores, ſed æquales reſpectu ad dictum actum in Baronia expediendum, vt di-
164 cit Caſſan. *conſuet. Burgund. rub. 1. §. 2. nu. 29. verſ. in mandatis verò*, & hoc firmat in ſpecie Iacob.

Digitized by Google

Iacob. Rebuff. in *l. 1. n. 3. C. de execut. & exact.*
lib. 12. dum ait, quod ſi Præſes mittit aliquem
ſeruientem ad terram alicuius Baronis pro
facienda aliqua executione, quod nihil autho-
ritate ſua poteſt facere, niſi prius requiſito
Barone, ſeù eius Officiali ordinario, & alle-
gat tex. in *l. contra ff de bon. aut indic. poſſeſſ.* &
165 alia plura iura, & ſubdit, quod ſi fecerit exe-
qutionem irrequiſito ordinario eſſet punien-
dus tamquam vſurpans iuriſdictionem, & Re-
buff. ſic loquentem in his terminis ſeruientis
tranſmiſſi in Baroniam ab alio, quam à Su-
premo Principe, eiuſque Supremo Tribunali
ſequuntur omnes, vt videre eſt penes Boer.
dec. 8. ad finem Foller. in *conſtit. ſi quis Clericus*
n. 11. & Spada *conſ. crim. 2. n. 3.*

Quoad ſecundum caſum: certum eſt, quod
Commiſsarij ad exigendum, qui aſſimilantur
opinatoribus, ſe debent, vt eſt ſtylus in Statu
166 Eccleſiaſtico, præſentare coràm Guberna-
tore, & debent oſtendere ſuam commiſſio-
nem, tam Gubernatori, quam Magiſtratui
Communitatis, eidemque Communitati inti-
mare, quod manet in loco ſumptibus, & ex-
penſis communitatis vſque quo fuerit perſolu-
ta ſumma pecuniarum Cameræ debita, & ſic
horum officium eſt extraiudiciale, cum nullã
167 habeant facultatem per ſe ipſos exigendi,
ſed ſolum inſtandi apud Præſidem, vel Gu-
bernatorem, & Communitatem, vt ipſi exi-
gant tributa, illaque exacta tradant ipſis Cõ-
miſsarijs portanda ad Principem, vt ex Iacob.
Rebuff. Io: de Platea, et Luca de Penna oſten-
dit Spada *conſ. crim. 2. n. 5.* poterant tamen
168 antiquitus etiam per ſe ipſos exigere, vt
oſtendit Amaya in *rub. C. de exactor. tribut. n. 5.*
& de his exactoribus loquitur tex. in *§. eos Au-
th. de collatorib.* cuius verba ſunt -- ***Eos autem,
qui in Prouincias pro quibuſcunque publicis
exactionibus diriguntur non aliter inchoare exa-
ctionem, niſi prius Prouinciali iudicio inſinuaue-
rint impoſitas ſibi de hoc iuſſiones, vt exſoluen-
tes fiſcalia tributa, nullo pro his periculo, aut
damno ſubijciantur, hoc ipſo, & ſuper priuatis
negotijs obſeruando.***

Verum eſt, quod magis communiter Do-
169 ctores allegant eumdem textum ad oſten-
dendum, quod Commiſſarij etiam Principis
tenentur oſtendere litteras delegationis, etiam
ad alia negocia, quam exactionis expeditas,
& ſecundum Me non merentur repræhendi,
quia mouentur ex eodem textu, quem indu-
cunt ex illis verbis -- *hoc ipſo, & ſuper priua-
tis negotijs obſeruando*, vnde Bald. in *l. probibi-
tum. n. 12. Cod. de iure fiſci lib.* 10. ait quod text.
in *§. eos* dicit, quod hi, quibus mandatur exe-
cutio publicarum iniunctionum, alias quibus
delegatur cauſa executionis, quæ vertitur in-
ter duos priuatos, ante omnia mandatum in-
ſinuare coguntur, & quod in ſcriptis debeant
producere, & ſubdit ibi Bald. ad magis ſe, &
rem explicandam -- ***& illud ſcias, quod eſt iſta
quædam executio mixta habens aliqualem cogni-
tionem.***

Quoad tertium caſum de ſeruientibus, appa-
170 ritoribus, birruarijs, qui recipiunt mandata
relaxata, & expedita in Curia Tribunalis Su-
premi, ſiue ſint ad citandum, ſiue ad exequen-
dum, benè poſſunt exequi ea, quæ habent in
mandatis non requiſito Gubernatore, ſeu alio
Officiali ordinario loci, in quo exequantur,
vt dicunt Guid. Pap. *dec.* 346. & ibi addentes
Boer. *dec.* 8. Natta *conſ.* 580. Caſſan. *conſuetd.
Burgund. rub. 1. nu.* 108 *& §. 7. n. 29.* Spada *conſ.*
171 *crim. 2.* & alij paſſim, quia vt ait Natta *loc.
cit.* indecorum eſſet Supremo Principi petere
à ſuis Subditis etiam feudatarijs licentiam
exequi faciendi iuſſiones ſuas, vel eius Mini-
ſtrorum, & Officialium, licet enim multi
inter ſe diſcrepent Doctores circa articulum,
an quis poſſit extra ſuum territorium citare
172 abſque requiſitione Iudicis loci, vbi citatio
eſt exequenda, vt late refert Soccin. in *cap. dile-
cti filij n. 23. de foro compet.* Angel. in *diſput. inci-
pien. Bononienſ. in 10. quæſtione.* Foller in *conſtit.
ſi quis Clericus n. 11.* Rebuff. *de litteris requiſit.
gloſa 3. n. 11.* & dicat Foller. *ibid.* quod quic-
quid ſit de iure, hodie in toto mundo practi-
catur, vt citatio fiat cum requiſitione Iudicis
Domicilij: nihilominus ceſſat in citatione,
173 quæ ſit à ſeruiente, & Nuncio Regis, &
Principis, qui abſque requiſitione, & licentia
Baronis, poteſt exequi, vt dicunt Boer. Foller.
& allij *ſupra* adducti Doctores, quia Princeps,
174 eiuſque Curia habet iuriſdictionem ſupre-
mam ſuper omnibus, & ſic directam, vt ex
Barbat. *conſ. 1. col. 35. vol. 1.*

Ego tamen diſtinguerem inter executio-
175 nem, & excutionem, nam ſi ſit exequendum
mandatum de citando ad comparendum, vel
teſtimonium exhibendum in cauſa ſpectante
ad Tribunal Supremum Principis, de quo
caſu loquitur Natta *dict. conſ.* 580. non requi-
ritur requiſitio ordinarij, tum quia feudum
dependet ab ipſo Supremo Domino, mandan-
te fieri citationem, vt dicit Aret. *conſ. 58. col. 2.*
Rebuff. *de litteris requiſit. gloſ. 3. n. 17.* Marſ. in *l.
fin. n. 147. ff de iuriſ. omn. iudicu*, & ſequitur Natta
176 *loc. cit.* qui dicit, quod Sũmus Pontifex poteſt
directè citare Laicos in terris Imperij attento,
quod Imperiũ depẽdet ab Eccleſiaſtico, & aſſi-
177 gnat rationẽ Natt. *ibid. n. 2.* quia Homines, qui
ſubſunt Vaſſallo inueſtito omnimoda iuriſdi-
ctione magis ſunt Homines Principis inueſtiẽ-
178 tis, quam inueſtiti, vt ei magis tenentur obe-
dire, & vbi eodem tempore concurrunt Prin-
ceps inueſtiens, & Dominus inueſtitus, ita vt
vni tantum parere poſſint, præferendus eſt
Princeps, tùm etiam, quia iſto caſu requiſitio
ordinarij non tendit ad aliud, quam ad mon-
ſtrandam quamdam recognitionem erga ip-
ſum vtilem Dominum, quæ nullatenus eſt fa-
cienda à Supremo Domino Proprietario ob
eaſdem rationes mox adductas.

Si verò ſit exequendum mandatum de car-
179 cerando, pignorando, & huiuſmodi, tunc
requiſitio non eſt neceſſaria ante factum, non
ſolum

Digitized by Google

ſolum ob ſupradictas rationes; ſed etiam quia periculum eſt in mora, vt aduertit in terminis Rebuff. *dict. tit. de litter. requiſit. n. 6.* ſed
180 benè eſt neceſſaria certioratio poſt factum, iuxta doctrinam Rebuff. *loc. cit.* quem ſequitur Spada *d. conſ. 2. n. 1.* & retuli Ego in *cap. 3. §. 12.*
181 *n. 20.* vbi dixi eſſe inconueniens, quod Officialis loci videat exportari bona, ſeù homines extra territorium, & ignoret cauſam, & de [illegible] ordine præciſo exportêtur nunc addo ex [illegible]ſimo D. Card. de Luc. *miſcellan. diſc.* [illegible]ratione, periculum ſcilicet eſſe, ne [illegible] Facinoroſi fingant ſe Officiales, [illegible] & vmbra iuſtitiæ loca depræ[illegible] Vnde iure optimo in pluribus locis [illegible] ordinationes Superiorum, vt bona [illegible]xequ[illegible]a depoſitentur in loco executionis, & capti adducantur ad carceres publicas loci, in quo capiuntur.

Et hoc potiſſimum debet habere locum, quando Officiales, qui accedunt ad exequendum ſunt noui, et non cogniti in loco arg. eorum, quæ dicunt Rulaut. et Amaya *locis ſupra citatis.*

Sed an Commiſſarius, ſeu exequtor, qui
183 cum obligatus eſſet oſtendere ordinario loci litteras ſuæ commiſſionis, antequam illas oſtêdiſſet incæpit exercere iuriſdictionê, & reſpepectiuè fecit executionem, poſſit ex hoc capite puniri, etiamſi ſit paratus commiſſionem oſtendere, & de facto oſtendat? Iacob. Rebuff. *d. l. 1. n. 3. Cod. de execut. & exact. lib. 12.* tenet, quod ſic, quia iam commiſit, & conſumauit delictum, vſurpando iuriſdictionem, & idem vult etiam Bouadilla *d. cap. 20. n. 25.* qui teſtatur vidiſſe plures punitos ibi -- *Por lo qual hè viſto preſos, y mal tratatos por Corregidores algunos Alguaziles, y Iuezes executores preſuntuoſos, y deſcuydados en hazer eſto complimento.*

Subdit tamen Bouadilla *ibidem*, quod apud
184 Viros diſcretos, & prudentes debet dari locus pœnitentiæ in hac facti ſpecie, & propterea proſequendo eius diſcurſum ait -- *però yo nò los prenderia ſi no eſtuuieſſen rebeldes en moſtrar ſu commiſſion, y en monſtrandola ſin otra pena los ſoltaria con vna correcion.*

185 Sed non poſſe Gubernatores procedere abſque reatu contra tales Miniſtros, qui poſt factum videntes reuocari in dubium eorum autoritatem oſtendunt commiſſionem, tenet abſolutè Spada *conſ. crim. 2. n. 10. & ſeqq.* qui ait,
186 quod tunc demùm tales Miniſtri, & executores poſſunt corripi; primò ſi exercent Officiû non ſibi commiſſum à Superiore; ſecundò ſi requiſiti nolunt oſtendere mandatum Superioris; tertiò ſi exequuntur non habentes inſignia ſui officij; quartò ſi committunt exceſſus irreparabiles.

Sed an ſit in iſtis, & alijs caſibus carcerandi
187 à Gubernatore, & Ordinario loci, an ab eodê, vel à Superiore eius, qui eos mittit ſint puniendi? habetur penes Scannarol. *de viſit. carcerat. lib. 2. cap. 16. n. 13.* Tuſch. *litt. P. concl. 607. n. 20.* & videndi ſunt Spada *d. conſil. 2. per tot.* & Vermigl. *conſ. 175. pariter per tot.* Guazzin. *reor. defenſ. 1. cap. 10. n. 5. & ſeqq. & defenſ. 13. cap. 2. n. 18. in fine, & cap. 7. per tot.* vbi plures allegat, & videndus eſt etiam Maur. Burg. de *modo proced. ex abrupt. q. 86. per tot.* Genuen. *pract. Archiepiſc. cap. 23. n. 6.*

188 Aduertendum, quod poſt factam exhibitionem, ac oſtenſionem commiſſionis, Officialis loci, nempè Poteſtas debet ſtarim ſuper ſedere in cauſa, alias nulliter procedit, Capibl. de Baron. *pragm. 8. cap. 49. n. 6.* & Fontanell. *de pactis nupt. clauſ. 4. gloſ. 11. n. 87.* Et quod vbi
189 Poteſtas ob indignationem, vel in contemptum auderet litteras commiſſionis ſibi oſtenſas lacerare, deberet puniri, vt inquit Thor. *vot.* 88. vbi etiam de lacerante litteras Nuntij.

Quæro ſeptimo an Commiſſarius vnum,
190 vel plures faciat proceſſus quando plures in eadem cauſa ſunt inquiſiti? Nouar. *Vaſſall. grau. 97. nu. 8. par. 2.* dicit vnum ſolum proceſſum eſſe faciendum.

Quæro octauo an tunc exigat dietas, & viatica pro rata à quolibet delinquente? Dic.
191 quod exercens ſuam commiſſionem contra multos exigit viatica ab Idoneis Carleual. *de Iudic. & foro compet. lib. 1. tit. 1. diſput. 5. nu. 22. & 23.* dummodò non procedat primo con-
192 tra vnum, & poſteà redeat ad locum ad effectum procedendi, & inquirendi contra aliû, quia tunc Idoneus non tenetur pro inope, Carleual. *loc. cit. n. 26.*

Sed an iſto caſu, quo iterum Commiſſarius
193 redit ad locum commiſſionis egeat noua commiſſione? vide Guazzin. *reor. defenſ. 13. cap. 1. num. 6.* vbi ait, quod deſtinatus ad exa-
194 minandum teſtes non poteſt eos repetere ſine noua commiſſione, niſi tamen neceſſariæ
195 interrogationes fuerint omiſſæ, vel teſtes in examine facto ita confuſè depoſuerint, vt debeant interrogari ad declarandum eorum dicta, & allegat Butrium in *cap. licet de offic. delegat.* Afflict. in *conſtit. Regn. in pecuniarijs n. 3.* Baiard. ad Clar. *quæſt. 26. n. 12.* ex cuius verbis poteſt elicij concluſio, quod Commiſſarius, qui in primo acceſſu non expleuit ſuam commiſſionem, poſſit ſine noua commiſſione redire ad eum locum, & examinare teſtes, & conficere proceſſum contra alium Reum in primo proceſſu non nominatum, aut non ſufficienter inditiatum, etenim non eſt cauſa diuerſa, & nec eſt articulus diuerſus, prout eſt quando quis deſtinatus eſt ad compulſandum teſtamentum, velit probare tenorem teſtamenti, nam cum ſit articulus diuerſus non poſſit ſine commiſſione expreſſa hoc agere, vt inquit Farin. *conſ. 80. n. 43.* & Guazzin. *dict. cap. 1. num. 6.*
196 diuerſus etiam eſt proceſſus circa examen teſtium, & publicationem atteſtationum, & ideò qui habet poteſtatem examinandi non habet facultatem atteſtationes receptas publicandi,

Digitized by Google

candi, vt ex Maranta, inquit, Guazzin. *ibidem*. prout, & diuerſa eſt etiam commiſſio examinaudi teſtes à commiſſione diſcutien-
197 di, & cognoſcendi, an articuli, vel teſtes, ſint admittendi, vel nè, & propterea ex vna non benè infertur ad aliam vt ex Veſtrio aduertit idem Guazzin. *loco citato in fine*, qui
198 *num.* 7. ex hoc denegat Commiſſario poſſe recipere teſtes ad repulſam.

Quæro nonò, an viatica exigat pro lubitu ſuo ab Inditiatis? dic quod non poteſt illa
199 exigere, ſi non habeat hoc in commiſſione, quia in tantum illa exigit, in quantum Superiores hoc diſpoſuerint, qui poſſunt ex-
200 pedire dictas commiſſiones, cum dicta clauſula, vt inquit Guazzin. *reor. defenſ.* 13.
201 *cap.* 1. *num.* 4. *&* 12. & poſſunt ſalarium taxare, vt eſt text. in *l.* 1. *C. de præbend. ſalar. lib.* 10. & propterea ſublata vi commiſſionis ſubſequitur clara iuris concluſio, quod via-
202 tica non debentur ab inquirendis, ſed à partibus accuſantibus, ſeù à fiſco, vt probat Caball. *crim. reſol.* 201. Capell. Tholoſan. *deciſ.* 41. & his relatis Guazzin. *dict. num.* 4. ſed
203 in commiſſionibus Superiores ſolent, vt plurimum reſeruare accuſatori Fiſco adhærenti ius repetendi ab accuſato, & tunc repetitio
204 non fit niſi terminato negocio, vt dicunt de Ponte *de poteſt. Proreg. tit.* 10. *rub. de donis, & expenſis Vniuerſitat. num.* 6. & Maſtrillus *de magiſtr. lib.* 1. *pag.* 21. *num.* 105. imò non ſuffi-
205 cere, quod de delicto conſtet, niſi ſequuta ſit etiam condemnatio firmant Io: de Platea in *leg. fin. verſ. quàm recuperabit poſtea Cod. de erogation. milit. ann. lib.* 12. vbi ita intelligit text. in *l. circenſium C. de decurion. lib.* 10. Auendan. *de exequen. mand. Reg. part.* 2. *cap.* 10. *nu.* 14. Scannarol. *de viſit. carcer. lib.* 2. §. 2. *cap.* 16. *num.* 6. Vermigliol. *conſ. crim.* 383. *num.* 1. *& ſeq.* & Io. Bapt. Thoro *in addit.* ad Ponte *d. rub. de donis, & expenſis num.* 6.

Et quidem eſt etiam æquitati conſonum, vt interim pendente diſcuſſione proceſſus, & inditiorum nequeant repeti viatica, quia
206 titulus criminis non facit quem Reum, ſed ſententia, *leg. fin. Cod. de accuſat.* Capibl. *de Baron. pragmat.* 5. *num.* 77. & debet expectari
207 ſententia tamquam ea, quæ dat formam, & eſſe rei, nàm exceptio non entis ſubiecti,
208 in quo pars intentionem ſuam fundat, eſt impeditiua executionis cuiuſcumque, quantumuis priuilegiatæ ſecundùm Fœlin. & Menoch. *locis relat.* per Vermigl. *d. conſ.* 383. *n.* 6.

Quoad exactionem viaticorum, etiam reſpectu ad Commiſſarios plura ſunt ponderanda. Primò, venit ponderanda qualitas, & releuantia inditiorum, quæ non debent eſſe
209 leuia, & ad inquirendum tantùm, ſed debent eſſe ſufficientia ad tranſmittendam inquiſitionem, itaut ſententia condemnatoria contra inquiſitos contumaces, vel decretum ad torturam contra præſentes proferri iure poſſit Guazz. *Reor. defenſ.* 13. *cap.* 1. *num.* 14. Vermigl. *dict. conſ.* 383. *num.* 4. D. Maſin. *de confiſc. qu.* 2. *num.* 53. & Conciol. *crim. reſol.* 3. *nu.* 1. *verbo fiſcus*.

Secundò, ponderanda releuantia, ſeù irre-
210 leuantia, ac nullitas proceſſus, nàm Commiſſarius data proceſſus per ipſum facti irreleuantia, atq; nullitate non exigit iure viatica, & expenſas, vt ait Farin. *quæſt.* 111. *nu.* 581. & Neuizzan. *conſ.* 15. *num.* 12. & Scaccia *de ſent. & re iudic. gloſ.* 14. *q.* 20. *n.* 14.
211 Tertiò, ponderanda venit qualitas ipſius Commiſſarij, & teſtium, nàm ſi Commiſſarius ſit alias falſarius, & ſuſpectus, [illegible]s,
212 puta, non perſiſtant in eorum dictis, dicentes cum iuramento etiam extra iudicium quod in contrarium ſit veritas, & quod quicquid in proceſſu reperitur ſcriptum, fuiſ extortum tædio carceris, impedit refectionem viaticorum, vt ex Farin. *conſ.* 193. *num.* 3. inquit Vermigliol. *d. conſ.* 383. *n.* 6.

Propterea ad effectum, vt prædicta diſcuſſa, & examinata dicantur, neceſſaria eſt prolatio ſententię, & ita obtinui Ego de anno 1674. die 9. Ian. ex integerrima, & exactiſſima iuſtitia Eminentiſs. Domini mei Card. Acciaioli tunc Auditoris Cam. vigilantiſſimi ad fauorē Reuerendiſs. Archiep. Reginen. per acta Hieronymi Simoncelli eiuſdē Tribunalis Notarij.

Ceterùm Commiſſarij, qui habent in facultatibus exigendi viatica ab inditiatis, ſeù inditiandis, quę clauſula regulariter ſolet in commiſſionibus apponi ſtatim, ac ſibi ipſis
213 videtur acquiſiuiſſe inditia ſufficientia ad tranſmittendam inquiſitionem contra contumaces, vel ad torquendum præſentes viatica vt innuit etiam Guazzin. *defenſ.* 13. *capit.* 1. *num.* 12. exigunt ad rationem taxæ, ſeù ſtyli exiſtentis in Tribunali, cui ſeruiunt, & ad hunc effectū, præuia citatione ad ſoluend. relaxant mandata contrà bona, & faciunt de facto vendere bona exequutata ſubhaſta, & interim currunt ad ipſorum fauorem dietæ, quia facto partis impediti non diſcedunt, vt dicam *infrà nu.* 257.

Aduertendum tamen, quod ſi Commiſſa-
214 rij reuerterntur ad Tribunal abſque exactione, non poſſunt ampliùs vti dicta facultate, quæ durat tantùm, quantum negocio vacant,
215 & ideò pro ſatisfactione debent inſtare coram ſuperiore, Guazzin. *Reor. defenſ.* 13. *cap.* 1. *num.* 12. *& ſeq.* & Conciol. *crim. reſol.* 3. *num.* 5. verbo *Fiſcus*.
216 Et iſto caſu à taxatione datur appellatio, quia poteſt eſſe, quod ſuperior grauet relaxando mandatum pro viaticis, quando non extant inditia ſufficientia, & talia, qualia ad hanc viaticorum exactionem requiruntur, vel relaxando mandatum pro maiori quantitate, & ideo ex hac poſſibilitate debet admitti appellatio vt per text. in *cap.* 3. 2. *quæſt.* 9. *& in cap. vt debitus de appellat.* Ruginell. & Scaccia inquit Guazzin. *defenſ.* 13. *cap.* 1. *nu.* 13. qui dicit hoc eſſe verum etiam ſi caſus ſit dubius,

bius , cum in dubio ſit admittenda appella-
217 tio, vt minus partibus præiudicialis, vt ait
gloſa in *d. cap. vti debitus* , quam ſequuntur
Doctores *ibi*, & Dec. *conſ.439. num.1.* & Ri-
min. Iun. *conſ.486. in fine* , *& conſ.793. nu.46.*
218 & Guazzin. *loco cit.* refert, quod ita bis fuit
reſolutum in ſignatura .

Et quamuis in caſibus relatis à Guazzin.
ageretur de viaticis, quæ reperabantur ab ad-
hærentibus , & ſic agebatur de viaticis , quæ
non habebantur , & nec poterant haberi pro
alimentis , & loco alimentorum , prout pro
talibus haberi debent ea, quæ debentur Com-
miſſarijs .

219 Nihilominus nec Commiſſarijs debita ha-
bent priuilegium, quando exiguntur pro ali-
mentis præteritis , dummodo tamen poſſit
220 eſſe aliqua difficultas circa ſufficientiam
inditiorum , alias , vt innuere videtur Guaz-
zin. *ibidem* , non conuenit , quod admittatur
221 appellatio ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum
nam non eſt permittendum , quod Commiſ-
ſarij , qui ad iter ſe accingentes plura
impendunt , & in eundo , & redeundo , &
manendo in loco commiſſionis expenſas fa-
ciunt, conſtricti ſint per tres conformes ſen-
tentias illas rehabere , vnde meritò ſa. me: In-
222 noc. XI. Commiſſarijs reuerſis ad Vrbem du-
rare manum Regiam pro viaticis iuſſit .

Decimo , Colliminat huic alia quæſtio ne-
223 ceſſaria ſcitu , an is qui ſoluit viatica non
habens intereſſe in cauſa poſſit ratione repe-
titionis viaticorum appellare à ſententia
abſolutoria ad fauorem accuſati prolata? Ca-
ball. *crim. reſol.* 208. *num.* 1. *& ſeqq.* Scanna-
rol. *de viſit. carcerat. lib.* 2. §. 2. *cap.* 16. *num.* 19.
& Vermigl. *conſ. crim.* 384. *num.* 6. *&* 7. reſ-
pondent negatiuè, ex quo tale intereſſe non
eſt conſiderabile ad effectum , vt audiri poſſit
adhærens in retractatione ſententiæ abſoluto-
riæ ad fauorem Accuſati prolatæ , cum ad
hoc requiratur intereſſe , & actio competens
224 ex delicto , vt inquiunt Antonin. *var. reſol.*
41. *num.* 2. *in princ. lib.* 3. & Vermigliol. *loco
cit.* tùm etiam, quia volens quis facere huiuſ-
modi expenſas , non poteſt earum occaſione
melioris effici conditionis , quàm ipſe fiſcus,
cui adhæſit gloſ. in *capit. olim verb. adhæ-
rentes de accuſat.* Lancell. *de attentat. par.* 2. *cap.
12. lim.* 12. *num.* 12. & Vermigliol. *loco citat.*
225 Fiſcus enim , licet de Iure ei competat ap-
pellatio , vt ex Imola Vinc. de Franc. & Fa-
rinac. dicit Antonin. *d. reſol.* 41. *num.* 2. de
226 laudabili conſuetudine non appellat , & nec
in integrum reſtituitur , vt firmant Farinac.
quæſt. 101. *num.* 32. *& ſeqq. & conſ.* 40. *n.* 59.
Guazzin. *Reor. defenſ.* 36. *cap.* 14. *num.* 2. Ioan.
Bapt. Thor. *vot.* 22. *num.* 29. *par.* 2. Sperell. *de-
ciſ.* 65. *num.* 6. *tom.* 1. Antonin. *d. reſol.* 41. *nu.*
3. *lib.* 3. *var.* vbi ait , quod *motus proprius* Pij
227 V. vult dicere Pij IV. 58. in *ord. Bullar. no-
ui* , qui eſt localis pro Vrbe , debet vbique
ſeruari, & ſequitur Philipp. Camerata *reſp.*
deciſ. 2. *num.* 21. *tom.* 1. reddens rationem ?,
228 quia Curia Romana eſt Mater omnium
Curiarum, Nouar. *vaſſall. grauam.* 161. *num.* 2.
part. 2.

229 Et dicta conſuetudo non ſolùm procedit in
prima , ſed etiam in ſecunda inſtantia , puta,
quod Reus appellauerit à condemnatione, &
gradu appellationis fuerit à dicta condemna-
tione abſolutus , & hoc mihi probat *Conſtit.
ſuprad.* Pij IV. 58. in *ord.* §. 51. vbi generali-
ter diſponitur , quod fiſcus non proſequatur
230 cauſam appellationis, niſi adſit inſtigator ,
& iſte det cautionem de reficiendo expenſas
tàm prioris , quam vlterioris inſtantiæ: fauor
enim liberationis , cui plurimum tribuendum
ſecundum Vinc. de Franc. *deciſ.* 148. militat
tàm in prima, quam in ſecunda inſtantia, ar-
gum. eorum , quæ dicit Maſtrill. *deciſ.* 158.
231 *num.* 21. & ideò fiſcus nec propter ſuperue-
nientes probationes de nouo repertas reſti-
tuitur, vt dicit Bertazol. *conſ. crimin.* 195. *&
conſ.* 197. *lib.* 1. & Farin. *quæſt.* 101. *n.* 35.

232 Et procedit etiam reſpectu ad Promoto-
rem Fiſcalem Curiæ Eccleſiaſticæ, & Epiſco-
233 palis , tùm quia Fiſcus , & Eccleſia in mate-
ria reſtitutionis integrum æquiparantur , &
pari paſſu ambulant , vt alijs citatis firmat
Capic. Latro *deciſ.* 165. *num.* 48. *lib.* 2. tùm
etiam quia eſſet turpe , & abſurdum , quod
Promotor Curiæ Eccleſiaſticæ eſſet ſeuerior ,
& ceruicis magis duræ , quam Fiſcus Curiæ
ſæcularis ; tùm demùm , quia ita fuit alias
234 deciſum , & per tres conformes ſententias
obtentum in Tribunali Monarchiæ Siciliæ re-
235 ſte Philipp. Camerata *d. deciſ.* 2. *in fine* , vbi
reſpondet Genuen. qui videtur tenere con-
trarium in *prax. Archiepiſ. Neapol. cap.* 65. di-
cens , quod eius doctrina procedit inſpecta
236 diſpoſitione Iuris communis , dum in illa
quæſtione nullam facit mentionem huius ge-
neralis conſuetudinis Italiæ .

237 Sed quoad appellationem ratione intereſ-
ſe contrarium volunt Themud. in *præfatione
deciſion. tom.* 1. *num.* 53. & Pegas *reſol. forenſ.
cap.* 10.

238 Cæterùm difficile eſt , quod ſuccedat ca-
ſus , in quo quis non habens ius accuſandi ,
ſeù aliter fiſco adhærendi pro delicto velit fa-
cere expenſas , & ſoluere viatica Commiſſa-
rio ; ſed quando daretur huiuſmodi caſus ,
crederem , quod benè poſſet ſaltem ſupplica-
239 re pro reuiſione articuli , iuxta diſpoſitio-
nem *d. Bullæ* Pij IV. in *ord.* 58. & ſic practica-
ri Neapoli teſtantur Capic. latro *d. deciſ.* 165.
num. 19. *part.* 2. & Ricc. *prax. var. reſol.* 486.
num. 3. *& ſeqq. part.* 3. qui aiunt , eſſe petito
240 recurſui deferendum , quando tamen gra-
uamen eſt notorium , nàm Capic. latro *ibid.
num.* 20. inquit, maius grauamen requiri in
caſu recurſus , quam in caſu Ordinariæ ap-
pellationis , & eum ſic dicentem refert Ca-
rol. Ant. de Luca ad Vinc. de Franch. *dec.* 148.
num. 2. vide eum , qui plures notabiles quæ-
ſtio-

Digitized by Google

ſtiones ponit in dicta obſeruatiooe ; quarum
241 prima eſt, an fiſcus, qui prohibitus eſt appellare à ſententijs abſolutorijs, etiamſi ſint interlocutoriæ, & mera decreta, poſſit appellare à decreto remiſſionis cauſæ ad alium Iudicem, puta Barooem, & adductis rationibus hinc indè reſoluit *ibidem num.* 3. cum Danza quod poſſit.
242 Secunda eſt, an appellet à decreto, quod Inquiſitus gaudet indulto, & affirmatiuè reſoluit *ibid. num.*3. Tertia quæſtio eſt, an ap-
243 pellet in cauſis pecuniarijs ex crimine de-
244 ſcendentibus, & *d. num.* 3. pariter affirmatiuè reſpondet, quamuis contrarium firmet
245 de Marin. *alleg.* 16. Quarta eſt, an appellet à minoratione pœnæ, & *num.* 4. cum Muſcatello pariter affirmatiuè reſpondet; poteſt addi quinta quæſtio ex Hieron. Baſilico *dec.* 41. an ſcilicet Fiſcus appellet à ſeotetia lata
246 in cauſa Immunitatis ad fauorem Rei, & negatiuè deciſum refert.

Vndecimo, quæro, an taxatio viaticorum ſit facienda ab ipſo Commiſſario? Intrigliol. *ſingal.*168. *num.*1. & *ſeqq.lib.*1. ait, quod Cō-
247 miſſarij difficulter ſe continent intrà terminos veræ quantitatis debitæ pro expenſis, & viaticis, & ideò neceſſe eſſe, illa taxari per Curiam, vt dicunt etiam Guazzin. *reor. defenſ.*13. *cap.*1. *num.* 12. & *ſequ.* Conciol. *crim. reſol.* 3. *num.*5. *verbo fiſcus*, & Scannarol. *de viſit.carcerat.lib.*2 §.2.*cap.*16. *num.* 3. 4. & 5.
248 vbi ait, quod exigens vltrà taxatam ſummam, cogitur reſtituere indebitè exactum vſque ad obulum.

Vt tamen habeatur aliqua regula, qua Superiores hoc valeant dirigere aduerteodum
249 primo, quod dietæ, ſeù viatica debentur Officiali tàm pro acceſſu, quam pro receſſu, & pro mora contracta in expediendo negocium, Scipio Rouit. *deciſ.* 66. *per tot.* Blaſius Altimarus *ibi, in addit.* Pratus in *add.* ad Muſcatell. *pract.ciuil. part.*7. *gloſ. concluſio verſic. octauus caſus verſ. Salarium* D. Carolus Petra *M.Cur.Vicar. rita* 243.*num.*14.

Secundo, quod Salarium pro acceſſu, &
250 receſſu liquidatur numerando dietas ad rationem viginti milliarium pro qualibet dieta,
251 etiamſi dieta vltima conſiſtat in vno tantum milliare *leg.*1.*ff ſi quis caut.* Tiraquell. *tract.de Iudic.in reb.exig ferend. verſ.octauò allegatur*, & Rouit. *loc. cit. num.* 2. qui reprobat Rebuff. contrarium dicentem in *l.*3.*ff.de verb. ſignific.* & Barboſ. in *l.de diuiſione num.* 6. & 7. *ff. ſolut. matrim.* Pratus *loco cit.* Altimarus in *add.* ad Rouit. *dict. deciſ.* 66. & D. Petra *ritu* 243. *num.*14.
252 Tertio, quod iſta numeratio eſt facienda iuxtà diſtantiam itineris per terram, non autem per aerem, aut per aquam, vel per mare, quantumuis quis fælici, aut infælici diplomate, & nauigatiooe vſus fuerit, Graff. *conſ.* 5.*in* 2. *diffic. de regul. & tranſcant. ad Religio, tom.* 2. Fæbus *dec. luſit.* 137. *num.* 9. & *ſeqq. par.*2. Cæpoll. *leg.*3.*num.* 15. *de verb. ſignific.* Rebuff. *loc. cit.verſ.tertio, quando iter fol.* 28. & his relatis Rouit. *loc.cit. num.*3. qui explicat Bart. in *tract.de Inſula* Dec. in *cap.cum ſit* Romana 5.*not.extra de appellat.* dicentes, quod
253 50. milliaria per mare ſunt minus 20. per terram, quia intelligitur reſpectu facilitatis commeatus, & non reſpectu numerationis dietarum, Vide Taſſon. *de antefacto verſ.* 2. *obſeru.*2.*num.*59. Maſtrill. Danzam, Hermoſill. & alios, quos citaot Altimarus *loc. citat. num.*3. & D.Petra *dec.*243. *num.*16.

Sed numeratio vitiatorum reſpectu moræ
254 fit per dietas naturales tantùm, quibus miniſter vacauit negocio peragendo, etiamſi
255 interceſſerint dies feſtiui, in quibus prohibentur actus forenſes, Rouit. *loc. cit. num.*5.
256 qui id non admittit reſpectu acceſſus, quāuis Rebuff. *loc.ſupracitato verſic.intellige in his fol. mihi* 29. etiam in acceſſu admittat, vult enim, quod in die feſtiuo poſſit in itinere ſiſtere, & quod debeat habere viatica, Rouitum ſequitur D. Petra *d.ritu* 243. *num.* 14. & Franc. Maria Pratus ad Muſcatell. *d. gloſa concluſio verſ.octauus caſus*.

Quarto, quod ſi in expediendo negocium
257 contingat aliquod impedimentum, tunc ceſſante culpa miniſtri, currunt dietæ in ſui beneficium, ac ſi vtiliter negocio vacaret, vt ex textu in *l.*2. *ff. ſi quis caution.* ait Rouit. *d. deciſ.* 66. *num.* 8. qui exemplificat in impedimento prouenieote ex tempeſtate, vi flumiois, fragrantia latronum, & citat Cæpoll. & Rebuff. *loc. ſupra adductis*.

Sed an procedat hoc, quando miniſter infirmatur? Couar. *var.lib.*3. *cap.*13. *num.* 8.di-
258 cit, quod tunc illi debeutur ſolum alimenta: gloſ. vero in *leg. arboribus §.de illo ff.de*
259 *vſufruct.* vult, eidem deberi integrum ſalarium.

Vide harum opinionum concordantiam pe-
260 nes Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 27. *num.*19. & *ſeqq.* Bouadill. *politic. lib.*2. *cap.* 21. & Rouit. remiſſiuè ad eos *loc. cit.in fine*. Vide Blaſium Altimarum in *addit.* ad Rouit. *d. deciſ.*66. *ad num.*9. qui plura refert in hac materia infirmitatis officialium.

Quintò, quod in taxatione expenſarum, &
261 viaticorum non ſolùm habeoda eſt ratio hactenus ſolutarum ab alijs de eodem delicto eodem tempore inquiſitis, ſed etiam detrahendæ ſunt impenſæ tùm temporis exceſſiui, vt in his terminis firmat Guazz.*reor.defenſ.*13.
262 *cap.* 1. *num.* 5. tùm etiam reſpectu numeri birruariorum, & militum, dummodò non
263 habeat in ſuis facultatibus Commiſſarius, quod adducat quot milites voluerit, vt inquit Guazzin.*d.cap.*1.*num.*3.Vermigliol.*conſ.*384. *num.* 9. & *ſeqq.* & quidem talis facultas præ-
264 ſumitur, quando cum tot, & tantis birruarijs diſceſſerit è loco, inquo reſidet Superior, qui commiſſionem eidem dedit, vt firmat Ludouic. *dec.Peruſin.*104.*num.*11. & 12. de Iu-

re enim non permittitur Commiſſario in
265 exercitio eius commiſſionis aliquis abuſus Io: de Platea in *l.fin.ante finem C.de errog.milit.annon. lib.*12. ex text. in *l.diuus* verbo *abuſi*, vbi gloſa *C.de bon. damnat.* Scannarol. *loco*
266 *ſup.cit.num.*10.*&* 11. tùm demũ reſpectu viæ longioris, quam aſſumpſit, quando per breuiorem accedere potuiſſet, ſi breuior fuiſſet magis vſitata, ex traditis per D.Petram dicto *ritu* 243.*num.*16.

Alia circa huiuſmodi taxationem vide apud Rouit. *d. deciſ.*66.*& pragm.*6.*dc comiſſ. & excent.* Prat. in *add.* ad Muſcatell. *pract. ciuil. par.* 7. *gloſ. concluſio verb. octauus caſus verſ. ſalarium* Taſſon. *de antefacto obſeruat.* 2. *num.*60. vbi tractat, an Commiſſario ſi die-
267 ta duorum dierum fiat in vno, an pro vna haberi debeat, & remiſſiuè Ioſeph Riccius *de public.Iudic.qu.*1.*num.*83. *circa finem p.*2.

Quæro duodecimò, an Commiſſarius deſtinatus ad aliquem locum pro capiendis informationibus, & duobus negocijs diſtin-
268 ctis vacat, nec in exercitio vnius per aliud impeditur, duplex ſalarium, dietas, ac viatica exigere poſſit? videtur dicendum, quod
269 non, exemplo militum, qui dum tenent duas militias, non poſſunt conſequi duo ſtipendia, ſeù ſalaria, vt fuit deciſum penès Reuerter. *deciſ. Neapol.* 308. *per tot. p.* 1. & ibi de Marinis *in obſeru. num.* 1. Capic. Galeott. *diſſertatione vnica poſt primum libr. reſponſ. fiſcal. à num.*71. *vſque ad* 91.

270 Contrarium tamen ijdemmet Doctores aſſerunt eſſe verum in magiſtratibus Togatis, qui duplex exercentes officium, duplex conſequi debent ſalarium, nã cum duplex ſit onus, duplex ſollicitudo, conſequens eſt dicere, vt duplex vtriuſque Officij habeant emolumentum, ità reſpondent quoque Sanfel. *deciſ.*328. De Marinis *quotidian. reſol.*312.*per tot. lib.*1. Thor. *in compend. deciſ. part.*1. *verbo Salarium duplex* Camill.de Curte *in* 2. *par. oper. feud. cap.*1. *num.* 156. *& ſeqq.* Pariſ. de Put. *de ſindic. verbo Salaria*, Seſſe *tract. de inhibitione cap.* 1. §.8. *num.* 12. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 79. Marcell. de Mauro *alleg.* 19. *part.* 1. & meliùs quam vllus alius Bouadill. *politica lib.*2. *cap.*20. *num.*68. & Merlin. Pignatell. *controu. forenſ.* 70. *nu.*9.
271 *& ſeqq.* qui ait, quod dictum ſalarium non debetur ratione alimentorum, ſed benè pro labore, & citat Tex. in *auth. vt Iudic.ſine quoquo ſuffrag.*§.*illud tamen*, & reprobat Caſtill. contrarium dicentem in *deciſ.*49. *nu.* 7.*&* 8.

Hinc eſt, quod huiuſmodi Officialibus ab-
272 ſentibus pro ſeruitio Officij, debetur ſalarium, quamuis pro itinere accipiant à parte dietas, vt inquiunt Regens de Ponte *conſ.*133 *vol.* 2. & Capiblanc. *in addit. ad ſingul.* 137. *alias* 75.

Et hinc pariter eſt, quod ſi præciſum nu-
273 merum teſtium tenentur vno die examinare, vt in Regno Neapolitano, vbi Auditores quatuor tantùm teſtes in die tenentur examinare, vt teſtatur Io.Bapt.Thor. ad Io. Grandem *de bello exul. ſpecial.* 69. *circà finem*, ſi in vno die plures examinauerint Teſtes, habebunt Salarium habita ratione numeri teſtium ad rationem quatuor teſtium pro quolibet die, gloſ. *in l.eos* §. *qui pro ſe ff. de falſ.* Alber. *ibid.* Frecc. *de ſubfeud. lib.* 2. *tit.quis ſit Dux num.* 35. Cotta *in memorial. verbo diploma*, Scyaloia *pract.foriudic. cap.*19. *num.* 27. & Io. Bapt. Thor. ad Io. Grand. *de bello exulum ſpecial.*69.

Vide Cutellum, qui plures in materia ſa-
274 larij duplicari allegat *ad leges Siculas Iacobi cap.*57. *nota* 70. *per tot. fol. mihi* 99. qui facit quandam diſtinctionem, quoad forum animæ; vide Leſſium, Tannerum, Ioannem de Heuia, & alios quos refert Diana *p.*3.*tract.*5.*reſol.*77. qui diſtinguit inter ius commune, & ius poſitiuum.

Quæro decimotertio, an Commiſſarius poſ-
275 ſit compellere conſanguineos ad emendum bona inculpati executata pro viaticis? Gizzarell. *deciſ.*87. *num.* 5. & Natta *conſ.*500.*n.*7 tenent, quod non: idem dicunt Bouadilla *politica lib.* 2.*cap.* 21. *num.* 2. Hermoſilla ad Lopez *gloſa* 1. *leg.* 3. *tit.*5. *par.* 5. *num.* 2. qui inuehunt contra commiſſarios, & practicam
276 ab eiſdem introductam cogendi vicinos ad emendum bona delinquentis, hoc idem exagerat D. Narbona *ad leges Hiſpan. lib.* 7. *tit.* 16. *leg.* 18. *gloſa vnica num.* 1. cuius hæc ſunt formalia verba — *Criminalium cauſarum Iudices ſpecialiter alicuius criminis diſquiſitioni delegati plerumque ſibi datu facultate abutuntur, in eo præſertim, quod ipſorum commodum reſpicit, vnde vt ſibi de ſalarijs, ſiue expenſis conſulant, vel alijs ſumptibus præſtam pecuniam habeant, bona delinquentium vendere anxiantur, quorum venditio, cum ob emptorum defectum optatum finem aſſequi nequeat, per impreſſionem, carcerationem, & violentiam ad illorum bonorum emptionem, contra iuſtitiæ, & æquitatis rationem opulentiores Ciues compellunt. Quod cum tot iniurijs ſit plenum legis noſtræ prohibitionem meruit, qua adeò huiuſmodi coacta emptiones interdicuntur, vt taliter facta nullitatis omnimodæ vitio ſubiaceant*, quam indicum indignam, & deprauatam conſuetudinem, etiam incuſauit *Caſtellus in politica lib.*2.*cap.* 21. *num.*25. *Quæ ſanè prohibitio conuenit his, quæ ab Imperatoribus traduntur in l. nec emere* 16. *C.de iure liberand. nec emere, inquit, nec donatum aſſequi, nec damnoſam quiſquam hæreditatem adire compellitur l.inuitum* 11. *C. de contrah. empt. inuitum*, ait, *comparare, vel diſtrahere poſtulantis deſiderium iuſtam cauſam non continet*, hactenus Narbona: Videtur in con-
277 trarium facere in ſtatu Eccleſiaſtico *Bulla* Sixti IV. *inter Conſtit. Marchia lib.* 1. *cap.* 11.
278 Verum *dicta Bulla*, non extenditur ad hunc caſum, quia loquitur de exequendis ſententijs latis contrà contumaces; circa cuius Bullæ diſpo-

diſpoſitionem, & intelligentiam vide Co-
hell. *ad Bullam boni regimin. cap.* 44. & Con-
ciol. *crim.reſol.*4. *verbo fiſcus num.*3. *& ſeqq.*
Etenim cum prædicta Bulla ſit correctoria
iuris communis, quia nedum non reperitur
279 inre cautum, quod fiſci cauſa quiſpiam
cogatur emere bona delinquentis publicata,
& confiſcata, vt oſtendit Narbona *dicta leg.*
18. *gloſa vnica num.* 7. Sed videtur expreſsè
280 determinatum contrarium cum *in l.poſſeſſo-
res C.de fund. patrimon. lib.* 11. dicatur. quod
emphyteutæ fundorum patrimonialium Cæ-
ſaris directum dominium emere non cogan-
tur, vt conſiderat Narbona *ibid. num.* 11. qui
*num.*8. *&* 9. dicit facere adhoc etiam text.in
*leg.licitatio §.ad conducendum ff.de publican. &
l.non intelligitur §.cum quinquennium ff.de iure
fiſci*, & in terminis iuris communis, quod
nemo cogi poſſit ad emendum bona ob deli-
ctum confiſcata volunt Natta *conſil.* 500. *per
tot. lib.*3. & Peregrin. *de iurefiſci lib.*6. *tit.* 4.
num. 44. & his relatis Narbona *ibidem num.*
12. ideò tamquam correctoria inris commu-
nis non poteſt extendi ad alios caſus, quàm
inibi expreſſos, vt in terminis *l.*1. *Cod.vt ne-
mini liceat in empt. ſpecier. ſe excuſ. lib.* 10.
ſtatuentis, quod ciues compellendi ſint eme-
re frumentum Reipublicæ reſpondet Parla-
dor. *rer. quidian. lib.*2. *cap. fin. part.* 5. §. 13.
*num.*22. & ex eo Narbona *loc.cit. n.*13.

Eoque minus poteſt dicta Bnlla extendi ad
caſum, de quo agitur, quia loquens de bonis
poſt condemnationem delinguentis fiſco ob-
uentis in pœnam delicti, non poteſt habere
locum in bonis ante condemnationem ob
viatica commiſſarij, vel alias expenſas exe-
cutatis; caſus enim ſunt diuerſi, vt innuit Nar-
bona *loc.cit. num.*6. & facit Parlador. *vbi ſu-
pra num.*21. vbi ait, quod nemo cogi poteſt
ad emendum pignora ob debitum fiſcale exe-
cutata. Ar in Comitatu Bononiæ co-
guntur Communia ad emendum, & ita quo-
tidie practicatur.

Quæro decimoquarto, an Commiſſarius
habeat in bonis delinquentis pro viaticis præ-
lationem cæteris creditoribus? dic quod fiſ-
281 cus illam non habet, Caball.*crim.reſol.*201.
*num.*21. *verſ.hinc alias* Carleual. *de Iudic.to.*2.
tit. 3. *diſput.* 1. *num.* 29. *&* 30. Gizzius ad
Capic.latr. *obſeru.*47. *n.*11. D.Maſſin. *de con.
fiſc. quæſt.*2. *num.* 54. Conciol. *crim. reſol.* 3.
*num.*2. *verb.fiſcus*, & ideò nec Commiſſarius,
282 pluribus citatis Andr. Cenſal.*lucen.deciſ.*43.
*num.*7. vbi agens de concurſu facto cum Cre-
ditoribus hypotecarijs ait, quod iſti præfe-
runtur fiſco etiam ſi cauſa fiſci ſit anterior:
283 hoc limitat ibidem, quoad expenſas, quæ
fiunt in fabricatione proceſſus gradnatorij,
nam quoad dictas expenſas debet fiſcus om-
nibus præferri, vt præfertur hæres beneficia-
tus Phanucc. *de Inuentar. part.*5. *num.* 35. *&
ſeqq.* etenim fiſcus in talis proceſſus fabrica-
tione dicitur expendere neceſſariò, & ad vti-
284 litatem omnium Creditorum, quia tendit
ad recuperanda, & inuenienda bona confiſ-
cati, & citat Salgad. *laberint.Creditor.part.*1.
*cap.*11. *num.*64. 80. *& ſeqq.*

Sed quid ſi Commiſſarins fecit vendere
bona delinquentis, & ſe pro ſuis viaticis ſa-
tisfecit in illis, an teneatur ad inſtantiam
anteriorum exburſare, & reſtituere id, quod
285 accepit? videtur qnod non, ex quo pecunia
non extat, ſed fuit conſumpta per creditorem
poſteriorem, Rota in *Rom.reſidui dotis* 15. *Iunij*
1648. coram Emin.Cerro, maximè ſi anterio-
286 res non habent, niſi perſonalem, nam
tunc non poſſunt inſtare pro reſtitutione con-
tra poſteriores, Antonell. *de temp. legali lib.*
287 4. *cap fin. num.*106. & potiſſimùm ſi anterio-
res non doceant feciſſe excuſſionem bono-
rum debitoris Gratian. *diſcept.*304. *n.*5.

Quis præferatur Commiſſarius, Fiſcus, an
288 fideiuſſor in bonis delinquentis? Vide Ca-
ualcan. *de brach.reg.fragm.*123.

Quæro decimoquintò, an Epiſcopus, ſeù
Barò tranſmittar Commiſſarium in cauſis
criminalibus? dic quod de his duabus quæ-
ſtionibus agit diſtinctè D. Baldaxar Abruz-
zius in *repetit.l.*1. *ff.de offic. eius, cui mandata
eſt iuriſd. quæſt.*6. *& quæſt.* 7. & quoad Baro-
nes, ait quod de rigore iuris non habent hanc
289 facultatem, & fundatur in text.in §.1. *auth.
vt nulli iudic. & in Authoritate* Alex. in *rubr.
ff.de offic.eius, cui mandata eſt iuriſdict. num.* 9.
& Farin. *quæſt.* 77. *num.* 71. *&* 75. & funda-
tur etiam in Conſtitutione particulari Regni
Siciliæ *cap.*15. *Regis Ioannis*, verum de con-
290 ſuetudine dicta facultate vtuntur, & pro
fundamento talis conſuetudinis non ſolùm
adducit Carauit. Foller. Ball. Muram, Boua-
dillam, & Maſtrillum locis per eum citatis,
ſed inſuper, ait quod conſuetudo introducta
eſt ex eo, quia Barones, qui habent merum,
& mixtum imperium, habent Vices Magnæ
Curiæ.

Quo verò ad Epiſcopos: ait eos habere
291 merum, & mixtum imperium gloſa in *cap.
ſi quis Epiſcopus* 2. *quæſt.* 7. Ricc. *deciſion.* 97.
Giurba *conſ.*74. *num.*14. cnm alijs per ipſum
Abruzzium relatis *d.quæſt.*7. *n.*99. & ait æqui-
292 parari Præfecto Prætorio, & citat Riccium,
Giurbam, & alios, & hinc infert eos habe-
293 re ius gratiandi etiam poſt latam ſententiam
294 ſaltim de ſtylo, & conſuetudine, & conce-
dendi dilationem, & plures citat concordan-
tes, & infert eoſdem conſequenter habere
ins tranſmittendi delegatos, & Commiſſarios;
295 eoque magis, quia de iure canonico me-
296 rum, & mixtum imperium faciliùs delega-
tur, quàm de iure ciuili gloſa in *cap. quod ſe-
dem de offic. ordin.* & hoc in praxi nullam
prorsùs habet difficultatem, quia Epiſcopi,
297 quotidie tranſmittunt Commiſſarios in eo-
rum Diœceſi ad fabricandnm proceſſus.

Remanet adhùc difficultas non modica
circa ſumptus, an ſcilicet viatica debeant ſol-
ui

Digitized by Google

ui à proceſſatis, & inditiatis, an verò à Ca-
298 mera Epiſcopali, & Baronali? & reſpectu
ad Epiſcopos, quod debeant ſolui ab eorum
Camera eſt tex. in *cap. cum omni ab de vita, & boneſt. Cleric.* & firmāt D. Maſſin. *de confiſc. q. 2. num. 57. & ſeqq.* vbi plures refert Doctores,
& reſolutiones S. Congregationis Epiſcop.
& Regul. & Scannarol. *de viſit. carcerat. lib. 2. §. 2. cap. 16. num. 22.* vbi ſubdit, hoc limitari
299 in Curia Eminentiſsimi Vicarij Papæ prop-
ter Eminentiam dignitatis, & in terminis
300 Baronum hoc idem firmant Vico ad *pragm. Sardiniæ lib. 1. tit. 18. capit. 19. num. 5. & ſeqq.* Bouadilla *politica lib. 2. cap. 16. num. 107. & cap. 21. num. 16.* Maſtrill. de *Magiſtr. lib. 4. cap. 16. n. 123. & 125.*

301 Sed contrarium in terminis Epiſcoporum,
& quidem validis rationibus firmat Tranche-
dinus *controuerſ. 41. per tot.* & in terminis Ba-
302 ronum de facto ſeruari, quod viatica ſol-
uant delinquentes teſtantur de ſtylo apud ip-
ſos Maſtrill. *d. nu. 125.* & Abruzzius *dict. qu. 6. num. 88. in fine.*

Sed poteſt concordari iſta contrarietas di-
303 cēdo, quod delinquentes ſoluere debēt Cō-
miſſarijs expēſas cibarias, & vecturas equo-
rū iuxta *d. c. cum ab omni*, & ſcio, quod ita fuit pluries reſolutū per S. Cong. Epiſc. & Regul. & quicquid ſit de rigore iuris hæc praxis videtur ſeruanda, ne delinquentes exultent in eorum malitia.

Quæro decimoſextò; an concesso Commiſ-
304 ſario pro faciendo informatiuo proceſſu,
debeat concedi pro faciendo defenſiuo? affirmant Scannarol. loc. cit. *num. 20.* & Vermigliol. *conſ. crim. 17. num. 8.* vide text. in *auth. apud Eloquentiſſimum*, & vide Farin. latè diſcutientem *quæſt. 77. num. 71. vſque in finem.*

Quæro decimoſeptimò de quæſtione, quæ ſolet ſæpè euenire in facto. Vidua, Pupillus, vel alia miſerabilis perſona, quærelauit in partibus coram Præſide Prouinciæ, & obtinuit tranſmitti Commiſſarium ad fabricandum proceſſum, ſed poſtmodum non ſatisfacta, de modo, quem tenuit dictus Commiſſarius in aſſumendis informationibus, vel ob aliquam ſuſpicionem conuolat ad Superiorem, & eligendo dictum Tribunal pro ſuo
305 iuxtà diſpoſitionem text. in *leg. vnica Cod. quando Imper. inter pupill. & Vid.* inſtat tranſmitti alium Commiſſarium ad fabricandum proceſſum ſuper eodem facto: quæritur quid Iuris?

Dic quod tria continet hæc quæſtio. *Primum*, an poſſit variare. *Secundum*, an poſſit inſtare pro tranſmiſſione Commiſſarij, ad fabricandum nouum proceſſum. *Tertium*, cuius ſumptibus debeat Commiſſarius tranſmitti.

Quod primum nulli dubium, quod poteſt
306 variare, quia hoc habet in priuilegio miſe-
rabilis perſona, vt ſcilicet in quacumque parte iudicij etiam poſt concluſum in cauſa, & in gradu appellationis poſſit variare, & reuariare, vt eſt tex. expreſſus in *d. l. vnica*, & pluribus oſtendit Nouar. in *tract. Elect. & variat. fori ſect. 1. quæſt. 1. per tot. & quæſt. 3. pariter per tot. & quæſt. 15. num. 4.* & quamuis
307 quoad variationem contrarium velint Mar-
cheſan. & Barboſa *locis relatis* à Nouar. *dict. quæſt. 3. num. 2.* ea mori ratione, quia variatio eſt legibus inimica, ac doli mali plena Bald. *conſ. 326. num. 4. vol. 1.* & ob id tamquam odioſa venit reſtringenda Calderin. *conſ. 21. de Iure patronat.* Quod præſertim videtur habere locum quando Reus eſt in car-
308 ceribus, & eſt facta conteſtatio inditiorum,
nàm vt ex Couarr. & Azeuedo, ait Caraſco, *tract. de caſib. Curiæ tract. 1. num. 64.* lite iam conteſtata non habet locum Curiæ caſus, & nec pœnitentia admittitur, quia in iudicijs quaſi contrahitur, & per conteſtationem tranſiuit iudicium ad contractum quoad eius proſequutionem in ordinatione, & diffinitione cauſæ ex vulgata *leg. 3. §. idem ſcribit ff. de pecul.* & confert Afflict. *Conſtit. Regni ſancimus num. 24.* qui concedit, quod Vidua poſt litem conteſtatam poteſt opponere exceptionem declinatoriam ſicut poteſt opponere ex-
309 ceptionem dilatoriam, ſed requirit, quod
per errorē ommittat declinare in tēpore ante
310 ſcilicet conteſtationem. Nihilominus opi-
nio, quod poſſit variare eſt communis, & eſt in praxi recepta, vt ex Muſcatello in *praxi S. C. gloſa competentes num. 39.* teſtatur Nouar. *d. quæſt. 3. num. 1.* qui *num. 3.* ait, quod hęc opinio palpabili ſulcitur ratione; ſiquidem verum eſt dicere, quod vbi electio datur à
311 Iure, ibi licita eſt variatio ad tex. in *leg. eum,
qui certarum §. 1. ff. de verb. oblig.* & hoc idem vult de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ. 364. num. 5.* qui admittit pro vera hanc concluſionem, quando electio datur à Iure, ſecus dicit quando datur ab homine, & exemplificat
312 in Clerico, qui licet habeat electionem
Tribunalis, in quo porigat accuſationem, & quærelam pro offenſa ſibi facta, non poteſt tamen poſt factam electionem variare, & citat ad hoc concordantes Sanfæl. & Thorum, & prædicta concluſio eſt vera, & procedit, etiamſi ſit concluſum in cauſa, quia adhuc habens priuilegium *dict. leg. vnica* poteſt variare, & reuariare, vt poſt alios dicit Nouar. *loc. citat.*

Quoad ſecundùm, aut proceſſus eſt completus, & didicita ſunt teſtificata, aut non. Primo caſu ſicut Vidua non eſſet audienda coram primo Iudice, ita audiri non debet coram Secundò, quia diſpoſitio textus in *cap. fraternitatis de teſtib. & in Clem. teſtibus eodem tit. & in auth. at qui ſemel C. de probat.*
313 prohibet examen teſtium, poſt didicita te-
ſtificata: & hoc procedit non ſolum quando
314 proceſſus fuit formiter publicatus, ſed etiā
quando teſtificata fuerunt quoquo modo didicita, vt pluribus citatis Doctoribus firmant

mant Farin. *qu. 75. num. 330. & num. 417. & num. 424.* Pratus *reſp. crim. 20. num. 63.* & Vermigl. *conſ. crim. 354. n. 3.*

315 Et huius diſpoſitionis triplex affertur ratio: timor, ſcilicet ſubornationis; identitas inſtantiæ, & vt inſtigatoris vexationi finis imponatur, ita in terminis aduertit Pratus *loc. cit. num. 63. & 65.* vbi concordantes plures allegat. Maxima tamen, & fundamentalis ratio eſt illa proueniens ex timore ſubornationis, quia vbi ceſſat timor ſubornationis, aliæ duæ rationes non impediunt receptionem, & examen nouorum teſtium, & Ideò Iudex ſemper, & quandocumque admittitur, ſi vult
316 ex officio alios teſtes examinare ob peculiarem rationem, quia ceſſat timor ſubornationis, & ſemper Iudex habet apud ſe publicata teſtium dicta Foller. *pract. crim verb. fiat publicatio in fine,* Carauita *ritu 69. in fine,* Sanfęlic. *dec. 22. num. 1. & ſeq. lib. 1.* & ex eadem ratio-
317 ne hoc idem firmant in Procuratore Fiſcali Io. Andr. Fęlin. & Soccin. locis relatis à Sanfęl. *d. dec. 22. num. 4.*

Sed quid dicendum ſi adſit accuſator? dic quod adhuc Iudex valet procedere ad examen poſt didicita teſtificata, vt dicunt Farin. *qu. 75. num. 418. verſ. quid dicendum,* & Sanfęlic. *dict. deciſ. 22. num. 19.* cum hoc tamen, quod
318 eo caſu Iudex aduertat, quod nedum accuſator non interueniat, ſed nec habeat notitiam eius, quod fieri debet: & quod non adſit falſitatis ſuſpicio, & Vermigl. *d. conſ. crim. 354. num. 3.* ait ſemper adeſſe iuſtum timorem ſubornationis, quando quęrelans, vel inſtigator vult facere examinare in partibus, & ideò eo caſu non eſſe admittendum examen etiam ſi Iudex velit procedere ex officio, vel ad Fiſci inſtantiam ad examen nouorum teſtium.

Et quamuis poſſit dici, quod diſpoſitio
319 dictorum iurium admittit limitationem, quod ceſſante timore ſubornationis poſſint examinari noui teſtes poſt didicita teſtificata; & quod poſt didicita teſtificata poſſint
320 examinari noui teſtes, ſi confluant, & adminiſtrarentur ad confirmanda, & fouenda dicta teſtium iàm examinatorum ex doctrina Innoc. in *cap. cum clamor de teſtib.* & Sanfęlic. *dict. deciſ. 22. nu. 15. & ſeq.* qui aiunt, quod ſi probaui per duos teſtes me emiſſe die tali, & aduerſarius probauit me illo die alibi fuiſſe, poſſum poſt publicationem atteſtationum alios producere teſtes ad confirmandum, quod eadem die fui præſens, & emi, & hoc idem pluribus monſtrauit Vulpell. *reſp. crim. 136. num. 14.*

Sed vide, quæ dicunt Doctores circa explicationem, & interprætationem doctrinę, & aſſertionis Innocentij, quos referunt Vulpell. & ſcribentes in *dicto conſ. crim. 136. per tot.*

Et demū admitteē etiā, quod, vbi cócurrit ali-
321 qua magna cauſa ſunt examinādi teſtes poſt publicationē proceſſus, etenim ea ſtante teſtes noui debent examinari ſecundum opinionem Clari *qu. 61. verſ. ſed hæc quidem* Farinac. licèt dubius *quæſt. 75. num. 418.* Carena de S. *Offic. par. 3. tit. 7. num. 74. verſ. aliquando,* & Conciol. *crim. reſol. 1. num. 7. verbo teſtes quoad examen,* qui reprobat Guazzin. *reor. defenſ. 24. cap. 7. num. 4.* & Vermigl. *conſ. crim. 324. nu. 10.* contrarium tenentes.

Nihilominus hæc, & aliæ ſimiles limitatio-
322 nes procedunt ſolùm, quoties Iudex ex ſe, vel ad inſtantiam ſolius fiſci vult procedere ad aliud examen; nam ad inſtantiam querelantis, ſeu inſtigatoris nequit hoc agere, tùm quia, vt poſt Io: Andr. Card. Decian. & Farin. quos citat, inquit Vermigl. *dict. conſ. 324. nu. 9.*
323 maxima ineſt ſuſpicio, etenim inſtigator, ſeu querelans videns, quod per teſtes examinatos non probauit, vt ſperabat, eius intentionem, cenſetur, quod ſit ex hoc commotus ad alios ſubornandum, ſiquidē ſi habuiſſet alios teſtes, vtique eos produxiſſet, & examinari eos feciſſet, antequam proceſſus publicaretur: & hoc pluribus comprobat Gonzalez Tellez in *cap. fraternitatis de teſtib. num. 1. & 4.* qui *nu. 5.* reſpondet ad iura, & ad argumenta, quę poſſunt in contrarium adduci.

324 Tùm etiam, quia concurrit culpa, & negligentia non producentis in tempore ſuos te-
325 ſtes, quę impedit examen poſt publicationem, quia qui poterat in priori productione præuidere, & plenè probare, & non fecit, dicitur in culpa, & non poteſt poſteà ſupplere ob regulam Iuris, quod damnum, quod quis ſua culpa ſentit &c. vt in terminis oſtendit Vulpell. *reſpon. crim. 136.* & ibi Doctores, qui ſe ſubſcripſerunt Ludouic. Segnius *num. 13. in fine,* Hippolit. Riminald. *num. 20. & ſeq.* Simon. de Prætis *num. 24.* vbi plures allegant concordantes.

326 Vnde concludendum, quod Vidua non auditur ſi didicita ſint teſtificata: Secus ſi proceſſus ſit publicatus, & inſimul didicita non ſint teſtificata, quia tunc ei ſicut, cuilibet alio Accuſatori, ſeu inſtigatori non eſt deneganda deputatio, & tranſmiſſio Commiſſarij ad probandum, & meliùs probandum eius intentionem, vt ex Bald. Salyc. Io. Sicard. Io: Andr. Bellamera, Henr. Boich. Anchar. Abb. Aret. & alijs probat Farin. *qu. 75. num. 325. & nu. 328. & num. 321. & 337.* ceſſat enim, ſi non fuerint didicita teſtificata, præſumptus timor ſubornationis, & ideo etiam ceſſare debet diſpoſitio illius occaſione emanata, vt ex Butrio, Abb. & Marian. Soccin. ratiocinatur Farinac. *d. num. 328.*

Quo tandem ad tertium videtur dicen-
327 dum, quod Commiſſarius debeat tranſmitti ſumptibus inditiatorum, & inditiandorum,
328 nam cum lex concedat Viduæ Pupillæ, &c. variationem, & reuariationem debet eam concedere abſque vlla refectione expenſarum, aliàs nullum eſſet priuilegium, quia regulariter mulieri, Ruſtico, & cuilibet aliæ perſonæ idio-

idiotæ datur reſtitutio in integrum refectis expenſis, vt innuit Afflict. in *conſtit. ſancimus num.* 24.

329 Contrarium nempè, quod debeat tranſmitti ſumptibus ipſius Viduæ variantis colligitur ex eo, quia licet Vidua habeat ex lege priuilegium variandi, & litigandi, & ſua iura experiendi coràm Iudice ſibi magis benè viſo, hoc tamen non facit, nec facere poteſt cum damno aduerſarij ita, vt iſte cogatur ad expenſam duplicationis proceſſus, vt benè conſiderat Dec. in *l. edita num.* 96. *Cod. de edendo*, dicens, quod facultas emendandi libellum, & variandi conceditur à lege, ſed videtur conceſſa abſque præiudicio alterius argum. *cap. ſuper eo de offic. deleg. l.* 11. *§. ſi quis à Principe ff. nè quid in loco public.* ſiquidem non debet vti priuilegio *d. l. vnicæ* ad opprimendum, & defatigandum collitigantem, vt dicunt Afflict. *d. conſtit. ſancimus num.* 18. Campagna in *cap. Regni quod decretum* 42. *num.* 15. Capiblanc. *de Baron. pragm* 8. *par.* 1. *num.* 340. *& ſeqq tom.* 1. Nouar. *de elect. fori quæſt. vlt. & vaſſall gran.* 351. Ricc. *dec.* 318. *num* 4. *& deciſ.* 324. *num.* 3. *par.* 3. ſatis enim debet eſſe, quod collitigans moleſtetur in perſona, hoc eſt trahatur modò ad vnum, & modò ad alium Iudicem abſque eo, quod moleſtetur etiam in bonis, hoc eſt cogatur multiplicare expenſas, nàm lex correctoria, qualis eſt iſta *leg. vnica Cod. quando Imperat.* vt dicunt Bart. & Bald. & alij in *eadem lege*, debet reſtringi, vt vnum, & non duos operetur effectus *vulgatis iuribus*. Et ſic Vidua mutando forum iàm electum debet ſubminiſtrare expenſas ſecundi proceſſus, vel ſaltem debet reficere aduerſario expenſas factas in fabricatione primi proceſſus, èx doctrina Martæ in *tract. de præuentione cap.* 1. *n.* 10. vbi ait, quod mutans forum debet condemnari in expenſis, & perdit reſcriptum, ſi illud impetrauit ad tex. in *cap. quia nonnulli de reſcript.* vbi gloſa in *verb. expenſis* dicit, quod per ambos Iudices in dictas expenſas condemnari debet, facit ad rem Michael. Ferrerius qui *obſeruat. Cathalon. par.* 1. *cap.* 25. *num.* 4. ait iuſtum eſſe, quod is, ad cuius ſupplicationem auocata eſt cauſa, condemnetur in expenſis factis vſque ad diem retentionis dictæ cauſæ, confert textus in *cap. ſtatutum §. penult.* & ibi gloſa *de reſcriptis in* 6. vbi ſtatuitur remiſſoriam non aliter, quam ſumptibus petentis concedendam Seuerol. *de remiſſiòn. cap.* 26. *verſ. quoniam is*, Grauat. ad Veſtrium *prax. lib.* 6. *cap. vlt. num.* 5. *verſ. Iaſon verò*, & Farin. *qu.* 72. *num.* 125. *&* Guazzin. *reor. defenſ.* 15. *cap. vnic. n.* 16. *verſ. & conceditur.*

Nec obſtat obiectum quod ſi hoc eſſet, priuilegium *d. l. vnica*, ad nihilum ſeruiret; nam etiam ſine dicto priuilegio mulieri de Iure competeret reſtitutio in integrum refectis expenſis.

Quia priuilegium conſiſtit in facultate
330 accedendi ad alium Iudicem, quamuis iàm coram alio cauſam inſtruxiſſet, quod non competeret ex reſtitutione in integrum, & proptereà non valet argumentum indè deductum, & vlterius militat ratio adducta à Dec. *in d. leg. edita num.* 96. quem ſequitur Aſin. in *praxi §.* 32. *ampl.* 16. & comprobat Adden. ad Bart. in *d. l. edita litt. G.* Dicens quod Principis
331 beneficium non debet ad abuſiuam interpretationem trahi, vt alteri ſit præiudiale ad tex. in *leg.* 2. *§. ſi quis à Principe ff. ne quid in loco public.*

Quid dicendum? Dic quod duo caſus ſunt
332 conſtituendi. Primus eſt in eo, qui vult ob ſolam variationem ſibi refici expenſas coram primo Iudice factas, & non eſt audiendus; quia ſine fundamento petit, nàm electio, & variatio competit de Iure, vt dictum eſt ſupra. Secundus caſus eſt in eo, qui vult refici ſibi expenſas ob multiplicationem, & duplicationem expenſarum ex variatione prouenientiū, puta quia coactus fuit ſoluere viatica Commiſſario expedito, & tranſmiſſo à primo Iudice, & ſoluit viatica commiſſario tranſmiſſo à ſecundo Iudice à Vidua electo, & iſto caſu eſt diſtinguendum: nam ſi expenſæ, quæ ex variatione huiuſmodi proueniunt, adhuc erant neceſſariæ, & nec iſto caſu benè agit, quia compertum eſt apud omnes, quod delinquentes tenentur reficere expenſas factas occaſione, & ex cauſa delictorum ab ipſis commiſſorum, vel poſt quam fuit terminatum iudicium, quod eſt iuxta tramites iuris cōmunis, vt dixi *ſupra*, vel poſtquàm fuerunt acquiſita inditia ad tranſmittendam inquiſitionem contra abſentes, vel ad inferendam torturam contra præſentes, quod eſt iuxta ſtylum, quo hodie vtimur, *vt* pariter dixi ſupra. Si verò non erant neceſſariæ, benè, & rectè quidem agit, quia illas debet ſubire Vidua, quæ abſq; iuſta cauſa illas fecit ex traditis à Franc. Marci *dec.* 221. *per tot.* qui ait, quod illo pluri tempore, quo Commiſſarius pro vna parte moratus eſt, ab eadem debet conſequi expenſas, & ex traditis à Seuerolo *de remiſſione cap.* 29. *verſ. quod intelligere*, & ex traditis à me ſupra *verſ. Contrarium nempè*. Et maioris explicationis gratia pono exemplum — Vidua accuſauit in partibus Titium pro homicidio Cai ſui Mariti, & à Curia fuit tranſmiſſus Commiſſarius, qui fecit proceſſum, & viatica iuxta ſtylum, & pro dietis, quibus informationibus aſſumendis vacauit, accepit. Poſtmodum Vidua conuolauit ad Tribunal Supremum, & eligendo illud pro ſuo Tribunali, & foro porrexit nouam quærelam, & inſtetit pro tranſmiſſione Commiſſarij, qui acceſſit ad locum delicti cum facultate exigendi viatica ab inditiatis, & inditiandis, & compilato nouo proceſſu coegit Titium ad ſoluendum iuxta ſtylum Tribunalis, & pro diebus, quibus in conficiendo d. proceſſu vacauit, iſto caſu expenſæ duplicantur ex cauſa dictæ variationis, & non debent cedere in damnum

accu-

Digitized by Google

accuſati,niſi in illa parte , in qua erant neceſ-
ſariæ probationes de nouo aſſumptæ .

Propterea recognoſci debẽt ambo proceſſus,
& quatenus in primo proceſſu fabricato à Iu-
dice de partibus acquiſitæ erant probationes
ſufficientes,expenſæ ſecundi proceſſus debent
cedere in damnum Viduæ Variantis , quæ
Commiſſarium in re non neceſſaria petiuit ,
& obtinuit . Quia expenſæ prædictæ duplica-
tæ ſunt ſinè cauſa . Quatenus verò probatio-
nes non erant ſufficientes , expenſæ d. ſecun-
di proceſſus tamquàm neceſſariò factæ debent
cedere in damnum ipſius Rei pro ea dumta-
xat parte , quæ fuit neceſſaria : nàm ſi Iudex
Tribunalis ſupremi vidiſſet , prout ante
tranſmiſſionem Commiſſarij debet videre ,
proceſſum Iudicis de partibus , vtique tranſ-
miſiſſet Commiſſarium ad probandum deli-
ctum in querela deductum , & propterea non
eſt imputandum parti , quæ potuit variare, &
Tribunal Supremum eligere , & ita puto eſſe
reſpondendum de Iure , & practicandum de
facto , quamuis non habeam Doctorem , qui
hoc in terminis dicat .

Sed an Viduæ , ſeù Virgines , ſeù pupilli ,
ſeù aliæ miſerabiles perſonę accuſatę habeant
priuilegium *d.legis* ? Marchesan. *de Commiſs.*
tit. de auocat.cauſ.§.2. Scaccia *de appellat.q.7.*
num. 112. & alij relati à Nouar. *de elect. fori*
333 *part.4. quæſt.* 12. generaliter dicunt diſpoſi-
tionem *dict. text. in leg. vnica* non habere lo-
cum in Criminalibus,& hanc propoſitionem,
ſeù concluſionem pluribus fundamentis , &
rationibus tueri poſſe oſtendit Nouar. *loc.cit.*
*à num.3.vſque ad n.*19.

334 Et ſaltem non habere locum ad fauorem
eius , qui accuſatus , & Reus habetur firmant
Franc. Caraſco in *tract.de caſibus Curiæ tract.*
1.num. 71. *& ſeqq.* & Card. Tuſchus *litt. M.*
*concl.*274.*n.*7.

Contrarium tamen eſt dicendum , quòd ,
335 ſcilicet diſpoſitio habeat locum in crimina-
libus , vt pluribus citatis Doctoribus dicit
Nouar. *d.quæſt.*12. *num.*1.*& num.*19.*verſ.ve-*
rùm deueniendo , *& num.* 20. *& ſeqq.* & pro-
cedat etiam ad fauorem eius , qui accuſatus
336 eſt, vt tenent Afflict. in *Conſtitut. Regni ſta-*
*tuimus num.*23.Foller. in *eadem Conſtitutione*
*ſtatuimus num.*51. & Nouar. *loc. citat.num.*21.
337 refert vidiſſe expeditas prouiſiones Magn.
Cur. Vicar. in crimin. ad inſtantiam Eliſa-
bethæ Spanæ Viduæ q. Octauij de lo Dolce ,
dùm per R. Cur. Ciuitatis Cauæ ex officio
aduerſus eam procederetur pro cauſa cuiuſ-
dam prætenſi incendij facti in domo ſuę Vi-
cinæ , cum qua diebus præteritis rixata fue-
rat .

Et hoc tranſit apud me ſine vlla prorſus
338 difficultate , ſed cum velint audiri , & fo-
rum eligere abſque eo , quod ſe conſtituant
mihi non videntur audiendæ : regula enim
eſt , quod priuilegiati ad hoc vt admittantur
ad huiuſmodi electionis fori beneficium de-
bent perſonaliter comparere , vt in puncto
dicunt Carauita *ritu Magn. Cur.* 230. *num.*2.
Trentacinq. *variar.reſol.lib.*2. *reſol.*2. *num.*13.
ſub rub.de citat. Capibl. *de Baron. pragmat.* 8.
*part.*1. *num.*337. & his relatis Nouar. *loc.cit.*
num. 30. qui ait id fundari in illa vulgata iu-
339 ris regula , quod in criminalibus non ad-
mittitur Procurator *capit. veniens de accuſat.*
*leg.*1. *ff.an per alium cauſæ appell.* cum alijs plu-
ribus adductis à Farin. *quæſt.* 99. & cum Ca-
rauita , Trentacinq. Capiblanc. & Campana
reſol.6. num. 45. tranſit D. Petra *M. Cur. ritu*
230.*num.*2.

Et licèt Afflict. *in d.Conſtit. ſtatuimus n.*26.
340 *verſic. item olim* velit contrarium,nihilomi-
341 nus non eſt à firmata concluſione receden-
dum non ſolùm propter allatas rationes , ſed
etiam quia expedit Reipublicæ vt in odium
Rei forus foro cumuletur ad hoc , vt facilior
ſit ipſius Rei appræhenſio, & punitio, & ideò
non eſt dicendum, quod contumax poſſit ali-
quem ex ſuis Iudicibus recuſare, & impedire,
nè in cauſa , & ad capturam , & condemna-
tionem procedat : & propterea bene reijcitur
Afflict. à Capibl. & à Nouar. *loc.cit.* & à D.
Petra *M.Cur.ritu* 230. *num.*2. ſubdit tamen
Nouar. *ibidem num.* 31. Afflicti opinionem
342 procedere poſſe ſolùm in caſu , quo Reus
ſit in poſſe Curiæ pro eadem , vel pro alia
cauſa , nam eo exiſtente carcerato , etiamſi
pro alia cauſa, poterit comparere per Procu-
ratorem , & forum eligere , & mediante Pro-
curatore ſe defendere iuxta Doctrinam Cla-
ri , Rebuffi, Menoch. & aliorum , quos alle-
gat ibidem, & Nouarium ſic dicentem refert,
& ſequitur D. Petra *ibid. num.*3.

Et puto , quod hoc ſit verum , etiamſi car-
343 ceratio ſit affectata, pro alia tamen cauſa ,
quicquid ex Surdo , & Farin. dicat Nouar.
ibid.in fine , quia tunc poſſet Iudex electus ar-
reſtare , & recomendare Reum in carceribus,
in quibus exiſtit , vt eum expedita cauſa ,
propterquam ab alio Iudice detinetur , con-
demnet , & puniat .

Et an Virgo habens Patrem habeat electio-
344 nem fori pro iniuria ſibi facta, puta pro ſtu-
pro ? Negant Viſcont. ad Vinc. de Franch.
*deciſ.*100. Gratian. *diſcept.*421. *num.* 69. de
Marinis penès Nouar. *de elect. fori ſect.*2. *qu.*
8.*num.*1. *& quotid. cap.* 338. *lib.*1. Capic.la-
tro *deciſ.*54.*num.*5. Affirmant Rouit. *dec.*49.
345 *num.*11. Carleual. *de Iudic.lib.*1. *tit.*1.*diſp.*2.
*quæſt.6. ſect.7. num.*537. Anichin.*de præuent.*
inſtrum. quæſt. 3. *capit.*3. *num.* 48. Muſcatell.
*prax.lib.*1. *par.*2.*gloſa competens num.* 51. de
Franch. *deciſ.*100. *num.*18. Nouar. *loc.cit.p.*2.
*ſect.*2.*quæſt.*7. qui aliter dixerat *part.*1. *ſect.*2.
*quæſt.*13. *num.* 3. Prat. *diſcept. forenſ.* 13. *& in*
addit. ad Paſchal. *de Patria poteſt.par.*2.*cap.*2.
& in *addit.* ad Muſcatell. *loco cit. num.* 71. *&*
72. D.Petra *M.Cur.ritu* 230. *num.* 24. Vide
eos , & vide Dexart. *deciſ. Sardin.* 72. *per tot.*
Scialoya *de foro compet. cap.*16. *num.* 5. de Lu-

ea ad Vinc.de Franch. *dict. deciſ.* 100. Thoro
compend. deciſ par. 3. *verbo electio an competat.*
Virg ni in Capillo fol. 364. *&* 365. Paſchal. *de*
patria poteſt. par. 2. *cap.* 2. *num.* 94. Capiblanc.
de Baron. par. 2. *cap.* 44. *num.* 13. *& ſeqq.* qui
346 concedit hoc in criminalibus, negat tameu
in ciuilibus.

Diſtinguunt inter Virginem agentem ob
347 iniuriam ſibi factam, puta pro ſtupro, &
eam, quæ agit pro iniuria conſanguineorum,
vel non tangente principaliter perſonam pro-
priam Virginis Danza *de pugna Doctorum tit.*
de remiſſ. cauſ. cap. 6. *num.* 17. *& ſeqq. tom.* 1.
Carauita *ritu Magn. Cur.* 19. *num.* 25. de Fran-
ch. *deciſ.* 599. & de Luca *ibid. in addit.* Carle-
ual. *loc. cit. n.* 538.

Alij diſtinguunt inter Virginem agentem
348 pro ſtupro violento, & eam, quæ ſtupro
ſponte ſua conſenſit D. Orilia ad Campa-
nam *reſol.* 6. *num.* 12. qui refert ita iudicaſſe
Sacr. Conſultã in vna Auconirana ſtupri Fol-
ler. in *Conſtitut. Regni ſtatuimus num.* 72. Capi-
blanc. *de Baron. pragm.* 8. *num.* 329. Carleual.
de Iudic. tom. 1. *lib.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 6. *ſect.* 7. *nu.*
538. Trentacinq. *variar. reſolut. vol.* 1. *lib.* 2.
tit. de citat. reſol. 2. *num.* 16. *verſo hæc concluſio*

Quæro Decimo octauo. Au Gubernato-
res, & Ordinarij Officiales locorum poſſint
accipere viatica ſi à Superiore eis committi-
tur fabricatio proceſſus ſupra aliquo delicto
intra eius iuriſdictionis Territorium patrato?
Bouadilla tractat hanc quæſtionem in *politica*
lib. 2. *cap.* 16. *num.* 108. & reſpondet, quod non
349 poſſunt quicquam accipere, ſi tanquam
Ordinarijs aliàs in prima inſtantia eis com-
peteret cognitio talis cauſæ, verba eius ſunt —
Aduertaſe, que, ſi à vn Pueblo de vn Eſtado
embia el Señor ſu Gubernador para que auerigue,
y caſtigue algun graue delito ſucedido en el, que
no pueda lleuar el, ni ſus Officiales ſalario algu-
no, en caſo que como iuez Ordinario podia cono-
cer alli de aquel negocio en primera inſtancia,
pues ya lleua ſalario como tal, & hoc replicat
eodem lib. 2. *cap.* 21. *num.* 10. & in vtroque loco
350 ſubdit, quod iſto caſu Officiales nec poſ-
ſunt accipere aliquid à Camera Superioris, &
nec poſſunt à Superiore petere, quod in ali-
quo pro expenſis, & laboribus in cauſa præ-
dicta ſuſceptis releuentur. Limitat tamen
351 hoc Bouadilla *dict. numer.* 108. in caſu,
quo Officiales habent neceſſitatem aſſumen-
di Notarium, vel alium in ſeruitium cauſæ in
defectum proprij Notarij allegati ſuſpecti à
parte, nam iſto caſu benè faceret ſoluere
ab ipſa Parte recuſante ſalarium dicto No-
tario aſſumpto, & ſubrogato in locum Ordi-
narij: & Bouadillam ſic dicentem refert Ma-
ſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 16. *n.* 125.

Puto tamen, quod debebit habere ſuas
352 dietas ſi pro ſeruitio cauſæ equitabit, & à
loco Reſidentiæ diſcedet ad fabricandum
proceſſum, vt in ſimili ait D. Ludouic. Meſ-
ſia *de taxa panis concluſ.* 1. *num.* 70. qui ad hoc
citat Lucam de Penna, & Plateam in *l.* 1. *Cod.*
de præbendo ſalario.

Quæro decimo nono. An Commiſſarius
tranſmiſſus ad fabricandum proceſſum poſſit
examinare indifferenter omnes, & quoſcum-
que teſtes, quos ſcit, aut exiſtimat veriſimi-
liter informatos? Dic quod debet inſpici à
quo, & cum quibus facultatibus, & clauſu-
lis in commiſſione appoſitis ſit expeditus:
nam ſi ſit miſſus ab Auditore Cameræ Apo-
353 ſtolicæ, & cum autoritate teſtes compellen-
di, & mulctandi, & torquendi pro habenda
veritate poterit indifferenter examinare, &
recuſantes etiam compellere quoſcumque te-
ſtes ad ſe ſubijciendum examini, vt in termi-
nis ait Guazz. *reor. defenſ.* 13. *cap.* 1. *num.* 3. Et
354 enim cum Audit. Cam. habeat autoritatem
in laicos, & in Eccleſiaſticos ſeculares, &
regulares, & etiam exemptos, vt ex pluribus
Conſtitutionibus Pontificum probat Lælius
Zecchius *de Republ. Eccleſ. cap.* 7. *de Auditore*
Camer. Apoſt. poteſt communicare hanc facul-
tatem ſuis Commiſſarijs, & de facto, ita
practicatur, nam Commiſſarij compellunt
quemcumque etiam excommunicando, qua-
tenus opus ſit, & quod plus eſt hac faculta-
355 te excommunicandi vtuntur etiamſi non
ſint Eccleſiaſtico caractere inſigniti, & hoc,
356 vt ſupponendum eſt neceſſario, ex conceſſio-
ne Papæ, qui poteſt prædicta merè laico cõ-
mittere, vt probat Fagnan. *cap. cum contingat*
nu. 9. *de foro compet.*

Si verò ſit miſſus ab alio Tribunali etiam
357 à Sacra Conſulta iuxta exemplum, quod
refert Guazzin. *dict. cap.* 1. *num.* 8. non poteſt
examinare Clericos, niſi habita licentia ab
eorum Superioribus Archidiac. in *cap. quam-*
quam 12. *quæſt.* 2. Genuen. *prax. Archiepiſc.*
358 *Neap. cap.* 36. vbi ponit in quibus caſibus
debeant Clerici coram Iudice laico examina-
ri in cauſa criminali, & in quibus non, & his
relatis Guazzin. *dict. num.* 8. qui ait, quod
cum in quadam cauſa graui ſibi commiſſa à
Sacra Conſulta petijſſet ab eadem licentiam
examinandi in illa cauſa quoſdam fratres S.
Franciſci de obſeruantia ipſa Sac. Conſulta
miſit eum ad Pontificem, à quo habuit licen-
tiam oretenus: & ſubdit, quod de hac licen-
359 tia oretenus habita credendum erat ei, quia
Officialibus ſolitis habere acceſſum ad Pon-
tificem in negociorum expeditione creden-
dum eſſe ait Pariſ. *conſ.* 122. *num.* 21. *vol.* 4.
aliàs fuiſſet neceſſaria licentia in ſcriptis, quæ
extra Vrbem ſolet dari ab Epiſcopis, vel alijs
360 Superioribus huius tenoris — *Conceditur li-*
centia tali Clerico deponendi in Curia ſæculari in
tali cauſa, dummodo non deponat ſuper articulis
continentibus criminalitatem, infamiam, negati-
uam, aut repulſam, & de tali licentia debet
361 apparere in actis cum non ſufficiat enuncia-
tiua Notarij; vt reprobatis Syluan. & Farinac.
aduertit Guazzin. *loc. cit. num.* 9. videndus in
facti contingentia quia ex Genuenſi *loc. ſupra*
cita-

Digitized by Google

citato, ponit alias pulchras, & neceſſarias
362 quæſtiones, an ſcilicet conſultius ſit, quod Epiſcopus, ſeù Vicarius videat articulos, & notet ſuper quibus debeant Eccleſiaſtici examinari: an talis licentia ſit danda, quando agitur de examinando Eccleſiaſticum contra Reum, & an Eccleſiaſtici ſi non obſtante licentia recuſent ſe examini ſubijcere, debeant compelli à Superiore Eccleſiaſtico, an vero à Iudice, qui impetrauit licentiam.

Idem ſi Commiſſarius ſit miſſus ab Epiſ-
363 copo, quia licet Epiſcopus, & ſic eius de-
364 legatus poſſit teſtes, ſiue Clericos, ſiue laicos compellere ad perhibendum teſtimonium veritatis coram eo *cap. 1. & ſuper eo, & cap. peruenit 1. quæſt. 2. cap. cæterum, & cap. cum contra de teſtib. cogend.* ſiue in cauſa ciuili, ſiue in cauſa criminali iuxta veriorem opinionem Hoſtien. in *cap. dilecto. 8. tit ul. de teſtib. cogend.* quam eſſe vſu receptam ex Foller. Clar. & Farin. dicit Genuenſ. *prax. Archiepiſc. Neapol. cap. 9. num. 1.* qui ait quod Iudices laici im-
365 pedientes eſſent excommunicati in Bulla Cœnæ, tanquam impedientes Epiſcopos vti iuriſdictione Eccleſiaſtica, nihilominus extra
366 Statum Eccleſiaſticum non ſolet laicos carcerare abſque imploratione brachij Iudicis ſecularis, qui tenetur requiſitus illud impartiri, vt pluribus oſtendit Genuen. *loco citato num. 2. & ſeqq.* & nec abſque licentia Supe-
367 rioris Regularis poteſt monachos examinare, & cogere ad ferendum teſtimonium, vt in terminis ait P. Bordon. *variar. parte 3. reſol. 105. num. 5.* nam Monaci, & Regulares non
368 poſſunt ſine licentia ſui Superioris examinari, vt eſt text. in *cap. non dicatis 12. qu. 1.* & dicunt Farinac. *quæſt. 61. num. 123. & 130.* Maſcard. *de probat. concl. 1358. num. 32.* Suarez. *theſaur. recep. ſentent. lit. T. num. 117.* & D. Carolus Petra *Magn. Cur. ritu 144. num. 3.* vbi ait etiam, an examen valeat, ſi Monaci ſponte ſine dicta licentia deponant, de qua, e agit etiam Xamar. *rer. iudic. deſ. 17. num. 32. par. 1.*
369 Et nec abſque licentia Inquiſitoris hæreticæ prauitatis poteſt examinare familiares S. Officij, vt reſoluit Sac. Congregat. *die 11. Nouembris 1643. in vna Meliten.* ibi -- *Quintò cenſuit non poſſe Epiſcopum cogere familiares prædictos ad ſubijciendum ſe examini in ſuo Tribunali abſque licentia Inquiſitoris: teneri tamen Inquiſitorem licentiam prædictam ſemper concedere, ne ex defectu probationum ius partis pereat.*

Sed an Epiſcopus, vel eius Commiſſarius
370 reperiens in ſua Diœceſi Clericum alterius Diœceſis poſſit illum carcerari facere ad teſtimonium veritatis perhibendum? iſta quæſtio non fuit, quod ſciam ab aliquo tacta, forſan quia habetur pro trita, & indubitata ad fauorem Epiſcopi carcerantis, & talis quidem eſt apud me, nam Clericus non eſt taliter addictus iuriſdictioni vnius Epiſcopatus, vt non poſſit effici de iuriſdictione alterius Epiſcopatus, ſeu alterius Ditionis Eccleſiaſticæ, & in effectu pluribus modis mutat
371 Iudicem, in eadem tamen Sphera, ſeu hierarchia Eccleſiaſtica exiſtentem, dùm efficitur ſubditus Iudici alterius Epiſcopatus ratione originis, ratione domicilij, ratione delicti, ratione beneficij, ratione contractus, ratione rei ſitæ, & generaliter ex omnibus alijs modis, quibus de iure quis ſortitur forum, vt inquit Fagnan. in *cap. ſi quis nu. 10. & ſeqq. de foro compet.* vbi explicat, quod Epiſcopus proprius Clerici non ſolum eſt is, qui ordinauit, ſed omnis alius, qui ob vnam ex dictis rationibus, ſeù cauſis poteſt prætendere ſuam iuriſdictionem tacitè, vel expræſsè fuiſſe à Clerico prorogatam; & ratio eſt, quia
372 caracter, hoc eſt qualitas illa ſpiritualis ex ordinum ſuſceptione proueniens, vt explicat D. Petrus de Vrries *ad Ritum Magn. Cur. 235. num. 227.* inducit mutationem ſtatus reſpectu ad Iudicem, & forum ſæcularem dumtaxat ad tradita per Fagnan. in *cap. nullus num. 36. & 41. de foro compet. & in cap. à nobis nu. 36. de Bigam.* ſeu, vt clariùs loquar, dictus ca-
373 racter operatur, vt Clericus dicatur eſſe alterius territorij, ac ſi Originem, & domicilium mutaſſet, & ſic à territorio Hierarchiæ ſecularis transfertur ad territorium hierarchiæ Eccleſiaſticæ, vt ex Bart. à Ponte, & Gratiano dicit Cutellus *ad leges Siculas ad leg. Martin. Regis controu. 3. num. 13.* Vnde cum in territorio Hierarchiæ Eccleſiaſticæ non ſit differentia circa modum acquirendi iuriſdictionem in Clericum, vt dicit Fagnan. *loco*
374 *citato*, ſequitur, quod ſicut Iudex ſecularis poſſet incarcerare Laicum repertum in ſuo Territorio ad effectum, vt deponat in cauſa in ſuo Tribunali vertente, etiam ſi dictus Laicus ſit alterius Territorij; & iuriſdictionis, vt quotidiè, & abque vlla controuerſia practicatur, ita poterit Iudex Eccleſiaſticus incarcerare Clericum in ſuo Territorio repertum adhoc, vt deponat in Tribunali Eccleſiaſtico, etiam ſi Clericus ſit vlterius Diœceſis.

Nec dicatur, quod teſtis nullum fecit actum propter quem potuerit tacitè, vel expreſsè prorogare iuriſdictionem Epiſcopi non ſui.

Quia iſto caſu Epiſcopus habet iuriſdi-
375 ctionem prorogatam in Clericum ratione cauſæ, quæ non poteſt expediri ſine depoſitione teſtium.

Poteſt etiam dici quod Epiſcopus poteſt
376 hoc agere ratione muneris, & poteſt alteri exemplum de Clerico vnius Diœceſis cap-
377 to à Iudice ſæculari in alia Diœceſi, nam Epiſcopus Diœceſis, in qua reperitur Clericus captus, poteſt Clericum repetere à Iudice ſeculari, & hoc ratione muneris, quia aliàs non pertineret ad ipſum, quia non eſt de ſua Diœceſi.

Sed melior eſt ratio primo loco adducta; ſiquidem in tantùm Epiſcopus poteſt repete-

re Clericum alterius Diœceſis captum in ſua
378 Dioceſi in quantum Iudex ſęcularis, conſtito ſibi de Clericatu, illum capiendo incurrit in Canonem *ſi quis ſuadente Diabolo* 17.*qu.*
4. & ſic incurrit in crimen ſacrilegij, & propter dictum ſacrilegium Epiſcopus acquirit iuriſdictionem in ipſum Iudicem *cap.cum ſit generale de foro compet.* & per conſequens agendo in Iudicem ſimul, & ſemel etiam Clericum iure repetit, vt ex Innoc. in *cap.vt famæ de ſent. excomm.* & ex Belluga *in ſpecul. Princip.rub.*11. *§.item dubitatur*, & ex Michele Ferrer. 3.*par. obſeruation. cap.*178. Cerdan. *de viſitat.carcer.cap.*11.§.2.*num.*3. firmat Ripoll. *variar. cap.*1. *num.*31. *& ſeqq.* qui adhoc plura Iura à Cerdan. *loc. cit.* allata ad verbum expendit, & refert ex Ferrer. ita in facto fuiſſe
379 iudicatum, & ſubdit, quod Epiſcopus Clericum ſibi remiſſum à Iudice ſæculari tenetur remittere ad ſuum Epiſcopum Diœceſanum.

Non eſt tamen hæc ſecunda ratio omninò
380 improbanda, quia ratione muneris tenetur Epiſcopus inſtare, & agere pro remiſſione Clerici, etiamſi non conſtet Iudici ſæculari de Clericatu, & ſic etiam antequam iudex committat ſacrilegium: etenim ſi non competeret iſto caſu actio ratione ſui muneris, vtique ageret ſine actione, & repelli deberet, *vulgatis iuribus*.

Nec obſtat, quod Epiſcopus nequit abſque
381 licentia Superioris Regularem examinare, & eo minus cogere ad teſtimonium veritatis perhibendum, etiam ſi in propria Diœceſi illum reperiat, imò in ipſa Diœceſi domiciliatum continuò habeat, vt inquit P. Eliſæus de Bellograndis *method. crim. tract.*4. *quæſt.*7. *num.* 1. ergo pari modó nequit examinare Clericum ſine licentia ſui Epiſcopi.

Reſpondetur enim, quod argumentum non procedit, quia non eſt par ratio inter Clericos, & Regulares, etenim Regulares, qui
382 antiquis temporibus omnes, ſicut cęteri Clerici, erant ſubiecti Epiſcopis Diœceſanis, vt habetur in *cap. Monaſteria*, *& cap. Abbatibus* 18.*quæſt.*2. *& cap.omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.*7. *cap. cum venerabilis de Religioſ. Domib.* cum alijs plena manu adductis a D. Petro Fraſſo *de Regio Patronat.cap.*57. *num.*2. *part.*2. hodie omnes *ex conſtitutionibus* Summorum Ponti-
383 ficum exempti ſunt è iuriſdictione Epiſcoporum, vt pluribus citatis dicit Fraſſo *d. cap.* 57.*num.* 3. *& ſeqq.* qui ſubdit, quod D. Gregorius Magnus fuit primus, qui in Italia introduxit huiuſmodi eximitionem, prout habetur in *cap.quam ſit neceſſarium*, *& cap.luminoſo* 18. *quæſt.*2. & ſic, vt alias dixi, ex ordinatione diuina exempti ſunt, ſicut alij Clerici à iuriſdictione, ſeu potiùs ab Hierarchia ſeculari, & ex Conſtitutionibus Pontificijs exēpti ſunt à iuriſdictione, ſeu Hierarchia Epiſcoporum, & effecti ſunt de iuriſdictione, ſeu Hierarchia ipſorum Regularium ita, vt eorum Domus, & Monaſteria dicantur eſſe
384 intra Territorium, & Diœceſim, ſed non ſunt de Territorio, & Diœceſi, vt inquit P. Eliſæus de Bellograndis *method. crim. tract.*4. *quæſt.*7.*num.*1. qui inde infert, quod ſi occur-
385 rat Epiſcopum indigere Monaci teſtimonio in aliena Diœceſi exiſtentis, tunc licentiam petit non ab Epiſcopo loci, ſed ab Abbate, & Superiore ipſius Monaci.

Propterea cum non ſint ſub iuriſdictione
386 Epiſcopi non poſſunt ab eodem Epiſcopo ſine licentia Superioris examinari, vt ex Farin. & alijs ſubdit Bellograndis *ibid.*

Sed an Epiſcopus, ſeu eius Commiſſarius poſſit Clericum ad habendam eius depoſitionem carcerare in nullius Diœceſi, ſeu in Diœceſi controuerſa? videtur dicendum,
387 quod non: imò inquantum carcerat indebitè Clericum incidit in *cap. ſi quis ſuadente Diabolo* 17. *quæſt.* 4. & in quantum carcerat in aliena Diœceſi incidit in ſententiam excōmunicationis *cap.*11.*ſeſſ.*22. *Sacr. Concil.Trident. & in can.*17. *Bullæ Cœnæ Domini*, vt ex Nauar. *conſ.*3. *de Imm.Eccleſ. Concil.Trident. ſeſſ.*24. *cap.*11. *de reform.* Zerola *in verbo bona par.*2. inquit Laurent.de Franch. *controu.inter Epiſc.& Regular. par.*2. *quæſt.* 24.

Verum diſtinguendum eſt cum Paſqualigo *in addit.* ad Laur. de Franch. *ibidem num.* 3. vbi ait, quod ad incurſum in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, eſt neceſſarium
388 quod Eccleſiaſticus, ſiue alius, intendat vſurpare iuriſdictionem Epiſcoporum, ſeu aliam rem ſpectantem ad Eccleſiam, tamquā propriam, ſeù ex intentione eam ſibi approprīādi, & ad hoc allegāt Suar. *diſp.*21. *de cenſur.ſect.*2.*n.*95. Duard. *in Bulla Cœn.can.*17.*q.*3. *n.*13. Souſa in *ead.Bulla Cœnæ cap.*18. *n.*86. *& num.* 2. Filiucc. *tract.*16. *cap.*8. *quæſt.* 10. *num.* 219. Bonacin. *diſp.*1.*de cenſur.in partic.quæſt.* 18. *punct.*2. *num.*3. Vnde vt ſubdit Paſqualigo *ibidem* requiritur, quod cognoſcatur, quod iuriſdictio eſt aliena, & quod ad ſe non per-
389 tinet, & ideo ſi eſſet controuerſa, & quis probabiliter putaret ad ſe pertinere, non haberet locum excommunicatio, ſi eam ſibi v-
390 ſurparet, quamuis alias, ſunt verba Paſqualigo, peccare poſſet non repetendo debito modo.

Birruarius autem, ſeu alius executor, qui
391 de mandato Epiſcopi facit, nullo modo poteſt dici incurſus in excommunicationem ex traditis in his ferè terminis à Cartar. *deciſ. crim.*57. *num.*27.

Idem eſt ſi Commiſſarius ſit miſſus à Re-
392 gulari, quia debet habere licentiam ab Epiſcopo quoad Clericos, & à Superiore ſeculari, quoad Laicos, & Superiore Regulari alterius Ordinis quoad Religioſos dicti alterius Ordinis, vt dicit Pater Bordon. *variar.reſol.*105. *num.* 22. *par.*4. qui firmat concluſionem tām reſpectu Clerici, quàm reſpectu ſecularis, & reſpectu Regularis alterius Ordinis, & comprobat non tamen ſic diſtin-
ctē

Digitized by Google

& è P.Sgroi in *tract.Lux Prælator.par.4. cap.1. num.9.fol mihi* 310.

Aduertendum, quod Guazzin. *dict.defenſ.*
393 *13.cap.1. num.3.* ait, quod non ſolent extra Curiam tranſmitti Commiſſarij, niſi facto verbo cum Sanctiſſimo. Sed hoc non
394 ſubſiſtit, ſaltem hodie, quoad eos, qui tranſmittuntur intra diſtrictum, etenim Gubernator Vrbis, & Cardinalis Vicarius intra diſtrictum nullo facto verbo tranſmittunt Commiſſarios, quia intra diſtrictum habent iuriſdictionem Ordinariam, quæ fuit cuilibet à Papa collata in ipſo principio collati Officij: & nullo facto verbo tranſmittit Commiſſarios etiam Auditor Cameræ reſpectu ad eas cauſas, quę iure Ordinario ad eius Tribunal deferuntur, & hoc non ſolum intra, ſed etiam extra diſtrictum, imò, & extra Statum Eccleſiaſticum; nam ſi Vidua, vel Pupillus, vel alius gaudens priuilegio *leg. vnica C.quando Imper.* eligit eius Tribunal; vel perſona Eccleſiaſtica conſtituit ſe in carceribus Vrbis, etiam in prima inſtantia, iſtis, & ſimilibus caſibus nullo facto verbo, cum Sanctiſſimo tranſmittit Commiſſarium ad fabricandum proceſſum, quia tunc Audit. Camer. vtitur iuriſdictione ſua ordinaria. Benè verum eſt, quod in cauſis, quæ non deferuntur iure Ordinario ad Tribunal non ſolum fit verbum cum Sanctiſſimo, ſed eſt neceſſaria commiſſio manu Sanctitatis ſuæ ſignata, quæ ad verbum ſolet inſeri in Commiſſione, & litteris facultatiuis, quæ dantur Commiſſario, & eſt etiam verum, quod tam Audit.
395 Cam. quam Gubernator, & Vicarius ſolent facere verbum cum Sanctiſſimo pro tranſmiſſione Commiſſarij, quando volunt illum tranſmittere etiam intra diſtrictum ſumptibus Cameræ Apoſtolicæ, quia incõſulto Pontifice non eſt grauanda Camera in expenſis.

Aduertendum ſecundò, quòd Guazzin.
396 *dict. num.3.* ait quod commiſſiones, ſeu litteræ facultatiuæ, quæ dantur Commiſſarijs ſignantur manu Audit. Cam. Gubernatoris, & reſpectiuè Vicarij, & ita etiam hodie practicatur, addita Viſa Locumtenentis, vt teſtatur etiam Guazzin. *loc.cit.cap.2. num.4.* vbi
397 totum modum intitulationis, & formam ſubſcriptionis refert.

Aduertendum tertiò, quod idem Guazzin.
398 *in dicto num.3.* ait, quod in Tribunali A. C. non expediuntur ſimiles litteræ, neque Commiſſarij contra Epiſcopos, niſi habita expreſſa commiſſione à Sanctiſſimo, & de tali ordine dato A. C. fiat in ipſis litteris mentio: dicens, *& hoc eſt ſancitum in facultatibus conceſſis eidem A.C. imò vigore reformationis Pau-*
399 *li V. debet commiſſio ſignari manu ipſius Papæ* poterat addere *Conſtit. Pij IV. in ordin. la decima §.3. Bullar. tom.2. fol.20. & Sac. Concil. Trident. ſeſſ.24. cap.5.* Et licet quoad primam partem, hoc eſt, quoad habendam commiſſionem oretenus à Papa concluſio poſſit ſub-
400 ſiſtere, quia non debet A. C. contra Epiſcopos, perſonas adeò graduatas, quicquam inconſulto Pontifice in ſcriptis redigere, &
401 ſi poſſit etiam contrarium attentari ob rationem, quia Aud. C. eſt Iudex Ordinarius quorumcumque Prælatorum, & habet facultatem procedendi contra Epiſcopos tàm per viam inquiſitionis, quàm accuſationis, ſeù denunciationis, & inſtigationis, eoſque culpabiles repertos puniendi, dummodò tamen
402 monitoria contra Epiſcopos ad comparendum perſonaliter non niſi præuia commiſſio-
403 ne manu Papæ ſignata decernat, vt *ex Bulla* Gregorij XIV. *impreſſa poſt practicam* Saluſtij Tiberij §. 12. & ex alia Pauli V. *incip. eximiæ §.12. & 13. Bullar.tom.3.pag.214.* firmat Fagnan. *in cap.peruenit il primo num.25. & ſeqq. de teſtib.cogen.*

Nullatenus tamen poteſt ſubſtineri quoad ſecundam partem, quod ſcilicet commiſſio ſit ſemper ſignanda manu Sanctiſſimi, quia vt ait Fagnan. *ibidem num.8.* Signatura Papæ non requiritur, niſi in caſu illo ſpeciali, cum monitoria decernuntur ad perſonaliter com-
404 parendum, nam exceptio firmat regulam in contrarium in alijs caſibus non exceptis *l.nam quod liquidæ §.fin.ff.de pen.leg.*

Non igitur, in ſententia Fagnani, impeditur
405 A.C. proceſſare Epiſcopos pro quocumque delicto, quia hoc ipſe habet in ſua generali
406 commiſſione, ſed ſolùm ex diſpoſitione Sac. Concil. Trident. & ex Bulla Greg. XIV. & Bulla Pauli V. impeditur eos, quamuis inditiatos, & repertos culpabiles, citare ad perſonaliter comparendum; nam hoc Sacr. Concil. Trident. & Bullæ reſeruarunt Pontifici, & abſque commiſſione manu eiuſdem Pontificis ſignata noluerunt Epiſcopos poſſe vocari ad perſonaliter comparendum.

Et comprobat hoc Fagnan. *ibidem num.29* dicendo, quod clauſula *dummodo tamen monitoria contra Epiſcopos ad comparendum perſonaliter non niſi præuia commiſſione manu Papæ ſignata decernat*, poſita in Bulla Gregorij XIV. §. 3. & Pauli V. in *Conſtitutione in ordine 71. §.de Auditore Cameræ num.13.* oſtendit, quod Pontifices voluerunt A. C. poſſe Epiſcopos proceſſare etiam pro delictis grauibus, nam exceptio illa *dummodo &c.* declarat regulam de materia exceptionis, & ſic de grauioribus delictis eſſe intelligẽdam iuxta theoricã Bald. in *conſ.401 n.2.lib.5.* etenim ſi de iſtis delictis non intellexiſſent non habuiſſent neceſſitatem reſtringendi facultatem circa tranſmiſſionem monitorij ad comparendum perſonaliter, quia pro delictis minoribus certum erat, quod Epiſcopi ex Sacr. Concil. Trident. *ſeſſ.13.cap.6.* non poterant citari ad perſonaliter comparendum, vnde adhoc, vt dicta clauſula poſita ſit ad aliquid operandum, debemus dicere, quod facultas in Bullis conceſſa ſit ad fabricãdum proceſſum ſuper grauioribus delictis; præſertim verò, quia in dicta Bulla Grego-

rij

rij diſpoſitum extat cum verbis pregnantiſſimis ibi -- *de omnibus, & ſingulis quibuſcumque, & quamlumcumque euormibus criminibus, & delictis, & exceſſibus*; etenim, vt inquit Fagnan. *ibidem* dictio *quibuſcumque* eſt æffrenata, & vniuerſaliter omnia includit *cap.ſolitæ de maior. & obbed.*

Nec obſtat Sacr. Concil. Trident. *ſeſs.* 24. *cap.*5. vbi cautum eſt cauſas criminales grauiores contra Epiſcopos etiam hæreſis, quæ depoſitione, aut priuatione dignæ ſunt, ab ipſo tantùm Summo Pontifice eſſe cognoſcēdas, & terminandas: & commiſſiones de eos proceſſando ſuper huiuſmodi criminibus manu ipſius Pontificis eſſe ſignandas.

407 Reſpondet enim Fagnan. *loco citato*, quod
ex dictis Bullis Gregorij XIV. & Paul. V. fuit
derogatum dicto Sacr. Concil. & prout latius
videndum eſt apud ipſum Fagnan. qui *nu.*30.
408 refert ita fuiſſe iudicatum in Tribunali Au-
dit. Cam. contra quendam Archiepiſcopum,
quem Commiſſarius Aud. Cam. abſque com-
miſſione manu Sanctiſſimi ſignata proceſſa-
uerat de homicidio, adulterio, ſtupro, &
alijs exceſſibus, & à quo Commiſſario ipſe
Archiepiſcopus ſubtraxerat dictum proceſ-
ſum informatiuum: fuit enim ex inditijs con-
demnatus in pœnam relegationis in Mona-
ſterium Nurſiæ, & ſuſpenſionis à Diuinis, &
ab exercitio iuriſdictionis per triennium, ac
deinde ad beneplacitum Sanctiſſimi: & ait di-
ctam ſententiam fuiſſe *de menſe Iulij* 1647.
confirmatam in Congregatione ſuper reui-
ſione dictæ ſententiæ de mandato ſa. me. In-
noc. X. deputata.

Poteſt etiam attentari, quod ea, quę dicta
ſunt ex Fagnano debeant ampliari, quia
A.C. non ſolum poteſt vigore ſuarum facul-
tatum, abſque noua Pontificis commiſſione
Epiſcopos proceſſare in cauſis maioribus, &
grauibus ex iam dictis: & etiam in cauſis, &
criminibus minoribus, ex eo, quia Audit. C.
409 ſubintrauit in locum Concilij Prouincialis,
quod hodie non ſolet amplius, quod ſciam,
ſaltim in Italia, conuocari. Sed etiam po-
410 teſt eos repertos culpabiles abſque dicta
commiſſione manu Sanctiſſimi ſignata citare
ad comparendum perſonaliter, ſi extra Reſi-
dentiam reperiantur, nam dictum priuile-
gium Epiſcopis fuit impartitum in gratiam
Reſidentiæ, vt colligitur tùm *ex cap.6. ſeſs.*13
Sacr. Concil. Trident. ibi - *ne is magno ſuo, &*
Eccleſiæ incommodo Gregem ſibi creditum relin-
quere, *tùm ex Bulla* ſa. mem. Pij IV. *la* 10. *in*
ordine §. 3. ibi — *Eoſdem autem Patriarchas,*
411 *Primates, Archiepiſcopos, & Epiſcopos man-*
datis noſtris parentes, & apud ſuas Eccleſias,
ſeu in eorum Diœceſibus perſonaliter reſidentes,
ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volen-
tes, vt liberius, & commodius eorum Officio
fungi valeant eis, & eorum cuilibet, vt quan-
do reſederint, etiam prætextu quorumcumque
delictorum, & ex ceſuum atrociorum etiam hæ-
reſis, & læſę Maieſtatis criminum per eos quò-
modolibet commiſſorum, ad comparendum per-
ſonaliter in Romana Curia per quoſcumque Iudi-
ces Ordinarios, vel Delegatos etiam S.R.E.Card.
niſi vigore ſpecialis commiſſionis manu noſtra,
vel Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis ſigna-
tæ trahi, aut citari non poſſint, nec debeant.

Tum demùm ex autoritate plurium Doctorum, nam Gonzalez *ad reg.8. Cancell. gloſ.* 4. *num.* 5. ait decretum Sacri Concil. Trid. etiam in *ſeſs.* 24. *cap.* 5. intelligendum eſſe de Epiſcopis Reſidentibus, qui etiam ex cauſa atrociſſima hæreſis, aut læſæ maieſtatis minimè citari poſſunt ad perſonaliter comparendum, niſi ſpeciali commiſſione manu Papę ſignata, & hoc idem tradit Eraſm. à Cocchier. *de iuriſd. ord. in exempt. part.1. quæſt.* 41. ſequitur Barboſa in *collect. ad dictum cap. cap.5. S. Concil. n.1.*

Quid dicendum in cauſis fidei, an ſcilicet Inquiſitores poſſint procedere contra Epiſcopos? Et attento iure communi negatiuè reſpondent Sanctarellus *de hæreſi cap* 40. *dub.* 3. *num.*16. Diana *part.*4. *tract.8. reſol.*21. Carena *de S.Offic. part.1. tit.5. §.9. num.* 75. Molina *de iuſt. & iure tom.6. tract.5. diſp.28. num.*19. Lezana *in mari magno Eremetarum S. Auguſt.* §.51. *num.*151. Caſtropal. *tract.*4. *diſp.*8. *punct.* 12. §.2. *num.* 6. & his relatis Pater Matthia à Corona *de poteſt. & digni. Cardin. tractat.4. cap.6. num.1.* Epiſcopi enim, Archiepiſcopi, Patriarchæ, etiamſi de hæreſi notati debent cognoſci apud Sedem Apoſtolicam, vel apud eum, cui Chriſti Vicarius nominatim id munus demandauit Farinac. *de hæreſi quæſt.* 186. *num.*112. *& ſeqq.* Boſſi. *poſt tract. de triplici iubilei priuilegio in append. de confeſs. ſollicit dubio* 19. Iſidorus Moſcouius *de maieſt. militant. Eccleſ. lib.1. par.1. cap.11. de Inquiſitoribus* Lęlius Iordanus *de maiorib. Epiſcop. cauſ. ad Papam deferen. cap.12. num.11.* Barboſa *par.3. alleg.*112. *num.*13. *quæſt.*27. Simancha *de Catholic. Inſtitut. tit.25. num.*11. *&* 12. Caſtropal. *tom.1. oper. moral. tract.4. diſp.9. punct.9. num.2.* Ioan. Sancius *ſelect. diſp.91. num.*23. Trimarch. *de confeſſario abutente Sacram. pęnitent. diſput.* 8. *ſect.1. num.5. & ſeq.* à Corona *loc. cit. d. nu.1.* qui ait id probari ex text. & ibi Io. Monach. & Adden. in *cap. Inquiſitores de hæretic. in 6.*

Imo nec poſſunt Inquiſitores tranſmittere ad Sedem Apoſtolicam Epiſcopum accuſatum, capitiſque Reum, vt dicunt Nauar. *conſ.1. num.5. de foro compet.* Caſtropal. *d. tract.* 4. *diſp.9. punct.9. num.* 2. Barboſ. *d. allegat.*112. *num.*13. & Corona *loc. cit. n.* 2.

Fallit in caſu ſuſpicionis fugæ, nam tunc poſſunt Epiſcopum carcerare, & captos ad Summum Pontificem tranſmittere, vt ex Eſcobar. Fagundez, Farin. Caſtropal. Acunna ſubdit Corona *loc. cit. num.*3. monens, quod vtantur hac facultate parciſſimè, & ob grauiſſimas, & vrgentiſſimas cauſas.

Et fallit etiam in caſu, quo Epiſcopus eſſet

ſo-

Digitized by Google

ſolùm electus, ſed nondum confirmatus, vt
ex Acunna, Boſſi, Molina, Sanchez, & Si-
mancha aduertit Corona *loc.citat.num.4.* nam
Epiſcopus electus, & confirmatus etiam ſi ſit
Titularis non poteſt cognoſci, & nec carce-
rari ab Inquiſitoribus, vt ex Molina, Sancio,
Simancha, Barboſa, Timarcha, Acunna dicit
Corona *d.n.4.*

Et procedit quamuis Epiſcopus non ſit
adhuc conſecratus, vt probant præfati Do-
ctores.

Imò Selua, Timarchia, Barboſa, Siman-
cha locis relatis à Corona *dict.num.4.* volunt
quod Epiſcopus electus, & nondum confir-
matus nequeat ab Inquiſitoribus cognoſci ſi
electus ſit à Papa, & aſſignat rationem Co-
rona *ibid. in fine*, quia electio facta à Papa te-
net vicem confirmationis.

Fallit tertio in caſu, quo Inquiſitores ve-
lint ſumere informationes ad effectum certio-
randi, & tranſmittendi illas ad Sedem Apo-
ſtolicam Bonacina *de onere, & obligat. punct.1.
num.18. verſ. ſecundò* ſequitur, Sancius *ſelect. diſ-
put.11. num.33. & 34.* Souſa *de ſollicitan. tract.
1. cap.3. num.4. & 5.* Acunna *de ſollicit. quæſt.
11. num.9.* vbi Freitas *num.30.* & Corona *dict.
cap.6. num. 3.* qui ait, quod Souſa intelligit
de informatione dumtaxat, non autem de
fulminatione proceſſus, & nec de punitione,
& ad effectum ſolum mittendi receptas infor-
mationes ad Sedem Apoſtolicam Diana *p.4.
tract.8. reſol.11.* Suarez *de fide diſput.20. ſect.4.
num.25.* Caſtropal. *tract.4. diſp.9. punct.6. nu.
4.* Fagundez in *quinque præcept. Eccleſ. præcep.
2. lib.4. cap.3. numer. 64.* Eſcobar. *de confeſſar.
ſollicit. par.3. quæſt.2. num.8.* nam formare
proceſſum iudicialiter, etiam ſub prætextu
referendi cauſam inſtructam Pontifici, non
eſt permiſſum Inquiſitoribus, vt ex textu in
cap. Inquiſitores, & ibi gloſa verbo *Apoſtoli-
cæ de hæreticis in 6.* & Farinac. *quæſt. 186.
num.114.* dicit Corona *loco citato numer. 4. il
ſecondo.*

Fallit quartò in caſu quo notorium ſit Epiſ-
copum eſſe hæreticum, eundemque moliri,
aliquid in manifeſtum fidei detrimentum, &
perniciem fidelium hæreſes ſcilicet publican-
do, fideles ſeducendo, vel aliquid ſimile gra-
ue, & horrendum patrando, tunc enim poſ-
ſe Inquiſitores Epiſcopum capere, & cuſto-
dire donec Sedes Apoſtolica ſit certior facta
volunt Barboſa *d. alleg.112. num.127.* & Coro-
na *d.n.4. il ſecondo.*

Viſum eſt ex Fagnano *loco citato*, quod
Epiſcopi poſſunt ex indicijs, & præſumptio-
nibus condemnari in pœnam extraordinariã.
412 Non eſt tamen ab re dicere, quod vbi con-
tra Epiſcopum non conſtat plenè de crimine
debet indici purgatio canonica, nam licet
antiqui Canones de dicta purgatione Cano-
nica diſponentes ſint abrogati, ſeu vt melius
413 dicam non ſint amplius in vſu, quia eſt re-
medium periculoſum, vt ait Fermoſin. in
*cap. ad abolendum num.11. de hæretic. & in fiſcal.
allegat.49. num.12. par.1.* vbi ait quod purga-
414 tio canonica in omnibus alijs criminibus
præter quam in crimine hæreſis in vſu deſijſſe
eſſe, & allegat Pegn. ad Emeric. *direct. inqui-
ſit. par.3. rub. de ſecundo modo finiendi proceſſ. &
comm.38. col.1. in fine* Simancha *Cathol. inſtit.
tit.56. de purg. canon. num.1. & 12.* & Farinac.
de hæreſi quæſt.194. §.3. num.64. cuius purga-
415 tionis formula ponitur per extenſum à Pe-
gna *loco citato verſ. adueniente autem termino*,
& Simancha *pariter loco citato num. 25.* Nihi-
416 lominus, illi quorum fama Populo Chriſtia-
no valdè neceſſaria eſt, Epiſcopi ſcilicet,
Sacerdotes, Prædicatores, & huius generis
alii cogi poſſunt ſe purgare non ſolum in cri-
mine hęreſis, in quibus terminis loquuntur Si-
mancha *loc. cit. num. 31. in fine*, & Fermoſin.
alleg. 49. num. 13. Sed etiam in alijs crimini-
bus cogi deberent, præſertim authore Pon-
tifice, vt innuit Fermoſin. *dict. allegat.49. nu.
15.* & Pirhing. *method. nona iuris can. tit. de
purgat. can. §.6. n.39.*

Sed an Epiſcopi cum poſſint ex inditijs, &
præſumptionibus condemnari in pœnam ex-
traordinariã, vt dictum eſt *ſupra* ex Fagnano,
poſſint in delictis grauibus cogi ex inditijs
ad renunciandum, & dimittendum Epiſco-
patum? Dic quod text. in *cap. niſi cum pridem
de renunc.* ſtatuit non poſſe Epiſcopum abſq;
417 cauſa, & abſque licentia Papæ cedere Epi-
ſcopatum, & ratio, qua motus fuit Innocen-
tius III ad ita ſtatuendum, eſt quia per ele-
418 ctionem, & conſecrationem inter Epiſco-
pum, & Eccleſiam contrahitur coniugium ſpi-
rituale, quod ſoluitur ſolummodò Dei iudi-
419 cio, ideſt ſententia Pontificis, qui Dei vi-
ces gerit in terris, vt per text. in *cap. quanto
de translat. Epiſcop.* inquit Altiſerra in *d. cap.
niſi cum pridem.*

Cauſæ autem propter quas Pontifex de-
bet moueri ad concedendam huiuſmodi li-
centiam, enumerantur in *eodem text. cap. niſi
420 cum pridem*, & ſunt ſex nempè *crimen, debi-
litas corporis, defectus ſcientiæ, malitia plebis,
graue ſcandalum, & irregularitas perſonæ*, qua-
rum vnamquamque explicant Doctores in
eodem cap. niſi cum Pridem. & ſignanter Alti-
ſerra, Perhing, Fagnan. & alij paſſim.

Ex dict. text. qui loquitur de renunciatio-
ne ſponte facienda ab Epiſcopo, inferunt Do-
ctores, quod extante cauſa aliqua ex ſex enar-
421 ratis poteſt Epiſcopus etiam inuitus cogi
ad renunciandum, & habent anteſignanum
Innocent. cuius eſt originale dictum in *d. cap.
niſi cum pridem num.5. verſ. nos dicimus*, & ſe-
quuntur Imola in *dict. cap. niſi cum pridem nu.
24.* Cardin. *ibidem*, Hoſtienſ. in *ſumma eodem
tit.* Roman. *conſ.345. & ſingul.803.* & ibi Ad-
den. Marſil. *ſingul.683.* Abb. in *cap. quæſitum
de rer. permut.* Dec. *in cap. cum teneamur in fine
de præbend.* Corſett. *ſing.1. verbo Pax* Couarr.
*in regula peccatum par. 1. num.5. de regul. Iuris
in 6.*

in 6. Ricciull. *de Iure perſonar. lib.* 9. *cap.* 5. *nu.*
8. Barboſa *in dict. cap. niſi cum pridem num.* 14.
Gigas, Franc. Marci, Bellerr. Fuſcus, Maiol.
Pariſius *locis relatis* à Barboſa *ibidem*, & hoc
dictum Innocentij eſſe communiter approba-
tum inquit Dec. *loc. cit. num.* 13. & non inue-
niſſe in ſpecie reprobatum inquit Iaſ. in *leg.*
Barbarius nu. 43. *ff. de offic. Prætor.*

Et quamuis aliqui inter quos Nicolaus Pi-
422 gnolatus *in addit.* ad Roman. *dict ſing.* 803.
dicant Iaſonem reprobare dictum Innocentij,
nihilominus eorum aſſertio non ſubſiſtit quia
Iaſon in *dict. leg. Barbarius* non contradicit In-
nocentio, vt deſumitur ex illius verbis, quæ
ſunt hæc — *Confirmo per id quod dicit Innoc. in*
cap. niſi cum pridem de renunc. vbi dicit, quod ſi
Papa cogit Epiſcopum Inuitum ſine culpa ſua
Epiſcopatui renunciare debet ei prouidere de bo-
no cambio. Sed non puto, quod iſta duo vltima
dicta ſint vera: licet non inueni in ſpecie repro-
bata: quia Papa in beneficialibus habet plenam,
& liberam voluntatem cap. 2. *in princip. de præ-*
bend. in 6. *& textus clarus in clem.* 1. *in fine, vt*
lite penden. per quæ iura dicit D. Anton. in cap.
conſtitutis de Relig. Domib. quod de beneficijs
Eccleſiaſticis poteſt Papa diſponere prout vult,
etiam ſine cauſa remouendo vnum à beneficio, fa-
cit gloſa ſing. cap. per principalem 9. *quæſt.* 3. *quæ*
dicit quod Papa poteſt ſine cauſa Epiſcopum
deponere, & ſequitur Pan. *in cap. tranſlato de*
conſtitut. Imol. in *cap. ad ſupplicationem in fi-*
nal. not. de renunc. D. Card. Floren. in *clem.* 1. *in*
vlt. notab. vt lite pendente. Et ad iſtam abſolu-
tam poteſtatem Papæ in beneficialibus vide Lud.
in conſ. 298. *incip. circa præmiſſam dubij conſul-*
tationem, vbi ad iſta ponderat textum pro ſingu-
lari valdè in clem. dudum §. *verum de ſepult. Ta-*
men contra iſtam gloſ ſingul. dict. cap. per princi-
palem tenet Panormit. quem vide ind. §. incip.
Epiſcopus, & quidam Rector. in 14. *col. & in*
cap. fin. in penult. & final. col. de confirm. vtil. vel
inut. & multum notanter Card. Floren. *in conſ.*
141. *incip. Sanctiſſimus Dominus Noſter Papa,*
hactenus Iaſon. Siquidem Iaſ. non ſolum
non improbat dictum Innocentij, ſed expreſ-
sè illud confirmat quoad facultatem priuan-
423 di Epiſcopum Epiſcopatu etiam ſine cauſa,
(circa quem articulum videndus eſt And. Bar-
424 batia, qui diſputat rem ad partes in *capit.*
quod tranſlationem num. 92. *& ſeqq. de offic. le-*
gati) & tantùm dubitat circa recompenſatio-
nem faciendam cum bono cambio; vult enim
425 quod Papa poſſit etiam abſque dicta recõ-
penſatione tollere Epiſcopatum, quia in be-
neficialibus habet abſolutam poteſtatem;
426 quod tamen non tranſit abſque magna dif-
ficultate ex ijs, quæ ſubdit Iaſon. *ibidem nu-*
mer. 44.

Remanet igitur firma concluſio, quod
ſtante cauſa poteſt Papa cogere Epiſcopum,
427 etiam inuitum renunciare Epiſcopatui, vt
loquitur in caſu, quo extet aliquod graue ſcan-
dalum dicunt Federic. de Senis in *tract. de*
permut. benefic. num. 40. Hoſtienſ. in *dict. capit.*
niſi cum pridem num. 63. Cardin. Iacobat. *de*
Concil. lib. 9. *art.* 3. *num.* 37. Marc. Mantua in
Dialogo de concil. num. 55. & Pariſ. *de reſignat.*
lib. 5. *quæſt.* 3. *num.* 161. qui teſtatur de com-
muni, & ita vidiſſe ſeruari in praxi aſſirmat,
& ſubdit, quod ratione ſcandali Epiſcopus
etiam inuitus transfertur de loco ad locum
cap. quæſitum de rer. permut. & ratione ſcanda-
li quis priuatur beneficio *cap. non eſt de regul.*
Iur. & reſpondet ad illud axioma, quo per-
428 hibetur, neminem compelli renunciare,
429 quod procedit quatenus non extet cauſa,
ſecus autem cauſa accedente, & allegat Car-
din. Iacobat. *dict. art.* 3. *num.* 25. Etenim pro
bono pacis inducendæ, & ſcandali extinguen-
di Iuris præcepta relaxantur *cap. ſi fortè* §. *iam*
noſtris 28. *quæſt.* 1.

Vndè ex his veniendo ad quæſitum pote-
ris reſpondere, quod ſi ex inditijs, & præ-
430 ſumptionibus oriatur in populo graue ſcan-
dalum poterit Epiſcopus cogi ad dimitten-
dum Epiſcopatum, etiam ſi de crimine non
conſtet plenè: nam crimen, & ſcandalum in
431 textu in *dict. cap. niſi cum pridem*, ſunt contra
diſtincta inter ſe, & propterea alterius eorum
432 interuentus ſufficit, & ſicut ex criminis cõ-
cludenti probatione poſſet contra Epiſco-
433 pum deueniri ad depoſitionem, & etiam
ad pœnam corporalem, ita ex minus con-
cludenti probatione, dummodò inde exor-
tum ſit ſcandalum, debet ad remotionem, &
eo magis ad coactionem ad dimittendum
deueniri.

Difficultas tamen eſt circa modum cogen-
di Epiſcopum ad renunciandum, & circa
qualitatem, & quantitatem cambij.

Et quoad primum reperio Bormond. in
tract. de public. concubinar. §. *vel alterius præe-*
minentiæ num. 32. dicentem, quod duo ſunt
434 modi cogendi inuitum ad renunciandum,
primus eſt, vt deponatur ſupple per ſententiã,
& iſte non eſt modus practicabilis, niſi Epiſ-
435 copus monitus, & præceptatus à Papa ad
renunciandum reddat ſe inobbedientem, nam
tunc propter innobedientiam additam cauſæ
iuſtæ, & legitimæ, & congruæ præcepto fa-
cto poteſt deponi ex ijs, quæ plena manu af-
fert Decian. *reſp.* 14. *num.* 66. *& ſeqq lib.* 3.
436 dicens quod Dominus poteſt Vaſallum
ter monitum, & non comparentem priuare
feudo *cap.* 1. *de milite Vaſſallo, qui contumax*
eſt, vbi omnes, & Aflict. *deciſ.* 265. *num.* 39.
437 præſertim ſi in præcepto facto Epiſcopo ad
renunciandum indicta ſit pœna indignationis
438 ipſius Pontificis, quia talis pœna de ſui na-
tura importat priuationem, vt ex Bald. in
cap. 1. §. *porro in* 2. *col. tit. quæ ſit prima cauſa*
benefic. ammitt. inquit Decian. *loc. cit. num.* 68.
Sed iuxta monitum Paſſerini *de ſtatu hominum*
tom. 1. *quæſt.* 185. *artic.* 4. *num.* 44. Epiſcopus
requiſitus, & pro parte Pontificis ſuaſus ad
439 renunciandum debet Epiſcopatum dimitte-

re

te verba Paſſerini ſunt. *Vbi igitur contingat Epiſcopum incidiſſe in delictum pro quo nulla eſt impoſita irregularitas, & tamen pro eo impoſita, vel pœna priuationis Officij ipſo facto, vel infamia ipſo facto, vel eſt ſaltem depoſitione dignum, & illud eſt, vel famoſum, vel publicum, vel etiam notorium, quid faciat Epiſcopus? Sotus lib. 10. de iuſtit. quæſt. 2. art. 4. concluſ. 3. ait quod ſi poteſt purgare infamiam ad id tenetur ſub pœna peccati mortalis, ſi in dignitate vult perſiſtere, etiam ſi citra ſuam culpam eam contraxerit. Sed ſi infamiæ ſordes eluere non valet, tunc ſi abſque ſua culpa illis infectus eſt, non tenetur Epiſcopatum deſerere, ſed ſi ex ſua culpa orta eſt infamia ponens impedimentum regimini tenetur cedere. Sed puto, quod ſi pænitebit manifeſtè Deo ſatisfaciet, & hominibus, & manifeſtis factis bonis qualemcumque malam famam deterget, & non tenebitur cedere Epiſcopatui, ſi aliàs Plebi prodeſſe poſſit. Si verò eius delictum ad forum Eccleſiæ fuerit deductum humiliter Eccleſiæ obbediet, ſaluo ſemper ſibi iure iuſtæ defenſionis. Vel etiam ſponte cedet iudicio Eccleſiæ non expectato, ſi ſibi coram Domino expedire videbitur, nam, & hoc prudentiæ erit ſpontanea ceſſione præuenire ſpoliationem ſi id fieri poſſit.*

Secundus modus allatus à Bormondo *loc. citat.* eſt vt abſque reali depoſitione Papa
450 declaret, quod Epiſcopus ſtante tali cauſa puta graui ſcandalo amplius de Epiſcopatu non ſe intromittat, & hanc declarationem Epiſcopo intimet, & inhibeat: poterit enim poſtmodum, ne Eccleſia ob deficientiam Paſtoris detrimentum patiatur, eam prouidere de nouo Epiſcopo, cum talis declaratio, contineat in ſe tacitam depoſitionem, & hoc fit, vt de Paſtore habili, & idoneo Eccleſia prouideri poſſit argum. text. in *cap. vlt. de ætate, & qualitate.*

Quoad ſecundam difficultatem conſtituenda eſt regula, quod Epiſcopus non debet re-
451 duci ad mendicandum, vt inquit Innocen. in *dict. cap. niſi cum pridem d. nu. 5.* propterea
452 ſiue Epiſcopus ex defectu, & culpa propria, ſiue ex defectu, & culpa, ſeu malitia Plebis cogitur ad renunciandum ſemper debet prouideri de victu, & de alijs vitæ neceſſarijs, vt dicunt relati à Pariſio *loc. cit. num. 176.* Barboſa in *d. cap. niſi cum pridem num. 14.* Paſſer. *de ſtatu hom. in. tom. 1. quæſt. 185. artic. 4. nu. 72.*
453 qui refert ita fuiſſe obſeruatum per Sixtum V. & Pacelordan. *lucubrat. prælud. 8. n. 72* qui refert ita fuiſſe obſeruatum per Vrbanum VIII. & idem firmant Ledeſma *de ſtatibus cap. 3. concluſ. 12. in fine* Ventriglia *prax. notabil. titul. de renunciat. annot. 4. §. 1. num. 22. Bellect. diſquiſ. Cleric. tit. de diſcipl. Cleric. §. 15. num. 20.*

Cum hac tamen differentia, quod dum
454 Epiſcopus renunciat ex culpa propria debet eſſe recompenſatus taliter, vt viuere poſſit, & non habeat mendicare, quamuis enim
455 conueniat malè meritos ægeſtate perire *leg. bona fides ff. depoſiti*, attamen ob præſtan-
456 tiam ordinis aliter in ijs ſtatuitur, ne ſordes delinquentis obnubilent Innocentes, vt benè aduertit Iordanus *loco cit. dict. num. 72.* Si verò renunciat ex culpa, ſeu malitia Ple-
457 bis debet recompenſari cum bono cambio, hoc eſt cum alio æquali Epiſcopatu, vt deſumitur ex adductis plena manu à Iaſ. *dict. leg. Barbarius num. 36. & ſeqq.* & à Marſil. *dict. ſing. 634. num. 8.*

Nè douerà alcun priuato toccare il Cadauere, nè leuargli da doſſo, ò d'intorno alcuna coſa.

458 Duo hic videntur prohiberi, nempè tactus Cadaueris, & ablatio rerum penes mortuum exiſtentium. Poteſt dici, quod tendunt, hæc duo ad finem, ne ſubtrahantur bona defuncti in præiudicium Fiſci, ſeu hæredum, & ſic in prima parte prohibetur, & punitur conatus: in ſecunda verò parte prohibetur ipſa ſubtractio effectiua, Nec poterit videri abſurdum, quòd conatus puniatur vigore bannimentorum, quando in hac materia hoc procedere etiam in terminis iuris communis firmat per text. in *leg. Imperator Seuerus ff. de iure Fiſci* Afflictus *in Conſtit. Regni Neapolit. ſi quis aliquem un. 7. tit. de ſpoliantibus hominem obitum lib. 3.*

At prima expoſitio eſt verior, quia Legis-
459 lator ſciens, quod poſitura, in qua reperitur cadauer tempore viſitationis debet ad vnguem à Notario deſcribi, quia poteſt dilucı-
460 dare delictum, & delinquentem, vt in caſu relato à Caualcano *de brach. reg. par. 1. num. 191.*
461 qui indè elicuit hominem fuiſſe adhuc viuentem terra coopertum, hoc, inquam, ſciens Legiſlator prohibuit, nè à ſua poſitura cadauer moueatur à priuatis, quia poſſunt
462 indè ſubtrahi Fiſco probationes, quod non eſt permittendum, vt poſt Tholoſ. Menoch. Franch. Marci, & alios dicit Farin. *quæſt. 150. num. 155. & ſeqq.* Vaſquius *quæſtion. illuſtr. lib. 3. quæſt. 96. num. 10.* Carpzou. *lib. 2. iuriſprud. conſiſtor. tit. 24. defin. 375. num. vlt.* Gerh. Feltman. *de cadauere inſpic. diſp. 2. cap. 10. num. 1. & num. 26.* ait ex Giurba *conſ. crim. 25. nu. 19. & 22.* quod priuatus amouens cadauer occiſi
463 pro modo culpæ mulctari poteſt, vel in ære, vel carcere. Et inſuper prohibuit, nè bonis cadauer ſpolietur, non ſolum, quia non de-
464 bent illis priuari hi, ad quos ſpectant ad tradita à Feltman *loco citato cap. 15. num. 2.* ſed, etiam, quia ſpoliatione fit mortuis quodammodò iniuria, & cum mortui non habeant
465 protectorem, niſi Superiorem Regnantem, vt dicit Afflict. in *dict. conſtit. ſi quis aliquem*
466 *num. 2.* ad eum ſpectat prouidere, nè afficiantur iniuria, quæ cum bonorum, ſeu ve-

ſtium ſpoliatione cadaueri obuenit ob ratio-
nem adductam ab Afflict. ibid.
467 De ſpoliatione Mortuorum eſt tex. in leg. ii.
§. aduersùs ff. de ſepulch. violat. & in leg. qui ſe-
pulchra, C. eodem tit. & agunt Farin. quæſt. 20
num. 114. & ſeq. Martinus Naurath de vita,
& morte hominis theorem. 98. Menoch. de ar-
bitr. caſ. 387. Marta deciſ. Piſau. 173. & Nouar.
deciſ. 145. & Afflict. in conſt. Regni Neapol. lib.
468 3. rub. 56. qui num. 2. ait, nec bannitum
occiſum poſſe impunè ſpoliari.
469 De violatione ſepulchrorum tractant Fa-
rin. Menoch. Iodoch. Beluiſ. Decian. locis re-
latis per Mart. Naurath de vita, & morte
hominis theor. 97. plures referens Solorzan. de
Iure Indiar. lib. 5. cap. 1. num. 39. & ſeqq. par. 2.
470 vbi quærit, an liceat perquirere Theſauros
in ſepultcris, & eum refert Baron. de corpore
tit. de corpore, eiuſque partibus num. 210. part. 2.
471 & de violatione ſepulchrorum eſt tit. in
C. de ſepulchr. violat. & præcipuè eſt text. in l.
fin. Cod. eodem tit. Rebuff. in Conſtit. Galliæ to.
2. tit. ne beneficiator. cadauera gloſa 4. num. 3. vbi
ait, quod in dicto textu imponuntur pœnæ
contra eos, qui ſepulchra violant: & in auth.
vt defuncti, ſeu funera imponuntur pœnæ con-
472 tra impedientes ſepulturam: & in extrau. 1.
tit. de ſepulchris excommunicantur excommu-
nicatione reſeruata Summo Pontifice hi, qui
473 corpora mortuorum exenterant extrahen-
do inteſtina, vel aliter corpus diuidendo, eli-
xando carnes, vt ab oſſibus ſeparentur, &
excutiantur ad hoc vt oſſa prædicta in ſepul-
turam diſtantem humanda transferant, quod
intelligit Toletus in inſtruct. Sacerdot. lib. 1. c. 36
num. 5. & ex eo Maranta in medulla decreti lit.
C. verbo cadauera procedere, dummodo non
474 fiat in terris infideliũ, vt oſſa ad terras fide-
lium transferantur: & in conſtitutione de qua
ipſe Rebuff. loquitur imponuntur pęnæ contra
475 eos, qui celant Cadauera Beneficiatorum
ſiue corpus diuidatur, ſeu ſcindatur, vel in-
teſtina eijciantur ſiue non, & ſic ſimplex ſuf-
ficit occultatio.

Et de abductione, ſeù translatione cor-
476 poris mortui de vno loco ad alinm tractant
Martinns Naurath de vita, & morte hominis,
Theor. 96. Barboſa in leg. ſi vi fluminis num. 1.
C. de Religioſ. & ſumpt. funer. Baron. loc. citat.
num. 201. & Afflict. loco citato num. 4. vbi ait,
477 quod tranſportatio, quæ fit cum cauſa, eget
licentia Pręſidis, quæ verò fit ſine cauſa,
eget licentia, & aſſenſu Principis iuxta text.
in leg. nemo C. de religioſ. & ſumpt. funer. ibi --
nemo humanum corpus ad alium locum ſine Au-
guſti affatibus transferat, & hoc idem dicit glo-
ſa in leg. ſi quis enim, & in leg. præcedenti, ff. de
relig. & ſumpt. funer. & in leg. 1. Cod. eod. tit. &
ſubdit Afflict. ibidem, quod hoc erat de iure
478 antiquo, nam hodie dare huiuſmodi licen-
tiam ſpectat ad Epiſcopum per text. in l. nulli
C. de Epiſcop. & Cler. & leg. milites Cod. de re-
lig. & ſumpt. funer. & hoc dicunt Diana par. 3.
tractat. 2. reſol. 120. Paul. Chriſtinæus deciſ.
Belgic. 196. vol. 2. & his relatis D. Sabell. in
479 ſumma §. cadauer. num. 4. & ſpectat etiam ad
Parochum, vt ex Speculator. tit. de diſpenſa-
tionib. §. nunc de Epiſcoporum diſpenſ. 163. ait
Afflict. ibidem, num. 5. ob rationem; quia ſi
Parochus habet curam animarum viuentium,
quod eſt plus, debet habere curam corporum
mortuorum, quod eſt minus, quia iſte caſus
non eſt reſeruatus de Iure Epiſcopo. Puto
480 tamen, quod requiratur etiam hodie licen-
tia Præſidis, quando tranſportatur cadauer,
de vno Oppido ad aliud, non quidem ratio-
ne dominij, quod habet in homines, eò ſci-
licet, quod ſit Dominus perſonarum, id enim
Dominium iam per mortem ſublatum, & ſo-
481 lutum eſt, ſed de iure Sacrorum, & Reli-
gionis, cuius ipſe Princeps eſt aſſertor, &
vindex, vt per leg. ſacra ff. de rer. diuiſ. & l. vlt.
ff. vt in poſſeſs. leg. ait Mutius Surgens in adnot.
ad Marcum Ant. eius fratrem in tract. de Nea-
poli Illuſtrata cap. 14. num. 28. in fine, & etiam
482 ratione vectigalis, quod exigitur, dùm
corpus mortuum ex vno loco ad alium per-
fertur, vt dicit Martinus Naurath de vita, &
morte hominis theor. 74. Quod tamen eſt con-
483 tra expreſſam diſpoſitionem tex. in l. nullum
C. de relig. & ſumpt. funer. ibi -- nullum in quopiã
loco vectigal ab aliqua perſona pro corporibus la-
tis prębetur, & Naurath ibid. pluribus improbat
484 exactionem huiuſmodi vectigalis, tum quia
impediendus nemo eſt via publica vti, etiam
ſi de corporibus, & oſſis mortuorum agatur l.
ne corpora ff. de religioſ. & ſumpt. funer. & leg.
ſi necdum C. eodem tit. tùm etiam, quia ſepul-
tura cadauerum magis eſt promouenda, quàm
impedienda, & citat adhoc text. in leg. ſunt
perſonæ in fine ff. de relig. & ſumpt. funer. Io. Ko-
pen. deciſ. 28. num. 15. Ioſeph. Ludouic. deciſ.
78. Garziam de expenſ. capit. 8. & huiuſmodi
485 exactionem, etiamſi prætendatur conſue-
tudo, improbat in Eccleſiaſticis Maranta
reſp. 18. num. 93. & ſeqq. part. 5. Vnde Sacr. Con-
486 gregat. Concil. Tridentin. hanc vectigalis
ſolutionem illicitam eſſe declarauit, & pro-
hibuit fieri.

Dicit inſuper Afflict. loco citato, quod cor-
487 pora Sanctorum non poſſunt transferri de
loco ad locum ſine licentia Summi Pontificis
& citat Hoſtienſ. in ſumma tit. de reliq. & ve-
nerat. Sanctor. in princip. etiamſi fiat de vna Ec-
488 cleſia in aliam in eodem loco exiſtentem,
489 & refert, quod de licentia Papæ Alexand.
VI. fuit de anno 1496. translatum Corpus S.
Ianuarij à Cœnobio Montis Virginis in Ec-
cleſiam Maiorem Neapolis.

Quid dicendum de tranſportatione, quæ
490 fit de vna Parochia ad aliam? Dic quod
nequit fieri abſque licentia, & interuentu Pa-
rochi ipſius defuncti, nàm leuare de Domo ca-
dauera abſque Parocho non licet Regulari-
bus, vt determinauit Sacr. Congregatio Ri-
tuum in Theleſina 18. Auguſti 1629. & in An-
drien.

drien. 29. *Nouembris* 1631. & reſponderunt
Vgolin. *de poteſt. Epiſc.cap.*17. *nu.*3.Gratian.
diſcept.forenſ.cap:492. *num.*39.*tom.*3. Barboſ.
*de Offic. Paroch.par.*3.*cap.*26. *num.*66. imò nec
491 eis licet intrare parochias cùm cruce ad le-
uanda cadauera, niſi præmonito, ac requiſi-
to priùs Parocho, vt poſt Villalob. Gratian.
Rodriquez, Lenzana dicit Barboſ. *loc. citat.*
qui ſubdit ex Sac.Congregat. Rituum Cura-
492 tum, in cuius Parochia defunctus obijt, &
non Regulares, ad quorum Eccleſiam defun-
ctus portatur, debere benedicere corpus de-
493 functi: fallit tamen dicta concluſio, quo-
ties Parochus monitus, requiſitus, & expe-
ctatus accedere recuſat, nam tunc Regulares
poſſunt leuare cadauera, è domibus, vbi ſunt,
& ad ſuas Eccleſias recto tramite deferre, ipſo
Parocho inuito, vt decreuit dicta Sac. Con-
494 gregatio in *Nepeſina* 11. *Decembris* 1625.
quam refert Barboſ. *loco cit. nu.* 70. & iterum
reſoluit in *Senogallien.*22.*Iun.*1675.in qua no-
nem alij notabiles articuli fuerunt deciſi. Iſte
caſus accidit *de anno* 1670. ſi benè memini in
Ciuitate Parmæ inter Parochum S.Quintini,
& Fratres S. Auguſtini, qui leuarunt cadauer
Conſtantiæ Cuconiæ, ex quo Parochus requi-
ſitus noluit interuenire ſub prætextu, quòd
eſſent vocandi, & adhibendi etiam Presbyte-
ri ad rationem, & numerum decem Presby-
terorum pro qualibet Frataria iuxtà conſue-
tudinem, quæ, vt dicebam (eram enim Rela-
tor cauſæ in Sacra Congregatione ſuper ne-
gocijs, & conſultationibus Epiſcoporum, &
Regularium præpoſita) non erat attendenda,
495 quia carens requiſitis, de quibus Borguin.
Caualcan. *deciſ.*11. *num.*46. *par.*1. non pote-
rat dici legitimè introducta, & tamquam
contrà ius non debebat haberi in conſidera-
tione, ſecundùm Caualcan. *loc. cit. num.* 47.
*& deciſ.*43. *num.*71. *eadem par.*1. Natta *conſ.*
252. *num.* 6. *vol.* 2. *& conſ.* 575. *num.* 32. *&*
*ſeqq. vol.*3. & Chaccher. *deciſ.Pedem.*22. *n.*3.
*& ſeq.*non placuit tamen Eminentiſſimis Pa-
tribus, quod vnus ex fratribus Auguſtinianis
legiſſet ſumptum ſupradicti decreti Sac.Con-
gregationis alta voce in Eccleſia tempore
celebrationis Diuinorum Officiorum, & re-
citationem Officij pro Defunctis incępti im-
pediuiſſe, ſed quia non fecerat rem omninò
illicitam, ſucceſſit ad eius fauorem regula,
496 quod non omne illicitum eſt punibile ad
tradita per Caball. *crim.reſol.*1. *n.*3. Verum
fuit dictum in eadem Sac. Congregatione,
quod alius frater eiuſdem Religionis S.Augu-
497 ſtini, qui appræhendit Parochum volentem
recedere, & per vim retinuit ad effectum,
vt audiret legi dictum decretum, & Notarius
ſe rogaret de lectura, & notificatione facta
Parocho, inciderat in excommunicationem
can.ſi quis ſuadente Diabolo, nàm non ſolùm
percutiens, ſed etiam retinens Clericum per
veſtes, ne iter ſuum progrediatur, incidit in
dict. can.ſi quis ſuadente, vt poſt Decian. An-
ton. Honded. Alex.Io.de Lignan. Dec.Socc.
Sayr. inquit Graſs. *effect. Cleric.* 9. *num.* 85.
Aduertendum tamen, quod ſi de facto fiat
tranſportatio cadaueris de vno loco ad alium
498 abſque Superioris licentia, nulla incurritur
pœna per textum expreſſum in *leg.*3. §.*Diuus*
Marcellus ff. de ſepulchro viol. ibi — *Diuus ta-*
men Marcellus reſcripſit, nullam pœnam meruiſ-
ſe eos, qui corpus defuncti in itinere per vicos,
aut oppida tranſuexerunt: quamuis talia fieri,
ſine permiſſu eorum, quibus permittendi ius eſt,
non debeant: & hunc textum ad hoc referunt
Lara *de capellanijs lib.*1. *cap.*25. *& per tot. &*
*præſertim num.*35.& Carolus Maranta *reſp.*18.
*num.*95. *part.*5. & propterea multum poſt hæc
499 ſcripta cum N.N. de Bononia recurſum ha-
buiſſet ad Tribunal A.C. cuius eram Locum-
tenens in criminalibus ob proceſſum fabri-
catum contra ipſum in Curia Archiepiſcopa-
li dictæ Ciuitatis ex eo, quia clandeſtinè, &
de nocte cadauer eius nouercæ in capſa inclu-
ſum tranſportaſſet ſuper curru ad Caſtrum
Butrij, & in ſepulchro maiorum eiuſdem ſe-
pelliri feciſſet eumdem N. N. *de anno* 1688.
de voto Congregationis abſolui, quia licet
non debuiſſet hoc agere abſque licentia, nihi-
lominus pœnam non merebatur, iuxta diſpo-
ſitionem *dict.text.in* §.*Diuus Marcellus*, eoq;
minus, quia ipſe N. N. erat Parochus eiuſ-
dem Parochiæ, in qua dicta eius nouerca
mortua fuit, & ſic nulli prorſus obfuit talis
tranſportatio. Viden. Maranta *loco citato*,
500 qui ad oſtendendum exactionem monetæ
pro licentia tranſportandi cadauer nullate-
nus poſſe cohoneſtari, ait non ſubſtineri ra-
tione adminiſtrationis Sacramentorum, cum
non adminiſtrentur: non ratione ſepulturæ,
cum non detur: non ratione territorij, quia
Clerici territorium non habent, non demum
ratione alicuius prohibitionis cum nulla ex
legibus prohibitio data appareat.

De occultatione cadaueris facta ad finem
501 puta, vt quis poſſet interim mittere ad im-
petrandum beneficium, quod mortuus habe-
bat, vel vt admittatur reſignatio facta, quæ
non debet admitti niſi elapſo tot dierum ſpa-
tio, vel ad alium finem his ſimilē agit Rebuff.
*Conſtit.Galliæ t.*2.*tit.ne beneficiatorum cadauera*
*cuſtodiantur per tot.*quem retuli ſupra *n.*471.

Poteſt hic agi de quæſtione, an ſcilicet,
502 Pompa funeralis tàm in tranſportando ca-
dauer defuncti ad Eccleſiam cum magno ap-
paratu, & multitudine intorſtitiorum cereo-
rum, quàm in efformando catafalchum, ſeu
mauſoleum tendat in ſuffragium Animæ de-
functi? ſed ne longior ſim remitto me ad
Martinum Naurath qui latè agit de hac quę-
ſtione in *tract.de vita, & morte hominis*.

Non ommittam tamen recenſere contingi-
bilem quæſtionem, quam ponit Iul. Ferrettus
in tractat.varietatum inter ius ciuile, & longo-
bardum rub. de ſepulchro violato num. 3. an
503 ſcilicet ſtendardi, cerei, & equi bardati,

Digitized by Google

quibus ſolent aſſociari ad ſepulturam Equi-
tes, & ſtrenui milites, cedant, & debeantur.
Religioſis, & Eccleſiæ, vbi ſepellitur cada-
uer? & affirmatiuè reſpondet *ibidem*, ex do-
ctrina Bald. in *leg. 1. §. ſed, & qui Cod. de
latina libert. tollen.* & ait adhoc facere notata
per Io. de Imola in *cap. fin. extra de reb. Eccleſ.
non alien.*

Quæro primò, an diſpoſitio bannimento-
rum habeat locum contrà Officialem, qui le-
uat, ſeù leuare facit cadauer, quod fuit an-
teà leuatum, & aſportatum ab eius Territo-
504 rio? Dic, quod non ob duas rationes, pri-
mò, quia bannimenta loquuntur de priuatis,
& ſic non debent extendi ad Officiales, &
perſonas publicas, cum de perſona ad perſo-
nam extendi non debeant vulg. Iuribus. Se-
505 cundò, quia habent locum contra eum,
qui prima vice mouit, iuxta text. in *leg. boues
§. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignific.*

Quæro Secundò, an Officialis Territorij,
à quo fuit aſportatum cadauer in aliud Ter-
ritorium, ibique ſepultum, poſſit inſtare pro
reportatione, & reſtitutione cadaueris? Dic,
506 quod non, vt euitetur vexatio corporis ho-
minis mortui, vt ex Medices, & Aſinio in-
quit Baron. *de corpore tit. de corpore, eiuſque
partibus num. 243. part. 1. & num. 214. part. 2.*
& ex Innoc. Fælin. Decian. Gramm. inquit
Martinus Naurath *de vita, & morte homin.
theorem. 99. circa finem*, qui ait, quod illo
507 caſu ad reparandum præiudicium ſufficiunt
litteræ renerſoriales illius Officialis, qui ca-
dauer leuauit, & ſepelliuit, & confert adhoc
deciſio Rotæ coram Bichio *deciſ. 439.* qua
508 firmatur, non eſſe exhumandum cadauer
ad purgationem attentatorum quam refert,
509 & ſequitur D. Sabell. *in ſumma §. cadauer. num.
12.* Aduertendum tamen, quod cum huiuſ-
modi litteris reuerſorialibus debet remitti in-
ſtrumentum, ſeu examen factum ſuper viſita-
tione cadaueris, & adnotatione vulnerum, vt
reſolutum apud eum teſtatur Gerh. Felman. *de
inſpectione cadaueris diſp. 2. cap. 11. n. 5.* qui citat
Petrum Friderum Mind. *lib. 1. proceſſ. ex Ca-
mera extrah. cap 36. num. 15.*

Quæro tertiò, an Officialis, qui leuauit,
ſi non in pœnam bannimentorum, ſaltem in
aliquam pœnam de Iure communi incurrat?
reſpondeas affirmatiuè per ea, quæ dixi *hoc
510 tit. §. 1. num. 23. & ſeqq.* non tamen tenetur
de turbatiua, ſed ſolum de temeritate, vt in-
quiunt Carol. Tapia in *Conſtit. Regni diſcor-
dias*, & Proſper Petra ad Gram. *deciſ. 61. nu.
3.* qui ait, quod talis temeritas leuiter puni-
tur, & ſecundùm Honded. *conſ. 100. num. 79.
vol. 2.* quandoque impunita dimittitur; & ita
reſolutum apud eum teſtatur Feltman. *dicto
cap. 11. num. 5.*

Quæro quarto, fuit ſuprà dictum, quod,
nè vexentur corpora hominum mortuorum,
non debet cadauer ſepultum exhumari, quid
511 ſi de facto exhumetur? Dic, quod ſi
fiat de ordine Superioris, non debet puniri,
nec repræhendi per text. in *leg. Prætor, aut §.
diuus ff. de ſepulchr. violat.* Farinac. *quæſt. 20.
num. 172.* Naurath *de vita, & morte hominis
theorem. 98.* & de hoc ponunt exemplum Me-
noch. *de arbitr. caſ. 387. num. 23.* Farin. *loc.
citat. num. 125.* & Naurath. *dicta Theoremat.
98.*

Si fiat ex curioſitate, vt faciunt illi, qui
512 reſerant ſepulchra Maiorum, vel Virorum
inſignium, & nec debet puniri ſed ex exem-
513 plis Xerſis, Darij, Alexandri, Ciceronis,
Octonis Tertij, Caroli Quinti, ſemper malè
cedere, probant Naurath *loc. cit.* & Solorzan.
de Iure Indiar. part. 2. lib. 5. cap. 1. num. 39.

Si fiat ad euitandam confuſionem, & po-
514 puli concurſum vota appendentis ſepulchro
ob ſanctitatem nondùm ab Eccleſia, & Pon-
tifice declaratam, non debet puniri, & nec
repræhendi, imò debet de neceſſe fieri, ex Bul-
515 la S. M. Vrbani VIII. de qua Contilorus *de
canonizzat. Sanctor. cap. 22. num. 7.* & Pigna-
tell. *can. conſult. 502. per tot.* at cùm magna
circumſpectione, nè Populus tumultuet, vt
516 euenit in amotione Arcæ, qua continebau-
tur oſſa Conſtantini Magni, vt refert Naurath
loc. cit. theor. 96.

Si tandem fiat ad ſpoliandum cadauer ve-
517 ſtibus, & alijs rebus prætioſis, debet pœna
capitis puniri, ſi fiat cùm armis, & arbitrariè
ſi ſine armis, vt ex Farin. Iodoch. Beluiſu,
Menoch. Decian. & alijs inquit Naurath *loc.
cit. theor. 97.*

518 Aduertendum, quod eſt differentia inter
ſpoliare ſepultum, & ſpoliare cadauer non-
dum humi traditum. Secundò enim caſu nec
capite, & nec relegatione, & nec fuſtigatio-
ne, ſed alia pœna mitiori, puta carcere, pu-
niri debet ſecundùm Farin. *d. qu. 20. nu. 119.* &
Naurath *theor. 98.*

Quæro quintò, quid dicendum de eo, qui
non ſpoliat, ſed ſepulchrum vaſtat extrahen-
do plumbum, ſaxa, & huiuſmodi? Dic, quod
519 intrat pœna pecuniaria, & reſtitutionis re-
rum furatarum, ſeu prætij, vt per text. in
*leg. Prætor ait, ff de ſepulch. violat. & leg. qui
ſepulchra Cod. eodem tit.* firmat poſt alios Fa-
rin. *dict. quæſt. 20. num. 120. verſ. ſi verò liberi
homines*, & ſequitur Naurath *theor. 99. verſ.
vlteriùs quæritur*. Et quamuis Menoch. *de
520 arbitr. caſ. 387. num. 15.* teneat, pœnam eſ-
ſe debere corporalem, & quidem grauem,
iuxta tex. in *leg fin. ff. de ſepulchr. violat.* tamen
521 contrarium verius eſſe dicit idem Menoch.
de recuper. poſſeſſ. remed. 9. num. 357. quem
ſequuntur Farin. *quæſt. 20. num. 120. & in
additione ad dicta quæſt. 20. impreſſa poſt 3. lib.
conſil.* eiuſdem Farin. Bonifac. *de furt. § alie-
næ rei numer. 28. verſ. ſi quis ergo ſtatuam*, &
Naurath *dict. theor. 99.* dummodò tamen
hac occaſione corpora ipſa mortuorum, ſeù
oſſa non extraxerit, quia, hoc ſequuto, pœ-
na corporalis intraret iuxta aduertentiam

Fa-

Digitized by Google

Farin. *dict. quæſt.* 20. *num.* 120. plùs enim de-
liquit, qui defunctorum corpora, & cadaue-
ra moleſtia afficit, quàm qui tumulum demo-
litur, vt proſequitur Farinac. *ibidem*. Et hæc
iura adduxi ego tempore, quo eram Procu-
rator Pauperum in Vrbe, ad fauorem Ema-
nuelis de Mercis, & Caroli Antonij Quæſto-
ris, qui in Tribunali Em. Vicarij erant proceſ-
ſati, & confeſſi de ſubtractione capſæ plum-
beę è ſepulchro D. D. de Raymundis in expur-
gatione ſepulchrorum, quam ipſi fecerant in
Eccleſia S. Petri in Monteaureo, placet nihilo-
minus opinio Menoch. *dict. caſ.* 387. *num.* 15.
522 caſu, quo ſaxa, & plumbum eſſent valoris
conſiderabilis, quia ſi prò furto ſimplici in-
trat pœna corporalis, vt dixi in *Capitulo de*
furtis, multò magis debet imponi in furtò
commiſſo cum circumſtantijs violationis ſe-
pulchri, & Eccleſiæ.

Quæro ſextò, quid ſi non ſpoliant cadauer,
ſed illud violant, vulnerando, vel brachium,
ſeu caput abſcindendo? tractant de hac quæ-
ſtione Bald. in *leg. ſororem Cod. de his, qui vt*
indign. num. 3. *& in leg.* 1. *Cod. de his, qui accuſ.*
non poſſ. num. 15. Boer. *deciſ.* 316. *num.* 10. Fa-
rin. *quæſt.* 105. *num.* 86. & Naurath *de vita, &*
morte hominis theor. 99. Baron. *de corpore tit. de*
corpore, eiuſq; partibus n. 248. *p.* 1. & omnes vna-
523 nimitèr concludunt, nec de vulnere, & nec de
homicidio, ſed tantùm de iniuria teneri; fit
524 enim iniuria, licet abuſiuè, etiam mortuis,
ad tex. *in l.* 1. *ff. de his, quib. vt indign.* gloſ. in
d. l. ſororem, & eſt text. *in l.* 1. §. *& ſi fortè ff. de*
iniur. Farinac. *loc. cit. num.* 85. Abauo *practica*
crim. §. *iniuria num.* 43. Naurath *d. theorem.* 99.
qui reprobat Baldum contrarium dicentem
in l. ex hoc iure ff. de legib. num. 24. & dicit Ma-
iolus *de irregular. lib.* 5. *cap.* 48. §. 6. *numer.* 8. *&*
525 *cap.* 5. *num.* 8. quod ſi quis mortuum per in-
dignationem, & mortui ignominiam, mutila-
uerit, incurrit irregularitatem, non quidem
ob ipſam mutilationem, ſed ob ſcandalum,
& horribilitatem, & perpendit ad hoc text. in
extrauag. Boniſac. VIII. deteſtandæ feritatis de
ſepult. & Nouar. *dec.* 145. infert ex hoc, quod
526 mutilans mortuo brachium, & pedem intùs
Eccleſiam non debet gaudere immunitate
Eccleſiaſtica etiam in terminis Bullæ S. Mem.
Gregorij XIV. ſequitur Baron. *loc. citat. num.*
254. *part.* 1. Sed hanc concluſionem non ad-
mitteret P. Graſſett. *de nece prodit.* ex addu-
ctis per eum in *addit. ad* §. 20. *n.* 71. *ſeqq.* quem
527 vide, & ideo cum de anno 1670. R. Petrus
Antonius Boccardus ex odio alapam impe-
giſſet Cadaueri Reuerendiſſimi Moncalui E-
piſcopi Guardiæ fuit decretatum per Sacram
Congregationem Epiſcp. & Regular. *ſub die*
27. *Iunij eiuſdem anni* 1670. me referente,
quod condemnaretur in pœnam exilij pro
tempore arbitrio dictę Sacr. Congregat. ſub
pœna relegationis in caſu controuentionis, &
fuit decretata talis pœna ob defectum plenæ
probationis, & ob ætatem ſexagenariam
ipſius Boccardi.

Quæro ſeptimò, an offendens Sacerdotem
mortuum incurrat *in can. ſi quis ſuadente Dia-*
528 *bolo?* pro negatiua facit tex. in *cap. licitis* 32
529 *q.* 7. pro affirmatiua verò ſtant Fælin. in
cap. à nobis il ſecondo n. 4. *de ſent. excom.* Ricc.
de Iure perſon. lib. 4. *cap.* 60. *n.* 9. Belleɫ. *diſq.*
Cleric. p. 1. *tit. de fauore Cleric.* §. 1. *n.* 12. Nouar.
d. dec. 145. *n.* 7. Tolet. Tuſch. Sperell. Pace Ior-
dan. loc. relatis à D. Sabello in *ſumma* §. *cada-*
uer n. 9. Sed S. Congr. in ſupradicto caſu, me
530 referente, cenſuit non intrare excommunica-
tionem, & hanc opinionem pluribus relatis
Doctoribus valde probabilem aſſerit Diana
p. 9. *tract.* 4. *reſol.* 39. & cum hac reſidet D. Sa-
bell. *loc. cit.* Vide Carol. Ant. de Luca ad Vin-
cen. de Franch. *deciſ.* 418. *in fine*.

Quæro octauo, vt redeam ad materiam
bannimentorum, an eorumdem banni-
mentorum diſpoſitio procedat ſi propin-
qui tollant cadauer, ſeu bona penes
illud extantia accipiant antequam ca-
531 dauer ſit inſpectum à Curia? Dic, quod
dùm generaliter loquuntur, generaliter de-
bent intelligi *vulgatis iuribus*: dummodo tamē
cadauer ſit ſcelere interēptum, nam ſi defun-
ctus caſu in aqua, vel ſuo fato ſubito perijſſet,
& hoc apertè conſtaret, puta, quia in mul-
torum hominum conſpectu mors præfatu
contigiſſet, licitum eſſe propinquis cadauer
ſtatim tollere, & bona accipere, quippe cùm
tunc ratio ceſſet prohibitionis, vt ex Vulteio
conſ. 4. aduertit Feltman. *de cadauere inſpicien-*
do diſp. 2. *c.* 14. *n.* 3. & ita ſeruari ait *ibid. n.* 4. me-
lius tamen facient conſanguinei ſi Iudicis li-
centiam obtineant, ad euitandam moleſtiam,
quæ eis de facto poſſet inferri.

Cap. XXXII. §. VI.

E douranno gli ſteſſi Maſſari, Meſtrali oſſeruare, quanto è diſpoſto circa quelli, che portaſſero armi sù le feſte de balli come al Cap. 24. & 25. ſotto le pene iui impoſte.

Et fare condurre prigioni, ò almeno denonciare i ſudditi otioſi, e foraſtieri vagabondi, & i Cingari ſotto pena di ſcudi 25. e trè tratti di corda, e come al Cap. 26.

Iſte §. erit omni vacuus obſeruatione, quia eius diſpoſitioni pro viribus meis quantum ſufficit ſimplici obſeruationi ſatisfeci ſuis locis, & non repeto hic nè tędioſus fiam.

CAP. XXXIII.

Digitized by Google

CAPITVLVM XXXIII.

RVBRICA.

Contro Banditi, & altri delinquenti, e della loro perſecutione, e pena de' Ricettatori, fautori, & altri ſimili.

In duobus præcedentibus capitulis actum eſt de denunciatione delictorum: nunc agitur de ipſis delinquentibus, & ſic benè, & ordinatè Legiſlator proceſſit in horum bannimentorum compoſitione, adeòvt ſicut diſpoſitio, ità & ordinatio veniat commendanda, cùm non minoris ingenij ſit ipſa ordinatio, imò ſecundùm Apoſtolum *Epiſt. 3. ad Romanos* quę à Deo ſunt, ordinata ſunt.

§. I. & II.

E per prouedere à gl'inconuenienti, che naſcono dalla tolleranza de' banditi, ſua Signoria Illuſtriſſima dichiara, che tutti li banditi condannati in pena della morte etiamdio in contumacia, ſiano, e s'intendano perpetuamente priui di poter far contratto, ò vltima volontà di qual ſi ſia ſorte, e di poter ſuccedere ab inteſtato, ò per qualſiuoglia vltima volontà, e ſimilmente priui d'ogni atto legittimo, e di tutti li priuilegij, honori, dignità, commodi, & officij, nè poſſano eſſere vditi per procuratore, ò per altri in giuditio, mentre non ſiano conſtituiti nelle carceri. E ſi permette, che tali banniti poſſano eſſere vcciſi, & offeſi da qualſiuoglia perſona ſenza incorſo di alcuna pena.

§. 2. E le predette coſe, haueranno luogo, e ſortiranno il ſuo effetto, ſe bene il bando non ſarà incamerato, purche ſia data la ſentenza, e ſottoſcritta dal Giudice, & publicata mediante l'affiſſione della cedola della ſentenza à canto alla porta delle notarie del Torrone.

SVMMARIVM.

1 *Bannum eſt vocabulum barbarum.*
2 *De tali vocabulo nulla ſit mentio in Pandectis.*
3 *Sed in pluribus locis Codicis, Authenticorum, & Canonum expreſſum reperitur.*
4 *Banni ethymologia. num. 7.*
5 *Banniti dicuntur à banno, quod eſt ſignum militare vulgo* bandiera.
6 *Banniti dicuntur ex eo, quia contra eos ſicut contra hoſtes banderia ſigno illo militari vti debemus.*
8 *Bannum idem eſt, ac proſcriptio.*
9 *Banniti ſunt illi, qui de crimine imputati vocati ad ſe exculpandum nolunt comparere in iudicio, & permittunt ſe banniri, & condemnari in contumacia.*
10 *Curandum eſt parum de vocabulis, quando conſtat de ſenſu.*
11 *Nemo antiquitus poterat abſens condemnari.*
Afferuntur duæ rationes. 13.
12 *Niſi tamen poſt litem conteſtatam aufugiſſet.*
Contrarium hodie ob hominum malitiam eſt introductum 17.
Per totum orbem. 18.
Nemo ex ſuſpicionibus debent damnari.
14 *Satius eſt impunitum relinqui facinus nocentis quam innocentem damnari.*
15 *Probationes plenæ, & certæ haberi non poſſunt niſi vtriuſque partis rationibus auditis.*
16 *Sententia ex non executione redditur fruſtratoria.*
19 *Reipublicæ vtile eſt ſi delicta non remaneant impunita.*
20 *Contumax habetur pro confeſſo vigore ſtatutorum, quæ vigent in tota Italia.*

Et

Digitized by Google

21 *Et in ſtatu Eccleſiaſtico vigore Conſtitutionis Marchiæ habetur pro verè, & legitimè confeſſa.*

22 *Sententia lata in contumaciam non eſt totaliter fruſtratoria, quia habet quandam executionem ex licentia, quæ omnibus datur bannitos occidendi.*

23 *Inditia legitima requiruntur ad condemnandum Reum in contumacia tamquam confeſſum.*

24 *Inditia legitima ſunt ea, quæ leniora ſunt ijs, quæ ſufficiunt ad torturam.*

25 *Inditia ad torturam, quæ ſint arbitrio Iudicis ſtabilitur.*

26 *Sed* Farinac. *dat certas regulas.*

27 *Alias regulas dat Cutellus.*

28 *Ad tormentum vigiliæ plura requiruntur inditia vrgentiſſima.*

29 *Ad tormentum funis, ſeu cordæ, & omnem aliam torturam ordinariam vnum indicium proximum, & reſpectiuè duo remota ſufficiunt n. 31.*

30 *Autor autem vno ſolo inditio abſque adminiculo non acquieuit in praxi nu. 32.*

33 *Modus procedendi contra contumaces non eſt vniformis vbique, ſed quæuis Prouincia vtitur ſuo ſtylo.*

Referuntur plures ſtyli ibidem.

34 *Formula, quæ ſeruatur in Turrono ad condemnandum contumaces.*

35 *Bannitus iuxta ſtylum loci dicitur ritè, & rectè-bannitus.*

36 *Et poteſt impunè occidi.*

37 *Occidens bannitum eſt impunitus etiam ſi poſſit ſententiæ dari aliqua exceptio.*

38 *Banniti in pœnam vltimi ſupplicij, an poſſint contrahere, & ex contractu ſe obligare remiſſiuè.*

39 *Banniti in pœnam vltimi ſupplicij, an habeant teſtamenti factionem. 46.*

40 *Banniti in pœnam vltimi hodie in confortaria de conſuetudine faciunt teſtamentum.*

41 *Fallit in hæreticis, & Reis læſæ maieſtatis, & ſecundum aliquos etiam in ſodomitis.*

42 *Et talis conſuetudo introducta eſt ex tacita permiſſione Principis.*

43 *Teſtamentum factum à bannito durante banno, an conualeſcat ſi bannitus reſtituatur in priſtinum.*

44 *Banniti in loco, in quo non poſſunt ex ſtatuto facere teſtamentum, ſi faciant teſtamentum in loco in quo banniti habent teſtamenti factionem, an valeat quoad bona poſſeſſa in ipſo loco teſtamenti.*

45 *Statuta quando iungi poſſint ad effectum, vt vnum ſuppleat defectum alterius. 48.*

47 *Cautela pro bannitis ad validè teſtandum.*

49 *Banniti in pœnam vltimi ſupplicij priuati ſunt iure faciendi actus legitimos.*

50 *Actus legitimi quinam ſint.*

51 *Banniti in pœnam vltimi ſupplicij retinent ea, quæ ſunt iuris naturalis, & Iuris Gentium.*

52 *Teſtamenti inuentio eſt de iure gentium, licet, approbatio ſit de iure ciuili.*

53 *Sed hæc opinio eſt controuerſa.*

54 *Banniti in pœnam vltimi ſupplicij habent ius accuſandi Vxores de adulterio.*

55 *Dant conſenſum alienationi rerum feudalium, & emphyteoticarum.*

56 *Retinent ius petendi, & habendi alimenta ab his, à quibus antè bannum de iure habebant.*

57 *Poſſunt contrahere matrimonium.*

58 *Excommunicatus poteſt validè matrimonium contrahere.*

59 *Bannitis nihil prodeſt retinere ea quæ ſunt iuris Gentium, ſi in iudicio non debent audiri.*

60 *Contumaces non audiuntur per Procuratorem in criminibus, pro quibus imponitur pœna corporis afflictiua.*

61 *Banniti in pœnam vltimi ſupplicij nec in ciuilibus audiuntur in iudicio.*

62 *Et actus ſunt nulli quatenus de facto audiantur.*

63 *Poſſunt tamen conueniri.*

64 *Etiam pro contractibus factis tempore banni.*

65 *Dicuntur hoſtes publici.*

66 *Poſſunt impunè occidi.*

Etiam proditoriè, & per aſſaſſinium. 70.

Contrarium num. 71.

Defenditur prima opinio per plures rationes, num. 72.

Præſertim, quia vbicumque ſint debent timere ne occidantur d. n. 72. & 149.

67 *Occiſores bannitorum non peccant.*

68 *Si bono Zela occidant.*

69 *Quicquid dicant aliqui Doctores.*

73 *Impoſſibilitas ad præcauendum eſt qualitas conſtitutiua proditorij, & aſſaſſinij.*

74 *Aſſaſſinij requiſitum inter alia requiſita eſt, vt occiſus non habeat occaſionem præcauendi.*

75 *Banniti poſſunt occidi etiam extra territorium bannientis. 142.*

76 *Contrarium remiſſiuè.*

77 *Occiſio banniti extra territorium dicitur iniuſta, ſed non poteſt dici proditoria.*

Præſertim verò, vt accidens poſſit gaudere Eccleſiaſtica immunitate. 86. & 148.

78 *Banniti confugientes in alienam Prouinciam retinentur more, non iure.*

79 *Aliàs ſi iure retinerentur, potirentur iure proprio, & iniuſtiſſimè remitterentur ad locum delicti.*

80 *Banniti in alienam Prouinciam confugientes poſſunt carcerari, & iure ſuadente naturali remittuntur. 83.*

81 *Bellum poteſt indici ei, qui delinquentem remittere renuit.*

82 *Et dantur exempla indicti Belli.*

84 *Occidentes bannitos extra territorium non poſſunt moleſtari in territorio, in quo illi erant banniti, & in loco occiſionis tenentur tantum de temeritate ob violationem territorij.*

85 *Vindicta priuata interdicta eſt, vbi publica vigent iudicia.*

87 *Proditorium ad effectum, vt homicida priuetur immunitate Eccleſiaſtica debet eſſe in vera, & propria, & ſtricta ſpecie proditorij.*

Ducens

Digitized by Google

88 *Ducens per inſidias , & malis artibus hominem ad locum ad effectum, vt ibi ab aliquo occidatur, & effectu occidetur non priuatur immunitate Eccleſiaſtica.*

89 *Nam Bulla requirit operationem phyſicam , & non moralem.*

Contrarium num. 93.

Sed prima opinio ſuſtinetur. 94. & ſeqq.

Et procedit hæc opinio etiam ad fauorem mandantis. 99.

Etiam ad fauorem mediatoris. 101.

90 *Bulla* Gregorij XIV. *ſuper immunitate non eſt extendenda.*

91 *Aliud eſt dare cauſam homicidio, aliud eſt occidere.*

92 *Immunitati Eccleſiaſticæ in dubio fauendum. num. 98.*

95 *Qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur.*

96 *Sed eſt hoc verum interpretatiuè.*

97 *Verba* Conſtitutionis *directa in perſonam, non comprahendunt mandantem, ſecus ſi directa ſint in rem.*

Aſſaſſinium non cadit vbi Superiores ob iuſtitiam mediante præmio faciunt aliquem occidere. 100.

Et hoc procedit, etiam fauore mandatarij, & mediatoris. 107.

101 *Non eſt inconueniens, vt ad ea, quæ licitè fiunt, homines propoſitis præmijs alliciantur.*

103 *Mandans Titio, vt mandet* Caio*, quod occidat Sempronium, ſecundus non eſt mandans, ſed nuncius. 106.*

104 *Mandans Titio, vt occidat Sempronium, ſi Titius hoc mandet Coio, ſunt ambo mandantes.*

105 *Mandatum ad occidendum non datur niſi hominibus perditis, & infimæ ſortis.*

108 *Aſſaſſinium improprium eſt, quando occiſo auferuntur bona, & non attenditur ad priuandum Reum immunitate Eccleſiaſtica.*

109 *Hoſpitale non habens requiſita neceſſaria ad conſtituendum locum ſacrum, non gaudet prærogatiuis Eccleſiæ.*

110 *Bulla Gregoriana loquens de occidente in Eccleſia, vel Cæmeterio non habet locum in occidente in alio loco præter expreſſos.*

111 *Mandans extra locum ſacrum, vt quis occidatur in loco ſacro, non priuatur etiam ſequuto homicidio immunitate Eccleſiaſtica.*

112 *Paria ſunt in criminalibus non eſſe, & non probari.*

113 *Confeſſiones Reorum non ſunt habendæ pro exploratis facinoribus ad effectum habendi eos pro delinquentibus pro vt ſe ipſos faciunt, niſi aliunde comprobentur.*

114 *Iudices debent inueſtigare omnes circumſtantias, & qualitates delicti confeſſati.*

115 *Inimicitia tamquam, quid facti debet probari.*

116 *Mandatum ad occidendum debet neceſſariò probari.*

117 *Relatio eſt probanda inter mandantem, & mandatarium.*

118 *Delinquere ſine cauſa nemo præſumitur.*

119 *Non conſtito de mandato, tractatu de occidendo, aut relatione inter mandantem, & mandatarium non poteſt procedi contra illum, qui dicitur tractaſſe.*

120 *Socij criminis ſunt inhabiles ad probandum, & ad faciendum inditium.*

121 *Maximè ſi habeant impunitatem.*

122 *Et eo fortiùs ſi ſint inducti ad accipiendam impunitatem ab* Inimicis *inculpati, nam cenſentur ſubornati.*

Etiamſi ſint plures, ſi plures patiantur exceptiones. 137.

123 *Tentans ſubornare vnum cenſetur ſubornaſſe alium.*

124 *Teſtis vilis non meretur fidem.*

125 *Teſtis varius ſibi ipſi, & alijs nullam meretur fidem.*

126 *Teſtis inimicus in totum repellitur.*

127 *Tractatus de occidendo non ſolet fieri niſi cum perſonis, cum quibus intercedit familiaritas, & intrinſicitas.*

128 *Teſti deponenti inueriſimilia tamquam ſuſpecto de falſo nulla fides habenda.*

129 *Periurus repellitur à teſtificando.*

130 Criminoſus *repellitur à teſtificando.*

131 *Socij criminis plures patientes exceptiones nullum inditium conſtituunt.*

132 Tortura *non plures, ſed vnum purgat defectum.*

133 *Non entis nulla ſunt qualitates.*

134 *Adminicula non ſunt ea, quæ indigent adminiculari.*

135 *Adminicula non ſuffragantur ſi non præcedat aliquis gradus probationis, cui coniungi poſſint.*

136 *Familiaritas, conuerſatio, retentio delinquentis facta domi non infert ad delictum.*

137 *Delicti excepti plena probatio requiritur adhoc, vt confugiens ad Eccleſiam poſſit conſignari.*

138 *Vel ſaltem requiruntur inditia ad torturam.*

139 *Socij criminis, ſi ſint quatuor, ſufficiunt ad torturam, dummodo non patiantur alium defectum.*

140 *Nam ſi alios patiantur defectus, nec ad inquirendum faciunt inditium.*

141 *Treſdecim teſtes ob ſolam inueriſimilitudinem fuerunt reiecti à Rota.*

143 *Bannitus poteſt etiam proditoriè occidi.*

144 *Et etiam per aſſaſſinium.*

145 *Bannitorum occiſores non poſſunt accuſari de homicidio, quia faciunt lege permittente.*

146 *Bannitus pro delicto qualificato poteſt impunè occidi extra territorium bannientis.*

147 *Immunitate Eccleſiaſtica non poteſt priuari Reus, quando delictum eſt impunibile, vel eſt excuſabile ita, vt non ſit locus pænæ ordinariæ.*

149 *Banniti in quocumque loco ſint debent timere ne occidantur.*

Banni-

Digitized by Google

150 *Banniti poſſunt à quocumque Sacerdote, & etiam in caſibus reſeruatis abſolui ratione periculi, in quo reperiuntur.*

151 *Bannitus non poteſt eſſe tutus, & non timere, ex quo eſt extra territorium bannientis, nam quocumque loco ſit debet timere ne occidatur, & hoc procedit ſiue bannitus ſit pro homicidio, ſiue pro quouis alio crimine per legem Diuinam pœna mortis prohibito.*

152 *Cauſa minuens pœnam facit, vt delictum non ſit de exceptis, quamuis aliàs de iure ſit de exceptis.*

153 *Vxor eximens maritum à manibus Curiæ non priuatur ſuo foro, quamuis eximitio ſit delictum ex conſtitutione particulari alicuius fori priuatiuè, nam amor minuit pœnam.*

154 *Idem dicendum de patre, & filio.*

155 *Contrarium, quia cauſa excuſans minuens pœnam non mutat ſpeciem delicti.*

156 *Banniti poſſunt impunè occidi, etiam quando poſſunt viui duci ad Curiam.*

157 *Affertur ratio.*

158 *Explicatur doctrina Mutæ, & aliorum dicentium contrarium, vt procedat quando banniti ſunt iam in fortijs Curiæ.*

Improbatur talis occiſio à D. Orilia decem motiuis. 161.

Sed praxis eſt, quod poſſint banniti occidi. ibid.

Exceptuantur tres caſus. 162.

159 *Banniti, quando ſunt in poſſe Curiæ ſunt ſub protectione Principis, & non poſſunt offendi.*

160 *Dummodo non ſint in caſu fugæ euidentis.*

163 *Filius occidens Patrem bannitum, & è contra, ſiuè Vxor occidens maritum bannitum, & è contra, non debet eſſe impunitus.*

164 *Contrarium.*

165 *Occidens bannitum tolleratum debet puniri.*

166 *Tollerantia præſtat ſecuritatem bannito.*

167 *Sed ad talem effectum debet habere tres conditiones, quæ referuntur.*

168 *Occidens bannitum extractum ab Eccleſia debet puniri, & qua pœna.*

169 *Bannitus, an poſſit occidi impunè in Eccleſia.*

Banniti in pœnam vitæ gaudent immunitate Eccleſiæ. 72. *Verſ.* & hac occaſione.

Si delictum non ſit exceptuatum in Bulla Gregorij XIV. *ibidem.*

Occidentes bannitum in Eccleſia, & etiam Officialis id mandans incidit in excommunicationem Conſtitutionis Gregorij XIV. 72. verſ. & ex ipſo Diana.

170 *Occidens bannitum in Eccleſia poteſt excommunicari non propter homicidium, ſed propter violationem Eccleſiæ.*

171 *Et non poteſt abſolui niſi impetrata remiſſione à parte offenſa.*

172 *Explicatur hoc.*

173 *Bannitus an poſſit reſiſtere ijs, qui eum aggrediuntur ad occidendum, & poſſit ſe defendere remiſſiuè.*

174 *Quid releuet, hæc quæſtio habetur remiſſiuè.*

175 *Incumeratio banni hodie non eſt in vſu.*

1 BANNVM, à quo ſecundùm Caſſaneum *conſuetud. Burgund. rub. 2. §. 1. verbo, qui
confiſque le corps num. 4. deriuat bannitus, eſt
vocabulum barbarum, vt inquit Petrus Binsfeldius *tit. de iniur. & damno dato cap. 7. in explicatione textus folio mihi 344.* & ex B ideo
firmat Gaill. *de pace publica lib. 2. cap. 1. num. 1.*
& Dominus Carolus Petra *ritu Mag. Cur. Vicar. 270. num. 14. tom. 3.* & nihilominùs, vt ſubdit Binsfeldius *loco citato*, eſt vulgare, & frequens in noſtra Italia, & etiam in Gallia,
2 & licet in libris *pandectarum* nulla *de nomine, & vocabulo banni*, reperiatur facta mentio,
vt ait Binsfeldius *ibidem, in Codice* tamen, &
in libro *Authentic. & feudor. & Canon.* pluri-
3 bus in locis de tali vocabulo fit mentio, nempè *auth. item nulla Cod. de Epiſcop. & Cleric. & auth. item quæcumque Cod. eodem tit. auth. gazaros. Cod. de hæretic. & in lib. feud. tit. hic finitur lex §. 1. & titul. de Statutis, & conſuetudinibus contra liber. Eccleſ. editis §. nos Fridericus: & in cap. Fœlicis de pœnis in 6. & in cap. cum in tua de ſponſal. & in cap. fin. qui matrim. accuſ. poſſ. & in cap. fin. de clandeſt. deſponſ.*

4 De Ethymologia huius vocabuli plura D.
Carolus Petra *dict. ritu 270. num. 14. & ſeqq.*
& plurima ante ſcripſit Andr. Gaill. *loc. cit. à num. 1. vſque ad num.* 20. ideò ad eos, & ad
Alberic. in *Dictionario verbo bannum*, Nellum
de S. Geminiano in *tract. de bannitis in 1. par. 2 tempor. quæſt. 3.* Alciat. *lib. 2. parergon. iuris c. 2.*
Lectorem curioſum remitto. Solum ex eiſdem,
& ex Mutio Surgenti ad Marc. Ant. eius fratrem in *tract. de Neapol. Illuſtrata cap. 21. n. 14. folio mihi 361.* referam, quod banniti, vt di-
5 xi, dicuntur, & denominantur à banno, quod
erat ſignum, quo Romani in bello vtebantur,
qua voce adhùc noſtri vtuntur, & banderam
id militare ſignum appellant; vndè banniti
6 dicuntur ex eo, quia contra eos, ſicut contra
hoſtes banderia, ſigno illo militari, vti debemus. At Laurent. Beyerlinch. *Theatr. Vitæ human. lit. B. verbo Bannum*, deducens Ethy-
7 mologiam huius vocabuli ex lingua Theutonica ait, bannum ſignificare idem, ac ana-
8 thema, ſeu proſcriptio, & proſcriptionem
ſignificare dicit etiam Binsfeld. *loco citato*,
ibi -- *latinè autem bannum dicitur proſcriptio, & bannire idem eſt, quod proſcribere*: quicquid
tamen ſit de hac ethymologia, certum eſt,
quod vt ait Carolus Tapia *de Iure Regni lib. 5 tit. 40. in rub. de bannitis, & forindicatis*, ban-
9 niti ſunt illi, qui de aliquo imputati crimine,
ad iudicium vocati, ſe defendere non curarunt, & potiùs in contumaciam ſe banniri,
& condemnari, quam coram Iudice ſiſtere,
ſuſtinuerunt: parum enim vocabula curanda
10 ſunt, quando de ſenſu conſtat, vt in hac facti
ſpecie per text. in *leg. Labeo §. ſed de his ff. de ſupellect. leg. & leg. 3. §. conditio ff. de adimend. vel transfer. leg.* inquit Binsf. *loco proximè cit.*

Digitized by Google

Antiquitùs in cauſis capitalibus, ne-
11 mo abſens poterat condemnari, vt per text.
in *ff. & Codice de requir. reis, & leg. abſentem,
Cod. de accuſat. & leg. abſentem ff. de pœnis, &
in cap. 2. & cap. abſente 3. quæſtion. 9.* aduertit
12 Carol. Tapia *loc. citat. num.* 1. niſi poſt litem
conteſtatam aufugiſſet, vt ex Ant. Matthæio
de criminibus lib. 48. ff. titul. de Inquiſitione 20.
cap. 2. num. 23. & Farinac. *quæſt. 11. num.* 1. in-
quit Laur. Matthæù *de Regim. Regni Valent.
par. 2. cap. 8. §. 7. num.* 1. quod dictum, quate-
nus imponatur pœna vltra relegationem,
non placet Azoni in *ſumma de requirendis Reis*
quem referunt gloſ. in *leg. abſentem verbo ad
relegationem ff. de pœnis*, & Bart. in *ead. l. ab-
ſentem num.* 1.

Et duæ rationes afferri poſſunt ad fundan-
dam harum legum ſanctionem; prima aſſi-
gnatur in *dicta leg. abſentem ff. de pœnis*, quia
13 nemo debet ex ſuſpicionibus damnari, ſatiùs
14 enim eſt impunitum relinqui facinus nocen-
tis, quam innocentem damnari: manifeſtæ
15 autem, ac plenę probationes haberi non
poſſunt, niſi vtriuſque partis rationibus per-
ceptis, & percipi non poſſunt, niſi Reus ſit
præſens, & audiatur, vt argumentatur Hen-
ric. Zobel. in *tract. de execut. in effigie theſ.* 29.
16 Secunda ratio eſt, quia ex non executione
ſententia redderetur fruſtratoria, quod lex
abhorret, vt per text. in *leg. ſi prætor. ff. de In-
dic.* ait Capiblanc. *de Baron. pragm. 5. num.* 83.
Sed hominum peſſimorum inualeſcente ma-
17 litia, introductum eſt, vt Reo non compa-
rente etiam in cauſis, & delictis capitalibus,
ſententia ferri poſſit, ita enim de vſu Italiæ
teſtantur Clarus *pract. crim. quæſt. 44. num. 3.*
Ferdin. Vaſquez *controu. illuſtr. lib. 5. cap. 17.
num. 4.* Brunuem. in *proceſſ. inquiſ. cap.* 8. *mem-
br. 6. num.* 26. De praxi Hiſpaniæ Clar. *ibidem*
Gomez *ad leges Tauri leg. 76. num.* 8. Vaſquez
loc. cit. De praxi, & ſtylo Galliæ, Boer. *deciſ.
63. num.* 8. De praxi, ac ſtylo Germaniæ Zoes.
ff. tit. de procurat. num. 5. in fine Vueſſembe. *ff.
tit. de Requ. vel abſ.* & Zobel. *loc. cit. theſi* 28.
qui tamen hoc non admittit in praxi execu-
tionis faciendæ in effigiem præterquam in
18 certis caſibus. Et de vniuerſali totius Mundi
praxi teſtatur Clar. *loc. cit.* dicens, quod Reus
per contumaciam abſens, ſecundum conſue-
tudinem totius mundi habetur pro confeſſo,
ac conuicto, & per conſequens poteſt dam-
nari ad mortem vſque, & Scipio Gentilis in
diſp. ad legem Clodi theſ. 61. quem refert Zo-
bel. *loc. cit. theſi* 25. ait antiquitùs fuiſſe hoc Ro-
mæ ſeruatum in cauſa Catilinæ, & ſubdit non
eſſe improbandum hunc morem, vt ſententia
in abſentem citatum feratur, & ſi capiatur ca-
pite mulctetur; Et huius praxis vtilitas ma-
19 gna eſt, nè delicta remaneant impunita, vt
proſequitur *ibidem* Tapia *numer.* 2. & innuit
etiam Matthæù *dict. §. 7. num.* 29.

Nec huic introductioni potuerunt refragari
d. duę rationes, quia ob culpā is, qui citatus nō
comparet, non auditur, & propter culpam
20 habetur pro confeſſo vigore ſtatutorum, quæ
vigent in tota Italia, vt dicit Farinac. *qu. 11.
num.* 3. ſubdens, quod vigore ſtatutorum;
& in ſtatu Eccleſiaſtico vigore Bullæ ſan. me.
Pauli Tertij, de qua in *Conſtitut. Marchiæ lib.*
21 4. *cap.* 10. contumaces habentur pro veris,
& legitimè confeſſis, & tamquam confeſſi
condemnantur, & idem ex generali conſuetu-
dine, & ex *Ægidiana Conſtitutione dict. lib. 4.
cap.* 10. quam ad Vrbem, & Statum Eccle-
ſiaſticum extendit Paulus Tertius, & *ex Con-
ſtitutione* 52. Pij IV. firmat etiam Spada *conſ.
crim. 65. num. 3. & 4.* & ſententia non valet
22 dici totaliter fruſtratoria, quia habet quan-
dam exequutionem, dum foriudicatos, &
bannitos impunè occidi datur omnibus facul-
tas, vt aduertit Capibl. *loc. cit.*

Eſt tamen verum, quod ſola contumacia
non poteſt hoc efficere, ſed requiruntur legi-
23 tima inditia ſuper delicto, pro quo Reus ci-
tatus non vult comparere Plot. *conſ. crim. di-
uerſ. 72. num. 16. vol. 2. in fol.* Afflict. *conſtitut.
pęnam eorum num.* 47. Clar. *quæſt. 44. verſ. quæ-
ro nunquid,* Farin. *quæſt. 11. nu.* 16. Flam. Char-
tar. *tract. capto bannito cap. fin. nu. 58. & ſeqq.
num. 81. & ſeqq. & num.* 139. Scaccia *de Iudic.
cap. 39. num. 1. & cap. 84. num. 6. & 7.* & Mat-
thæù *dict. cap. 8. §. 7. num. 5. & 6.*

Non conſtat tamen apud Doctores, quæ-
nam ſint, & dici poſſint legitima inditia,
cum more conſueto in varias ferantur ſenten-
24 tias, communis tamen practica eſt, quod
paulò leuiora, quàm ad torturam ſufficiunt,
vt ex Brun. Boſs. & alijs docet Farin. *qu. 11.
num. 70. circa med.*

Sed adhuc remanemus in incerto, quia
nec concordant Doctores in determinando,
25 quænam ſint inditia, quæ ſufficiant ad tor-
turam adeout Menoch. *de præſumpt. qu. 44.
lib. 1. & quæſt.* 89. dicat eſſe remiſſum in Iu-
dicis arbitrio ſtabilire, quæ, & qualia ea
ſint.

26 Sed Farinacius *quæſt. 36. num. 252. & per
tot. & quæſt. 37. nu.* 119. conatur dare certas
regulas, & cum eo pertranſit Leſſius *de Iuſt.
& Iure lib. 2. qu. 29. nu.* 149.

27 Cutellus verò *ad leges Siculas Martini con-
cord. 3. num.* 2. ait, quod apud eum in inditijs
indubitatis vno inditio: in dubitatis verò vno
propinquo, & duobus remotis vtuntur.

Hæc regula Cutelli non poteſt in ſtatu ſal-
tem Eccleſiaſtico indiſtinctè practicari, quia
28 ſi agatur de tormento Vigiliæ requiruntur de
indubitatis plura inditia, vt habetur in *Refor-
matione Tribunalium* ſan. mem. Pauli V. §. *de
indicibus crim. verſ. Tormento Vigiliæ* ibi - *vr-
gentiſsima præcedant inditia,* & ſic vnum ſolum
inditium non ſufficit; ſi agatur de tortura
29 ordinaria tunc vnum inditium propinquum
ſufficit, puta vnus teſtis de viſu ſufficit, vt
omnes Doctores firmant, quos refert Farin.
30 *locis citatis* (Sed ego ſemper requiſiui aliud
ſal-

Digitized by Google

ſaltem adminiculum , & eſt quodammodò impoſſibile , qnod in formatione proceſſus non acquiratur ex ore teſtium , vel Rei aliquid præter teſtem de viſu) duo verò inditia
31 remota ſuffiecere aiunt ijdemmet Doctores :
32 Sed ego ſemper volui habere ſaltem tria inditia remota : cauſam , verbi gratia, publicam vocem , & famam , & fugam ipſius Rei , ſeu aliud ſimile , & ita andio practicare Sacram Conſultam .

Modus autem procedendi contra eoſdem
33 ad ſententiam , non eſt vniformis vbique , ſed quælibet ferè Prouincia habet ſuum ſtylum particùlarem: de ſtylo Vrbis agit Farin. *quæſt.11. num.* 40. de ſtylo ſtatus Eccleſiaſtici diſponit Conſtitutio , vulgò nuncupata *la Barberina* , ſuper quam annotauit multa Dominus Zuffus *poſt eius tract.de legitim. proceſſus*: de ſtylo Regni Caſtellæ , & Regni Neapolitani agit copioſè Carleual. *de iudic. par.1. tit.1. diſp.2. quæſt.7. ſect.1. num. 752. 753. &* 754. Stylum Regni Valentiæ ponit Laurent. Matthæù *de Regim. Regni Valent. par. 2. cap.* 8. *§.7. num.19. & ſeq.* & ſtylum Ducatus Saxoniæ ponunt Vueſſembec , Hartman. Piſtor. Vultric. *locis relatis* à Carleual. *vbi ſupra numer.*755. & ſic in Ciuitate Peruſij , & in Romandiola , prout in hac Ciuitate Bononiæ , etiam ſingularis cuiuslibet loci ſtylus ſeruatur Farin. *quæſt.11. num.40. circ.finem,* & licet Farinac. *ibidem* dicat , quod in Turrono non exprimitur titulus delicti , ſed ſimpliciter dicitur *hæc eſt quædam inquiſitio, quæ fit &c. contra talem , & talem &c. ſuper eo , &c.* & hic relinquitur in albis abſque eo, quod in inquiſitione apponatur delictum , & illius ſucceſſus , ſed in ſententia omnia explicantur ; hodie tamen in aliquo eſt immutatus ſtylus à Farinac. relatus, nam in citatione ad reſpondendum inquiſitioni exprimitur titulus delicti , & formula eſt quæ ſequitur .

In Nomine Domini Amen .

34 *Hæc eſt quædam Inquiſitio , ſiue titulus Inquiſitionis , quæ fit , & fieri intenditur de Mandato Illuſtriſs. D. Auditoris Turroni pro parte , & ad inſtantiam Curiæ .*

Contra N. N.

In, de, & ſuper eo quod .... *ſuper quibus &c.*
die .. Menſe ... Anno

Incoata , facta , & formata fuit præſens ſupradicta Inquiſitio contra ſupradictum N. ... in forma &c.

Die dicta .

De mandato Illuſtriſs. D. Auditoris Turroni Bononiæ Curia inſtante

Commiſſa fuit Citatio contra N. N. quatenus infra ſex dies proximos perſonaliter compareat ad ſe defendendū ab inquiſitione contra ipſum formata ſuper homicidio , & hic ponitur ſubſtantia Inquiſitionis *Rebuſque alijs, de quibus latiùs in proceſſu &c. ad quem &c.*

Die .. Menſe .... Anno ...

Executa fuit ſupradicta Citatio ad reſpondendum Inquiſitioni cum tenore eiuſdem Inquiſitionis in ſubſtantia contra ſupradictum N. domi eius ſolitæ , & vltimæ habitationis ſita in hac Ciuitate dimiſſa copia in manibus Domeſticorum per N. publicum eiuſdem Curiæ Turroni Curſorem , vt mihi retulit &c.

Elapſis ſex diebus præfixis in ſupranotata Citatione à die executionis tranſmittitur alia videlicet.

Die ... Menſe .... Anno

De mandato Illuſtriſs. D. Auditoris Turroni Bononiæ Curia inſtante.

Commiſſa fuit Citatio cum Tuba contra ſupradictum N. quatenus prima die ſequenti perſonaliter compareat ad ſe defendendum ab Inquiſitione contra ipſum formata , & alias publicata, alias &c.

Die Menſe Anno

Executa &c.

Finito tempore , vt ſupra præfixo tranſmittitur alia Citatio videlicet.

Die .. Menſe. .... Anno

De mandato Illuſtriſs. D. Auditoris Turroni Bononiæ Curia Inſtante.

Commiſſa fuit Citatio ad ſententiam contra ſupradictum N. quatenus prima die ſequenti non ſolemni perſonaliter compareat ad audiendum ſententiam , & videndum ſe condemnari in Cauſa Criminali , alias &c.

Die ... Menſe. .... Anno

Executa &c.

Finito tempore vltimæ Citationis deuenitur ad ſententiam prima die non ſolemni immediatè ſequen. poſt executionem eiuſdem Citationis .

Lata ſententia , & de more per Iudicem ſubſcripta , & per Notarium publicata , per Notarium prędictum debet fieri infraſcripta Cedula affigenda ad Valuas Officij Turroni hocmodo videlicet .

N. N. *fuit ab Illuſtriſſimo D. Auditore Turroni condemnatus in pœnam vitæ , ſcilicet furcarum &c. ob homicidium per ipſum temerè, doloſè , & appenſatè commiſſum ictu archibuſiatæ in perſonam N. cauſis , & occaſionibus, de quibus in proceſſu cauſæ, & ſententia contra eumdē lata ad ſcabellum. . in lib.*

Fuit nihilominùs eidem N. reſeruatum tempus , & terminus octo dierum currentium ad perſonaliter comparendum, ſuiſque vtendum defenſionibus iuxtà formam Stat. Bononiæ, & ſtylum Curiæ Turroni &c. ideò &c.

Die ... Menſe .... Anno

Cædula ſupraſcriptæ ſententiæ latæ contra ſupradictum N. de Bononia continens ſubſtantiam , & tenorem Inquiſitionis , & ſententiæ affixa, & te-

Digitized by Google

& relaxata fuit ad Valuas Officij Turroni in loco ſolito, & de more &c. per N. publicum Curſorem huius Curiæ, vt mihi retulit, &c. omni &c.

Aduertendum tamen eſt, quod ſi agitur contra forenſes, iſti debent citari ad Valuas Palatij more forenſium.

Si verò contra Ruſticos. & habitatores extra Ciuitatem, & in diſtrictu loco Citationis *cum Tuba*, in ſchedula enim citationis depingitur tuba, tranſmittitur citatio *cum Campana* & iſta debet affigi per publicum Curſorem ad Valuas Ecelesiæ Parochialis illins Communis, in quo præfati Ruſtici habitant, & in reliquis ſeruatur ſupra notatus ſtylus.

Oblatio ſalui conductus aliquando apponitur in citationibus, & maximè quando Rei condemnandi fuerunt pro alijs delictis inquiſiti &c. & tunc ſubſcribitur ab eodem D. Auditore.

Vbi igitur quis eſt condemnatus, & ban-
35 nitus iuxta ſtylum loci dicitur eſſe ritè, &
rectè bannitus, & occidens eum eſt immunis
36 à pœna, imò eſt remunerandus pręmio, vt
diſponitur hic, quod procedit etiam ſi contra
37 ſententiam potuiſſet dari exceptio aliqua,
quia non eſt in poſſe occidentium bannitos
ſcire, ſi in proceſſibus conſtat de delictis per
probationes, vel adſie defectus in procedendo,
vt benè aduertit Carauita *prag.1.de exulib. num.107.& ſeqq.*

Priui di poter far contratto, ò vltima volontà di qual ſi ſia ſorte.

De iure eſt nimis controuerſa quæſtio, an
38 banniti in pœnam vltimi ſupplicij poſſint
contrahere, & ex contractu ſe obligare, in
qua re affirmatiuam tenet poſt alios, quos ci-
rat Farinac. *quæſt.102. num.* 23. negatiuam
verò tuentur Campana, & de Virgilijs quos
refert, & ſequitur Scialoya *de foriudic.cap.15.*
num. 46. & nimis pariter eſt controuerſa alia
39 quæſtio, an banniti habeant teſtamenti fa-
ctionem, vt videre eſt penes Farinac. *dicta quæſt.102. num. 4. & ſeqq.* & penes Franciſc. Mar. Pratum in *annot.* ad Paſchal. *de patria poteſt.par.2.cap.8. num.27. verſ.tangamus*, vbi arguit pro, & contra, & tandem concludit pro affirmatiua, & hoc idem tenuie in *pract. obſeru.par.1. cap. 41. num. 20. & ſeqq.* de eadem quæſtione tractant Peregrin. *de Iure fiſci lib.3. tit. 7.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt.45.* Michelor. *de fratribus par.3.cap.17. num.11.* Altograd. *conſ.98. num.* 34. Maranta *in leg. is poteſt. num.126. & ſeqq. ff.de acquir. hæred.* Cæpol. *cautel.*122. Cotta *memorial. verbo Spurius* Guliel. de Benedic. in *cap. Raynutius verbo, & Vxorem num.* 279. Tiraquell. *de ll.connub.gloſ.6. num. 31. & ſeqq.* Piſanell. *in conſtit. Regni penam totum verbo, & an talis foriudicatus*, & Carol. Tapia *de Iure Regni lib.5.tit.40. conſtit.pœnam totum num.16. verbo iudicijs limina* Nell. *de bannit.par.1.2. temp. quæſt.*53. Guazzin. *tor.defenſ.38. cap.1. nu.9.* Caball. *crim.reſol.264.* Gratian. *diſcept.* 309. *num.15. & diſcept.* 462. *num.*14. Clem. VIII. *poſt deciſ.* Remboldi *voto primo num.* 328. *& ſeqq.* nouiſſimè Oliua *de foro Eccleſiæ part.3. quæſt.4. num.* 54. & D. Carolus Roſa *ad Conſuetud. Regni, & ſi teſtator §.de ſucceſſ. morien. ſine filijs titul. 3. num.138. & ſeqq.* & Carolus Ant. de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ.* 213. *num.*10. & latiſſimè *deciſ.501. num. 5. & ſeqq.* vbi plures allegat Doctores de materia loquentes, Bellon. *de iure accreſcend.cap.7.q.52.* Coſſa *differt. Iur.lib.2.reſol.* 2. de Marinis *reſol.332. per tot.* Faiardo *alleg.fiſcal.3.num.38.* & Capic.latro *conſult.6.* qui diſputant articulum ad partes, deſudant in explicatione tex. in *auth.bona damnatorum C. de bonis proſcript.* & magis in explicatione texr. in *auth. ſed hodie Cod.de donat. inter Virum, & Vxor.*

Sed quidquid ſit de iure, an condemnatus
ad mortem fiat ſeruus pœnæ, & an filij ſucce-
dant vti hæredes, vel vti filij, & an poſſint
per conſequens teſtari, vel nè? hodie in hac
40 Ciuitate, ſaltem de conſuetudine, condemna-
ti ad mortem, etiam in confortaria, faciunt
teſtamentum, quod practicari Neapoli te-
ſtantur de Luca *dict.deciſ.501. in fine* Maranta
reſp.26. num.48.tom.5. & practicari vbique
teſtatur Manara in *eius noctibus malencolicis*
interrog.37. verſ.dico ſecondariamente, qui li-
41 mitat conſuetudinem in ſodomitis, hęreticis,
Reis læſæ Maieſtatis: & de eadem conſuetu-
dine teſtantur Clar. *lib.3.§.teſtamentum quæſt.*
21. *num.*1. Matthæus Coler. *deciſ.* 34. Caſtill.
deciſ.37.num.21.part.1. Scialoya *de foriudicat.*
cap.15.num.8. in fine.

Hæc bannimentalis diſpoſitio concordat
cum Conſtitutionibus, & Bullis Pontificijs ſa.
mem. Pij Secundi, Sixti Quarti, Beati Pij V.
Sixti V. Clementis Septimi, de quibus faciunt
mentionem Farin. *loc. cit num.55.& ſeqq.* &
Chartar. *capto bannito cap.1. nu.* 423. & Che-
rubin. *Schol.2. ad Bullam* 8. Pij Secundi: ſed
42 vedixi de conſuetudine non ſeruatur in illis,
qui veniunt in poſſe Curiæ, qui etiam in con-
fortaria faciunt teſtamentum, & puto, quod
ſit introducta talis conſuetudo ex tacita per-
miſſione Principis, vt aduertit etiam de Lu-
ca in *dicta deciſ.501. in fine*, & Maranta *dict.*
reſp.26.nu.48. lib.11

Quæro primo, an teſtamentum factum à
43 bannito durante tempore banni, in quo erat
incapax factionis teſtamenti vigore noſtro-
rum bannimentorum, conualeſcat, reſtitu-
to bannito? Vide benè diſtinguentem Fra-
goſ. *de Regimin. Reipublic. Chriſt. part.1. lib.4.*
diſp.11.de remiſſ.pœn.tom.1.num.279. ad quem
ſe remittit Pratus ad Paſch. *de patr.poteſt.par.*
2.cap.8. num.27. & vide Maſtrill. Nellum ne-
gantes; & Oddum, & Farinac. affirmantes
in locis citatis à Scialoya *de foriudic. cap.* 15.
num.8.

Quæ-

Digitized by Google

Quæro ſecundo, an ſi bannitus in loco, in quo banniti non poſſunt ex ſtatuto facere teſtamentum, accedat ad locum in quo banniti 44 non ſunt inteſtabiles, vt in Regno Caſtellæ teſte Oliua *de foro Eccleſiæ par. 3. quæſt. 4. n. 54.* ibique faciat teſtamentum, valeat hoc teſtamentum, quoad bona, quæ bannitus poſſidet in ipſo loco teſtamenti? difficultas prouenit ex hoc, quia bannitus, qui facit teſtamentum tamquam forenſis non videtur comprahenſus in ſtatuto: Oliua *loco citato* reſpondet valere, ob rationem, quia lex, ſeù ſtatutum exiſtens in loco banni, non poteſt inhabilitare quoad bona extra locum ſtatuti exiſtentia, nam quoad iſta bona bannitus non eſt ſubditus Iudicis bannientis, & nec habetur pro forenſi in eodem loco, in quo d. bona poſſider, & citat Clar. *in §. teſtamentum qu. 21. num. 2.* ſubdit tamen Oliua *ibidem num. 55.* quodſi in loco, ad quem bannitus confugit, non extet lex, quæ habilitet ad teſtandum, tunc teſtamentum dicitur eſſe omninò nullum, etiam quoad bona, quæ ipſe bannitus habet in loco confugij, quia bannitus remanet vbique inteſtabilis, non vigore legis, & ſtatuti municipalis, ſed vigore iuris communis, & ſic ex Claro, quem allegat, requirit, quod ſit condemnatus ſeruata forma iuris communis, & pro delicto, pro quo de iure communi debuiſſet, condemnari ad pœnam mortis. Et quidē benè Oliua non ſe fundat in diſpoſitione ſtatutaria, quia ſtatutum nō comprahenderet hunc non ſubditum ratione perſonæ, licet poſſit dici aliquo modo talis ratione bonorum, nam dicunt in alijs tamen terminis Gratian. *diſcept. forenſ. 431. num. 16.* & Rota penes Merlin. *deciſ. 353. num. 43. & par. 16. recent. deciſ. 412. num. 11. & 12.* quod ad hoc vt ſtatutum habeat locum, requiritur, quod adſit ſubiectio tam reſpectu bonorum, quàm reſpectu perſonæ, & quod talis ſubiectio ſit in vno, eodemque ſtatuto, alias ſtatutum loci delicti non comprahendit bona ſita extra iuriſdictionem, & ſtatutum loci, ad quem bannitus confugit, non comprahendit perſonam forenſem, vt aduertit Rota 45 *d. dec. 412.* nec ſtatuta huiuſmodi poſſunt adinuicem iungi ad hoc, vt vnū ſtatutū ſuppleat defectum alterius, vt dicit Rota *loc. citat.* & Gratian. *dict. num. 16.* & ſic veritas reſolutionis dependet à ſatis controuerſo articulo, an 46 bannitus ſit inteſtabilis de iure communi; circa quem articulum videndi ſunt etiam Menoch. *conſil. 271. num. 25.* quem ſequuntur Tuſch. *lit. C. concluſ. 165. num. 21.* & D. Sabell. *in ſumma §. bannitus num. 19.* & Menoch. dat etiam *ibi num. 26.* cautelam inſtituendi 47 validè bannitum, nempè vt fiat teſtamentum extra territorium, & inſtituatur de iure communi, & viden. Altograd. *conſ. 98. per tot. lib. 1. & Ciarlin. controu. 161. num. 25. & ſeqq.* & alij quos ipſi allegant.

Et circa veritatem opinionis Gratiani *loc.* 48 *cit.* viden. Surd. Theſau. Mangil. Michelor. Bellon. locis relatis à de Luca ad ipſum Gratian. *d. diſcept. 431. n. 4.*

D'ogn'altro atto legitimo.

Banniti vltra priuationem iuris contrahendi, & iuris teſtandi priuantur etiam iure fa-49 ciendi quemuis alium actum legitimum, qui ſcilicet introductus ſit de iure ciuili, vt dicit gloſa in *leg. legitima ff. de pactis*, vbi explicat verbum legitima idest iuris ciuilis. Qui au-50 tem ſint iſti actus introducti à iure ciuili, quibus priuantur banniti, habentur, & reperiuntur ferè omnes enumerati à Scialoya *de foriudicatis cap. 15. per tot.* & penes Farinac. *q. 102. per tot.*

Propterea retinent omnia ea, quæ ſunt de 51 iure naturali, & omnia ea, quæ ſunt de Iure Gentium, & ſic ſunt capaces ſuccedendi ex teſtamento, vt probant Bertazzol. *conſil. 498. num. 8. & ſeqq. lib. 2.* & Farinac. *dict. qu.* 52 *102. num. 43.* nam teſtamentum licet ſit de iure ciuili approbatum, non de iure ciuili, ſed de iure Gentium inuentum eſt; vt præfati Doctores aſſerunt, ſed non procedit abſque ma-53 gna controuerſia, vt videre eſt penes Menoch. *dict. conſil. 271. per tot.* Altograd. *conſ. 98.* & Ciarlin. *controu. 161.* item habent ius ac-54 cuſandi Vxores de adulterio ſecundum Amendolam ad Vinc. de Franch. *deciſ. 240. num. 3.* Scialoya *de foriudicat. cap. 15. num. 46.* Capon. *forenſ. diſcept. 33. num. 50. tom. 1.* & ita deciſum refert Triuiſan. *deciſ. 3. vol. 2.* nā iura matrimonij bannitis non tolluntur, vt per *leg. 1. Cod. de repud.* dicit de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ. 213. num. 10. circa medium*, 55 item poſſunt dare conſenſum alienationi rerum emphyteoticarum, & feudalium, vt ex Curtio Iun. & Scialoya dicit Capon. *loco cit.* & retinent ius petendi, & recipiendi ali-56 menta ab illis, à quibus ante bannum illa de iure habebant Petr. Duenas *reg. 68. nu. 10.* Bart. Merlin. Surd. Farinac. Menoch. locis relatis à Scialoya *dict. cap. 15. num. 41.* quicquid dicat Vinc. de Franch. *deciſ. 689. num. 6.* nam alimenta debentur de iure naturæ *vulgatis iu-* 57 *rib.* Poſſunt etiam ex eadem ratione contrahere matrimonium, vt dicunt Vinc. de Franch. *deciſ. 102. num. 25.* & Scialoya *d. cap. 15. nu. 43.* qui firmat idem eſſe in excommunicatione 58 valet enim matrimonium ſi excommunicatus illud contrahit, vt eſt text. in *cap. ſignificaſti de eo qui dux. in matrimon. quam polluit per adulter.* Sanchez *de matrim. tom. 2. lib. 7. diſp. 9.* Ricciull. *de iure perſonar. lib. 4. cap. 41. num. 3.* & his relatis Scialoya *d. n. 43.*

Nè

Nè poſſino eſſer vditi per Procuratore, ò per altri in giuditio.

Nihil iuuat, aut refert diſputare, an banniti re-
59 tineant ea, quæ ſunt de iure naturæ, & de Iure Gentium, & an retineant etiam ea, quæ ſunt de iure ciuili, dum in concreto, hoc eſt in practica non poſſunt obtinere, ex eo, quia non poſſunt eſſe in iudicio, hoc eſt non debent, & nec poſſunt audiri à iudice, ſublata iudici à ſtatuto, ſeu conſtitione facultate audiendi eos, qui pro illis inſtant: conſiderauit hoc Bart. in *leg. amiſſione §. qui deficiunt ff. de capit. dimin.* vbi facta relatione diſputationis habitæ Piſis, in qua concludit, quod banniti, qui impunè offendi poſſunt, retinent iura communia, ſubdit quod fruſtranea eſt talis diſputatio, & dicta retentio iurium communium, dum ſi aliquid voluerint petere coram Iudice, non audietur: idem conſiderauit Pacian. *conſ. 60. num. 45.* vbi explicando dictum Bart. *loc. citat.* ait quod licet banniti in territorio, à quo exulant, retineant iura communia habitu, & potentia, tamen actu, & exercitio illa perdunt: idem perpendit Ciarlin. *controu. 161. num. 66. & ſeqq.* qui relatis Bart. & Paciani dictis ſubdit, quod banniti, quoad odium perſonæ æquiparantur excommunicatis, & propterea ſicut excommunicati, ita & ipſi non poſſunt agere, & nec officium iudicis implorare.

60 Regula communis eſt, quod nedum banniti, ſed nec alij ſimplices contumaces pro criminibus, pro quibus venit imponenda pœna corporis afflictiua, audiuntur extra carceres, & per Procuratores, defenſores, & innocentiæ, vt aiunt, inſtructores, vt pluribus monſtrat Farin. *quæſt. 99. per tot.* vbi concordantes allegat, & omnes ferè caſus diſcutit.

In ciuilibus verò cauſis audiuntur contu-
61 maces, ſed non banniti, quia iſti, vt dixi non poſſunt audiri per ſe, & nec per interpoſitam perſonam, & ſi de facto audiuntur, ac-
62 tus, qui fiunt omnes ſunt nulli, vt firmant Vantius *de nullitatibus tit. de nullit. ex defectu inhabilit. ſeù mandati num. 51. & ſeqq.* Magon. *deciſ. Flor. 26. num. 19.* vide rationem apud Afflict. in *conſtit. grandis vtilitas num. 10.* & Carauit. *ritu 220. num. 3.* & D. Carolum Petram *ritu 269. num. 30. verſ. quamobrem*: idem ex Tuſcho *lit. B. concluſ. 13.* vult D. Sabell. *in ſumma §. bannitus nu. 22.*

Intellige tamen prædicta actiuè, non verò
63 paſſiuè: nam poſſunt conueniri etiam in loco, in quo ſunt banniti, vt per Surd. & Peregrin. dicit D. Sabell. *loc. cit. verſ. poſſunt tamen, & per ext. in leg. 2. §. ſed ſi cum ei ff. de ſent. paſſ.* Scaccia, Rota, & Campana dicit D. Orilia ad Campan. *reſol. 10. num. 24.* & hoc non ſolùm reſpectu ad contractus ante bannum inhitos, nam quatenus de facto bona ſua retinent poterunt conueniri; ſed etiam reſpectu ad
64 contractus, & obligationes tempore banni inhitas, etenim nec reſtituti in gratiam poſſent excipere, & opponere de banno, & contractus nullitate, vt ex Rota *deciſ. 623. nu. 10.* ſubdit D. Orilia *loco citato*.

Si permette, che tali banditi poſſano eſſere vccisi, & offeſi da qual ſi voglia perſona ſenza incorſo d'alcuna pena.

65 Banniti capitales, hoc eſt condemnati in pœnam vltimi ſupplicij, dicuntur hoſtes publici, & tanquam tales poſſunt impunè of-
66 fendi, & occidi etiam circumſcripto ſtatuto ſecundum plures Doctores relatos à Farinac. *quæſt. 103. num. 8.* & eo magis illo ſtante Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 3. cap. 4. num. 102.* Carol. Tapia *de iure Regni lib. 5. tit. 40. de Bannitis conſt. pœnam eorum num. 19. verſ. ſi ipſum occiderit*, plures referens Graſſettus *de nece proditoria §. 12. num. 13.* Molina, & Bonacina *locis relatis* à Manara in *noctibus malencolicis interrog. 94.* Menoch. *de arbitr. quæſt. 90. num. 5. & 6.* Ceuall. *com. contra comm. lib. 1. quæſt. 554.* Paſch. *de patria poteſt. par. 4. cap. 3. num. 4. &* Giurb. *conſ. crimin. 3. num. 8.* Ambroſin. *proceſs. informat. lib. 5. cap. 1. num. 15.* & Capon. *forenſ. diſcept. 33. num. 4. tom. primo* Chriſtinæus *Belgic. deciſ. 152. num. 8. vol. 2.* Adden. ad Sanfælic. *deciſ. 386. verſ. eſt obſeruandum* D. Sabell. in *ſumma §. bannitus num. 1.* & ſtatuta valere ex Claro, Nigris, Carrer. Paſchal. Caball. Carol. Rota, Menoch. & Farin. firmat Capon. *dict. num. 4.* & ex Baldo Carauita *pragm. 1. de exulibus num. 90.* & ex Viuian. Nello, Marſil. & alijs dicit Scialoya
67 *de for. iudic. cap. 17. num. 4.* & occiſores bannitorum, nec mortaliter peccare dicunt Capiblanc. *de Baron. pragm. 6. num. 28.* Clar. in *§. homicidium verſ. ſed nunquid* Diuus Thomas *2. 2. quæſt. 64. art. 2. & 3.* Io. Andr. Abb. Alber. Nell. Fælyn. Sotus *locis relatis* per Carauit. *num. 91.* & Tapia, Graſſett. & Manara *locis relatis*; ſaltem ſi bono zelo, & non ex
68 liuore, ſeu delectatione effundendi ſanguinem, ſeu ad conſequendam propriam libertatem, ſeu pecuniam occidant ſecundum Afflict. in *Conſtit. Regni Neapol. pœnam eorum num. 39.* & Farin. *quæſt. 103. num. 348.* Carauit. *pragm. 1. de exulibus n. 95.*

69 Quicquid dicant Rouit. Duenna, Marſ. Foller. relati à Capono, qui eos ſequitur *dict. diſcept. 33. num. 5.* & quicquid pariter dicant relati à Scialoya, *dicto cap. 17. num. 7.* quia non eſt dicendum, quod Principes velint cum edictis dare incentiuum peccandi, vt aduertunt Capiblanc. Graſſett. & alij *loc. ſupracitatis*, & nouiſſimè Henricus Zobel.

de

de executione in effigie theſ.68. per tot.
Imò quod poſſint banniti occidi veneno,
70 mediante pecunia, proditoriè, & quouis a-
lio modo benè viſo occiſori, aiunt Foller.
Clar. Decian. Alber. Franch. Paſchal. & poſt
hos, quos allegat Tapia *loc.cit. num.*21. Ca-
ball. Manara, Farinac. Diana, Adden. ad
Sanfæl. *locis relatis* à D. Sabello *dict.* §. *banni-
tus num* 2. Sed vide, quid dicant hac de re
Menoch. *de arbitr. quæſt.* 90. *num.*48. *& ſequ.*
Pater Graſſettus & Doctores per eum allega-
ti in *tract. necis prodit.* §.12. *num.*13. & latiùs in
*addit. ad quæſt.*12. *num.*52. *& ſeqq.* Caball. *de
homicid. num.*579. Farinac. *quæſt.*103. *nu.*110.
Matthæù *de re crim. controuerſ.*64. *num.*47. *&
ſeqq.* Carauit. *pragm.* 1. de *exulib. num.*33. *&
ſeqq.* vbi ponderat verba edicti *liberamente
amazzare, nel meglior modo, e forma, che po-
tranno*, & ait, quod per iſta verba videtur per-
miſſum occidere bannitos etiam proditoriè,
& veneno, ſecus ſi dicta verba non adeſſent,
71 quia ſtatutum dans facultatem occidendi, &
conſtituens præmium occidenti bannitum
non intelligitur in occidente proditoriè, &
nec in occideute per venenum, & allegat
concordantes Io. Andr. Angel. & Guglielm.
de Benedict. dummodò non eſſet bannitus
pro crimine læſæ Maieſtatis, vt ex Cæpolla,
& Marſilio aduertit *ibidem nu.* 35. Imò etiam
attentis ſupradictis verbis generalibus, &
ampliſſimis non compræhendi mandantem
occiſionem banniti per aſſaſſinium, hoc eſt
mediante pecunia firmat Carauit. *ibidem nu.*
39. quia ſtatutum loquens in faciente, non
vindicat ſibi locum in mandante, & ſubdit,
quod ita pluries interrogatus reſpondit.
Cæterùm neſcio videre, quomodò poſſie
72 verificari propoſitio, quod reſpectu banniti
occiſio poſſit dici proditoria, & per aſſaſſi-
nium; eo enim ipſo, quod quis eſt bannitus
in pœnam vitæ, effectus eſt hoſtis publicus,
& debet ab omnibus præcauere, & time-
re, nè occidatur, iuxtà illud Caini *geneſ.c.*4.
*verſ.*14. *omnis igitur, qui inuenerit me, occidet
me*, & per conſequens ceſſat proditorium, &
73 ceſſat aſſaſſinium, quia impoſſibilitas ad
præcauendum eſt qualitas neceſſaria, & pre-
ciſè requiſita ad conſtituendum proditorium
& aſſaſſinium, nam ſi quis etiam per indu-
ſtriam inſidioſam occidatur ab eo, à quo ſe
cauere debebat, non dicitur occiſus prodi-
toriè, vt dicunt poſt alios multos Farinac.
conſ. 76. *num.*15. ibi -- *quia occiſus potuit, &
debuit ſe præcauere, homicidium non eſt prodi-
torium. & conſ.*168. *num.*70. ibi -- *homicidium
proditorium inſidiæ non faciunt, ſed quod eum,
quis interficiat, cui nulla ab Interfectore cauen-
di occaſio erat*: Sperell. *decıſ.* 185. ibi -- *non
conſiſtit* (proditorium) *in extemporanea im-
potentia præcauendi, ſed in deficientia occaſionis,
vel cauſa præcauendi; ita vt non modo non po-
tuerit, ſed nec debuerit præcauere*: Criſpus *theo-
ric. practic. crim. lib.*1. *cap.*5. *num.*13. ibi -- *ra-
tio proditorij firmis principijs conſiderata non con-
ſiſtit in inſidijs, & ſimplici induſtria, ſed in ſe-
curitate, qua occiſus præcauere non poterat*; Iu-
lius Cappon. *diſcept.*259. *num.*14. ibi -- *neque
homicidium ſub inſidijs verificat qualitatem pro-
ditionis, quæ datur dumtaxat in eo, cui nulla
ab interfectore cauendi erat occaſio*.
Et hoc idem, vt dixi, procedit, & eſt ve-
rum in terminis occiſionis factæ mediante
pecunia, quia vt dixi in *capit. de homicidio*,
74 vnum de requiſitis aſſaſſinij eſt, quod is, qui
occiditur mediante pecunia, non habeat oc-
caſionem præcauendi, vt firmant Couarr.
*cap.*20. *num.*9. Cantera *quæſt. crim. tit. de ho-
micid. cap.*7. *num.*44. *verſ. quartò tractandum*
Decian. *tract. crim. lib.*9. *cap.*30. *num.* 18. Fa-
rinac. *quæſt.*123. *num.*152. Cyriac. *contron. fo-
renſ.*399. *num.*11. Gratian. *diſcept.*619. *nu.*26.
& pro multis, ſemper cum laude nominãdus,
Dominus meus Euſebius de Euſebijs penès
P. Paſſerinum in *comment. ad cap. pro humani
poſt num.*20. *verſ. quartò, quia vulnera*, de *homi-
cid. in* 6. addo D. Didacum Mexiam de Ca-
brera *de immunit. Eccleſiaſt. lib.*1. §.6. *num.*12.
ibi -- *diſponen la muerte al innocente, que deſ-
cuydado de ſememeiante traiçion ſe halla indefeſo
quando le dan la muerte, & num.* 17. ibi -- *que
innocentes ſe hallan incautos, y deſcuydados de
ſemeiante muerte*, & Ioann. Heuia *Curia Phi-
lippic. tom.*1. *par.*3. §.12. *num.* 34. ibi -- *los aſ-
ſaſſinos, que mattan por dineros, ò precio, que
para ello dan, ò reciben por ſer viſto hazerlo ale-
noſamente*, & Bonacina *moral.* §.4. *num.*9. *fol.*
202. ibi -- *ratio eſt, quia de ratione aſſaſſini eſt,
vt homicida incautum occidat accepto pretio, vel
pretij promiſſione*.
Et hoc procedit, etiamſi bannitus occida-
tur extra territorium bannientis, tùm quia
non deficiunt Doctores, qui tenent, quod
75 banniti poſſunt occidi etiam extrà Territo-
rium bannientis, ſi in loco, vbi occiduntur
extet ſimile ſtatutum permittens bannitum
poſſe impunè occidi, vt pluribus oſtendit
Vulpell. *crim. reſp.*58. *num.* 3. *&* 4. *& reſp.* 59.
*num.*13. *& ſeqq.* & eo magis ſi delictum, pro
quo fuit datum bannum, ſit qualificatum,
& enorme, vt inquit Ferrett. *conſ.*330. *num.*6.
76 *in fine*, quem, & alios retuli *ſupra
in cap.* 2. §. 4. *numer.* 204. tum quia occiſio
facta extra Territorium bannientis operatur
77 quidem, quod ſit, & dicatur eſſe iniuſta, &
punibilis, ſed non poteſt cauſare, quod di-
catur proditoriè, vel per aſſaſſinium facta,
quia iſta qualitas, quocumque loco bannitus
occidatur, omninò deficit, quia abſentia
à loco, & territorio bannientis non tollit
bannito ſollicitudinem, quam propter ban-
num debet habere circa ſui perſonam, ſci-
mus enim, quod banniti paſſim occiduntur
in Territorijs alienis, & plurima poſſunt re-
ferri exempla, & propterea vbique debet ſe
præcauere, quia vbique ſibi imminet pericu-
lum, & eius negligentia, & oſcitantia non po-
teſt

Digitized by Google

ceſt aggrauare, & qualificare delictum reſpe-
ctu ad occidentem, quia, vt inquit in termi-
nis proditorij Sperell. *dict. deciſ. 185. num. 36.*
non reperitur iure cautum, quod ex vnius in-
terna non apprehenſione alterius delictum
externum qualificetur, tum demum, quia con-
78 fugientes in alienam Prouinciam retinentur
more, non iure vt ex textu in *auth. ſi verò cri-
minis C. ad leg. Iul. de adult. auth. vt nulli Iudi-
cum §. ſi verò quis comprehenſor, cap. ad Apoſto-
licæ de ſent. & re iudic.* Molin. *de Brach. ſæcul.*
Ludouic. ad Exea *in diſcurſu de Cadauer. puni-
tor.* inquit Io Chriſtoph. Vargas *deciſ. 1. num.
216.* alias ſi Malefactores, qui ad alterius ex-
terni Principis territorium confugiunt iure
retinerentur, vtique tuti eſſent ibidem non
79 ſolum à priuatis, ſed etiam ab eiſdemmet
Principibus, nam cum potirentur iure pro-
prio, & non benignitate, & protectione Do-
minantis, iniuſtè carcerarentur iuſſu, & de
mandato Dominantis, & iniuſtiſſimè remit-
terentur ad Dominum territorij, in quo de-
liquerunt, & tamen compertum eſt apud om-
nes, quod iure poſſunt carcerari, & remitti,
imò vt ait Henricus Zobel. *de executione in ef-
80 figie theſ. 76.* hoc omninò ipſa iuris naturalis
ratio ſuadet, imò iubet, parique conatu, ac
ſtudio Principibus iniungit, quo ipſa delicta
non impunita dimittenda eſſe præcipit. *ma-
gnum enim* (ſunt verba Zobeli loco citato)
*pœnæ effugium aperiretur, ſi Reo tutum in ſuo
Regno quiſque Princeps præſtaret perfugium,
quo pacto maleferiatorum ſemen non in herba
extingueretur, ſed in vberrimam meſſem exere-
ſceret, & non ne ſat probroſum ſi illi, qui ſcele-
ribus prohibendis, reprobiſque puniendis diuini-
tùs ſunt conſtituti, Reos recipiendo, tuendoque
omnis generis crimina foueant, atque corroborent?
Conſtat præterea illum profugum adhuc eius Rei-
publicæ ſubditum permanere, cum in ſui detri-
mentum tantùm, non in ipſius Ciuitatis præiu-
dicium ſe Ciuitate exuat. Nec enim ſuo facto
ſe talis eximere iſti ſubiectioni poteſt, maximè
poſt delictum: quoad pœnam enim iſti Reipublicæ
obligatur, alias ſi etiam iuriſdictioni eum ſe exi-
miſſe dicendum eſſet, nec citari, requiri, damna-
ri, puniri illic poſſet,* & intantum iuris natura-
lis ratio vrget, & obligat, vt iuſtè contra
81 recuſantem remittere malefactores poſſit in-
dici bellum, vt ex Gaill. *obſeru. par. 1. lib. 2.
cap. 17. num. 29.* inquit Zobel *loco citato*, vel
poſſunt relaxari repræſaliæ, vt ex Hartm. &
Berlich. ſubdit idem Zobel, & teſtatur infa-
82 cti contingentia, vt retuli in *cap. 7. §. 6. num.
30.* Henricum II. Regem Francorum, cum à
Senatu, Populoque Geneuate per Legatos
petijſſet, vt Baptiſtam Didatum Italum ho-
minem peculatus Reum ſibi redderent, roga-
tique ſæpius denegarent conqueſtum fuiſſe
apud Bernates, in quorum patrocinio Gene-
uates erant, & iure Clarigationis aduerſus
eoſdem vſurum proteſtaſſe, niſi Peculatorem
reddidiſſent, prout huius timore reddiderunt:

ac Hippotas Populos internecione funditus
deletos à Thebanis, ex quo Phoci Boeti ſi-
carios potiùs defendere, quam ipſis Theba-
nis rogantibus reſtituere elegiſſent: hùc, ait,
pertinere Beniamitarum exemplum, quibus
cum perfricta fronte fœdi criminis conſcios
exhibere ad pœnam depoſcentibus fratribus
recuſarent, bellum ipſius Numinis conſenſu
decretum fuit, tantiſque animis geſtum, vt to-
ta ferè Beniamitarum Tribus extincta, atque
ex Gente ſua deleta fuerit *Iudic. cap. 20. & 21.*
& hoc pluribus probat etiam Curellus *ad le-
ges Siculas Martini cap. 16. nota 17. num. 2. &
ſeqq. fol. mihi 332.* quem pariter retuli *d. §. 6.
num. 30.* qui vltra exemplum ex Sacra Scriptu-
ra in *dict. cap. 20. & 21. Iudic.* affert aliud ex
eadem Sacra Scriptura in *cap. 15. eodem libro
Iudicum*, vbi Philiſtei ab Hebræis petierunt,
vt Sanſonem nocuum dederent, & affert exē-
plum Romanorum, qui ab Hernicis quoſ-
dam agri ſui depopulatores poſtularunt; &
relato exemplo Romani Pontificis, qui re-
petitionem hanc malefactorum Luſitano Re-
83 gi conceſſit, ſubdit, Principes teneri præciſè
ad malefactores dedendum, vel puniendum
ſuppoſito, id iure Gentium produci ad mu-
tuam quietem tectam, ſartamque ſeruandam.
Vnde Zobel *loco citato*, ait, quod ex eadem
ſola ratione naturali motus Mahumetes Tur-
carum Imperator repoſcenti Florentinorum
Ciuitati parricidam, qui Iulianum Medicem
ante aras trucidauerat, non Florentinorum
copias metuens, quæ tenues erant, ſed vim
Numinis exhorreſcens, reſtituere non recu-
ſauit; itaque facinoroſum, qui Conſtantino-
polim profugerat, vinctum Laurentio Medi-
ci remiſit ad ſupplicium, eoque nec ſe iuris
ignarum, nec obligationis immemorem oſ-
tendit. Profugi igitur non ſunt tuti iure in
alieno Territorio, & ex relatis exemplis nec
ſunt tuti more quoad Principes, ergo non de-
bent, & nec poſſunt ſe exiſtimare tutos quoad
priuatos, & ideo tantum abeſt, quod tenean-
84 tur pœna proditorij, vt nec moleſtari poſſint
in loco in quo occiſus erat banuitus, quia
ibi bannitus hoſtis eiuſdem Patriæ, & Ma-
giſtratus habebatur, vt ex Baldo in *conſ. 434.
verſ. præmittendum eſt lib. 5.* Crauett. *conſil.
409. num. 15.* Riminald. Iun. *conſ. 470. nu. 63.
& ſeq.* Turrett. *conſ. 330. numer. 4. vol. 4.* &
Corneo *conſ. 193. lib. 3.* ait Zobel. *loco citato
theſ. 75. in fine*, in loco vero occiſionis tenen-
tur potius de temeritate, ob violationem
Territorij, quam ob occiſionem banuiti fo-
renſis profugi, vt innuit Zobel *dict. theſ. 75.*
dum enim violatur is, qui ſubeſt Territorio,
violatur quoque is, qui præeſt, imò maior
(ego dicam) iniuria redundat in Domi-
num, quia Principis eſt in ſua Prouincia
85 proſpicere, ne quicquam lædatur, & quia vbi
publica vigent iudicia, interdicta eſt vindi-
cta priuata dicente Euripide, quem alle-
gat Zobel,

Si

Digitized by Google

Si crimen iſtis aliquid hoſpitibus ſtruis
Ius impetrabis, vt quidem hinc non abſtrahes.

Comprobantur prædicta, quia nemo ex Doctoribus, quos viderim, firmauit, quod occidens bannitum expreſsè à Principe aſſecuratum in ſua Ditione committat proditorium, licet plures dicant, quod committit crimen læſæ maieſtatis, extra ordinem tamen puniendum, vt dicam infra hoc eodem *cap. §. 4. num.* 100. ergo, & eo minus poteſt dici, quod proditorium committat occidens bannitum tacitè, & implicitè aſſecuratum ad tex. *in auth. multo magis Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* Vlterius diuerſitas Territorij non eſt potens, & nec eſt apta immutare naturam delicti cōmiſſi in bannitum, & ſic in eum, qui debebat ſibi à quolibet cauere, quia ex permiſſione Principis ſtatuentis quilibet factus eſt executor ſententiæ contra ipſum latæ: & nec mos, ſeù conſuetudo habendi bannitum pro tuto, & aſſecurato, quando extra Territorium bannientis exiſtit, poteſt naturam delicti immutare, quia in quouis loco occidatur bannitus, ſēper dicitur occiſus ab eo, quē bānitus timere, & à quo ſibi præcauere debebat.

Remanet igitur ſecundum me vera concluſio, quod occiſio banniti non poſſit dici proditoria. Et hoc abſque vlla
86 prorſus difficultate procedit ad effectum, vt
occidens per pecuniam, vel per oſtenſam
amicitiam bannitum in Territorio bannien-
tis, vel extra, debeat gaudere immunitate
Eccleſiæ, nam ad hunc effectum, prodito-
rium, ſicut aſſaſſinium, debere eſſe in vera,
87 propria, & ſtricta ſpecie proditorij, vt in
terminis Gregorianæ firmat del Bene *de im-
munit. Eccleſ. cap. 16. dub. 20. ſect. 2. numer. 8.
verſ. quapropter.*

Et cum hæc allegaſſem io quadam cauſa obtinui decretum fauorabile: ſed quia neſcio an ex hoc, vel alijs motiuis, quæ tunc adduxi, obtinuerim, lubet hic allegationem per extenſum recenſere, vt tuum ſit inſpicere, quæ fuerint motiua potiora.

Dn̄s Cap. N.N. de N. extractus de menſe Iunij 1679. è Conuentu S. Auguſtini N. & ab illo tempore retentus nomine Curiæ Eccleſiaſticæ in carceribus Curiæ ſæcularis dictæ Ciuitatis ſub prætextu, quod non debeat gaudere immunitate ex eo, quia malis artibus, vt aſſeritur, adduci fecit ad Hoſpitale dictæ Ciuitatis P. ad effectum, vt *ibidem* occideretur, prout fuit occiſus, à R. G. & D. cum aſſiſtentia, & complicitate B. & O. ſupplicat, prout ſperat, pronunciandum ad fauorem immunitatis, quia prætenſio Curiæ ſæcularis, nec in Iure, & nec in facto ſubſiſtit.

Non quidem in Iure; quia ſi prætenditur, homicidium, de quo agitur, eſſe de exceptis in *Bulla* S. M. Gregor. XIV. ratione proditionis, triſtiſſimi Iuris eſt, quod ducens per
88 inſidias, & malis artibus hominem ad lo-
cum ad effectum, vt ab alio occidatur, etiam
effectu ſequuto, non priuatur immunitate
Eccleſiæ, vt dicunt Bonacina *de cenſuris in
particular. diſp. 2. quæſt. 3. punct. 16. §. 8. nu. 1.*
Diana *part. 6. tractat. 1. reſol. 12. in fine* del Be-
ne *de immunit. Eccleſ. part. 2. cap. 16. dub. 20.
ſect. 8. num. 1.* Graſſett. *de voce prodit. §. 20.
num. 27.* Bordon. *de homicidio proditorio num.
170. & 193.* Donat. Ant. de Marin. *Iuris re-
ſol. 171.* Iul. Caponus *diſcept. forenſ. 258. nu. 8.*
89 & mouentur valida, & irrefragabili ratio-
ne, quia in *Bulla* exceptuatur ille, qui pro-
priè proditoriè occidit, qualis non eſt ille,
qui ducit aliquem, vt ab alio occidatur, quia
non propriè, phyſicè, & immediatè occidit,
ſed ad ſummum moraliter, & per alium libe-
rè agentem occidit, vt ratiocinantur Graſſett.
d. num. 27. del Bene *loc. citat. num. 2.* Bordon.
num. 170. Caponus *dict. numer. 8.* conſtitutio
enim pœnalis non eſt amplianda, ſed re-
90 ſtringenda ad caſus in ea expreſſos, tùm quia
pœnæ non ſunt ampliandæ, ſed reſtringendæ
vt ait del Bene *dict. num. 2.* & Capon. *dict. nu.*
8. tùm quia verba Conſtitutionis ſunt ſtrictè,
& in proprio ſignificatu intelligenda *vulgatis
Iuribus.* Et ideò cum Verba *dictæ Conſtitut.*
Gregor. reſtringantur ad illos, qui per ſe
ipſos homicidium proditoriè committunt,
ibi -- *qui proditoriè occiderint*, non poſſunt ex-
tendi ad eos, qui tanquàm inſtrumenta con-
currunt ad homicidium, vt benè docet Dia-
na *dict. reſol. 12. verſ. notandum eſt.* Bonaci-
na *loc. citat.* Graſſett. *dict. §. 20. num. 26.* Bor-
don. *dict. num. 170. 188. & melius num. 193.*
nàm, ſunt eius verba formalia, *non qui obtu-
lit medicamentum, ſed qui ſuis manibus ſumpſit
dicitur occidiſſe, licet dederit cauſam, leg. item
ſi obſtetrix ff. ad leg. aquil.* aliud ergò eſt dare
91 cauſam homicidio, aliud occidere; hoc in-
ducit carentiam immunitatis, non illud, dùm
iura, illa duo inter ſe diſtingunt, vnde ſo-
la imputatio, vt putauit malè Peregrinus,
non infert priuationem immunitatis, ſed ipſa
met occiſio ex textu Gregorij, *occiderint*;
92 tum demùm, quia in dubio fauere debemus
Immunitati Eccleſiaſticæ, iuxtà aduerten-
tiam Dianæ *dict. reſol. 12. verſ. nota etiam in
fine.*

93 Nec obſtant Remigius de Gondi *de im-
munit. fallent. 14. num. 1.* & Alex. Peregrin. *de
Immun. cap. 7. n. 9.*

94 Quia loquuntur contra textum expreſſum
Bullæ Gregorianæ exigentis phyſicam, & im-
mediatam occiſionem, vt patet ex lectura,
& habent contra ſe tot, tantoſque Theolo-
gos, & Doctores pro Immunitate certantes,
& quod plùs eſt, deſtituuntur ratione: nullo
enim fortiori nituntur argumento, quàm de-
95 ducto ex regula, qua in Iure perhibetur, quod
is, qui per alium facit, perindè eſt, ac ſi per
ſe ipſum faceret, ſed argumentum eſt nullius
ponderis in terminis ſupradictæ Bullæ, quæ

per verba, ***qui occiderint***, requirit operatio-
nem phyſicam, veram, ac propriam, & non
96 virtualem, metaphoricam, ac interpræta-
tam, prout præſefert regula ſupradicta, vt ex
Sanchez, Caramuel, Tancredi, Auila, reſpon-
det Pater Graſſett. *d.* §. 20. *n.* 7.

Potiſſimè verò, quia dicta verba, ***qui occi-***
97 ***derint***, ſcripta ſunt in perſonam, & non in
rem, vt aduertit Pater Graſſettus *loco citato*
num. 11. etenim ſi ***Bulla*** ſtatuiſſet occiſionem
proditoriam eſſe excluſam ab Immunitate,
vtique argumentum procederet ex dicta re-
gula, quia tunc mandantem, & omnem aliũ,
qui per alium operatur, compræhenderet, vt
ex Bart. Graff. Carena dicit Graſſett. ***dict. nu-***
mer. 11. at dum ſtatuit priuari immunitate Ec-
cleſia, qui occidit, non compræhendit ni-
ſi eum, qui proprijs manibus occidit, vt ex
Guazzin. Tancredi, Riccio, & Suarez, firmat
Graſſett. ***ibid.***

Vndè cum pro Immunitate adſint Docto-
res, numero, autoritate, rationibus ſuperio-
res, ad illius fauorem eſt pronunciandum,
quia, vt ex Suarez dicit Pater Graſſett. §. 8.
num. 71. etiam ſi pro vtraque parte Doctores,
98 & rationes eſſent æquales, fauor religionis
deberet tollere æquilibrium opinionum, &
faceret ponderoſiorem opinionem fauentem
immunitati, quam proindè opinionem, &
ſubdit Graſſett. ***ibidem*** oportet omninò, vt
Iudex præferat opinioni contrariæ, alioquin
æqualis probabilitatis.

Et prædicta habent locum, etiamſi præten-
99 datur D. N. eſſe mandantem, pro vt non
eſſe, inferius monſtrabitur, nam rationes *ſu-*
prà allatæ militant etiam ad fauorem man-
dantis, vt in terminis probant Homobon.
Vinc. Tancred. Petr. Paul. Guazzin. Carena,
Sanchez, quos refert, & ſequitur Graſſett.
loc. cit. §. 20. *num.* 3. & ei aſſentitur Pater Bor-
donus *de homicidio proditorio num.* 163.

Si verò prætenditur dictum homicidium
eſſe de exceptis à ***Bulla*** ratione aſſaſſinij, ſup-
plicatur aduerti, quod in caſu, de quo agi-
100 tur, non cadit, nec cadere poteſt qualitas,
& nomen aſſaſſinij, quia velamen iuſtitiæ,
propter quam Principes imponunt taleam
contra facinoroſos, & proponunt præmium
ijs, qui facinoroſos occidunt (iſte enim eſt
caſus noſter, nam P. erat homicida, & ſup-
ponitur occiſus de ordine Domini Territorij,
in quo homicidium patrauerat) vtique facit
penitùs ceſſare crimen, & deformitatem, &
pœnam text. in ***cap. pro humani de homicid. in***
6. & redditur ratio à Claro §. ***homicidium nu.***
101 53. quia non eſt inconueniens, vt ad ea,
quæ licitè permittuntur, homines etiam pro-
poſitis pecunijs alliciantur, & nihilominùs
102 mediatores etiam in tali crimine gaudere
immunitate Eccleſiaſtica, tuentur Diana
reſol. moral. par.* 4. *tract. vnico reſol.* 33. *& re-
ſol.* 109. *& par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 11. *in fine*, *&
in ſumma part.* 1. *verbo immunitas Eccleſiarum
num. 75. Nouar. in *ſumma Bullar. tit. de Immu-*
nit. Eccleſ. num. 72. Ricc. *de publ. iudic. quæſt.*
37. num. 35. Rouit. *pragmat.* 1. *de aſſaſſinio nu.*
49. Gambacurta *de immunit. lib.* 5. *cap.* 34. *nu.*
14. Maſullus in add. ad Capic. *deciſ.* 112. de
Marinis *reſol.* 171. & hanc opinionem ſatis eſ-
ſe probabilem, ait del Bene *de Immunit. Ec-*
cleſ. lib. 2. *cap.* 16. *dub.* 21. *ſect.* 6. *num.* 3. Iul. Ca-
pon. *diſcept.* 158. *num.* 7. *in fine*, ex eo, quod
in ***Bulla*** Gregoriana priuantur immunitate
tantùm aſſaſſini, quales propriè, & rigoro-
sè non ſunt hj, qui tanquam mediatores in
crimine operantur.

Nec dicatur, quod ipſe Dominus N. qui
iuxta conuentionem antecedenter factam ex-
burſauit poſt homicidium pecuniam Ra-
phaello, & Dominico, non ſolum poteſt di-
ci mediator, ſed potius poteſt, & debet dici
mandans, & tanquam talis debet excludi ab
immunitate Eccleſiaſtica.

Quia reſpondetur hoc non probari ex de-
poſitionibus eorum, qui faciunt ſe manda-
tarios, & ſocios criminis ex rationibus infe-
riùs explicandis.

Secundo reſpondetur, quod etiam proba-
tum non conſtitueret ipſum D. N. mandan-
tem, quia cum non conſtet de aliqua inimi-
citia, vel cauſa propria procurandi necem
dicto P. non poteſt eſſe, & dici mandans ex
hoc ſolùm, quod monetam (*ſupponamus hoc*)
forſan penes eum depoſitatam tradiderit oc-
ciſoribus, adhuc enim diceretur nuntius, me-
diator, tractator, vt colligitur ex Bart. in
leg. aut qui alitèr §. *hæc verba*, *ff. quod vi*, *aut*
clam, *& in leg.* 1. §. *incidit ff. ad Turpill.* quem
ſequitur Ang. *de malefic. verb. & Sempronium*
Rodulphi num. 16. *quæſt.* 6. vbi formant quæ-
ſtionem, an ſi mando tibi, vt tu mandes alio
103 tu ſecundo mandans tenearis, & in reſolu-
tione quæſtionis dicunt hunc talem tanquam
nuntium teneri.

Et quamuis poſſint dari duo mandantes,
104 prout eſt quando Titius mandat Seio, vt oc-
cidat Caium, Seius verò mandat Sempronio,
vt eundem Caium occidat, vt exemplificat
Bart. in *d.* §. *hæc verba num.* 2. nihilominùs ter-
mini huiuſmodi caſus non poſſunt verificari,
& cadere in perſonam D. N. obſtante quali-
tate, & conditione eius perſonæ, cùm hæc
105 mandata non dentur niſi hominibus perdi-
tis, & infimæ ſortis, vt conſiderat Salyc. in
leg. fin. num. 5. *Cod. de accuſat.* & ideò dicen-
dum, quod quandò ſuppoſitum factum à Cu-
ria eſſet verum, quod negatur, mandatum
ei datum fuiſſet ad iubendum, & non ad exe-
106 quendum per ſe ipſum, & per conſequens
non teneretur de mandato, & tanquam man-
dans, ſed tanquàm mediator ex doctrina
Bart. in *dict.* §. *hæc verba*. Vlteriùs ſicut prop-
107 ter velamen iuſtitiæ proponentes, & dan-
tes prœmium occidentibus malefactores præ-
ſeruantur à deformitate, & crimine aſſaſſi-
nij, ita ab eadem deformitate, præſeruantur
omnes

Digitized by Google

omnes alij, qui habent partem, & complicitatem retinendo, & exburſando monetam depoſitatam, vt pluribus oſtendit Iulius Caponus *dicta diſcept.258. num.2.& ſeqq.*

Nec quicquam facit, quod præfati facinoroſi dicant, quod P. fuit bonis ſpoliatus, & quod D. N. habuit quandam crumenam plenam, vt credunt, monetæ.

Quia, vt dixi, ipſi nullum gradum pro- 108 bationis, aut inditij conſtituunt, & vlterius ſuppoſito, quod hoc ſit de illis aſſaſſinijs de quibus loquuntur vulgares, adhuc non debet attendi in foro Eccleſiaſtico ad priuandum Reum Eccleſiaſtica Immunitate, vt ex Alciato, Cotrado, Boſſ. Clar. Baiard. ait Farin. *qu.123. num.163.*

Si demùm prætenditur, homicidium prædictum eſſe de exceptis à Bulla ratione loci, nempè hoſpitalis, in quo fuit patratum, proſternitur talis prætenſio tùm ex qualitate eiuſdem hoſpitalis, quod, vt pro certo ſupponi- 109 tur, eſt merè laicale, & nullum habet requiſitum neceſſarium ad conſtituendum locum ſacrum, & immunem, & ſic non fruitur priuilegijs, & prærogatiuis Eccleſiæ, vt ex Valaſco Farinac. Borell. Diana, & alijs dicit Cortiada *deciſ.43. num. 7. & ſeq.* tùm quia cum *Bulla* Gregoriana loquatur de occiden- 110 te in Eccleſia, vel Cœmeterio, quilibet alius locus excluſus cenſetur ex tenore dictæ *Bullæ*. & ex diſpoſitione Iuris, quia in odioſis locus pius non venit appellatione Eccleſię, Farin. *conſ.76. num.*14. Ciarlin. *controu.* 154. *num.*14.15.16. De Marinis *reſol.* 170. *num.* 12. Diana *moral.reſol.part.1. tract.1. reſol.25.verſ. difficultas, & verſ. hac opinio*, del Bene *de Immunit. Eccleſ. tom.2. cap.16. dub.19. ſect.6. num.1.* Sperell. *deciſ.* 60. Ricc. in *prax. aurea reſol.276. & deciſ.250. par.3.* Merlin. *conſ.55.* Suarez *de religione tom. 1. tract.2. lib.3. cap. 9.* Io.Bapt. Muccius ad Sanfel. *deciſ.* 19. *num.1. &* 4. Ricc. Thoro, Ciarlin. Rodoer. de Luca locis relatis à Muccio *d.n.1.*

Tùm etiam, quia cum agatur de mandato 111 dato extra locum ſacrum de occidendo aliū in loco ſacro, & immuni, tale mandatū etiam homicidio ſequuto, non priuat mandantem Immunitate Eccleſiaſtica Bonacina *de legibus tom.2. diſp.3. quæſt.7. de immun.§.4. num.* ... Diana *moral.part.1. tract.1. reſol.10. in fine, & par.3. tract.1. reſol.7.* del Bene *de Immun.to.2, cap.16.dub.19.ſect.8. per tot.*

Remanet ergo ex his firmā, & inconcuſſa concluſio in principio firmatā, quod prætenſio Curiæ ſæcularis non ſubſiſtit in Iure.

Cæterùm nec ſubſiſtit in facto, quia Curia ſæcularis non probat, D. N. fuiſſe participem, & mediatorem in tractando homicidium prædictum, paria enim ſunt in crimi- 112 nalibus non eſſe, & non probari, ad tradita per Maſcard. *de probat.concluſ.36. nu.1. & ſeqq.* & Guazzin. *Reor.defenſ.29.cap.1.n.6.* Quod autem non probet patet manifeſtè, 113 quia affert confeſſiones quatuor ſociorum criminis, quæ ſicut non ſunt habendæ pro exploratis facinoribus ad habendum confitentes ipſos pro delinquentibus, vt ſanciuit text. in *leg.1. §. Diuus Seuerus ff. de quæſtion.* & aduertit Soccin. in *cap.qualiter, & quando il ſecondo num.976. de accuſat.* vbi admonet Iudi- 114 ces, vt benè inueſtigent omnes qualitates, & circumſtantias delicti confeſſati, vt cognoſcant, an Reus veritatem dixerit, ita, & eo minùs debent haberi, & reputari tales reſpectu ad tertium ab eiſdem nominatum, ſi nulla alia probatio religionem cognoſcentis inſtruat, iuxta monitum Vulpiani in *d.§.Diuus Seuerus.*

Quod prorſùs verificatur in caſu noſtro, nedum quia ex proceſſu non probatur D. N. habuiſſe inimicitiam, vel cauſam inimicitiæ, cum P. occiſo, vt probari debebat, quia 115 alias tamquam quid facti non præſumitur, vt ex Crauett. Maſcard. Decian. inquit Honded. *conſ.93. num.15. vol. 2.* & nec probatur eumdem D. N. habuiſſe mandatum, ſeu commiſſionem à Domino Principe, cuius Prętor occiſus fuerat à dicto P. de tractando, & procurando prædicti P. homicidium, imò, nec datur fumus alicuius relationis, & cognitionis inter D.N. & eumdem Principem, ſeu 116 illius miniſtros, & tamen mandatum erat neceſſariò probandum, vt ex Bald. Alexan. Mandell. & Gabriel. firmat Honded. *loc.cit. num.12. & 13.* & ſaltem erat probanda relatio inter præfatum D. Principem, & dictum 117 D.N. vt ex Decian. *tract.crim.lib.9. cap.33. num.1.* inquit Eminentiſſimus D. Card. Gualterius penès D. Zuffum *de legit. proceſſ.quæſt. 66.num.50. & ſeq.* nam cum non conſtet de cauſa propria, nec conſtet de mandato, ſeu commiſſione eius, ad cuius vtilitatem, & iuſtam ſatisfactionem fuit patratum delictum, deficit fundamentum proceſſus, & inditia ſuper eo conſtructa omnia corruunt, quia ſi- 118 ne cauſa nemo præſumitur velle delinquere, vt ex Bart. & Caſon. dicit Vermigl. *conſ. cri-* 119 *min.34. num. 7.* & ſine mandato, tractatu, ſeu relatione eius, qui facit committere delictum, tamquam corpore delicti deficiente, ad tradita per Eug. *conſ. 76. num. 26, & 37. lib.1.* Cyriac. *controu.*106. *num.*33. 34. & 71. Andreol. *controu.*149. *num.*1. ſuboritur impotentia procedendi contra illum, qui dicitur homicidium tractaſſe Andreol. *dict. controu. 149.num.6. verſ.tertius caſus eſt* Giurb. *obſeru. 30.num.12.par.1.*& Emin. D. Card. Gualterus *loc.cit.num.40.*

Sed etiam, quia depoſitiones eorumdem delinquentium non poſſunt attendi, quia dum 120 faciunt ſe ſocios criminis, & infames reddunt ſe inhabiles ad probandum, & faciendum inditium. Marſil. *pract.crim. §.diligenter num.37. & 38.* Roland. à Valle *conſ.73. n.16. lib.1.* Farin. *quæſt.44. num.4.* Honded. *conſ.93. num.28. lib.2.*

Ee 2 Ma-

Maximè cum habuerint impunitatem, vt
121 ipſi dicunt proceſſ. *fol.* 97. 110. 112. *&* 120.
& cum litteris Impunitatis acceſſerint ad ſu-
bijciendum ſe examini Boſſ. *tit. de oppoſit. con-
tra teſtes num.* 21. Farinac. *quæſt.* 43. *num.* 192.
Spada *conſ.* 118. *num.* 5. *lib.* 1. Vermigliol. *conſ.*
3. *nu.* 14. *&* *conſ.* 15. *nu.* 20.

Et perquiſiti in Dominio Ianuenſi, & in-
122 ducti ad accipiendum impunitatem à D. ini-
mico ipſius D.N. cenſentur ab eodem D. ſub-
ornati, nam tentauit ſubornare alios, vt ex
atteſtationibus datis R.P.D. Ponenti, etenim
123 ex tali tentatiuo reſultat fortis præſumptio,
quod, & hos ſubornauerit Farin. *conſ.* 130. *nu.*
43. Vermigliol. *conſ.* 74. *n.* 16.

Et hæ exceptiones ſunt in vniuerſali con-
trà omnes quatuor.

In particulari verò dicitur, quod B. eſt vi-
124 lis, & tanquàm talis non meretur fidem.
Clar. *quæſt.* 24. *verſ. quæro etiam* Farin. *q.* 57.
num. 19. & Honded. *conſ.* 93. *num.* 44. *&* 52. *in
fine lib.* 2.

Eſt varius ſibi ipſi, & alijs contrarius, vt
125 apparet ex folio contrarietatum, & varia-
tionum, quod datur, & ex hoc pariter nul-
lam meretur fidem Honded. *loc. cit. num.* 29.
verſ. ſecundò ex omnibus, & num. 52. Eſt men-
dax, imò falſus, ex quo dicit, quod P. fuit
opera D. N. ductus ad hoſpitale, & quod di-
ctus D.N. tranſmiſit duas amphoras vini ad
opiandum dictum P. & tamen non apparet,
quod D. N. habuerit aliquam ſcientiam, ſeù
notitiam d. acceſſus, imò ipſe B. fuit ille, qui
tractauit eum dicto P. vt apparet ex depoſi-
tione Vittorij, & alterius ſocij eiuſdem *pro-
ceſſ. fol.* 51. 52. *&* 56. & amphora, de qua
fuit propinatum vinum P. poſt cænam, erat
eiuſdem B. vt dicit famula *fol.* 50. dicit etiam
quod D.N. acceſſerat ad hoſpitale, & tamen
famula *fol.* 50. *&* 55. dicit, quod numquam
iſte fuit in hoſpitale.

Eſt inimicus D. N. vt apparet ex depoſi-
tione famulæ eiuſdem B. à Curia examinatæ
fol. 50. *tergo*, & deſumitur ex quo præfatus D.
N. illum de fuga ſuſpectum arreſtari curauit,
126 vt habetur *proceſſ. fol.* 222. & ex hoc capite
penitùs, & omninò repellitur à teſtimonio fe-
rendo *cap. repellatur cap. cum. P. cap. cum opor-
tet de accuſat. auth. ſi teſtis C. de teſtibus* cũ alijs
relatis ab Honded. *conſ.* 87. *num.* 131. *lib.* 2.

Deponit inueriſimilia, dum dicit, quod
D.N. tractauit cum ipſo de homicidio dicti
P. & tamen præfatus D.N. nullam familiari-
tatem, nullam amicitiam, nullam domeſti-
citatem habebat cum illo, vt dicunt teſtes
proceſſ. fol. 50. *terg. &* 55. 58. 62. *&* 63. *tergo*,
& eſt certum, quod huiuſmodi res, vt conſi-
127 derat Roland. *loc. citat. num.* 36. non confi-
dantur niſi ijs, cum quibus magna intercedit
intrinſicitas; dicit, quod D.N. voluit, quod
ipſe ſcriberet epiſtolam Principi, & quod
epiſtolam dictauit, & inſuper iuſſit eidem,
vt mitteret famulum ad tractandum cum di-
cto Principe, ſed hæc ſunt inueriſimilia, quia
ſi D. N. habebat correſpondentiam cum D.
Principe, vt ſupponitur, ſed nos negamus,
ad quid iſte circuitus? ſi non habebat corre-
ſpondentiam, ad quid procuraſſet perdere
P. cum quo nullam odij, vel rancoris cauſam
habebat? & ſaltem quare voluiſſet, vt ita di-
cam, perdere meritum, quod affectare po-
tuiſſet penes dictum D. Principem? dicit,
quod pluries tractarunt inuicem in Platea,
& publicis locis, & nullus teſtis hoc dicit in
128 proceſſu, deponenti autem inueriſimilia tan-
quam ſuſpecto de falſo, nulla prorſus eſt fides
habenda. Gram. *conſ. crim. reſol.* 231. *num.* 21.
& ſeq. Rota *in Peruſina Laudi num.* 23. *Ianua-
rij* 1614. coram Veroſpio, quæ ex hoc tref-
decim teſtes conteſtes reiecit, Vermigliol.
conſ. 74. *num.* 4. Rolan. à Valle *conſ.* 73. *nu.* 36.
lib. 1.

Io: O. eſt, & ipſe vilis, & famulus dicti B.
eſt varius, & cõtrarius, vt ex *folio*, deponit inue-
riſimilia, vt *ſupra*, & eſt inimicus D. Cap. N.
ex cauſa arreſti ſupradicti, vt apparet dicto
fol. 222. & ſic militant eadem iura ſupra al-
legata.

R. acceſſit ad deponendum allectus etiam
pecunia, & pretio ſcutorum 100. auri ſibi pro-
miſſorum, vt ipſe ait *fol.* 111. *tergo*, *&* 113. &
ſic tanquàm habens ex depoſitione, vltrà im-
punitatem, intereſſe ex dicta promiſſione re-
pellitur, vt dicit Spada *conſil.* 118. *num.* 5. *lib.* 1.

Eſt contrarius, & etiam varius, vt in *folio
ſupradicto*, eſt mendax. & periurus, dum me-
dio iuramento aſſeruit in fide, quam fecit, &
quæ datur R.P. D. Ponenti, quod fuerat re-
quiſitus, & allectus à M. ad deponendum
complicitatem D. Cap. N. in d. homicidio
P. & quod ſemper renuit hoc agere ex eo,
quia eſt alienum à veritate, & cum poſteà vi-
ctus importunitate, & auri Sacra fame con-
trarium depoſuerit, dicitur periurus, & tan-
129 quam periurus repellitur in totum *cap. ſicut
nobis de teſtibus, cap. teſtimonium eod. tit.* Felyn.
Marſil. Cæphal. & alij relati ab Honded. *dict.
conſ.* 93. *num.* 30. deponit inueriſimilia, nem-
pè, quod D.C.N. requiſiuit ipſum, & Domi-
nicum ad accedendum ad hoſpitale, & occi-
dendum P. quando per prius, vt ipſi aiunt,
nũquam vſus fuerat opera eorum in ſimilibus,
nec ipſi, vt aiunt, erant ſoliti delicta huiuſ-
modi perpetrare, & eſt quidem, *vt dixi*, inue-
riſimile, quia hæc ſolent communicari cum
hominibus exequi ſolitis, manu promptis, &
ſaltem cum ijs, qui tractu temporis poſſint
diſponi ad exequendum, vnde ad proſternen-
dum huius fidem intrant iura, quæ allata ſunt
ad proſternendum dictum B.

C. & ipſe fuit allectus dicta promiſſione præ-
mij *ſcut.* 100. auri, vt habetur *fol.* 112. *terg.* 113.

Eſt varius, & contrarius. vt in *folio*.

Et demùm eſt ex alijs criminoſus, vt appa-
130 ret *proceſſ. fol.* . . . & propter malam præſum-
ptionem, & infamiam ex criminibus reſultan-
tem

tem repellitur, & fidem non facit Farin. *q.43.*
num. 178. *& quæſt.44.num.25.*
Vndè cum illi tot. tantoſque patiantur de-
131 fectus, nullam prorsùs probationem, &
nec inditium aliquod faciunt Farin. *qu.* 43.
*num.*178.*& qu.53. num.5.& ſeq.* Vermigliol.
*conſ. crim.*184. *num.*16. Spada *conſ.* 118.*nu.*6.
Honded. *conſ.*100.*num.*52.23.*&* 32.*lib.*2.
Nec dicatur, quod eorum depoſitio rema-
net adminiculata ex depoſitione Antonij, &
ex domeſticitate, & conuerſatione, & reten-
tione domi prędicti R. & remanet confirmata,
& corroborata ex tortura, quam ſuſtinuerunt
in facie eiuſdem Domini Cap.N.
Quia quoad torturam reſpondetur, quod
132 illa non plures, ſed vnicum tantùm purgat
defectum, Burſatt. *conſ.*234. *num.*42. Farinac.
*d.quæſt.*43. *num.*178. Hondeud. *dict. conſ.*100.
num. 37.
Quoad depoſitionem Antonij reſponde-
tur, quod, & ipſe fuit tentatus ad deponen-
dum falſum, vt medio iuramento aſſerit, &
demùm fuit à M. inductus ad deponendum
ea, quæ priùs, quippè quæ falſa, deponere
recuſauerat, vt apparet ex atteſtatione, quæ
datur in manibus Ponentis, & cum ſit periu-
rus nullam fidem meretur ex iuribus ſupra
traditis, & ſic non poteſt adminiculare depo-
ſitionem B. & O. qui dicunt, quod fuerunt à
d.D.Cap.N. requiſiti ad afferendum caput P.
ad Principem, & nec poteſt adminiculari ex
depoſitionibus prædictorum B. & O. quia
133 non entis nullæ ſunt qualitates *vulg. iurib.*
134 adminicula enim dici non poſſunt, quæ
135 egent adminiculari, & non ſuffragantur, ni-
ſi præcedat aliquis gradus probationis, cui
coniungi poſſint ſecundùm Rotam *deciſ.* 558.
num. 3. *part.* 2. *recent.* Vermigliol. *conſil.* 266.
num. 5.
Quo demùm ad familiaritatem, conuerſa-
136 tionem, retentionem domi prędicti Ra-
phaelis reſpondetur, quod dicta familiaritas,
conuerſatio, & retentio facta in propria do-
mo, non infert ad delictum ex rationibus al-
latis in his terminis ab Honded *conſ.*63.*n.*53.
& ſeqq. quas ne longior ſim ommitto hic re-
cenſere.
Nec obſtat, quod dicti aſſ. Socij ſint plu-
res; Quia ſtantibus exceptionibus, quas in
dicto, & in perſona patiuntur nihil probant,
quamuis eſſent numero maiores Roland.
*conſ.*73. *num.*16. *lib.*1. Bertazol. *conſ.*116. *num.*
23. *lib.*1. Maſcard. *de probat. lib.*3. *conſil.* 1311.
*num.*19. Farin. *q.*44.*n.*6.
Propterea cum Curia Sæcularis aſſiſtentia
iuris, & probationibus, ſeu inditijs ad tor-
turam ſit deſtituta, non poteſt obſtare, & iu-
ſtè procurare, quòd diutiùs procraſtinetur
reintegratio, quæ debetur Eccleſiæ, & ipſi D.
Cap.N. per tantum tempus vexato, requiri-
137 tur enim plena, & concludens probatio,
quod confugiens ad Eccleſiam delictum ex-
ceptum commiſerit, ad hoc vt poſſit Curiæ
Sæculari conſignari Farin. *conſ.*76.*num.*3. Am-
broſ. *de Immunit.cap.*11.*num.*4. Sperell. *dec.*101.
*num.*17. & his relatis Iul. Caponus *diſcep.* 268.
*num.*13. vel ſaltem requiruntur inditia, quæ
138 ſufficiunt ad torturam iuxtà opinionem
Gammæ *dec.*179.*num.*2.*& dec.*28. Caſtill. *dec.*
156. *num.*9. Guazzin. *reor. def.p.cap.*31.*num.*9.
139 quorum vtrumque hic deficit, quia quatuor
Socij criminis, quando non patiuntur alios
defectus, ſolùm ſufficiunt ad torturam, vt
ex Blanc. loquente de quatuor ſocijs in *tract.*
de inditijs, & tort. num. 384. inquit Guazzin.
*reor. defenſ.*35.*cap.*8. *num.*5. ſed patientes tot.
140 defectus, quot ſupra fuerunt relati, nec ad
inquirendum faciunt inditium, dum ex di-
ctis *ſupra* prorsùs reijciantur, prout propter
141 ſolam inueriſimilitudinem treſdecim teſtes
conteſtes reijecti fuerunt à Rota *in Peruſina*
laudi, de qua *ſupra*.
Poſſet etiam addi, niſi eſſet prorsùs ſuper-
fluum aliud motiuum ad facilitandam reinte-
grationem Eccleſiæ, nempè, quod P. inquiſi-
tus, & proceſſatus de Vxorcidio commiſſo
in Ciuitate, vt apparet eſt depoſitionibus te-
ſtium in proceſſu examinatorum fol. . . . &
142 condemnatus, & bannitus, vt ſupponitur pro
dicto homicidio in pœnam vltimi ſupplicij,
poterat impune occidi in Ciuitate N. Decian.
*tract.crim.lib.*7.*cap.*3.*num.*5. Caball. *de omn.ge-*
*ner.homicid.num.*59. Chartar. *dec. crim.*1.*n.*132.
143 etiam proditoriè, vt ex Vulp. Neguſan. Am-
broſ. Graſſ. Caball. Decian. de communi teſta-
tur Pater Graſſett. *de nece proditoria* §.12.*num.*
13.*circ.med.* vbi ex Graſſ. optimam allegat ra-
tionem, quia ſi non liceret proditoriè occi-
dere, ſtatutum eſſet eluſorium, cum quis nol-
let cum bannito pugnare: imò etiam per aſ-
144 ſaſſinos pecunia conductos, vt ex Graſſ. Nell.
Caball. Neguſ. Decian. & Chartar. firmat
Graſſett. *ibidem.* qui ſubdit, quod bannito-
145 rum occiſores, nec poſſunt accuſari de homi-
cidio, quippè, quod factum eſt lege permit-
tente, aſſiſtente, & fauente, & in caſu de quo
agitur homicidæ tenerentur ſolùm de tranſ-
portatione capitis extra Statum, & Domini-
um Sabaudię, & de ea dumtaxat poſſet pu-
niri, qui mandaſſet illud extrà Statum prædi-
ctum tranſportari, & ſic remaneret delictum
ordinarium, & non exceptuatum in Grego-
riana, & tàm occiſores, quàm mandantes
deberent gaudere immunitate Eccleſiaſtica,
vt ſancitur in *dicta Bulla*.
Quod eſt indubitatè verum etiam ex eo,
quia præfatus P. erat etiam bannitus in pœ-
nam vltimi in Statu Ianuen. ob homicidium
Officialis d. D. Principis, nam quando quis
146 eſt bannitus in pœnam vltimi ſupplicij pro
crimine qualificato, tunc cum maiori facili-
tate admittitur concluſio, quod poſſit impu-
nè occidi bannitus extra Statum, & Territo-
rium bannientis, vt dicit Ferrettus *conſ.*330.
in fine.
Vnde ex hoc pariter capite Eccleſia debet
rein-

Digitized by Google

reintegrari, quia trita, & communis eſt iuris
147 concluſio, quod vbi delictum eſt impunibi-
le, vel eſt excuſabile, itaut non ſit locus pœ-
næ ordinariæ, eo caſu Reus non excluditur
ab immunitate ſecundùm Ciarlin. *controu*.10.
num.139. & Vermigliol. *conſ. crim*.99. *n*.2.

Nec reſpectu homicidij commiſſi in Statu
Genuæ poterat dici tutus in Ducatu Sabau-
diæ, quia hoc non eſt verum quoad effectum
148 inducendi proditorium, & excludendi oc-
ciſorem, ſeu mandantem ab Immunitate
149 Eccleſiæ, nàm homicida in quocumque loco
debet timere ne occidatur iuxtà illud Caini
Geneſ. cap.4. *verſ*. 14. *omnis igitur, qui inuene-
rit me, occidet me*, & ex hoc nempè, quia
ſunt in continuo periculo mortis poſſunt à
150 quocunque Sacerdote etiam non approbato
& etiam à caſibus reſeruatis, & à cenſuris,
prout alij exiſtentes in periculo mortis abſol-
ui, vt ex Molin. & Bonacina, dicit Manara
in *noctibus malencolicis interrog*. 94. quem af-
fert, & ſequitur D. Sabellus in *ſumma* §. *ban-
nitus num*.1. qui *ibid.num*.2.*verſ.quod dicti*, re-
fert etiam ad hoc Dian. *par*.5.*tract*.3.*reſol*.64.

Et hoc procedit non ſolùm in bannito ex
151 cauſa homicidij commiſſi, ſed procedit, &
habet locum in quouis alio bannito, qui per
legem Diuinam, ſunt morti tradendi, ex quo
vbique, & per totum Orbem ſunt banniti,
veluti exemplificat Plotus *conſ*.24. *num*.15. de
homicidio voluntario Tuſchus in *pract. con-
cluſ. Iuris verbo banniti ex vno loco concluſ*.26.
num.vlt. vbi quod Domini eſt terra, & pleni-
tudo eius, Orbis terrarum, & Vniuerſi, qui
habitant in ea *pſalm*. 25. & his relatis Muta
ad pragmat: tit.49. *de bannitis, & delinquent.
non acceden. ad Cur. num*.7.

Quare &c.

Nota obiter hic, quod concluſio ſuprà fir-
mata ex Vermigliol. & Ciarlino, nempè,
quod vbi delictum meretur aliquam excuſa-
cionem ita vt non ſit locus pœnæ ordinariæ,
tunc Reus non excluditur ab immunitate Ec-
cleſiaſtica, comprobatur ex Narbona *ad con-
cordata Caſtellæ, gloſa* 7. *num*:75. *verſ. niſi fortè
affectio, & gloſa* 18. *num*.113. vbi quærit, an
152 cauſa excuſationis minuens pœnam mutet
delicti ſpeciem ita vt non debeat haberi, &
reputari de exceptis? & veniendo ad caſum
ſpecialem quærit an Vxor familiaris, vel al-
153 terius, qui gaudet foro S. Officij, ab eo ex-
cludatur, ſi Virum à poſſè familiæ exemerit,
vel aliter Satellitibus armata reſiſterit, caſus
enim reſiſtentiæ, & eximitionis ex concorda-
tis eſt caſus exceptus, & nequaquam exclu-
dendam affirmat, quia reſiſtentiam non vi-
detur commiſiſſe ob intenſum amorem, quo
154 Virum diligit, idemque à fortiori in Patre,
& filio reſpectiuè affirmat ex Farinac. *qu*. 30.
num.118. *& quæſt*.97. *num*.151. etiamſi à car-
ceribus vnus alterum exemiſſet.

Sed poteſt dici impugnata ex traditis de
directo contra Narbonam à Cutello *ad leges
Siculas tit. ad leges Martini tit. controuerſiarum
controu*.1. *num*.25. *fol. mihi* 418. dicens, quod
155 cauſa excuſationis minuens pœnam non
mutat ſpeciem delicti, non enim minùs erit
reſiſtentia, ſi amoris impetu reſiſtatur, ſicut
ſi eodem impulſu homicidium perpetraretur
non deſinèt homicidium dici, at delictum
in concordatis non excipitur per effectum
pœnæ, ſed per nomen ſpeciei; quo fit, vt ſi-
cut plùs, & minùs ſpecie non differant, nec
genere, ſed quantitate *leg. final. ff. de fundo in-
ſtruct*. Surd. *conſ*.427.*num*.48. *& deciſ*.7. *num*.
22. Cæphal. *conſ*. 300. *num*. 11. Natta *conſil*.
402. *num*.16. itá ſi pœna minuatur non tran-
ſibit in aliam ſpeciem delicti, alias audiamus
quo nomine erit noncupandum, nonne, &
reſiſtentię, ſeù eximentiæ ſicut prius? hinc, ſub-
dit Cutell. loquens de Narb. idē ipſe author in
alio propoſito criminis nefandi à noſtra ſen-
tentia nō declinat in *gl*.8.*n*.18. facit Carleu. *de
Iudic.q*.6.*n*.510.*f*.220. vnde benè contra Ciarl.
& Vermigl. tenet Graſs. *de nece prodit*.§.11.*n*.10
& ſeqq. qui conſimili vtitur argumento.

Inſuper, vt regrediar vnde diſceſſi, banni-
156 ti poſſunt impunè occidi, etiam quando
poſſunt viui adduci coram Iudice, vt firmant
plures Doctores relati à Farinac. *quæſt*. 103.
num. 144. Foller. *de foriudic. num*. 13. ea ducti
157 ratione, quia multa poſſunt contingere ad
liberandum ab eorum manibus bannitum
iam captum: & doctrina Mutæ *deciſ*. 7. Paſ-
chal. *de patria poteſt. par*. 4. *cap*.3. *num*. 12. &
Tapiæ *de Iure Regni lib*. 5. *tit*. 40. *de bannitis
conſtit. pœnam eorum num*. 23. poteſt habere
158 locum in caſu, quo bannitus ſit captus, &
in poſſe Curiæ redactus, nam tunc nec bir-
159 ruarij, nec alij poſſunt illum tamquam ſub
protectione Principis exiſtentem occidere,
vt aduerti in *cap*. 4. §. 1. *num*. 39. *& ſeqq*. &
Doctoribus ibi adductis addo Scialoyam *de
foriudicat. cap*.17. *num*.12. *& ſeqq*. Carol. An-
ton. de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ*. 276.
num.4. *verſ. nec obſtat*, Boſs. Menoch. Caball.
Guazzin. Farinac. locis relatis per D. Sabel-
lum in *praxi Vniuerſ*. §. *banditi nu*. 19. qui hoc
160 limitandum eſſe putat in caſu fugæ euiden-
tis ipſius banniti, nam tunc birruarij, & alij
poſſunt bannitum captum, & in poſſe Curiæ
exiſtentem occidere, & licet concluſionem
ex decem motiuis improbet Dom. Orilia ad
161 Campanam *reſol*.25. *num*. 33. *& ſeqq*. nihi-
lominus concedit *num*.49. quod in praxi ad-
mittitur talis occiſio, *& num*.50. dicit, quod
162 ſtilus non procedit in tribus caſibus, *primò*
quando bannitus eſt iam captus, & ſecurè
poteſt aſportari ad Curiam. *Secundò*, quan-
do bannitus videns ſe proſequi, & inſidiari
voluntariè, & inermem ſe daret in manibus
capientis, proteſtans ſe velle viuum adduci
ad Curiam, & eius adductio ſine periculo fu-
gæ, & eximitionis ſequi poſſet. *Tertiò*, quando
conſtaret de nullitate banni, & ſententiæ, vel
bannitus haberet ſaluum conductum, dubi-

cat

tat tamen etiam in his tribus caſibus de ob-
ſeruantia. Vide eum.
Quæro primò, an verba generalia *da qual*
ſi voglia perſona compræhendant Patrem oc-
cidentem filium bannitum, vel è contra, &
compræhendant Vxorem occidentem Virum
163 bannitum? Dic quod non quia non eſt cre-
dendum, quod Princeps cogitauerit de caſu
adeò crudeli, & impio: ferre etenim animus
non poteſt, vt hæc in quæſtionem adduci poſ-
ſint, vt inquit Carol. Tapia *loc.cit. num.* 24.
& ante eum Foller. *de cenſibus verbo Nicolaus*
Epiſcopus num. 130. vbi ait ſe contremiſcere
diſcutiendo Patrem poſſe à filio occidi. Idem
innuunt Clar. §. *homicidium verſ. ſed hic quæro*,
& alij relati à Farinac. *quæſt.*103. *numer.*275.
Manara in *eius noctibus malencolicis interrog.*
92. D. Sabellus *in prax. Vniuerſ.* §. *banditi num.*
41. Carol. Ant. de Luca ad Vinc. de Franch.
*deciſ.*276.*num.*2. vbi reddit rationem, quia
ſtatutum non tollit obligationem filij erga
Patrem, & è contra, *& num.* 5. ſubdit, eo
minùs tollere obligationem, quàm habet
Vxor ad maritum, & è contra, & hos duos
caſus vxoricidij, ſcilicet, & parricidij æqui-
parat etiam Barthol. Cepoll. *conſ. crim.* 5 *per*
tot. & Ripa in *leg. ſi conſtante num.* 48. *ff. ſol.*
matrim. quos refert Vinc. de Franch. *dicta de-*
*ciſ.*278.*num.*8. Verum hæc generalitas, quam-
uis non deberet compræhendere caſum, in
quo duo vincula, & duo ſpecialia concur-
runt, vinculum ſcilicet proximitatis, &
vinculum conſanguinitatis, adhuc in fa-
164 cto deberet excuſare facientem non ſolùm
à pœna ordinaria iuxtà opinionem Tapiæ *lo-*
co citato, ſed à quauis pœna, vt aduertit Fa-
rinac. *dict. quæſt.*103. *num.*276. vbi ait, quod
apud nos, ſi caſus contingeret, ita in practi-
ca ſeruaretur, ſubdens adhoc facere Conſti-
tutionem Sixti V. volentem filium pœna ca-
pitis puniri, ſi Patrem bannitum receptaue-
rit, & è contra: eoque facilius debet admit-
ti in practica opinio Farinacij, quia non de-
ſunt Doctores, qui etiam ſublata amplitudi-
ne verborum ſtatuti tenent abſolutè, filium
poſſe occidere Patrem bannitum, & è con-
tra, & ſunt Bart. cuius eſt originale dictum
in *leg. ſi adulterium cum inceſtu* §. *liberto ff. de*
adulter. Marſil. in *leg.* 2. §. *præterea ff. de quæſt.* &
relati à Menoch. *de arbitr. quæſt.* 90. *in* 2. *de-*
claratione num. 43. & licet hæc Bartoli opinio
ſit plena impietatis, vt dicit Clar. §. *homici-*
dium verſ. ſed hic quæro, nihilominus poſt fa-
ctum ad excuſandum debet admitti iuxta
practicam, de qua Farinac. *loc. citat.* teſtatur.
Quæro ſecundo, an procedat diſpoſitio, ſi
165 occidatur bannitus tolleratus? negatiuè reſ-
pondent Io. de Arnono *ſing.* 10. & Tapia *loc.*
cit. num. 26. Farinac. *quæſt.*103. *num.* 289. qui
plures allegat concordantes. Etenim ſola
166 tollerantia præſtat ſecuritatem bannito, vt
pluribus citatis Doctoribus ait Merlin. Pi-
gnatell. *contr. forenſ.* 53. *num.* 5. *part.* 1. & ex Sa-
lyc. Anania Alex. inquit Farin. *conſ.* 53. *num.* 6.
vbi Adden. plurimos affert concordantes.
Tollerantia tamen ad hoc vt præſtet ſecuri-
tatem bannito, & reddat illicitam eius occi-
167 ſionem, debet habere tres conditiones,
quas ex Petro Franciſco Paſſerino enumerat
Pater Graſſettus *de nece proditoria in additione*
ad §. 12. *num.* 60. *& ſeqq. impreſſa in fine dicti tra-*
ctatus. *Prima* eſt, vt tolleretur in Ciuitate,
& locis frequentatis, & non in Villa, & locis
parum habitatis, Fœlyn. Foller. Graff. Berò,
Farin. & Ambroſ. locis citatis à Graſsett. *ibid.*
*num.*60. *Secunda* eſt, vt tolleretur à Principe,
nempè ab eo, qui habet facultatem gratian-
di, Berò, Laderch. Paſchal. locis citatis à
Graſſett. *ibid. n.*61.
Tertia eſt, vt tolleretur à Principe per ali-
quem actum affirmatiuum, & poſitiuum;
Ruyn. Gratian. Surd. Mart. Medic. Caluin. Am-
broſ. locis citatis per Graſsett. *ibid. n.*62. & poſt
Ambroſ. & Medic. ponit exemplum in banni-
to, quo Princeps vtitur in aliquo officio, ſed
Vide Farin. *loco citato, & q.*133. *n.*49. *& ſeqq.*
Quæro tertiò, an procedat, ſi occidatur
bannitus, qui fuit extractus ab Eccleſia? San-
fæl. *deciſ.* 249. *part.* 2. dicit, quod occidens
168 non poteſt puniri pœna ordinaria, & quod
in facto fuit occidens relegatus in Inſulam,
ſequitur Pratus ad Paſchal. *de virib. patr. po-*
teſt. par. 4. *cap.* 3. *num.* 13. *verſ. bis concinit*: ſed in
fine refert, quod eius cliens fuit vltimo ſuppli-
cio affectus, & ſic poteſt abſolutè reſponderi
ad quæſitum, quod bannimenta non com-
præhendunt hunc caſum, nam ſi manens in
poſſe Curiæ, & ſic ſub protectione Principis
non poteſt occidi, vt dixi *ſuprà*, multò minùs
poteſt occidi is, qui refugiatus in Domo Dei
ab eadem extrahitur per vim, & occiditur.
Non deſunt tamen Doctores, qui firmant
169 bannitos poſſe etiam in Eccleſia occidi, &
ſunt Berett. *conſ.*68. Decian. *tract. crim. lib.*6.
*cap.*26. *num.*8. Clar. §. *homicidium nu.*66. Sqnil-
lant. *de obligat. Cleric. part.*5. *dub.*14. *nu.*9. Ven-
trigl. in *pract. notab. Eccleſ. annot.*23. §. 1. *nu.*24.
tit. de Immun. Eccleſ. part. 2. Mar. Antonin. *var.*
*reſol.*15. *num.*1. *lib.*3. ob rationem, quia Ec-
170 cleſia eſt in Territorio bannientis, & occi-
ſores poſſunt excommunicari à Iudice Eccle-
ſiaſtico non propter occiſionem ad tradita
per ſupradictos Doctores, & nec propter Sa-
crilegium, quod non committunt, ſecundùm
Burſatt. *conſ.*134. *num.*9. *vol.* 2. & Carpan. *ad*
nouas conſtit. Mediol. cap. homicidium num. 717.
ſed propter ſolam violationem Eccleſię, vt ex
Boſs. & Bonacoſs. dicit Carpan. *loc. citat.* Vi-
de plenam diſceptationem Iul. Caponi *cap.*
33. *tom.* 1. qui ex hoc ait, quod occiſores ban-
niti in Eccleſia exiſtentis valdè excommuni-
cantur, & quod non poſſunt abſolui, niſi da-
171 ta ſatisfactione filijs banniti occiſi, & *num.*
49. ſe explicando dicit, quod occiſores non
debent petere, & impetrare remiſſionem, quę
172 in homicidio de Iure ciuili requiritur ad va-
lidi-

Digitized by Google

liditatem gratiæ, ſed benè debent dare ſatisfactionem, quæ de Iure canonico conſiſtit in refectione damni, quod ex homicidio prouenit filijs, & citat Marantam *reſp.9. tom.2.per tot.* Vide etiam Frances *de re morali conſult.17. num.6.* vbi ex Diana *part.6. tract.2. reſol.21.* ait, quod occidentes bannitos in Eccleſia non poſſunt puniri tanquam homicidæ, ſed ſolum tamquam violatores Eccleſiæ, & Eccleſiaſticę immunitatis: & hac occaſione, ex eodem Diana contra Petrum Sarpum *de Iure aſilorum*, ait quod Banniti in pœnam vltimi ſupplicij fugientes ad Eccleſiam gaudent illius immunitate, & in ea tuti, & ſecuri ſunt, dummodo non commiſerint delicta exceptuata in *Bulla* Gregorij XIV. *& num. 7.* ex ipſo Diana reſoluit etiam, quod occidentes bannitum in Eccleſia prout, & Officiales ita mandantes incidunt in excommunicationem dictæ Conſtitutionis Gregorianæ, quamuis conſtitutio loquatur de extrahentibus.

Quæro quarto, an verbum, *ſi permette*, poſitum hic, denotet, quod bannitus tempore,
173 quo occidatur, nequeat reſiſtere, & ſe defendere? Vide Grat. *conſ.44.num.18.vol.2.*Bald. *in leg.1.col.penult.C.vndè vi,* Carauit. in *pragm. de exulib.num.29.*& Gram. *Conſtitut. Regni pœ-*
174 *nam eorum num.45.* quid autem, & quantum releuet hæc quæſtio, ponit Grat. & remiſſiuè ad eum Carauit. *locis citatis;* vide etiam Bologn. & alios adductos à Farinac. *quæſt. 103. num.130.& ſeqq.& quæſt.125.num.114.* Conciol. *reſol.8.num.8. verbo defenſio* Ball. *variar. lib.3.caſ.1.num.119.& ſeqq.*

Se bene il Bando non ſarà incamerato.

Stilus, de quo fit mentio hic incamerandi, hoc eſt tradendi, & ponendi ſententiam, & bannum ad Cameram actorum, & penès Officiales ipſius Cameræ, de quo habetur in *libro 5. ſtat. crim. huius Ciuitatis rub. 24. §. 1.*
175 hodie non ſeruatur in Curia; ſufficit enim, quod lata ſententia affigatur cedula condemnationis ad parietem propè actuariam Turroni, iuxtà formam bannimentorum *hic*, & ſtatutorum Ciuitatis; *dict. lib. 5. rub. 14. §. & ad hoc.*

Cap. XXXIII. §. III.

Commanda anco, che li foraſtieri banditi, ò condannati in pene corporali, ó capitali da altri luoghi fuori della Legatione, così dalli Stati d'altri Prencipi, come dallo Stato Eccleſiaſtico frà il termine di trè giorni dopò la publicatione del preſente bando, riſpetto à quelli, che ſi trouaſſero nella Città, e fra ſei riſpetto à quelli, che ſi trouaſſero nel Contado, ò diſtretto, ſi debbano partire, e con effetto eſserſi partiti. E per l'auuenire non debbano ritornare in alcun luogo di queſta Legatione.

Vietando in oltre à qualunque altri ſimili, che ſono, ò ſaranno banditi, ò condennati, che per l'auuenire non ſi debbano fermare, oltre al termine di trè giorni nella Città, e di ſei nel Contado, ò diſtretto ſotto le pene medeſime, nelle quali ſaranno ſtati condennati ne i loro paeſi, ò luoghi, doue haueranno fatto il delitto, ò d'eſſere colà rimeſſi per l'eſſecutione della condennatione ad arbitrio di Sua Sig. Illuſtriſſima.

SVMMARIVM.

1 *Banniti forenſes non debent manere in Legatione Bononiæ.*

2 *Simile edictum eſt in Dominio Florentino.*

1 FORENSES banniti, ſeu contumaces non poſſunt manere in Ciuitate, ſeu Legatione Bononiæ, vt habetur hic, & in *cap.26. §.10.* vide quæ ibi dixi.

Simile bannum extat in Dominio Florentino, vbi banniti forenſes, ſeù aliter contu-
2 maces prohibentur ingredi, ſeu moram trahere in dicto Dominio ſub pœna triremium, ſeu illa in quam reperiuntur condemnati, ſeu eſſent condemnandi in locis, in quibus deliquerunt, vt refert D. Sabellus in *praxi Vniu. §.banditi, num.14.* & hoc bannimentum eſſe validum firmat Maſcard. *de interpretat. ſtatut. concluſ.6.num.72.& 73.* poteſt enim Princeps

ſtatue-

ſtatuere, quod delinquens alterius loci incurrat pœnam, cum in ſuum Territorium ingreſſus fuerit: ab ingreſſu enim illius Territorij inchoatur pœna, quia ingrediendo Territorium veritum Principem ſtatuentem offendit. Bald. Fælin.& Claud.ad Bertazol. locis citatis à Maſcard. *d.nu.73*.

Cap. XXXIII. §. IV.

Riuoca appreſſo Sua Signoria Illuſtriſsima qualſiuoglia licenza, & ogni ſaluo condotto per cauſe criminali conceſſo, nè vuole, che per l'auuenire ſuffraghi qualſiuoglia fidanza, ò ſaluo condotto, che non ſiano ſottoſcritti di mano di Sua Signoria Illuſtriſſima, ò de' Signori Padroni di Roma, e regiſtrati nella Cancellaria di Sua Signoria Illuſtriſſima, e ſigillati col ſigillo di eſſa Cancellaria.

SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus quid ſit, verſ.* ſaluus conductus.
Saluus conductus, vt ſuffragetur debet habere tres qualitates num.1. verſ. & ſecundum ea quæ.
2 *Gratia perficitur ex ſola Principis ſubſcriptione.*
3 *Imò ſolo verbo.*
4 *Sed ob hominum malitiam ſigillari, & regiſtrari mandatur.*
5 *Si non fuit regiſtrata intra tempus ſtatutum eſt nulla.*
6 *An ſufficiat, ſi regiſtretur in Secretaria, ſeù Cancellaria tantùm.*
7 *Saluus conductus debet dari cum conditione, quod aſſecuratus non vagetur per plateas & loca publica.*
8 *Et nec maneat in loco, vbi degunt partes offenſæ.* 8. 28.
9 *Et nec tranſeat antè domum offenſi.*
10 *Saluus conductus cenſetur datus ei, qui à Principe, vel eius miniſtris vocatur.*
11 *Improbatur factum Ducis Oſſunæ.*
12 *Iudex Eccleſiaſticus debet inſtare pro repoſitione carcerati ad Eccleſiam, quando vocatus à Principe, vel Iudice exijt, & fuit arreſtatus.*
13 *Et ita practicatum refertur.*
14 *Vocatus ad intereſſendum Concilio Communitatis cenſetur aſſecuratus.*
Intellige vt explicatur n.15.
16 *Lex, ſeu cōſtitutio concedens generalem ſaluum conductum reſtringitur ad habilia.*
17 Creſpi obſeru.113.num.12. *explicatur.*
18 *Reus vocatus iudicialiter debet cogitare, quod eum vigore Iuris ſit contra eum procedendum, ſecùs ſi comiter vocetur.*
19 *Saluus conductus dicitur conceſſus ex commeatu libero à Principe promiſſo deferentibus annonam.*
20 *Et ita practicatum refertur.*
Intellige vt num.21.
21 *Vindicta tranſuerſalis, quando committi dicatur.* verſ.primum, & tollit.
Vindictam tranſuerſalem faciens poteſt impunè occidi n.21. verſ. potuit ergo: incurrit enim vigore Bullarum in crimen læſæ maieſtatis, & rebellionis *ibid.* verſ. tum etiam.
Et expreſsè diffidatus eſt ibid. verſ.inſuper, & verſ.præſertim.
Delinquens notorius poteſt occidi vigore Bullę Sixti V. *n.21.* verſ. potuit.
Verbum profligere, *denotat occiſionem, n.21.* verſ.potuit.
Banniendus proximè habetur pro bannito, n.21. verſ.potuit.
Homines natura efferatæ ſunt è mundo tollendi, n.21. verſ.potuit, *& quidem ſtatim ne interim dum expectatur ſententia peiora faciant. ibidem.*
Verbum diffidare, *quid importet, num. 21.* verſ. inſuper.
Diffidatus à iure non poteſt occidi niſi poſt latam deſlaratoriam à Iudice, n.21. verſic.& & quamuis, *quando hoc procedat ibidem.* verſ. nihilominus, & verſ. ſecundo reſpondetur.
Princeps poteſt præpoſterare ordinem agendi iudicialia, n.21. verſ. nihilominus.
Delicti probatio poteſt fieri poſt mortem Rei delinquentis, n.12. verſ.nihilominus.
Occidens aſſaſſinum fuit admiſſus poſt bannum ad probandum occiſum fuiſſe aſſaſſinum, num.21. verſ. ſecundo reſpondetur.
In Reos læſæ maieſtatis, et publicos hoſtes omnis homo miles eſt, n.21. verſ.in Reos enim.
Differentia inter occiſionem banniti per ſententiam, & occiſionem banniti per edictum, n.21. verſ. in Reos enim.
Inuериſimile eſt, quod quis voluerit, niſi ad conſulendum ſaluti propriæ, irruere in hominem armatum, & cultrum ab eiuſdem latere auferre, quando adhuc ille remaneat validiori armorum genere armatus, nu. 21. verſ.ſecundum quod reſultat.
Inueriſimile quod eſt habet falſitatis imaginem, n.21. verſ.ſecundum quod reſultat.
Teſtes inueriſimilia deponentes nihil probant, n.21. verſ.ſecundum quod reſultat.
Agrediendi propoſitum vnde deſumatur, n.21. verſ.& è contra.
Offendens, an præſumatur velle duplicare offenſam, n.21. verſ. quamuis enim.

Vulnerans poſt illatum aliud vulnus ab alia perſana, ſi vulnerauerint in rixa ambo ſunt abſoluendi à pæna ordinaria, & quæ ſit pæna extraordinaria iſto caſu, n. 21. verſic. tertium, quod reſultat.

Theſau. deciſ. 31. quomodo procedat nu. 21. verſ. pœna autem.

Nautis deferentibus ſpecies annouarias conceſſus eſt de iure commeatus, remeatuſque, n. 21. verſ. potiſſimum.

Text. in leg. 3. Cod. de Nauicular. lib. 11. quomodo explicetur, n. 21. verſ. potiſſimùm

22 Deferens annonam ad Ciuitatē vigore ſalui conductus dati deferensibus annonam, non debet illo gaudere reſpectu ad res derobatas, quas ſecum dicta occaſione defert.

23 Legatus à Latere non poteſt concedere ſaluum conductum delinquenti, ſeu bannito non habenti pacem.

24 Dummodò non faciat tempore belli.

25 Vel ex aliqua iuſta cauſa ad breue tempus.

26 Saluus conductus ad longum tempus habetur pro gratia.

27 Legatus à Latere nequit facere gratiam delinquenti abſque pace, vel abſque reſeruatione exilij.

28 Delinquentes non debent accedere ad loca vbi degunt offenſi, ſeu conſanguinei illorum.

29 Saluus conductus datus Titio, & socijs ſuffragatur, etiam ſi non nominentur ſocij.

30 Dummodò non ſint hæretici, vel hoſtes, qui debent in ſpecie affidari.

31 Iudæit etiam non nominatis ſuffragaretur.

32 Ducti extra numerum præfixum ſunt puniendi.

33 Sed cui ſpectet declarare, qui nam ſint ſupra numerum.

34 Cautela, qua vti debent ſuperiores in concedendo ſaluum conductum N. & ſocijs.

35 Saluus conductus datus contumaci à Legato à Latere ad capiendum bannitos non ſuffragatur extrà Statum concedentis.

Nec per modum tranſitus neceſſarij, ibidem verſ. quid ſi habens.

36 Bannimenta, quæ ad Principem reſtringunt facultatem concedendi ſaluum conductum, non compræhendunt ſaluum conductum, qui pro ſeruitio iuſtitiæ, & ex neceſſitate Iuris debet dari à Iudice. 45.

Et dantur exempla ibid.

Limitatur in caſu, quo cognitio delicti, pro quo Reus debet aſſecurari, ſpectat priuatiuè ad Principem, ſeu ad Officiales Principis num. 41.

Et in ſpecie in crimine læſæ maieſtatis. numer. 42.

Limitatur ſecundo, in caſu quo Reus eſt bannitus in alio Tribunali. num. 43.

Præſertim ſuperioris. num. 44.

Limitatur tertio in caſu, quo expreſsè tollatur Iudici facultas etiam in caſu ſeruitij iuſtitiæ. num. 53.

37 Saluus conductus etiam non petitus debet offerri, & in citatione inſeri, quando Iudex procedit contra Reum ex alio capite bannitum, ſeu contumacem.

38 Præſertim, quando Iudici conſtat, quod Reus eſt ex alio capite contumax.

39 Sed quando Iudex neſcit validè procedit.

40 At Reus in poſſe Curiæ perueniens poteſt excipere, & ex illo ſe tueri.

46 Senatus Cathaloniæ deciſio, qua fuit condemnatus ad mortem is, qui fuerat aſſecuratus à Iudice ad effectum, vt ſecurus accederet ad perhibendum teſtimonium, reprobatur à Fontanella, & alijs. n. 48.

47 Aſſecurati ad effectum, vt perhibeant teſtimonium, capti debent relaxari abſque vlla impenſa.

49 Securitas data à Iudice, etiam ſi non habeat facultatem debet ſeruari, nequis ſub fide publica decipiatur.

50 Etiamſi detur contra formam ſtatuti clauſulam irritantem habentis. num. 54.

51 Exuli nemo, niſi Princeps poteſt dare commeatum, remeatumque in terminis Iuris communis.

55 Iudex, qui ex ordine Principis dat ſaluum conductum vni ex pluribus delinquentibus in eadem cauſa, poteſt etiam cæteris illum dare, etiamſi in reſcripto non fiat mentio niſi de vno.

56 Vxori licet ire ad locum, ad quem cum ſaluo conductu vadit maritus, etiam ſi habeat probibitionem accedendi, & in ſaluo conductu non ſit facta mentio de Vxore.

57 Citatus ad reſpondendum inquiſitioni ſuper homicidio cum aſſaſſinio, ſeu alia qualitate poteſt petere ſaluum conductum ſuper qualitate, & Iudex debet illum dare.

58 Contrarium.

59 Prima opinio eſt verior quoties qualitas continet de per ſe malitiam, & deformitatem ſpecie contradiſtinctam à ſubſtantia, cui adhæret. num. 65.

Reſpondetur contrarijs num. 66. 67. 69.

60 Qualitas aſſaſſinij, proditionis, penſamenti habet malitiam, & deformitatem de ſe contradiſtinctam ab homicidio num. 61. & 64.

61 Pæna impoſita propter qualitatem, ſi conſiſtat in ſpecie, dicitur eſſe diuerſa, & contradiſtincta à pæna principalis delicti, ſecùs ſi conſiſtat in numero.

Dantur exempla, ibid.

62 Homo habet duo iura ad vitam, vnum ad fruendum ea: alterum ad defendendum eam.

63 Contractus hypothecæ, fideiuſſionis &c. ſunt in gratiam eorum contractuum, quibus præſtant ſecuritatem, & tamen cum illis non confunduntur.

68 Reus poteſt ſe defendere dicendo non feci, & ſi feci iuſto dolore feci.

Saluo conductu pendente non poteſt procedi in cauſa ad actus cõtumaciales. 69. v. quęro 6.

70 Secus ſi pro diuerſa cauſa procederetur.

72 Contrarium eſt magis æquum etiam in caſu, quo Curia, vel adhærens vellet probare delictum

lictum ad oſtendendum malam qualitatem Rei, num.75.

73 *Saluum conductum habens debet eſſe tutus ab omni vi iudiciali, & extraiudiciali directè & indirectè inferenda.*

74 *Concluſione facta in cauſa nemini licet producere teſtes, ſeù inſtrumenta, ſeù proceſſus*

76 *Saluus conductus debet largè interpratari ad fauorem Rei.*

Maximè conceſſus à Principe. n.90.

Adeo ut comprehendut caſum, de quo nec impetrans, & nec concedens cogitauit. numer.91.

Et comprahendit caſum, in quo non ſit facta mentio de delictis, quæ ſint minora. numer.92.

77 *Delinquere ſolitus non dicitur is, qui non eſt confeſſus ſuper delicto.*

78 *Saluus conductus impetratus à carcerato, qui timebat pro alijs arreſtari, non expreſſa carceratione non ſuffragatur.*

79 *Idem eſt in fideiuſſoribus retento.*

80 *Saluum conductum habens, ſi delinquit punitur tantum pro commiſſis poſt obtentum ſaluum conductum.*

81 *Imò etiam pro præteritis.*

82 *Diſtingue inter delictum appenſatum, & delictum in rixa poſt ſaluum conductum patratum.*

83 *Et inter delictum graue, vel leue.*

84 *Debet tamen de delicto poſt ſaluum conductum patrato conſtare plenè, vel ſaltem per inditia indubitata.*

85 *Saluus conductus currit de momento ad momentum.*

86 *Et tempus currit etiam ignoranti.*

Vide alleationes num.87.88.& 89.

93 *Aſſecuratus cum ſaluo conductu, nec ab inimicis poteſt impunè offendi.*

94 *Si eſt aſſecuratus à Principe: ſecùs ſi à Indice.*

95 *Intellige, vt procedat in locis, in quibus adeſt ſtylus non aſſecurandi reſpectu ad inimicos, prout extat in Statu Veneto.*

96 *Saluus conductus tollit, ſeù potiùs ſuſpendit ſententiam.*

97 *Offendens habentem ſaluum conductum iniuſtè offendit.*

98 *Et Iudicem contemnit.*

99 *Et ideò debet puniri*

100 *Offendens ſcientèr eum, qui habet ſaluum conductum à Principe, an committat crimen læſæ maieſtatis remiſſiuè, & qua pœna puniri debeat.*

101 *Saluus conductus falſus ſuffragatur, vt bannitus debeat reponi in libertate.*

102 *Et ita in facto practicatum.*

103 *Sed hęc concluſio non poteſt practicari ſine diſtinctione.*

104 *Falſificans ſaluum conductum imitando firmam Superioris, debet puniri pro falſitate, & pro delicto, pro quo factus eſt ſaluus conductus falſus. n.107.*

Idem ſi mandat fieri falſum ſaluum conductum. 108.

Idem ſi ſcienter vtitur falſo ſaluo conductu. n.110.

Idem ſi vtitur illo, in quo falſitas ſit viſibilis. n.112.

105 *Falſificans ſubſcriptionem Superioris committit grauem falſitatem.*

106 *Et grauiter etiam eſt puniendus.*

109 *Statutum loquens de faciente, an comprahendat mandantem.*

111 *Saluus conductus conceſſus ab Aduocato fiſcali non prodeſt habenti illum.*

113 *Vtens ſaluo conductu falſo, in quo falſitas ſit latens, & intrinſeca, quia habet omnia requiſita, eſt immunis à pęna falſitatis, & etiam à pœna delicti, pro quo eſt cum dicto ſaluo conductu aſſecuratus.*

114 *Dummodò det autorem.*

115 *Et autor non ſit ſuſpectus.*

Et eo magis ſi autor ſit Officialis Curiæ. numer.117.

116 *Credens leuibus hominibus eſt in culpa: ſecùs ſi bonis, & honeſtis.*

118 Molfettus ad conſuetud. Neapol. part. 4. quæſt.47. num.3. in add. *quomodò intelligendus.*

119 *Saluus conductus ex falſa cauſa à Superiore conceſſus debet ſeruari.*

120 *Intellige ſi ſuperior decipitur ex ſe.*

121 *Secùs ſi decipitur ab aſſecurato, qui falſam cauſam expoſuit.*

122 *Et etiamſi decipiatur à tertio cum ſcientia aſſecurati.*

123 *Et ſcientia hoc caſu eſt probanda plenè.*

124 *Alias vix ſufficit ad torturam.*

125 *Et vſus ſolus non ſufficit ad torquendum.*

126 *Aſſecuratus ab Amico, qui falsò ſcripſit obtinuiſſe ſaluum conductum, ſeù gratiam à Principe, & ideò acceſſum eſſe tutum, ſi incidit in manus Curiæ debet tanquàm non affidatus puniri.*

127 *Et ita iudicatum à M.Cur. Vicariæ.*

128 *Contrarium eſt verius.*

129 *Et ſententia M.Cur. fuit per Sac. Concil. reuocata.*

1 DE ſaluo conductu tractant Magalottus in *tract.de ſaluo conductu*, Ioannes Giorgius Bechtius in *tract.de ſecuritate, & ſaluoconductu* Petrus Premus *de ſecurit.promiſſ.* Bellus *de re militar. tit. de ſaluo conductu* Farinac. *quæſt. 29. per tot.* Paris de Puteo *de ſindicat. verbo ſaluus conductus* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ verbo ſaluus conductus* Peguer. *crim.deciſ. 39.* Menoch. *de arbitr. quæſt. 81.* Mendez. à Caſtro *in praxi par.1. lib. 5. cap.1. appendic.2. num...* & Matthæus Homem Leitam *de iure luſitano tract.2.de ſecuritatibus per plures quæſtiones*, plures referens Conciol. *crim.reſol.verbo ſaluus conductus.*

Saluus conductus, de quo hic, eſt quædam licentia conceſſa Reo ab eo, qui poteſtatem

habet concedendi, vt poſſit liberè incedere,
& etiam ad iudicium accedere, abſque timo-
re carcerationis, & ſecundum ea quæ hic diſ-
ponuntur debet habere tres conditiones ad-
hoc vt ſuffragetur.

Primò, quod ſit ſubſcriptus manu Cardin.
Legati, ſeu DD. Superiorum Vrbis Romæ:
Secundò, quod ſit regiſtratus in Cancellaria
Legationis: *Tertiò*, quòd habeat ſigillum
eiuſdem Cancellariæ impreſſum.

Nota, quod duæ vltimæ qualitates nõ eſſent
neceſſarię ſimplicitèr, niſi hic expreſsè dicere-
tur, quia ſufficit de Iure Principis ſubſcriptio,
2 quę perficit, & dat omne robur reſcripto, ſeu
3 gratiæ, imò, & ſolo verbo perficitur, vt innuit
Adden. ad Bart. in *leg. more ff. de iuriſd. omn.
Indic. verbo quæro vlteriùs*, ſcriptura enim
exigitur ſolùm ad comprobationem, & non
ad eſſentiam gratiæ, vt dicunt Rebuff. in
concordat. rub. de mandat. Apoſtolic. §. 1. *gloſa
1. verbo litteras* Molin. *de primogen. cap.* 8. *nu.* 7.
Azeuedo *recopil. lib.* 5. *titul.* 7. *leg.* 1. *num.* 17.
Caſſan. *conſuet. Burgund. rub.* 4. §. 7. *n.* 40. & his
relatis Narb. *ad leg. Hiſpan. lib.* 1. *tit.* 6. *leg.* 10.
gl. 3. *n.* 6. & propterea ſigillatio, & regiſtratio
non eſſent neceſſariæ, vt in terminis firmat
Petrus Stoeknians *deciſ. Curiæ Barbantiæ de-
ciſ.* 148. qui indè infert, quod litteræ Princi-
pis non ſigillatæ habent ſuam efficaciam, &
teſtatur, quod mulier carcerata poſt expedi-
tionem ſalui conductus, ſed antè illius ſigil-
lationem fuit liberè dimiſſa: At quia homi-
num malitia eo peruenit, vt nec Principes
poſſint eſſe ſecuri, nè interueniant teſtes fal-
ſi, vel caracter eorum imitetur, & falſificetur
4 ideò ad validitatem, & ſigillari, & regiſtra-
ri eorum reſcripta mandarunt: Vndè hodie
robur Scripturæ, ſeù gratiæ potiùs in ſigilli
impræſſione, quàm in manu firmantis conſi-
ſtit, vt ex Andr. de Iſernia dicit Afflict. *deciſ.*
21. *num.* 9. & ad probandam gratiam, ſeù eius
qualitates teſtes non admittuntur Rota in
nouis deciſ. 332. *& deciſ.* 457. & Mangrell. ad
Bartol. in *rub. C. de diuerſis reſcriptis*.

Nota ſecundo, quod gratia, quæ iuxtà ban-
5 nimenta debet regiſtrari, ſi non fuit regiſtrata
intrà tempus ſtatutum, eſt nulla, & remanet
ac ſi facta non eſſet, Capic. latro *conſult.* 52.
num. 12. 14. 69. *&* 70. *par.* 1. de Ponte *conſ.* 3.
num. 16. *vol.* 1. *& conſ.* 34. *num.* 7. *lib.* 2. Geor-
gius *alleg.* 3. *num.* 11. & idem de Ponte *de po-
teſt. Proreg. tit. de aſſenſ reg.* §. 9. *num.* 3. & San-
fæl. *deciſ.* 359. *per tot.*

Sed an ſufficiat, quod ſit regiſtrata in Secre-
6 taria, ſeù Cancellaria tantum? Cephal. *conſ.*
35. *num.* 44. *lib.* 1. videtur velle, quod ſufficiat:
Sed tu ſerua diſpoſitionem bannimentorum.

Nota tertio, quod ad melius eſſe debet ſal-
uus conductus continere aliam conditionem,
7 nempè, quod aſſecuratus non vagetur per pla-
teas, & loca publica, quia ſic dignitas magi-
ſtratus, & iuſtitię exigere videtur, vt benè
conſiderat Petrus Zambonus in *pract. crimin.
ad leges Venetas accommod. cap.* 20. *num.* 1. Imò
8 pro bono pacis, & Ciuitatis quiete, nec de-
bet manere in loco, vbi degunt partes offen-
ſæ, & nec tranſire ante domus inimicorum,
9 vt ex Danza. Farinac. Sanfæl. Caball. Nouar.
Capiblanc. & Rouit. inquit Anell. de Sarno
pract. crim. cap. 37. *fol. mihi* 224.

Quæro primo, an forma hic tradita aſſe-
curandi poſſit per aliquod æquipollens ſup-
pleri? puto, quod ſuppleretur, ſi Princeps
10 per ſe, vel per aliquem eius Officialem voca-
ret ad ſe delinquentem, nam videretur
tacitè illi pollicitus ſaluus conductus, vt in-
quiunt Belluga in *ſpeculo Princip. rub.* 21. Vil-
loſa *de fugitiuis cap.* 19. §. 3. *num.* 126. Cancer.
variar. lib. 2. *cap.* 2. *num.* 313. Fontanell. *deciſ.*
338. *num.* 12. *&* 18. *lib.* 2. Vico *ad pragm. Sardi-
niæ lib.* 2. *tit.* 25. *cap.* 12. *num.* 23. Ioſeph Ra-
monus *conſ.* 53. *& ſeq.* & Carolus Tapia *de
Iure Regni lib.* 5. *tit.* 57. *de guidat. cap.* 197. *nu.* 1.
11 qui refert fuiſſe improbatum, quod Dux Oſ-
ſunæ feciſſet per Secretariũ vocare ad ſe quen-
dam delinquentem manentem in Eccleſia, &
poſteà carcerari feciſſet: & mirum, quod Ta-
pia non faciat ibidem mentionem de Iudice
12 Eccleſiaſtico, qui poterat, & debebat inſtare
pro repoſitione, & reſtitutione carcerati ad
Eccleſiam, prout alias in terminis terminan-
13 tibus fuit practicatum in Catalonia teſte Fon-
tanella *deciſ.* 339. *per tot. lib.* 2. quem refert
Villoſa *loc. cit. num.* 126. & Cortiada *deciſ.* 77.
nu. 8. *par.* 2. & tempore quo eram Iudex Emi-
nentiſſimi D. Card. Vicarij fuit reſtitutus Ec-
cleſiæ Don Marcus Antonius Lanfrancus, qui
manens in choro ſuæ Eccleſiæ fuit à Iudice
vocatus, dicendo, *che gli haueua da parlare
in Camera*, & egreſſus, fuit propter contre-
ctationem improbatam reliquiarum ductus
ad Carceres Nouas Vrbis.

Et credo, etiam quod ſuppleretur, ſi quis
de Regimine vocaretur ad Concilium Ciui-
tatis cum alijs Conciliarijs; videtur enim eiſ-
14 dem, dùm vocantur, concedi ſaluus condu-
ctus, vt eſt text. in *leg. non alias ff. de iuriſdict.
& in cap.* 1. 5. *quæſt.* 2. & ibi gloſa verbo
venerit, & apoſtilla verſic. *idem eſſet*, Iacob.
Cancer. *var. reſol. tit. de Iuriſd. omn. Iudic. cap.*
2. *num.* 313. *part.* 2. Bellug. *Specul. Princip. rub.*
21. *num.* 4. & faciunt Fontanell. *deciſ.* 339. *num.*
12. *& ſeqq. part.* 2. & Ramon. *conſ.* 53. *&* 54.
per tot. & nouiſſimè Villoſa *de fugitiuis cap.* 19.
§. 3. *num.* 118. *& ſeqq.* qui allegat etiam Co-
ler. Calicium, Cabedo, & Portules ad Moli-
nam *locis* per eum *relatis*, quibus addendi,
Dan. Moller. *lib.* 2. *ſemeſtr. cap.* 1. & Petrus Heig.
part. 2. *quæſt.* 12. *num.* 38. *&* 39. qui volunt
quamlibet citationem etiamſi non habeat an-
nexam clauſulam publicæ fidei, & ſecuritatis,
in dorſo ſecum ferre ſaluum conductum.

Benè verum eſt, quod quis non debet fide-
15 re, quando non eſt ſpecialiter vocatus, nam
accerſitus ad ſonum Campanæ, vt fieri ſolet,
non poteſt prætendere fidantiam, quia lex, vt
priui-

Digitized by Google

16 priuilegium concedens generalem ſaluum
conductum reſtringitur ad habilia, vt conſi-
derat Raphael de Villoſa *de fugitiuis cap.* 19.
*§.*3.*num.*106. & ad autoritatem, & doctrinam
Bellugæ Cancer. Rammoni, & Fontanellæ
reſpondetur, quod illi reprobantur à Creſpi
*obſeru.*113.*n.*12. *& ſeqq.* & benè quidē ſi intel-
17 ligatur iuxtà hanc explicationem, vt ſcilicet
eorum doctrina procedat, quando conſilia-
rij vocantur ſimpliciter ad ſonum Campanæ,
& idem eſt, quando quis vocatur iudiciali-
ter, quia vocatus cùm terminis iudicialibus
18 debet cogitare, quod iudicialiter, & cum
rigore Iuris ſit contra eum procedendum.
Nam ſecus eſt quando quis vocatur à Princi-
pe, Miniſtris, ſeu Iudice, per epiſtolam, ſeù
oretenùs comiter, vt fit, *Vi hò da parlare*,
iuxtà caſum Tapiæ, & Fontanellæ *locis ſuprà
citatis*.

Vide Creſpi, qui *ibidem num.* 5. *& ſeqq.*
quatuor caſus diſtinguit: Vide etiam Mat-
thæum Coller. *proceſs. executiu. part.*4. *cap.* 1.
num. 236. qui ait id non eſſe extra controuer-
ſiam. Vide etiam Petrum Mullerum *de fugi-
tiuis pag.*127. & Carpzou. *pract. crimin. par.*3:
*quæſt.*112. *num.*15. *& ſeqq.* qui negant citatio-
nem continere in ſe ſaluum conductum, & in
omnem caſum id ita eſſe interpretandum, vt
ſaluus conductus datus cenſeatur quandiù
citatus iudici probabiliter innocens appare-
ret, & cum hoc dicto Rex Poloniæ ſaluauit
detruncationem capitis Potkouan, quem
data fide ad ſe vocauerat, nam cum quidam
datam fidem obtunderent, reſpondit, quod fi-
des ſuffragari debebat, quatenus vocatus non
fouiſſet malam cauſam, vt refert D. Iacob.
Pignatell. *conſult.*67. *num.*39. *tom.* 5.

Suppletur tertio, ex commeatu libero,
19 quem præberet Princeps deferentibus Anno-
nam, vt ſolet practicari cum contrabanderijs,
etenim ſi illo tempore accederet aliquis con-
trabanderius proceſſatus, & caperetur, eſſet
liberè dimittendus, vt in terminis fuiſſe pra-
20 cticatum teſtatur Xamar. in *ciuili doctrina*
§.16. *num.* 99. quem refert Raphael de Vi-
loſa *de fugitiuis cap.*19. §. 3. *num.*99. inquiens,
fuiſſe declaratum, ſeruum, qui delictum com-
miſerat, accedentem cum quadam triremi,
quę victualia deferebat ad Ciuitatem, gau-
dere debere ſaluo conductu conceſſo genera-
liter annonam deferentibus, & in executio-
nem fuiſſe relaxatum à carceribus, in quibus
detinebatur, & facit ad propoſitum text. in
*l.*1.*Cod. de nauicul. lib.*11. vbi nullam vim nau-
cleros annonarias ſpecies deferentes ſuſtinere
debere, ſtatuitur, nec concuſſiones, neque
aliud genus incommodi, ſed venientes, & re-
meantes omni ſecuritate potiri, quem text.
expendit ad rem noſtram Viloſa *loc. cit. n.*52.
& ſeqq. Verùm moneo, ne fidant multum,
quia, vt dixi, lex, ſeù priuilegium, ſeù Princi-
pis placitum reſtringitur ad habilia, vt ait
Villoſa *loc. cit. num.* 106. maximè ſi quid mini-
21 mum ſublenet Ciuitatem cum modica anno-
na, vt ex Menoch. Bellon. Surd. & Xamar. in-
quit Villoſa *loc. cit. num.*102. De textu *dict. l.
primæ*, feci ego mentionem, ſed non ma-
gnum fundamentum in certa mea allegatio-
ne, quam hìc exiſtimaui imprimendam etiam
ad corroborationem eorum, quæ dixi in *li-
bro primo cap.*2.*§.*4. *num.*119. *&* 120. & eſt.

Ex reſtricto mihi ex gratia tradito reſultat
quod die 29. Auguſti 1688. Hieronymus cū
ſecure percuſſit, & vulnerauit Ioſephum ne-
potem Saluatoris, ex eo quia cum vno ſocio
conſcenderat cymbam eiuſdem Hieronymi,
& cum eadem, ipſo Hieronymo inſcio, acceſ-
ſerat ad nauim vulgo *tartana* ad porrigendum
illi opem ad approbandum ad littus, & piſces
à nautis recipiendum.

Die ſequenti 30. eiuſdem Menſis circa *ho-
ram* 21. præfatus Saluator cultro vulnerauit
Cæſarem Filium dicti Hieronymi, & quidem
merè in odium, & vindictam dicti vulneris
illati à Hieronymo in perſonam Ioſephi, nam
cum repetijſſet dictum Cæſarem in platea ei-
dem dixit -- *bella attione hà fatto tuo Padre
ferire mio Nepote*, cui Cæſar reſpondit -- *ſe
mio Padre era vbriaco, che c'hò che far'io*, &
quamuis iſta reſponſio debuiſſet illi ſatis eſſe
etiam ad excuſandum Hieronymum, nihilo-
minus, quia habebat intentionem faciendi
vindictam tranſuerſalem, omni iure prohibi-
tam, euaginato cultro porrexit manum ad
cultrum, quem ad latus habebat Cęſar, ne
poſſet ſe defendere, & vnum ictum in eum-
dem Cæſarem admenauit, & ſub brachio dex-
tero illum lætaliter vulnerauit.

Hoc delicto patrato non ſe retraxit, aut
confugit ad Eccleſiam, ſed armatus cultro, &
piſtola ſe contulit ad littus maris, vbi exta-
bant rebus ſuis incumbentes Alexander, &
Dominicus cognati dicti Cæſaris, & circa
vigeſimam tertiam horam eiuſdem diei cum
vidiſſet Alexandrum ambulantem per littus,
ſeu Riuam, & Dominicum exeuntem ab Hor-
reis in dicto littore exiſtentibus dixit Alexā-
dro, *che rumore ci era*, & Alexander reſpon-
dit -- *niente*, & Saluatori approximatus irruit
in eum, & cultrum, quem idem Saluator ha-
bebat ad latus, accepit, & cum illo vnum
ictum Saluatori dedit, ſuperuenit Dominicus,
& cum cultro, quem deferebat duo, vel tria
vulnera eidem Saluatori inflixit, & Saluator
extraxit piſtolam, ſed non potuit illam ex-
plodere, nam Alexander continuauit percu-
tere vſquequo ille viribus deſtitutus cęſpitare
cæpit, & quia interim in auxilium præfati Sal-
uatoris quidam eiuſdem conſanguineus ac-
ceſſerat, in eundem Alexander cum dicto cul-
tro cucurrit, & deinde reuerſus ad Saluato-
rem, qui adhùc cum piſtola præ manibus ſta-
bat, eumdem alio ictu percuſſit, & tunc Sal-
uator prorſus in terram cecidit, & expirauit.

Et hac facti ſerie, quæ ex proceſſu poſtmo-
dum ad Curiam tranſmiſſo veriſſima reperta

fuir, tria reſultant ad fauorem Alexandri.

Primum, & tollit prorſus omnem reatum, & pœnam, eſt, quod Saluator in publica platea, & ſic nororiè vulnerauit Cæſarem in odium vulneris illati à Hieronymo Patre Cæſaris in perſonam Ioſephi nepotis ipſius Saluatoris, & per conſequens commiſit vindictam tranſuerſalem, vt diſponitur *in bannimentis generalibus Status Eccleſiaſtici cap. 32. – E non eſſendo coſa al mondo più perniciosa alla quiete publica, ne più infame appreſſo ad ogni perſona d'honore, che offendere vno per vendetta d'ingiurie, e diſpiacere ricenuto dall'altro; però eſpreſſamente ordina Sua Emin. che da qui innanzi niſſuna perſona proſeguendo l'ingiuria fatta à ſe, ò ad altri, ò qualſiuoglia attione, ò parola, benche veramente non ingiurioſa, dalla quale ſi moua riſentimento, facci, ò facci fare anco à ſangue caldo ſorte alcuna di vendetta tranſuerſale offendendo Padre, Madre, Fratelli, Sorelle, Figliuoli, ò altri attenenti del ſuo inimico, ò auuerſario ſino in quarto grado incluſiuè &c.*

Potuit ergo impunè occidi, tàm ab Alexandro, & Dominico, quàm à quouis alio, tum quia erat notorius delinquens in crimine adeo attroci, & tamquam talis potuit impunè occidi vigore Bullæ S.M. Sixti V. in *ordin. 6.* §.2. ibi -- *alijſq; ſimilibus notorijs delinquentibus, & facinoroſis hominibus etiam nondum condemnatis*, & ibi -- *vſque ad vltimam profligationem perſequantur, ac vt capiantur, & apprehendantur, ſeu profligantur*; verbum enim *profligere* denotat occiſionem, vt dicit Farin. *quæſt. 103. num. 169.* cuius diſpoſitio eſt multum rationabilis non ſolum, quia proximè banniendus habetur pro bannito, vt eſt tex. in *leg. qui pœnæ* §. *diuus Pius ff. de manumiſſ.* Caball. *crim.reſol.275.num.14.* Ferrettus *conſ. 334.lib.1.* & alij paſſim, ſed etiam, quia homines adeo efferatæ naturæ ſunt ſtatim è mũdo tollendi, ne interim, dum expectatur ſententia, in peiora ruant, vt conſiderant Boſs. *tit.de crim.læſæ Maieſtatis num. 78. & nu.116. & tit.defenſ.Reor.num.61.* & Gigas *de crim.læſæ Maieſtatis tit. de rebellibus quæſt. 25.* & ex his Farinac. *qu.103. n.11. in fine.*

Tùm etiam, quia ob dictum crimen vindictæ tranſuerſalis ab ipſo commiſſum effectus erat Reus criminis læſæ Maieſtatis, vt expreſsè diſponitur in Bulla S. M. Pauli Secundi in *ord.4.* quam alij Pontifices confirmarunt ibi - *crimen læſæ Maieſtatis incurrat, & tamquam læſæ Maieſtatis, & rebellionis, ac ſeditionis in Vrbe excitatæ Reus cenſeatur, & habeatur*, & ex hoc etiam potuit impunè occidi, quia in Reos Maieſtatis, & publicos hoſtes omnis homo miles eſt, vt ex Tertulliano formalibus verbis ait Grotius *de iure belli, & pacis lib. 2. cap.20.theſ.17. nu.2.* quem retuli Ego *in lib. 1. cap.2.*§.*4.num.97.*

Inſuper in *dicta Bulla* §.3. committens vindictam tranſuerſalem expreſsè diffidatur ibi - *omneſque præterea talia perpetrantes, & committentes tamquam Chriſtianæ Religionis alieni, publicæ pacis Emuli, ab omni Populo, Ciuitate, Terra, vel loco Eccleſiæ Romanæ mediatè, vel immediatè ſubiecto ſint perpetuò diffidati*, & ideo eo magis potuit impunè occidi, verbum enim *diffidare*, prolatum à Pontifice in *dicta Bulla* importat licentiam cuilibet priuato offendendi, & occidendi, vt loquentes de verbo *diffidare* poſito in *cap.pro humani de homicid. in ſexto* firmant Barboſa, & Paſſerin. in *dicto cap. pro humani*, & pluribus citatis Doctoribus Farinac. *quæſt.103. num.11.* qui ait, quod diffidatus poteſt ab omnibus impunè occidi, occidenſque ab ipſo iure ſine alio ſtatuto impunitatem obtinet, quod replicat Farin. *qu.123.n.8.*

Et quamuis idem Farinac. *dict.num.11.verſ. attamen quicquid*, contra opinionem multorum, quos refert *ibidem verſ.bene verùm* requirat, quod debeat interuenire Iudicis declaratoria adhoc, vt diffidatus à iure poſſit impunè occidi.

Nihilominus eius aſſertio non officit Carcerato, quia procedit, quando non extat Conſtitutio, ſeu Bulla, prout extat in Statu Eccleſiaſtico permittens, quod notorius delinquens poſſit impunè offendi, nam ſtante huiuſmodi conſtitutione ſufficit, quod delinquens notoriè, & in loco publico delinquat ad hoc, vt dici poſſit delinquens notorius, & poſſit impunè offendi, valet enim Princeps ordinem agendi iudicialia præpoſterare, vt firmant Doctores, quos in his terminis adduxi ego in *lib.1. cap.2.* §.4. *num. 119.* & valet etiam ad impunitam occiſionem permittere, quod fiat probatio delicti poſt mortem Rei delinquentis, quod fuiſſe practicatum ad fauorem Ducis Vrbini in occiſione Cardinalis Alidoſij, & alterius de quo loquitur Eug. dixi *dict.* §.4. *num.120.* vbi plures ad hoc retuli Doctores in terminis loquentes.

Secundo reſpondetur (& hæc reſponſio tollit omnem difficultatem) quod etiam in caſu, quo diffidatus à lege, ſeu conſtitutione, occidatur ante declaratoriam, occidens debet eſſe impunis ab omni pœna, ſi poſt occiſionem probet, quod occiſus erat talis, qui poterat ex lege impunè occidi, quia ſubſequens declaratoria retrotrahitur ad tempus delicti, vt inquit ipſe Farinac. *eodem num.11. verſ.ſed numquid*, & refert Eug. qui *conſ. 22. num. 76. & 84. & ſeq.* arguendo de rebelle ad aſſaſſinum ita concludit, & *in fine dict.conſ.* teſtatur ex hoc liberatos à morte fuiſſe quoſdam, qui aſſaſſinum occiderant; nam in contumaciam condemnati, & capti probarunt illum occiſum fuiſſe aſſaſſinum.

Vnde cum hic ex eodem proceſſu fiſcali appareat, quod Saluator erat Reus criminis vindictæ tranſuerſalis, & ob dictum crimen erat vigore ſupradictæ Bullæ diffidatus, nihil obſtat, quod abſolutionem Carcerati impediat,

diat, ſeu retardare poſſit.

Præſertim cum Reus criminis vindictæ tranſuerſalis ſit à Pontifice in *dicta Bulla* declaratus, & habitus pro Reo læſæ Maieſtatis, rebelli, & ſeditionis excitatore, nam in caſu iſto non eſt neceſſarium procedere per argumentum prout fecit Eugen. *loc. cit.* ſiquidem in dicto caſu relato ab Eugen. occiſus erat ſolùm diffidatus ob crimen aſſaſſinj iuxta text. in *dict. cap. pro humani*. Sed in caſu iſto occiſus erat diffidatus, & in ſimul habebatur pro Reo læſæ Maieſtatis, & habebatur etiam pro Rebelle.

In Reos enim Maieſtatis, & publicos hoſtes omnis homo miles eſt, vt ait Grotius ſupra citatus *dict. theſi 17. num. 2.* ſubdens -- *atque in hoc differt ius occidendi exules, quos bannitos vocant ab iſtarum legum ſpecie, quod ibi præcedit ſpecialis ſententia; hic generale edictum, quod accedente facti euidentia vim latæ ſententiæ obtinet*, & Grotium ſic dicentem refert, & ſequitur Georg. Adam. Struuius *de vindicta priuata cap. 3. aphoriſm. 7.*

Et hoc procedit etiamſi occidens ignoret, vel ex alia cauſa moueatur ad occidendum, vt aduertit Eugen. *dicto conſ. 22. num. 92.* quia ſufficit ad impunitatem, quod Prouincia purgetur malis hominibus, quod principaliter eſt in intentione Statuentis, vt ſubdit pro ratione Eugen. *ibid.*

Secundum, quod reſultat ex dicto proceſſu eſt, quod Saluator erat penitùs, & omninò inermis, & propterea non eſt veriſimile, quod voluerit, niſi neceſſitate, & ad conſulendum propriæ ſaluti coactus, exponere ſe adeo periculoſo experimento irruendi in Saluatorem, & auferendi ab illius latere cultrum, cum quo eumdem vulnerauit, nam non poterat eſſe certus obtinendi inteutum, & adhuc Saluator habuiſſet piſtolam, & ſic arma validiora, & maiorem timorem inferentia: Quod autem eſt inuериſimile, habet falſitatis imaginem, vt poſt alios inquit Vermigl. *conſ. 171. num. 25.* & numquam cenſetur factum, vt ait idem Vermigl. *dicto num. 7. & conſil. 31. numer. 5.*

Et quatenus Teſtes dicerent, Alexandrum abſque euidenti neceſſitate irruiſſe in dictum Saluatorem, & illi cultrum abſtuliſſe, quod tamen ex lectura proceſſus numquam poteſt deduci, adhuc nihil probarent ex regula trita, & communi, quod teſtes inueriſimilia deponentes nullam fidem faciunt, vt ex Gram. *conſ. 62. num. 1. & ſeqq.* & Caball. *crim. reſol. 231. num. 21. & 23.* inquit Vermigl. *conſ. crim. 74. num. 4.* ſubdens, quod per iuſtum Iudicem cuncta ſunt rimanda, & vbi detegit inueriſimilia in teſtibus, neque illis, quamuis pluribus, & conteſtibus fidem aliquam adhibere debet, qua ratione Rota treſdecim teſtes reiecit in *Peruſina laudi 23. Ianuar. 1614. coram Veroſpio.*

Eoque minus cum augeatur inueriſimilitudo, ex eo quia non habetur in proceſſu, quod Alexander fuiſſet certioratus de vulnere, quod Saluator per horam circiter ante intulerat in Cæſare, imò deſumitur contrariũ, nam Saluator ſciſcitatus fuit ab Alexandro, *che rumore ci era*, & Alexander reſpondit *niente* iura enim non patiuntur, quod elici poſſit præſumptum de præſumpto nempe, quod ſciuerit, quod voluerit vindictam facere; & quod ad hoc negauerit dictam ſcientiam.

Et è contra acceſſus Saluatoris ad littus maris, in quo erant ſoliti verſari, & eſſe conſanguinei, & affines Cæſaris vulnerati, præparatio piſtolæ, qua vltra cultrum ſe muniuit, & ſupradicta interrogatio facta Alexandro, quæ potuit eſſe cum verbis aſperis, arguunt in Saluatore propoſitum agrediendi, & offendendi etiam prædictum Alexandrum ex poſitis per Farinac. *quæſt. 125. numer. 456. 458. & 469.*

Quamuis enim dicat Farinac. *dicta quæſt. 125. num. 467.* quod offendens non præſumitur velle duplicare offenſam, cuius tamen contrarium volunt Gram. *vot. 34. num. 3.* & Io. de Amicis *conſ. 23. nu. 11.*

Nihilominus eius opinio non procedit, quando ex coniecturis deſumitur animus offenſas multiplicandi, prout hic, vbi Saluator ſi non habuiſſet talem animum non ſe armaſſet etiam piſtola, & nec ad littus maris, in quo erant conſanguinei dicti Cæſaris, acceſſiſſet, quia potuiſſet cogitare, & timere, ne ab illis offenderetur.

Nec dicatur ad tollendam inueriſimilitudinem, quod Alexander, licet inermis, poterat ſperare auxilium à Dominico eius fratre.

Quia cum non appareat, quod Dominicus fuiſſet vicinus, non poteſt in hoc fieri fundamentum, ſignanter cum ſuperuenerit ad locum rixæ multò poſt illam incæptam, nam habetur in proceſſu, quod ſuperuenit poſt primum ictum ab Alexandro datum Saluatori cum cultro ab eiuſdem Saluatoris latere ablato, & ideo poſt ſpatium temporis notabile ſumpto argumento ex communiter cõtingentibus, etenim hæc non potuerunt fieri, niſi cum notabili, & conſiderabili temporis ſpatio.

Tertium, quod reſultat, eſt, quod Dominicus prædictus, & ipſe intulit duo, vel tria vulnera in perſonam dicti Saluatoris, ergo remanet incertum, an illata à Dominico, quæ fuerunt poſt primum ictum illatum ab Alexandro, fuerint letalia.

Effectus huius incertitudinis, quando homicidium patratur in rixa, eſt vt ambo debeant à pœna homicidij liberari, condemnandi dumtaxat in pœnam extraordinariam, vt poſt multos, quos citat, probat Farinac. *q. 96. num. 31.* vbi reddit rationem, quia licet omnia vulnera ſint mortalia, cum tamen homo ſemel tantùm mori poſſit, qui primùm mor-

mortale vulnus intulit, is verè occidit, alius verò, qui deindè percuſſit non hominem, ſed cadauer percuſſiſſe dicitur, & in hac opinione reſidet *ibid. n. 33.*

Pœna autem extraordinaria in iſto caſu non eſt corporalis, ſed eſt pecuniaria, vt pluribus adductis firmat Farinac. *dicta quæſt. 96. num. 57.* qui *num. 58.* ſubdit, quod poteſt eſſe etiam exilij, vel relegationis, & explicat deciſionem Theſau. dicentis in *deciſ. 31. ad finem num. 5.* poſſe etiam ad triremes fieri condemnationem, aduertendo, quod Theſau. loquitur in caſu, quo omnes agreſſi fuerant ex propoſito, & fuerunt contra praxim, qua hodie Iudices vtuntur, torti ad ſciendum, quis occiderit, & perſtiterunt in negatiua.

Sed dicta ſint ex abundanti hæc duo vltima, propter quę pauper carceratus poſſet ſperare eſſe liberandum à pœna triremium, nam his non eget, cum deducta in primo capite abſoluendum, & omnino liberandum eſſe ſuadeant, pro vt ex ſolita iuſtitia liberari non diffidit.

Potiſſimùm cum fuerit carceratus in Ciuitate Anconæ, ad quam cum naui maiolica onerata pro nauta inſeruiẽs à R. Neapolitano acceſſerat; textus enim in *leg. 3. Cod. de nauicul. ſeu Naucleris lib. 11.* Nautis deferentibus ſpecies annonarias meatum, remeatumque concedit ibi — *nullam vim oportet naucleros ſuſtinere delegatas ſpecies annonarias transferentes, nec concuſſiones perpeti, nec aliquod genus incommodi, ſed venientes, ac remeantes omni ſecuritate potiri*; vbi Bart. *num. 8.* ait, quod iſti naucleri non poſſunt detineri ratione debiti, ſiue delicti.

Et quamuis textus loquatur de deferentibus ſpecies annonarias conſignatas, & commiſſas ab Officialibus Principis.

Nihilominus poteſt extendi etiam ad iſtum caſum conſiderando, quod Naucleri, de quibus loquitur textus, ſtabant in loco, & in eodem dominio immediatè Principi ſubiecto, & per conſequens poterant capi in loco, in quo onerabatur nauis, & etiam in loco, in quo exonerabatur, & tamen priuilegio eos potiri ſtatuit, vnde eo magis iu caſu iſto, in quo Alexander non poterat capi in Regno; verùm tamen eſt, quod ſpecies, de quibus textus loquitur erant annonariæ, quibus annumerari non poſſunt merces ad Portum Anconæ allatæ, ſed negari nequit eſſe mercem Ciuitati, & Statui Eccleſiaſtico neceſſariam, per conſequens nequit in totum ſperni diſpoſitio dicti textus, ne opituletur Carcerato, ſaltem ad hoc, vt dare debeat impulſum, vt advnqnem attendatur ad eius fauorem diſpoſitio ſupradictarum Bullarum.

Iſte pauper, qui erat in contumaciam condemnatus in pęnam triremium perpetuarum, nullum ſubleuamen habuit ex his, ſed fuit tranſmiſſus ad triremes ad tenorem ſententię, & fateor meam ignorantiam non poſſum adhuc percipere fundamentum, nam ex primo motiuo Dux Vrbini inquiſitus de homicidio Cardinalis Alidoſij, qui poſtmodum probauit, quod Cardinalis erat proditor, fuit penitus abſolutus, & hoc idem euenit illi, de quo loquitur Eugen. *conſ. 22.* Ex ſecundo verò, & tertiò motiuo erat liberandus à pœna triremium, & ſaltem tempus condemnationis reducendum, nam ſi pauper iſte motus ex vulnere, quod parum aute fuerat à Saluatore illatum in Cæſarem cognatum ſe armaſſet, & Saluatorem perquiſiuiſſet, & inuentum occidiſſet, vtique ad aliam pęnam, quam triremium perpetuarum non fuiſſet condemnatus, quia iracundia proueniens ex facto Saluatoris occidentem excuſaſſet à pœna ordinaria, vt autoritate plurium Doctorum oſtendi *lib. 1. cap. 7. in rub. num. 54.* & ſic ad triremes perpetuas dumtaxat condemnari potuiſſet, debuit ergo ad eius fauorẽ dicta pęna minui per plures gradus *primò*, quia iratus deliquit: *ſecundò*, quia inermis abſtulit cultrũ latere Saluatoris ſibi occurrentis, & vt veriſimile eſt inſultãtis, & cũ d. cultro vulnerauit: *tertio*, quia incertum, an vulnera illata à Dominico, vel illata ab ipſo Alexandro eſſent mortalia. Certè ob infortunium huius pauperis, qui nõ poteſt ob paupertatẽ ſua iura experiri in gradu appellationis, coudolui, & condoleo, cum Gramatico, ſeu potius cum Marſilio Ego ſcripſi pro paupere, & gratis, & dico, quod non aliter votaſſem, ſi fuiſſem Iudex in cauſa. Sed forſan allucinor.

Sed, vt ad rem, vnde egreſſus ſum, redeam,
22 quid ſi aſſecuratus tacitè, vel expreſsè cum ſaluo conducto deferat ad Ciuitatem annonam, & cum illa etiam aliquam rem furatam, an poſſit quoad rem prædictam furatam eſſe tutus? agit de hac quæſtione D. Iacob. Pignatell. in *tom. 5. conſult. can. 67.* qui diſputata re ad partes, *num. 17.* concludit pro negatiua, tùm quia ſaluus conductus, quantumuis generalis, non compræhendit res furatas Caſtren. *conſ. 203. num. 5.* Petrin. de Bellis *de re militar. par. 9. num. 14. in fine*, tùm etiam quia non poteſt concedi in præiudicium tertij, vt ex Ploto *conſ. 73. num. 65.* & Cancer. *variar. tit. de pace, & tregua cap. 11. num. 13.* ſubdit D. Pignatell. *ibidem*, vide eum, qui diffusè rem tractat, & etiam in contrarium adductis reſpondet: de eodem caſu in ſpecie tractat Thomas Cerdan. de Tallada in *tract. viſita de la carcel. cap. 14. numer. 8. & 9.* & concludit pariter, quod reſpectu ad res derobatas non debet gaudere beneficio ſalui conductus.

Qnæro ſecundo, an legatus poſſit indifferenter concedere ſaluum conductum delin-
23 quenti, ſen bannito? Dic quod nec Princeps Supremus regulariter poteſt dare meatum, & remeatũ liberum, & in perpetuum cum partis præiudicio, vt inquit Xam. *rer. iudic. p. 2. def. 128. n. 6.* & idem pluribus oſtendit Io. Bapt. Plotus *conſ. crim. diuerſ. 73. per tot. & ſignanter num. 65. lib. 2.*

Digitized by Google

24 *lib.2. in folio*, ſed verius eſt, quod poteſt ſi
exiſtat cauſa, vt expreſsè dicitur in *leg.relega-
ti ff.de pœnis in fine*: cauſa autem debet eſſe iu-
ſta, nam Princeps, qui ciuiliter, iuſtèque
agit, non temerè, aut ſine conſilio, & ex li-
bidine, quos pœnis debitis ſententia iuſta
addixit, liberat, aut redire facit, vt benè in-
quit D. Nicolaus Antonius *de exilia lib.3.c.4
num.19.* qui propterea cum Rebuffo *ad Con-
ſtit.Franciæ tract.de reſcript.art.7.* repræhendit
Accurſium, & Bart. qui in *dict.leg.relegati* au-
ſi fuerunt dicere non ſine cauſa fieri, quod
voluntate, arbitrioque Principis fit. Vnde
in caſu noſtro dicendum, quod ſuccedente
bello, quod Deus auertat, ſemper, & indif-
ferenter poſſet, quia ob ſalutem, & vtilitatem
publicam multa licent Petrus Bellin. *de re mi-
litar.par.9. tit.vnico de ſaluo conductu in princ.*
& Capic.latro *deciſ.105.num.11.* In alijs verò
25 temporibus poſſet ob aliquam inſtam, & ra-
tionabilem cauſam, & ad breue tempus con-
cedere; secùs ſi ad longum tempus, quia ha-
26 beretur loco gratiæ Cancer. *var.reſol.cap.11.
num.113. par.2.* Schrader. *conſ.37.num.91. &
ſeqq.* & remiſſiuè Beſoldus in *theſaur. pract.
adauct.litt.G. 5.61. fol.mihi 323.*

Multò ergo minus poterit legatus à latere
27 gratiam concedere ſine pace offenſi, aut ſinè
reſeruatione exilij à loco commiſſi delicti, vt
ex tenore Breuis legationis apparet; nam il-
li, qui non obtinuerunt pacem, non debent re-
28 mitti, & ſaltem non debent accedere ad loca,
in quibus deliquerunt, & nec vbi degunt par-
tes offenſæ, de Ponte *de poteſt. Proreg. tit.10.
de diuerſ.prouiſ. tit. de ſaluo conduct.* & Tapia
de Iure Regni lib.5. rub. 57. de guidat. num. 2.
Phæbus *arreſto 151. in fine to.2.* & Thoro *com-
pend. deciſ. par.3. verbo guidaticum conceſſum
circa finem* Sanſæl. *deciſ.48. num.6.* contriſtan-
tur enim conſanguinei interfecti ex aſpectu
interfectoris, vt ait Mieres *ad Conſtit. Catalo-
niæ tit.de homicidio, & guidatico num.5. in fine,*
qui declarat, quomodo intelligi debet clau-
ſula, quæ ſolet apponi in remiſſionibus, dum-
modo non accedat ad locum commiſſi deli-
cti; non enim reſtringi debet ad domum, vel
campum, vbi quis fuit occiſus; & ſic nec poſ-
ſunt abſque pace, ſeu reſeruatione exilij con-
cedere ſaluum conductum ad longum tem-
pus, quia talis ſaluus conductus habet ean-
dem vim, quam habet gratia, vt dixi *ſupra*
etiam in *principio huius 5. et nu.26.* & Docto-
ribus ibi adductis addo Michaelem Ferrer.
obſeruat. part.2. cap.35. & Xamar. *rer.iudicat.
par.2.def.128.num.3. & 4.* qui dicunt guidati-
ca eſſe ſpecies remiſſionis, & non poſſe con-
cedi, niſi parte læſa ſatisfacta.

Quæro tertio, an in ſaluo conductu ſint
ſpecificanda nomina, & cognomina omnium
eorum, qui aſſidantur? Videtur quod non:
29 ſufficit enim, quod detur Titio, & ſocijs, vt
inquit Roland. *conſ.35.num.33.vol.2.* Baiard.
ad Clar. *quæſt.32. num.21.* Sed aduertendum
quod ſub numero ſociorum non intelliguntur.
30 hæretici, vel hoſtes, qui debent expreſsè aſſi-
dari. Boer. *deciſ.179.num.7.* Vitalin. *de Clau-
ſul.* & Io.Grandis *de bella exulum in prædicam.
quantitatis num.9.* & Tapia *loc.cit. pragmat.1.
num. 3.* & latè D. Iacob. Pignatellus *tom. 5.
conſult. 67. num. 25. & ſeqq.* Sed Iudæi com-
31 præhenduntur, vt pluribus citatis Doctori-
bus ait Muta *ad conſuetud.Panormi cap.15.nu-
mer.19.* & idem ex Tiraquell. Gigant. & Hoſ-
pingk dicit D. Iacob. Pignatell. *dict. conſult.
67. num.24.* aduertendum etiam quod ſi nu-
32 merus ſit præfixus, tunc ductus extra nume-
rum non gaudet, vt ex Vitalin. *de Clauſul.* in-
quit Io. Grandis *loc.cit. num.9.* & Tapia *dict.
num. 3.* Sed iſto caſu Titio, an Iudici ſpectet
declarare, quinam ſint illi, qui debent habe-
ri extrà, & ſupra numerum? res eſt conſidera-
tione digna, quia Iudex ſemper excluderet fa-
cinoroſum, & è contra Titius ſemper illum
includeret. Dic quod nominatio, & ſpecifi-
33 catio competit Titio, quia ſuperior cum li-
centia adeò generali ſibi præiudicauit, ſem-
per enim facienda eſt interprætatio contra
eum, qui poterat clariùs loqui ad text. in
leg. beneficium ff. de conſtit. Princip. Farinac.
conſ.45.num.41. & conſ.131.num.1. Menoch.
de arbitr.caſ.336. num. 25. Surd. *conſ.298.num.
58.* Ioſeph. Ramon. *conſ.11.num.17.* Dec. *con-
ſil.51. num.2.* Cyriac. *controuerſ.399. num.35.*
& ideo ad hoc inconueniens vitandum hodie
34 ſolent Superiores concedere huiuſmodi ſal-
uos conductus cum conditione, quod impe-
trantes dent in Cancellaria notam nominum,
& cognominum, & Patriæ ſociorum &c. &
ita fieri deber ad euitandas fraudes.

Quæro quarto, an ſaluus conductus con-
ceſſus à Card. Legato bannitis, ſeu alijs con-
tumacibus ad effectum capiendi bannitos ſuf-
fragetur extra Iuriſdictionem concedentis?
35 tractat de hoc Farinac. *conſ.131. per tot.lib.2.*
& negatiuè reſolutum teſtatur *in fine*, & ita
exequutum, & Farinacium ſequitur Io.Bapt.
Thoro *compend. deciſ. par.3. verbo guidaticum
conceſſum circa finem*.

Quid ſi habens ſaluum conductum habeat
neceſſitatem tranſeundi per intermedia loca
ad hoc vt poſſit ſeruitium iuſtitiæ adimplere?
arguit in ſimili pro, & contra D. Iacob. Pi-
gnatell. *conſult.can.67. num.32. & ſeqq. to.5.*
& concludit, quod ſi loca inter media ſint al-
terius, quàm concedentis ſaluum conductum
dictus ſaluus conductus non poteſt ſuperiori,
vel æquali, præiudicare, vt ait Cell. Bargal.
de dolo lib. 1. cap.6. num. 32. & ſeqq. & ideo
conſulit ipſe D. Pignatell. *num. 37. in fine*,
quod habens ſaluum conductum debeat pete-
re aſſecurationem etiam à Domino loci inter-
medij, & allegat Coler. *proceſs. executiu.p.4.
cap.1.num.213. & ſeqq.*

Quæro quinto, an bannimenta noſtra
36 compræhendant ſaluum conductum à Iudice
bannitis conceſſum ex neceſſitate Iuris, &

pro ſeruitio Iuſtitiæ, puta quod bannitus debeat citari, & condemnari pro alio delicto, vel debeat tamquam teſtis examinari pro delicto ab alijs commiſſo, vel debeat confrontari in faciem Rei, & huiuſmodi, de quibus mentionem in ſpecie faciunt Conciol. *crim. reſol. verbo ſaluus conductus reſol.* 1. *num.* 3. & Carol. Ant. de Luca ad Vinc. de Franch. *dec.* 258. *num.* 5.? reſpondeas negatiuè, quia vt dixi *ſupra num.* 14. ea, quæ veniunt in neceſſariam conſequentiam numquam denegata videntur: in neceſſariam autem conſequentiam venit oblatio, & conceſſio liberi ſalui conductus, quando Iudex vult validè banni-
37 re, & condemnare aliquem ex alio capite iàm bannitum, ſeu contumacem, vel quando contumacis perſona vult pro ſeruitio Iuſtitiæ vti, Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 58. Herculan. *de caut. de non offend. cap.* 37. *num.* 17. Menoch. *de arbitr. quæſt.* 85. *num.* 11. *& caſ.* 337. *num.* 2. Conciol. *crim. reſol. verbo ſaluus conductus reſol.* 1. *num.* 3. & pro multis Dominus Orilia ad Campanam *ſelect. reſol.* 17. *in princ.* Fontanell. *de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 15. *num.* 154. *circa med.* Vico *ad pragm. Sardin. tom.* 2. *tit.* 26. *num.* 3. *fol.* 555. & poſt hæc ſcripta D. Iacob. Pignatell. *conſult.* 67. *num.* 29. *to.* 5. & huius aſſertionis poteſt reddi ratio, quia ſaluum conductum largiri ijs, qui cædis Rei fuerint poſtulati non Maieſtatis, ſed imperij actus eſt, vt oſtendunt Carpzou. *pract. crimin. par.* 3. *quæſt.* 112. *num.* 22. *& ſeqq.* & Gerh. Feltman. *de cadauere inſpicien. diſput.* 1. *cap.* 7. *num.* 12. qui indè contendit Senatum Accademicum poſſe huiuſmodi ſaluum conductũ largiri, quia cum habeat gradum infimum meri Imperij, & inquirere debeat, an ſua ſit notio, ea etiam poteſtas competit, ſine qua munus ſuum explere non poteſt, qualis eſt præſentia ipſius Rei, cum ſine ea non poſſit ad notionem criminis venire arg. *leg.* 2. *ff. de Iuriſd.* & hodie ab omnibus Iudicibus etiam inferioribus merum imperium, ſeu iuriſdictionem altam habentibus, ſaluum conductum huiuſmodi largiri teſtantur Carpzou. *loc. cit. num.* 23. *& ſeqq.* Grauius *de ſaluo conductu iudic. cap.* 5. *per tot.* Muller. *de fugitiuis pag.* 127. & D. Pignatell. *d. conſult.* 67. *d. nu.* 29. & quidem debet offerri à Iudice, & inſeri in citatione, quamuis non fuerit petitus, vt aduertit Farinac. in *addit. ad dictam quæſt.* 11. *n.* 58. *poſt tertium librum conſiliorum eiuſdem*, vbi plurimos allegat concordantes, & reijcit Clarum, & Cornazzan. contrarium dicentes *locis* per eum *allegatis*, & idem dicunt D. Zuffus in *annotat. ad Conſtitut. Barbarmam nu.* 192. *& ſeqq.* Scialoya *de fori udicat. cap.* 8. *num.* 54. Guazzin. *reor. defenſ.* 12. *cap.* 1. *num.* 44. Scaccia *de iudic. cap.* 32. *num.* 27. *&* 29. *lib.* 1. *& cap.* 9. *num.* 1774. *lib.* 2. *& quæſt.* 17. *num.* 2. *limit.* 47. *membr.* 1. *num.* 19. *&* 21. Conciol. *loc. citat. reſol.* 3. *per tot.* & Dominus Orilia *loc. cit. num.* 1. *verſ. alij verò*, qui plures refert concordan-
38 tes, præſertim verò, quando Iudici procedenti innoteſcit impedimentum, quod prouenit ex alio delicto, vt aduertunt Farinac. Afflict. Baiard. Ferrett. Maſcard. & Guazzin. *locis relatis* per D. Oriliam *loc. citat. num.* 2. qui *num.* 4. ait Iudicem ritè, & rectè proce-
39 dere, quando ſibi non eſt cognitum impedimentum, ſed quod Reus captus poſtmodum
40 debet reſtitui, ſi impedimentum alleget, & eo ſe tuetur, & hoc eſt quod dicit Conciol. *crim. reſol.* 3. *nu.* 3. *verbo ſaluus conductus*, nempè, quod ope exceptionis proceſſus, & ſententia euadunt nulla, & quidem textus eſt ad hoc clarus in *leg. ſed, & ſi quis, ff. ſi quis cautionibus ibi meritò huic ignoſcitur*, & in eadem *leg.* 5. *illud ſciendum ibi damnato enim datur exceptio*.

Verùm limitatur hæc concluſio, quando cognitio delictorum, pro quibus Reus aſſe-
41 curatur, ſpectat priuatiuè ad Principem, ſeu ad Officiales Principis; nam tunc inferior non poteſt concedere ſaluum conductum, & aſſecurare Reum pro huiuſmodi delictis, Caſſaneus *Conſuetud. Burgund. rub.* 1. *num.* 209. Michael Ferrer. *obſeruat. par.* 3. *cap.* 378. *ſeù* 379. Afflict. *deciſ.* 4. *in fine* Menochius *caſ.* 337. *nu.* 10. Io. Grand. *de bello Exul. prædicam. quanti-*
42 *tatis q.* 2. *n.* 6. Coler. *loc. cit.* & in ſpecie hoc eſſe verum in crimine læſę Maieſtatis, vel rebellionis, firmat poſt alios Conciol. *dict. reſolut.* 1. *num.* 5. & de Luca *d. deciſ.* 258. *num.* 1. Farin. *qu.* 29. *n.* 89.

Limitatur ſecundo, quando ille, qui aſſe-
43 curatur, eſt bannitus in alio Tribunali, nam Iudex non poteſt illi concedere talem ſaluum conductum Caball. *crim. reſolut.* 50. *numer.* 3. Guazzin. *reor. defenſ.* 12. *cap.* 1. *num.* 58. *verſ. Iudex etiam*, & Fachin. *controuerſ. Iur. lib.* 9. *cap.*
44 62. & multò minùs quando eſſet bannitus ab alio Iudice Superiore, vel de mandato Superioris, nàm tunc inferior non poteſt dictum bannitum aſſecurare, & ei dare ſaluum conductum etiam ex cauſa ſupradicta, quia inferior non poteſt contra factum ſuperioris diſpenſare Farinac. *quæſt.* 29. *num.* 88. Giurb. *conſ. crim.* 80. *num.* 3. Maſtin. *de confiſcat. bonor. quæſt.* 5. *num.* 30. Gram. *vot.* 25. *num.* 11. Menoch. *caſ.* 337. *num.* 11. Io. Grand. *de bello Exulum prædicam. quantitatis quæſt.* 2. *numer.* 6. & Carol. Anton. de Luca ad Vincent. de Franch. *deciſin.* 258. *numer.* 1. & Conciol. *reſolut. crimin. verbo ſaluus conductus reſolut. prima num.* 5.

Limitatur tertio, quando Reus eſſet bannitus pro delicto mixti fori, nam ſi pro eodem delicto quis eſſet proceſſatus, ſeu etiam condemnatus ab vno Iudice, & ab alio citatur ad comparendum, & ſe defendendum ab Inquiſitione contra eum formata, & tranſmiſſa, quod poſſe fieri, non obſtante præuentione in citatione, & condemnatione oſtendit Campana *reſol.* 17. *num.* 8. vbi ait ita practicari in Regno Neapolitano vigore ritus

205. eundemque ritum diſponere idem, quod diſponit ius commune affirmat ex Carauita in *commen. ad dictum ritum* 205. *num.* 1. *& 11.* & hoc idem pluribus tuetur D. Carolus Petra in *comment. ad eundem ritum* 205. *num.* 2. *verſ. verum prædictis, & num. 3. & ſeqq.* & ratio eſt quia non poteſt contumax vnius Curiæ iuuare ſe ob contumaciam illius Curiæ in alia Curia pro eodem delicto procedente, nam contumax non allegat litis pendentiam, vt ait Campana *dict. num.* 8. *circa finem*, & D. Petra *dict. ritu* 205. *num.* 3. & nec vnus Iudex poteſt alterum Iudicem impedire prætextu præuentionis, quia hodie ſolùm attenditur præuentio realis, facta ſcilicet per capturam perſonæ, vt colligitur ex dictis per Farin. Cancer. Capiblanc. Guazzin. Antonin. & Vermigliol. & Carleual. *locis relatis* à Conciol. *crim. reſol.* 3. *num.* 7. *verbo præuentio*, & hoc expreſſè ſancitur in Reformat. S. M. Pauli V. §. *de Iudicibus criminalibus verſ. captus*, quæ licet ſit localis, debet vbique attendi, quia ſeruit ad tollendam controuerſiam excitatam per Doctores, & declarat, quod vna potiùs, quàm alia opinio ſit iuridica, & tenenda, vt in reſcripto S. M. Clem. VIII. ad Archiep. Panormi directo aduertunt Sauſælic. *deciſ.* 137. *num.* 2. Merlin. Pignatell. *controu. for.* 64. *num.* 21. *cent.* 1. & Nouar. in *præfat. collect. ſuper pragm. Regni propoſit.* 7. ſi inquam citatur ad ſe defendendum, non debet cum ſaluo conductu aſſecurari pro eodem delicto reſpectu alterius Curiæ competentis, quia vnus Iudex non poteſt inquiſitum ab alio Iudice diuerſi, & non inferioris Tribunalis etiam ad effectum comparendi aſſecurare, vt dixi ex Caball. Guazzin. Facchin. quibus addo Farinac. *quæſt.* 29. *num.* 88. Giurb. *conſ. crim.* 80. *num.* 15. Maſſin. *de confiſcat. bonor. quæſt.* 5. *num.* 30. Conciol. *crim. reſol.* 1. *num.* 5. *verbo ſaluus conductus* Menoch. *caſ.* 337. *num.* 11. & nouiſſimè poſt hæc ſcripta D. Iacob. Pignatell. *con. conſult.* 67. *nu.* 70. *tom.* 5.

Poteſt tamen dici, quod etiam in iſtis tribus caſibus iudex teneatur offerre Reo ſaluũ conductum à Principe, ſeu Superiore alterius Tribunalis concedendum, vt innuunt Franch. Aretin. *conſ.* 16. *num.* 4. *verſ. & licet Domini de Rota* Fœlin. in *cap. accedens il ſecondo num.* 4. *verſ. ſecundo aduerte, vt lite non conteſtata* Boſs. *pract. crimin. tit. de citationibus numer.* 39. & Spada *conſil.* 126. *nu.* 8. *lib.* 1.

Et licet poſſit opponi, quod ſtante ſtatuto, ſeu banno prohibente conceſſionem ſalui conductus, nequeat Iudex aſſecurare bannitum pro condemnatione, & banno etiam in proprio Tribunali lato, & facta, vt dicit Thom. Micres *ſuper Conſtit. Cathalon. collat.* 6. *tit. de homicidio, & guidatico num.* 3. *fol. mihi* 173. & ex deciſione Senatus Cathaloniæ dicit Fontanell. qui *tract. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 15. *num.* 154. teſtatur fuiſſe ſuſpenſum quemdam
45 Masò, qui contrà formam ſtatuti prohibentis conceſſionem ſalui conductus fuerat à Iudice aſſecuratus ad effectum, vt ſecurus accedere ad Curiam, & uti teſtis in Iudicio examinari potuiſſet. Nihilominus non recedas
46 à firmata concluſione ex ſupra adductis rationibus, & etiam quia dicta deciſio Senatus Cathaloniæ expreſsè reprobatur à Fontanell. *ibidem*, & à Carena *de Sancto Officio par.* 3. *tit.* 5 §. 8. *num.* 38. qui inquit quemlibet Iudicem etiam inferiorem poſſe hoc facere de conſuetudine quicquid ſit de iure, & allegat Clar. *quæſt.* 32. *verſ. ſed hic quæro* Farinac. *quæſt.* 29. *num.* 82. Guazzin. *reor. defenſ.* 12. *num.* 58. &
47 reddit rationem, quia Iudex debet aſſecurare teſtes, quos vocat Foller. *pract. crim. verbo capiat informationem num.* 52. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 32. *num.* 36. Portules *in add.* ad Molin. *ſuper ritibus Regni Aragon. verbo accuſatio num.* 144. *tom.* 1. Seſſe *de inhibit. cap.* 1. §. 5. *num.* 67. *& ſeqq.* Farinac. Herculan. Menoch. Conciol. Fontanell. & Dominus Orilia *locis ſupra citatis in principio* præſertim cum illos vocet non ad beneficandum eos, ſed benè ad proficiendum Reipublicæ, nè veritas ex defectu probationum criminalium occultetur, & delicta contra bonum publicum remaneant impunita, vt bene conſiderat Seſſe *loc. cit. num.* 67. *&* 76. vbi firmat etiam, quod capti debent relaxari abſque vlla expenſa, & idem eſt dicendum de ſecuritate danda Accuſatis fugientibus, quando alijs delictis ſunt impetiti, vt firmant Carpzou. *pract. crim. par.* 3. *quæſt.* 112. *num.* 23. *& ſeq.* Grauius *de ſaluo conductu iudiciali cap.* 5. *per tot. & theſi* 26. et Petrus Mullerus *de fugitiuis pag. mihi* 127. dicentes, quod ſaluus conductus accuſatis fugientibus, vt poſſint deliberare ſuper defenſione eorum innocentiæ largitur hodie ab omnibus iudicibus etiam inferioribus merum imperium, ſeu iuriſdictionem altam habentibus: imò ſaluum conductum largiri iis, qui cædis Rei ſunt poſtulati, non maieſtatis, ſed imperij actum eſſe oſtendit ex Carpzou. *dict. quæſt.* 112. *num.* 22. *& ſeq.* Gerh. Feltman. *de cadauere inſpiciendo diſput.* 1. *cap.* 7. *num.* 12. qui vt dixi *ſupra* inde contendit Senatum Accademicum poſſe huiuſmodi ſaluum conductum largiri, quia cum habeat, ſunt eius verba, gradum infimum meri imperij, & inquirere debeat, an ſua ſit notio, ea etiam poteſtas ei competit, ſine qua munus ſuum explere non poteſt, qualis eſt præſentia ipſius Rei, cum ſine ea non poſſit ad notionem criminis venire arg. *leg.* 2. *ff. de iuriſdict.*

Propterea fatendum, quod dicta deciſio
48 relata à Fontanella ſapit magnum rigorem, quia ſaluus conductus conceſſus, ſeu ſecuritas data à Iudice, etiamſi non habeat facultatem
49 ſuper illa cauſa debet ſeruari, nè quis ſub fide publica decipiatur Bart. in *leg. iis, qui Reus num.* 12. *ff. de publ. Iudic.* Menoch. *de arbitr. quæſt.* 81. *num.* 12. *& caſ.* 336. *num.* 27. *&* 33. *& caſ.* 337. *num.* 5. *& ſeqq.* & Farinac. *conſ.* 59. *n.* 16.

num.16. lib.1. & quæſt. 29. num.4. & 95. Vi-
co *ad pragm.Sardiniæ tom. 2. tit. 26. num.4.* &
Tapia *de Iure Regni lib. 5. titul. 57. de guidat.*
pragm.1. num.2. vbi ait fuiſſe annullatum ſal-
uum conductum, & datum terminum aſſecu-
rato ad ponendum ſe in tuto Peguer. *dec. 39.*
Caball. *crim. reſol* 118. Franch. *deciſ.* 258. &
*deciſ.*415. Giurb. *conſ.crim.*80. Merlin.Pigna-
tell. *contron.53.num.*10.Capic.latro *deciſ.*105.
*num.*27. Fontanell. *dict.gloſ.*15. *nu.*155.Con-
ciol. *crimin. reſolut.1. num.6. verbo ſaluus con-
ductus* Villoſa *de fugitiuis cap.19.§.3. num.*115.
*& ſeqq.& num.*131. Vermigliol. *conſ. crimin.*
246.D.Maſinus *de confiſcat.bonorum quæſt.5.n.*
3.Caluin.*de æquitate lib. 2. cap. 206. num.* 12.
Carol.Ant.de Luca ad Vinc. de Franch. *dicta
deciſ.* 258. *num.* 2. qni loquitur, prout loqui-
tur Conciol. in terminis, in quibus loquitur
Mieres, & Fontanell. nempè quando eſt con-
50 ceſſus ſaluus conductus contra formam ſtatu-
ti habentis clauſulam irrirantem. Et nouiſ-
ſimè D.Blaſ.Altomarus in *tract.de nullitatibus
rub.12.qu.33.nu.82.tom.2.*

Vndè ſi Auditor Turroni daret ſaluum
conductum bannito, vt compareat ad ſe ex-
culpandum ab alio delicto, vel ad ſe exami-
nandum in aliqua cauſa, bannitus eſſet turus
pro cauſis in dicto Tribunali exiſtentibus,
quia, vt dixi, bannimentu, quamuis genera-
liter loquantur, non poſſunt comprahendere
hunc caſum.

Nec facit, quod verba illa, *Ne vuole, che
per l'auenire ſuffraghi qualſiuoglia fidanza, ò ſal-
uo condotto, che non ſiano ſottoſcritti di mano
di Sua Signoria Illuſtriſſima*, reducunt rem ad
terminos Iuris communis, de quo Iure nemo
51 commeatum, remeatumque dare exuli poteſt,
niſi Imperator, vt eſt tex. *in l.relegati in fine,
& l.ad beſtias 5. ex Prouincia ff. de pœnis, &
leg.1.ff. ad legem Iuliam maieſtatis*, & dicunt
Decian.Surdus, Menoch.Cephal. Farinac. &
Clar. *locis relatis* à Don Franc. de Vico, qui
eos ſequitur ad *pragm. Sardiniæ tom.2. tit. 26.
cap.9. num.3. fol. mihi* 155. & ex Meichſnero,
Alciat. Gaillo, & Mynſinger. inquit Sixtinus
de *Regalibus lib.2.cap.2.num.*14.& ideo non
niſi ab ipſo Principe concedi poteſt, vt firmāt
etiam Caball. *crim.reſol.* 50.*num.*1. Paul.Ant.
Mellius *obſeru.* 27. *num.*1, Baldaxar. Abruzzo
*in eius lectura practicabili leg.1. ff. de offic. eius,
cui &c.quæſt.37.n.545.fol. mihi* 361.& propte-
reà præfata verba operantur, vt ius commu-
52 ne ad vnguem debeat ſeruari, remotis omni-
bus Doctorum interpratationibus.

Quia præterquamquòd text. *in dicta lege
relegati* diuerſimodè à Doctoribus interpræta-
tur, aliqui enim volunt loqui non de ſaluo
conductu, ſed de gratia, venia, & indulgentia
delicti, vt poſt Farin. *quæſt.6. num.1. & ſeqq.*
ait Domin.Iacob.Pignatell. *conſult. 67. num.*
30. *tom.* 5. & aliqui volunt loqui de remeatu
perpetuo, & ſic de illo remeatu, qui con-
tinet damnati reſtitutionem, ſiue ſententiæ,
& pœnæ tacitam abſolutionem, vt fatetur D.
Nicolaus Antonius de *exilio lib.3.cap.4. num.*
5. & dicunt adducti à me *hic num.* 26. &
*num.*28.

Reſpondetur, quod dum non eſt in ſpecie,
& expræſsè prohibita conceſſio ſalui condu-
ctus, quæ ex cauſa dari debet, nunquam Iudi-
53 ci videtur ſublata dicta facultas; requi-
ritur enim, quod ſpeciali lege, vel
ſtatuto id in indiuiduo prohibeatur, Seſſe
de *inhibit.cap.1.§.5.num.*78.& Creſpi *obſeruat.*
85.*num.*34. & in caſu ſpecialis ſtatuti debet
54 aſſecuratus reponi in preſtinam libertatem,
ex doctrina Fontanell. Capic-latro, & Carol.
Ant. de Luca *loco cit.* qui allegat Peguer. Fa-
rin.Merlin.Maſſin.& ad hoc confert, quod ex
Feltman.dixi *ſupra num.* 47. nempè, quod lar-
gitio ſalui conductus in hoc caſu non maieſta-
tis, ſed imperij actus eſt; Et ita in effectu
practicatur in Turrono à Dominis Audito-
ribus, & ita practicaui Ego toto tempore,
quo ibi fui. In Tribunali Auditoris Came-
ræ ſolet ſaluus conductus ſubſcribi ab ipſomet
Auditore Cameræ; & ſic nec in Vrbe pra-
cticatur, quod concedatur, & ſubſcribatur à
Principe.

Poteſt etiam attentari, quod bannimenta
non comprahendant alium caſum contigibi-
lem, quando ſcilicèt plures inſimul commiſe-
55 runt delictum; & legatus mandauit dari ſal-
uum conductum alicui eorum, nam ſi Iudex
aſſecuraret etiam alios Socios, quamuis Card.
Legatus non feciſſet mentionem de illis in
eius reſcripto, deberet ſeruari, vt firmat de
Marinis *reſol.150.per tot.lib.1.* Danza *de pugna
Doctor.tit.de quidat.cap.1.num.62.& ſeqq.tom.*
3.Sarnò *practic.crim.11.de exulib.pragmat.* 20,
num.11.fol.mihi 78.& Io:Leonard.Roderic.ad
Donat.Ant.de Marinis *dict.reſolut.*160.& hoc
procedit ex tacita, & coniecturata mente
Principis, qui non cenſetur voluiſſe negare
alteri, quod vni gratioſè conceſſum voluit, &
ex hac ratione dicunt Doctores, quòd facta
prohibitione Viro, & Vxori accedēdi ad certū
56 locū ſit licitū Vxori ad dictū locum accedere,
ſi fuerit datus ſaluus conductus Viro, etiam
ſi de Vxore nulla in ſaluo conductu fuerit fa-
cta mentio, ita Pratus *in annot.* ad Paſchal. *de
Patria poteſt.par.4.cap.4.verſ.nec à prædictis*,
& citat Bald. *conſ.409. vol.1.& conſ.414. vol.*
5. Iaſ. *in leg. non tantum ff. de re iudic. in lege
ſtipulatus fuero ff.de verb. obligat.* cum alijs iu-
ribus, & autoritatibus per eum adductis,
quibus addo Mutam *ad Conſuetud. Panorm.
cap.* 54. *num.*8.

Nec erit incongruum dicere, quod banni-
menta non comprahendant caſum illius, qui
monitus ad reſpondendum inquiſitioni ſuper
homicidio cum aſſaſſinio, ſeu alia qualitate
delictum variante, petit ſaluum conductum
pro homicidio, cum ſuper aſſaſſinio, ſeu alia
qualitate intendat ſe expurgare, & defendere,
nàm Iudex tenetur dictum ſaluum conductum

57 con-

57 concedere, vt de homicidio cum qualitate
penſamenti inquit Petrus de Zambonis in
pract.crim.ad leges Venetas accommodata qu.21.
*num.*1. & de homicidio cum aſſaſſinio, vel
proditione dicunt Decian. *conſ.96.num.8.lib.*
3. & Guazzin *Reor.defenſ.12.cap.1.num.58.* &
facit ad hoc ratio adducta à Bertazol.*conſ.cri-*
*min.280.num.4.& 5.lib.2.*quem refert, & ſe-
quitur Theſaur. *quaeſt. forenſ. lib. 4. quaeſt.63.*
num.5.

Verùm cum plures Doctores aſſerant Iudi-
58 cem non teneri ad concedendum talem ſa-
luum conductum, immo illum eſſe de Iure
negandum, dicant Conciol. *crim.reſol.6.verb.*
ſaluus conductus, & Illuſtriſsimus, & Reue-
rendiſsimus Dominus meus D.de Rubeis in
Peruſina ſalui conductus impreſſa penès Conciol.
in fine libri ſuarum reſolutionum criminalium,
quos ſequitur Carolus Ant. de Luca ad Vinc.
de Franch.*dec.258.in fine*; poteſt conſequenter
dici iſtum caſum eſſe compræhenſum in ban-
nimentis: præſertim cum in facti contingen-
tia diſcuſſo articulo fuerint tales ſalui condu-
ctus denegati, teſte Conciolo *dict.reſol.6.nu.2.*
& Petro de Zambonis *dict. cap.21. num.1.* vbi
ait, de ordine Senatus ſaluum conductum
iam conceſſum fuiſſe reuocatum,& laceratum
de menſe Maij 1596.

Crederem tamen, non eſſe recedendum à
59 ſupradicta concluſione affirmatiua,quia qua-
litas, quæ facit tranſire delictum de vna ſpe-
cie in aliam, puta mandatum ſimplex in aſſaſ-
ſinium, vel homicidium ſimplex in prodito-
rium, & huiuſmodi, continet de per ſe mali-
tiam, & deformitatem ſpecie contradiſtin-
ctam à ſubſtantia, cui adhæret, ſeu, vt clariùs
dicam, ratio proditorij, aſſaſſinij, & ſimilis
addit malitiæ homicidij nouam malitiam
ſpecie diſtinctam, quæ, & variat, & multipli-
cat crimen homicidij, vt ex Petro Franc. Paſ-
ſerino in *tract. de pollut. Eccleſ. diſp.5.cap.24.*
*num.6.*Azor.*par.3.lib.2.cap.18.ad finem*,Floron.
*de caſibus reſeru.par.2.caſ.4.num.9.*Filucc.*tract.*
26.in quintum praeceptum Decalogi cap.6. nu.115.
firmat Pater Graſſett. *de nece proditor.§.28.per*
tot.& hoc idem in ſpecie firmat ex Fęlyn. *cap.*
ex parte il 1.num.38.de reſcript.& Farin.*conſil.*
30.num.17.& 23. Giurb.*conſ.crim.22.num.15*,
ibi *aſſaſſinij qualitas homicidio adiecta nouam*
conſtituit delicti ſpeciem.

60 Ad fundandā hāc opinionem nititur P.Graſ-
ſett.*loc.cit.*nō ſolū autoritati Doctorū,quos ci-
tat,ſed & rationibus pluribus vtitur,& ſignan-
ter *ibidem n.15.* ex multiplicatione, & diuerſi-
tate, ac grauitate pœnarum homicidij prodi-
torij relatarum à Plach.& Decian. & alijs de-
ſumit argumentum, quod Legislatores agno-
uerint in dicto crimine, quatenùs tali, talem
moralem fęditatem ſupra fæditatem homici-
dialem, vt in illud debuerint tàm enormiter,
& exemplariter animaduertere, quod non fe-
ciſſent, ſi exceſſus ille fęditatis limitaretur ad
gradum intenſiuum intra eandem ſpeciem
ſolam malitiæ homicidialis, & quidem opti-
mè argumentatur, quia pœna diuerſa propter
61 qualitatem impoſita, qualis eſt omnis pœna,
quæ non in numero, ſed in ſpecie conſiſtit; vt
volunt Fontanell.de *pact.nupt. clauſ.5. gloſ.8.*
par.14.num.43. & Caball. *crim.reſol.56.n.112.*
& 122. arguit diuerſitatem ſpecificam delicti,
quia alias ſi qualitas eſſet ſolùm aggrauans
intenſiua, pœna deberet eſſe in numero, trire-
mium ſcilicèt per quinquennium extenderetur
ad ſeptennium, vel decennium, vel ad vi-
tam, & non tranſiret ad aliam ſpeciem di-
uerſam, nempè à pœna triremium ad illam
mortis, & nec à morte ad pœnam tractionis
per caudam equi, arrotationis, accoppa-
tionis, combuſtionis, ſciſſionis, & ſimilis:
pœna enim, quæ additur pœnæ conſiſtenti in
ſpecie non additur propter qualitatem aggra-
uantem, ſed bene additur propter qualitatem
diuerſificantem, & variantem delictum, vt
innuit Pater Graſſettus *loc.cit.n.15. & meliùs*
num.24.verſ.quam rationem.

Vlteriùs alio vtitur argumento dicens *ibi-*
62 *dem num. 39. & ſeqq.* quod homo habet duo
Iura ad vitam: vnum eſt ad fruendum illam:
alterum eſt ad defendendum illam: & vnum
eſt contradiſtinctùm, & ſeparatum ab alio,
quamuis ſecundum videatur eſſe in gratiam
primi, quia adhuc illud ius ſecundum in gra-
tiam primi ordinatum retinet propriam
formalitatem diſtinctam à formalitate illius
primi Iuris, prout virtutes inferiores ex eo,
quod ſunt in gratiam virtutis Theologicæ,
non deſinunt eſſe formaliter diuerſę à chari-
tate: & ſenſibilia ex eo, quod ſunt in
gratiam hominis non ammittunt rationem
diſtinctam à ratione hominis: & contra-
ctus hypothecę, aſſecurationis, oppignora-
63 tionis, & fideiuſſionis ſunt in gratiam
eorum contractuum, quibus præſtant ſecu-
ritatem, & tamen cum illis contractibus non
confunduntur ita, vt ſint ijdem formaliter,
ſed in ſua ſpecifica diuerſitate perſeuerant.
Idcircò inferr ex his Pater Graſſett. *ibidem*
64 *num.40. & ſeqq.* quod ratio proditorij ſuper-
addit malitiæ homicidij nouam malitiam
ſpecie diſtinctam, quia per homicidium ſim-
plex fit iniuria contra Ius ad fruendum vitam:
per homicidium verò proditorium fit etiam
iniuria contra ius ad defendendum vitam: ſed
hæc duo ſunt diuerſa inter ſe in ſpecie, ergo
diuerſæ ſunt etiam pœnæ, quæ indè naſcun-
tur.

Stantibus his non video, quare citatus ad
65 reſpondendum Inquiſitioni continenti duo
delicta diſtincta, poſſit petere ſaluum condu-
ctum pro vno delicto, & pro alio ſe conſtitue-
re, & Iudex teneatur dictum ſaluum condu-
ctum concedere, vt ex Alber. Magalott. De-
cian.Farin.& Guazz.concedit Illuſtriſs.Domi-
nus meus de Rubeis penès Conciol.*loc.cit.*&
nō poſſit petere,& obtinere ſaluum conductū,
quando vult aſſecurari pro mero, & ſimplici
homi-

Digitized by Google

homicidio, & ſe conſtituere ſuper qualitate homicidio addita penſamenti, aſſaſſinij, proditionis, nam nulla poteſt aſſignari ratio differentiæ inter vnum, & alium caſum.

Poteſt dici, quod probata qualitate Reus debet puniri, & ſic ſaluus conductus tanquam fruſtatorius non debet dari.

Verùm ex hoc non recedendum à conclu-
66 ſione firmata, quia ad concedendum, vel negandum ſaluum conductum debet attendi ſolùm, an delictum, ſuper quo petitur ſaluus conductus, ſit ſeparatum, & ſpecie diſtinctum; petitur enim ſaluus conductus ad hoc, vt Reus poſſit ſe exculpare ab imputatione illa, quæ facit tranſire delictum in aliam ſpeciem, & ſic non debet attendi, quod indè ſecundariò prouenit ex culpa, & facto ipſius Rei ſaluum conductum petentis: aliàs enim nec poſſet dari impunitas volenti reuelare delictum à ſe, & ſocijs commiſſum, nam ſi non probat, & nec ponit in clarum, quod promiſit, debet puniri, non obſtante quod obtuitu impunitatis ſe conſtituerit, vt ex Alber. *in l. 1. Cod. ex quibus cauſ. ſeru.* Giurb. *conſ. crim. 22. num. 21.* Capiblan. *de Baron. pragm. 6. num. 146.* iudicatū pluries fuiſſe teſtatur Sanfel. *dec. 222. num. 4.* & Baſilico *crim. dic. 2. n. 31. & ſeq.*

Non obſtat autoritas Doctorum, vel res iudicata in contrarium ſupra allata.

Quia fundamenta, quibus nititur, de faci-
67 li proſternuntur. Siquidem Illuſtriſſimus Dominus meus de Rubeis in *dicta Peruſina ſalui conductus impreſſa penès* Conciol. *loco cit.* ſupponit primò, quod in ſententia Deciani, & Guazzini non poſſit huiuſmodi ſaluus conductus peti, niſi ab exhibente inſtrumentum confeſſionis ipſiuſmet Rei ſuper homicidio puro, illamque acceptatam à Fiſco ratificet, dum ſe conſtituit. Sed hoc non debet impedire conceſſionem ſalui conductus, quia ſufficit, quod modo, & forma habilibus petitus debeat concedi: aliud enim eſt dicere abſolutè, quod ſaluus conductus non debet dari, & aliud eſt dicere, quod non debet dari, niſi certa forma adhibita: prætereà poteſt etiam attentari, quod Reus non tenetur adhoc, vt habilitetur ad ſe exculpandum à qualitate delicti, fateri, & ſe grauare cum explicita, & præciſa confeſſione, quia hoc non reperitur Iure cautum, & cuilibet eſt licitum di-
68 cere non feci, & ſi feci, iuſto dolore feci, vt per tex. in *cap. nullus de regul. Iur. in 6.* Couar. *lib. 1. variar. cap. 2. num. 2.* Bertazol. *conſ. crim. 42. num. 12.* aduertit Nouar. *deciſ. 41. num. 12.* imò obtento ſaluo conductu cum dicta confeſſione explicata adhuc non obſtante dicta confeſſione poteſt probare contrarium, vt deciſum refert Cabedo *loco relato* à Thoma Valaſco *alleg. 67. num. 37.* licet ipſe hoc impugnet *ibid. n. 41. & ſeqq.*

Supponit ſecundò Illuſtriſſimus de Rubeis ex homicidio appenſato non poſſe diuidi appenſamentum citrà deſtructionem ſubſtantiæ criminis, & cum venia Domini mei nec facit
69 ad propobrum caſus noſtri, quia deſtruitur ſubſtantia criminis, quatenùs ſupponitur appenſatum, ſed non deſtruitur ſubſtantia totalis criminis homicidij ſimplicis in rixa, vel calore iracundiæ, vel ad prouocationem commiſſi, vt de ſe patet, & quidem ex hoc ſolùm, quod Fiſcus prætendit delictum eſſe appenſatum, non debet Reo præcludi via ſe defendendi, & oſtendendi delictum eſſe ſine dicta qualitate penſamenti, quia ad hoc ſatis eſt, quod qualitas conſtituat de per ſe nouam ſpeciem delicti à delicto principali contradiſtinctam, vt oſtendi *ſuprà*.

Tertiò ſupponit idem Dominus meus, quod petens ſaluum conductum, debeat narrare omnes qualitates delicti, pro quo illum petir, aliàs ſaluo conductu non iuuetur, & allegat Bertazol. Caualcan. Baiard. Guazzin. Viſcont. Et nec hoc vltimum motiuum debet obſtare, quia ſi Reus non ſe exculpat ſuper dicta qualitate, diximus iam *ſupra*, quod debet pro delicto tanquam cum qualitate commiſſo puniri.

Ad D.D. Conciolum, & de Luca reſpondetur, quod debent intelligi iuxtà Doctorem, quem allegant *vulgatis Iuribus*.

Ad autoritatem verò rei iudicatæ reſpondetur, quod Auditorium legationis Vrbini, teſte Conciolo *d. reſol. 6.* iudicauit ſecundum votum præfati Illuſtriſſimi D. de Rubeis, & ideò ex conſiderationibus, & reſponſionibus adductis non poteſt haberi in conſideratione ad deciſionem futuri caſus.

Alia verò Senatus Veneti corruit ex ijs, quæ refert Petrus de Zambonis *dict. cap. 21.* nempè, quod mandauit lacerari ſaluum conductum iam conceſſum, quia ex lectura proceſſus reſultabat caſum fuiſſe purum, & ob id ſaluum conductum ſuperuacaneum eſſe.

Et hæc ſint dicta ex cauſa motiuandi dumtaxat ob reuerentiam, quam debeo Illuſtriſs. Domino meo de Rubeis, qui poſt hæc ſcripta cum Vrbis mærore, & mea ſumma afflictione morte ſublatus eſt, Vir inſignis, & laude per euum digniſſimus.

Quæro ſextò, an dato alicui delinquenti ſaluo conductu poſſit Iudex illo pendente procedere in cauſa, & actus contumaciales proſequi? negatiuè reſpondet de Franch. *dec. 673. per tot. & ſignanter nu. 9.* Io: Bapt. Thor. *in add.* ad Io: Grand. *de bello exulum prædicam. quantitatis qu. 3. num. 29.* Molfeſ. *ad conſuetud. Neap. part. 4. de ſucceſſ. abinteſt. quæſt. 47. nu. 12.* Merlin. *controuerſ. 53. num 4. lib. 1.* Carol. Ant. de Luca *in addit.* ad Vincent. de Franch. *dicta deciſ. 573. num. 1.* Scialoya *de foriudic. cap. 10. num. 30.* Hieronym. Leo *dec. Valent. 206. lib. 2.* de Marinis *obſeruat.* ad Reuerter. *deciſ. Neap. 187. num. 1. tom. 1.* & ego ſcripſi, & obtinui in ſignatura gratiæ tempore Pontificatus s. m. Alex. VII. ad fauorem Domini Io. Bapt. N. & fuit habitus recurſus ad Signaturam gratiæ,

quia

quia erat lapſus annus à die latæ ſen-
tentiæ.

Quæro ſeptimo, quid dicendum, quando
Iudex durante ſaluo conductu non procedit
contra Reum in cauſa, pro qua fuit conceſſus
ſaluus conductus, ſed in alia penitùs diuerſa?
tractat de hoc articulo D. Chriſtophor. Creſpi
obſeru.85.per tot. & concludit pluribus ratio-
70 nibus adductis poſſe Iudicem procedere, &
proſequi actus contumaciales, ac ſeruatis ſer-
uandis tanquam contumacem condemnare
eum, qui pro alio diuerſo delicto ſe cum ſaluo
conductu pro alijs conſtituit in carceribus ad
ſe defendendum ab aliqua imputatione ſibi
data, & ita deciſum refert *num.42.* ſed facta
relatione ad Regem fuit reſcriptum, quod
71 eueniente alias caſu expediatur cauſa, ante-
quam concedatur, & expediatur ſaluus con-
ductus, & mihi videtur optimè, & ſanctè
prouiſum, quia quodammodò repugnat, quod
quis ſit præſens in Curia, imò in fortijs Cu-
riæ exiſtat, & vno, eodemque tempore pro cō-
tumace reputetur, & quamuis, quoad per-
ſonam non poſſit ſentire damnum, dum ipſo
Creſpi *ibidem* aſſentiente, debet ad formam
ſalui conductus liberè relaxari, nihilominùs
debet ex cauſa præſentiæ, & ſalui conductus
releuari ab onere, quod ex contumacia, &
proſequutione proceſſus poteſt ſentire: Vide
Zambon. *pract. crim. ad legès Venetas cap.* 20.
num. 2. vbi refert legem Senatus prohibentem
procedi durante præſentatione.

Sed quid dicendum, quando Curia inten-
dit fabricare proceſſum ſuper alio ſimili deli-
cto non ad effectum deueniendi ad condem-
nationem contra aſſecuratum, & cum ſaluo
conductu conſtitutum, ſed benè ad acquiren-
dum contra eumdem inditium malæ qualita-
tis, quod indè reſultabit, ad aggrauandum
ipſum Reum conſtitutum? & negatiuè reſpō-
72 dendum, nempè non poſſe fabricari proceſ-
ſum ad effectum reproducendi ad aggrauan-
dum, ſeu comprobandum inditia primi pro-
73 ceſſus, tùm quia aſſecuratus debet eſſe tutus
ab omni vi iudiciali, & extraiudiciali, dire-
ctè, ſeù indirectè inferenda ſecundùm Guaz-
zin. *teor.defenſ.12. cap.1. num.* 58. de Luca ad
Vinc. de Franch. *deciſ. 633. num.* 1. qui affert
text. in *leg.1.Cod.de nauicul. lib.* 11. & ibi Io.
de Platea, Angel. & Iaſ. tùm quia ſi facta con-
74 cluſione in cauſa, non eſt licitum accuſatori,
& nec Iudici procedenti vigore accuſationis
producere, aut facere, vt producantur teſtes,
inſtrumenta, ſeù proceſſus fabricati circa
alia delicta ad faciliorem probationem, nem-
pè ad hoc, vt ex ijs detegi poſſit, maleficium
à Reo fuiſſe perpetratum, quod eſt idem, ac
dicere ad monſtrandam malam qualitatem,
& conſuetudinem delinquendi in eodem ge-
nere delicti, vt firmat Parexa *de inſtrum. edi-
ctione par.2.tit.6.reſol.3.num.*88. ob rationem,
quia facta concluſione in cauſa cenſetur taci-
tè renunciatum omnibus probationibus, ac
inſtrumentis producendis, ac omnibus alijs
Iuribus, vt ex gloſ. in §. *quia verò multi auth.
de teſtib. & in cap. cum dilectus de fide inſtrumen-
tor.* Roman. Bald. Io. Andr. Iaſ. Ripa, Maran-
ta, & alijs ratiocinatur Parexa *loc.cit.num.71.*

Multò ergo minùs licitum eis erit prædicta
agere, quando renunciatio eſt expreſsè facta
per conceſſionem ſalui conductus ſuper alijs
criminibus, qui, ſi non plùs, ſaltem hoc idem
75 debet operari, quod operatur tacita.

Tùm quia compertum eſt in Iure, nulla
alia inſtrumenta in Iudicio eſſe producenda
niſi illa, quibus litigantium vterque ſe vſurum
affirmauerit, vt per text. in *leg.1. §.edenda ff.
de edend. & in leg. ſi aduerſarius Cod. de fide in-
ſtrumen.* & Bart. *in quæſt.14. incip. Iudex ma-
leficiorum num.6.* inquit Parexa *dict. reſolut.3.
num.94.*

Tùm quia proceſſus circa alia delicta poſ-
ſunt reproduci, & cumulari ad duplicem ef-
fectum, ad punitionem ſcilicet, & ad facilio-
rem probationem maleficij, vt aduertit Pa-
rexa *loc.cit. num.*88. etenim accuſatus de fal-
ſitate, ſi alias falſitates commiſerit, habet in-
ditium contra ſe, quod ſit propenſus, & faci-
lis ad delinquendum in eodem genere mali,
Farinac. qui alios citat *quæſt. 23. num.20. &
ſeq. & quæſt.47. num.199.*

Et ſaluus conductus conceſſus ſuper alijs
debet vtrumque effectum includere, quia
76 debet largè interpretari non ſolum, quia ad
fauorem Rei iuxta text. in *leg. fauorabiliores de
regul. Iur. & leg. ſemper, ff. eodem tit.* Farinac.
*conſ.45.num.28. & conſ.131. num.3. & qu.29.
num.39.* & Thoro *compend. deciſ. part.3. verbo
guidaticum circ. med.* Sed etiam quia interpre-
tatio ſemper eſt facienda contra eum, qui
potuit apertiùs, & clariùs loqui, vt dixi *ſu-
pra*.

Tum demū, quia Iudex iſto caſu proceden-
do ſuper alijs ad acquirendū inditiū malę qua-
litatis facit ſuſpicari de ſua fide data cum ſal-
uo conductu, & tamen Curiæ, ſeu accuſato-
ri non proficit, quia reproductio huiuſmodi
proceſſuum, ſuper quibus Reus non fuit cita-
tus, & auditus, nihil prorsùs releuat, nam
ſecundùm Gram. *vot.30. num.25. & ſeqq. &
conſ.45. num.31.* quem refert Farinac. *qu.* 23.
num.33. ad hoc, vt quis dicatur ſolitus delin-
quere, & ob delictum infamis, non ſufficit
ipſius criminis probatio, ſed requiritur pro-
77 prij oris delinquentis confeſſio, vel Iudicis
ſententia, quia non habetur quis pro tali, niſi
fuerit pronunciatum, ipſum eſſe talem: Vn-
dè cum Reus non poſſit ſuper huiuſmodi de-
lictis conſtitui, & interrogari ex impedimen-
to reſultante ex conceſſione ſalui conductus,
meritò dicemus, quod proceſſura eſſet peni-
tùs, & omninò fruſtranea, & ſuperflua, & ir-
releuans, & quatenus Reus conſtringeretur
ad ſe defendendum ab huiuſmodi delictis ad
malam qualitatem reproductis, vtique gra-
uaretur, & indirectè moleſtaretur contra for-

mam

mam ſalui conductus, quod non eſt dicen-
dum. Cogita tamen, quia poteſt dici, quod
permiſſo fine ſunt etiam permiſſa omnia con-
ducentia ad illum finem, nempè ad condem-
nationem pro delicto, pro quo Reus ſe con-
ſtituit.

Octauo quæro, an ſuffragetur ſaluus con-
ductus obtentus ab eo, qui cum eſſet carce-
ratus pro vno crimine, & timeret arreſtari,
& moleſtari petijt, & impetrauit fidantiam
pro alijs criminibus? Cabedo deciſ. Luſit.65.
78 per tot. diſtinguit, an fecerit, vel nè mentio-
nem de carceratione, vide eum, ad quem ſe
remittit D. Thoma Valaſcus allegat. 67. num.
23. vide Io. Martins à Coſta de Domo ſuppli-
cationis annot. 6. num. 15. qui citat Cabedo d.
deciſ.65. & Phæbum arreſt. 172. tom. primo de-
ciſionem, & vide etiam Prat. reſp. forenſ. cap.
27. num. 4. vſque ad 30. par. 1. & Larream fiſcal.
alleg. 91. per tot. par. 2. qui firmant concluſio-
nem ad rem facientem, quod reſcripta lite
pendente obtenta, nulla facta mentione litis,
ſunt ſubreptitia, & ipſo Iure nulla. Vide Micha-
el. Ferrer. par. 3. obſeru. cap. 372. ſeu 366. vbi
ait, quod traditus manulentæ, ideſt fideiuſſo-
79 ribus relaxatus, non poteſt guidari, quem ta-
men in hoc impugnat Ioſeph Ramonus conſ.
53. num. 16. & ſeqq. & conſ. 54. in finem, &
eum videtur ſequi Xamar. in ciuili doctrina
§. 16. num. 31. & vide eumdem Ferrer. in cap.
375. ſeu 376. vbi firmat, quod guidaticum
obtentum per debitorem, poſtquam habuit
notitiam, quod contra eum fuit petita ſecu-
ritas Iudicij, non ſuffragatur, & eum ſequi-
quitur Xamar. in ciuili doctrina §. 16. n. 30.

Quæro nono, an debeat ſeruari, ſi pen-
80 dente ſaluo conductu affidatus delinquat?
Roſſellus de Roſſellis conſ. crim. diuerſ. 27. per
tot. dicit, quod prò præteritis delictis ſibi eſt
fiducia ſeruanda: ſed pro delictis commiſſis
poſt habitum ſaluum conductum poteſt pu-
niri, quia non prodeſt pro delictis futuris
Petr. & Cyn. in leg. voluntaria Cod. de excuſat.
tutor. Bart. in leg. qui ad tempus §. fin. ff. de De-
curion. Dec. in cap. conſtitutus num. 7. de appel-
lat. Cancer. variar. reſolut. 11. num. 314. part.
2. Io. Grand. de bello Exulum prædicam. quan-
titatis q. 2. nu. 9.

Sed quod debeat puniri etiam de præteritis
81 delictis, pro quibus eſt aſſecuratus, vult Frã-
ch. deciſ. 258. & deciſ. 717. Menoch. caſ. 337.
num. 13. Farinac. quæſt. 29. num. 58. Tapia de
Iure Regni lib. 5. tit. 57. de guidat. pragmat. 1.
num. 4.

Quid dicendum? Paſchal. de patria poteſt.
par. 4. cap. 3. num. 17. & ſeqq. ait de Iure ſerua-
82 ri primam opinionem, dummodò delictum,
quod fit ab aſſecurato, fuerit in rixa: ſecus ſi
appenſatè commiſſum, & citat Caball. crim.
reſol. 118. num. 6. At de iure Regni non fit alia
83 diſtinctio, niſi inter delictum graue, & leuè,
nam ſi eſt graue, non gaudet pro primis Ro-
uit. pragmat. 1. de guidaticis num. 2. & idem de
delicto punibili, & delicto leui firmant Fran-
ch. deciſ. 258. & Farinac. ad add. quæſt. 29. nu-
mer. 60. verſ. nec diſſentire, vbi ſubdit, quod ſi
aſſecuratus commiſiſſet aliquod leue delictũ,
& ſub hoc colore vellet Princeps occaſionem
ſumere illum puniendi, nec æquitati, & nec
Iuri conueniens eſſet, Caualc. de brach. Reg.
par. 2. num. 316. & ſeqq. ait eſſe puniendum,
ſi non leuiter delinquit, nec ad neceſſariam
defenſionem, & plures allegat concordantes,
& eſt ratio principalis concluſionis, quia ſal-
uus conductus habet tacitam conditionem
in ſe, niſi aſſecuratus concedentem offende-
rit, ſiuè alijs offenſionis cauſam præbuerit
Salgado de protect. Reg. part. 2. capit. 4. num. 56.
vbi citat Magalott. Ang. & Menoch. & ſub-
dit offendi concedẽtem per delictum commiſ-
ſum, & tunc eſſe procedendum non ſolùm pro
delicto nouitèr commiſſo, ſed etiam pro an-
tiquis, pro quibus conceſſus fuerit ſaluus
conductus, & hoc idem tenent Guazzin. reor.
defenſ. 12. cap. 1. nu. 58. D. Maſſin. de confiſcat. bo-
nor. quæſt. 5. num. 18. & ſeq. Carol. Ant. de Lu-
ca ad Vinc. de Franch. deciſ. 258. num. 3. Ca-
pic. latro dict. deciſ. 105. Sanfæl. deciſ. 48. Fon-
tanell. dict. clauſ. 4. gloſ. 15. num. 157. & nouiſ-
ſimè D. Orilia ad Campanam ſelect. reſol. 9.
in princ. & Conciol. crim. reſol. verb. ſaluus con-
ductus reſol. 5. n. 1. & ſeqq.
84 Ad hoc tamen, vt pro delictis, pro quibus fuit
datus ſaluus cõductus, poſſit procedi, requiri-
tur, quod plenè, & concludenter conſtet, quod
aſſecuratus commiſerit nouum delictum,
alias deficeret fundamentum intentionis fiſ-
ci, vt poſt alios firmant Sanfælic. deciſion. 48.
& D. Orilia ad Campanam reſol. 9. per tot. vbi
ſufficere etiam inditia indubicata, autumit.
Vndè ſi reus pro nouo delicto ſuppoſitus tor-
turæ in negatiua perſiſtat, debet reponi pro
alijs in priſtinam libertatem, Sanfæl. dec. 48. n. 1
& Carol. Ant. de Luca ad Vincen. de Franch.
deciſ. 415. num. 5. & Io. Bapt. Muccius ad San-
fæl. d. dec. 48. n. 4.

Quæro decimo, an ſaluus conductus cur-
85 rat ad momentum? Dic affirmatiuè, nam
tempus aſſignatum in ſaluo conductu dicitur
continuum, & currit de momento ad momẽ-
tum etiam quod de dicta conceſſione iam
86 tranſacta parte temporis aſſignati notitiam
bannitus habuerit, nequit enim in loco per-
miſſo commorari, niſi per illud dumtaxat
tempus, quod ſupereſt ad complendum dies
aſſignatos, & ſi vlterius permanet, conceſſio
non ſuffragatur, & habetur, ac ſi non eſſet
aſſecuratus, Caball. crimin. reſol. 249. per tot.
Bald. conſ. 246. lib. 5. Afflict. deciſ. 73. Guaz-
zin. Reor. defenſ. 12. cap. 1. num. 58. Maſſin. de
confiſ. bonor. q. 5. n. 35. Concid. crim. reſol. ſaluus
conductus reſol. 4. n. 11.

Ideò ſi quis habuit ſaluum conductum pro
87 teſtimonio ferendo in aliqua cauſa, vel ad
aliquid aliud ſimile, & acceſſerit ad locum
examinis, & depoſuerit, & poſtea rebus alijs
pro-

Digitized by Google

propriјs agendo moram traxerit in loco, &
fuerit captus, non poterit, ſe tueri ſaluo
conductu, vt deciſum refert Fontanell.
de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.15. num.154. & ſeqq.
videtur enim, vt ipſe ait, abuti ſaluo condu-
ctu, Boer. *deciſ.* 179. *num.* 3. etenim ſaluus
conductus datus pro eundo, cenſetur etiam
datus pro redeundo, vt pluribus probat D.
Iacob. Pignatell. *conſult.67.à num.39. vſque
ad num. 45. tom.5.* non autem pro manendo,
ſeu morando poſt expeditionem occaſione
aliorum negotiorum, pro quibus guidatus,
& aſſecuratus non erat, vt proſequitur Fon-
tanell. *ibid. num.15. verſ. dixi quando*, & hoc
idem deciſum teſtatur Michael.Ferrer. *obſer-
uat. par.3. cap. 373. ſeù 367.* contra eum, qui
88 acceſſerat ad Ciuitatem cum guidatico Vi-
ctualium, & die ſequenti poſt venditionem
Victualium fuit captus, quia ſtatim poterat
iter accipere, & tamquam vilis nihil habe-
bat, quod parare deberet pro itinere arripien-
do, nec allegauerat cauſam, propter quàm
diſtulerat iter incipere.

Hinc etiam eſt, quod conceſſo ſaluo con-
ductu bannito, vt poſſet à certo loco, vbi ſit,
Venetias ire, ſi fuerit repertus in propria
89 domo, & captus, non debet gaudere, vt in-
quit Petrus Bellus *de re milit. tit. de ſaluo con-
ductu num.* 18. quia veriſimiliter neque impe-
trans, & neque concedens de hoc cogitauit
nam ſolum fuit petitum, vt liceret tutò iter
facere, non etiam domi ſecurè morari, & al-
legat Bart. in *leg.patronus §.1. verſ.item ex ve-
riſimilitudine, ff.de leg.3.* & text.in *leg.3.§.qui
hoc interdicto, ff.de itinere, actuque priuat*; & ſe-
quitur Fontanell. *loc.cit.num.156.* qui ait Me-
noch. *de arbitr. quaeſt.81. num. 12. & caſ. 336.
num.27. & 33. & caſ.337. num. 5. & 6.* con-
trarium dicentem nihil pro fundamento al-
legaſſe.

Ego tamen crederem opinionem Meno-
chiј eſſe æquiorem, quando ſaluus conductus
90 eſt conceſſus à Principe, quia tunc latè eſt
interpraetandus, vt inquit Farinac. *conſ. 131.
num.1. & 4. & quaeſt.29.num.53.* Merlin. Pi-
gnatell. *controuerſ.54.num.3.lib.1.* Anton. de
Ball. *variar.lib.4 quaeſt.10.num.2.* & Conciol.
crim.reſol.verbo ſaluus conductus reſol.4. nu.5.
Multos citans Villoſa *de fugitiuis cap. 19. §.
3.num.89.* & non ſolum debet comprehende-
91 re caſum, de quo nec impetrans, & nec con-
cedens cogitauit, & ſic, quando nulla poteſt
redundare culpa in impetrantem, ſed extendi
etiam debet ad eum, qui dum impetrauit ſal-
uum conductum, nullam fecit mentionem de
92 delictis, quæ minora ſint expraeſſis Nouell.
reg.48.in 6. ampliatione Farinac. *quaeſt. 29. nu.
57.* Guazzin. *reor. defenſ. 12. cap.1. numer.58.*
Maſſin. *de confiſc.bonor. quaeſt.5. num.17.* & his
relatis Conciol. *loc.cit.reſol.4.num.12.* & licet
Caual. *de brach.reg.par.2. num.314.* dicat ſal-
uum conductum eſſe ſtricti iuris, & tantùm
valere, quantùm ſonat, id tamen procedit,
quando eſt conceſſus contra ius, ſeu conſti-
tutionem, vt diſtinguit Fontanell. *loc.cit.gloſ.
15.num.156.* & ſic quando conceditur à Iudi-
ce, qui ſine cauſa nequit aſſecurare, ſtante
prohibitione bannimentali, de qua hic.

Quæro vndecimo, an bannitus aſſecura-
tus cum ſaluo conductu poſſit impunè offen-
di ab inimicis, ſeu aliјs perſonis priuatis? Dic
93 quod non, imò occidens puniretur pœna
mortis Menoch. *de arbitr.caſ.336. & 337.* qui
ampliat, & limitat, Io.Grand. *de bello exulum
praedicam.quantitatis deciſ.2. num.8.* Bart. in
*leg.illicitas §.ne potentiores numer. 9. ff. de offic.
praeſid.* & Alber. ibi, Aufrer. ad Capell. Tho-
loſ. *quaeſt.489.* Plach. *epithom.delict.cap.7.nu.*
10. Iband. de Bardaxi. *ad foros Aragon.tit.de
offic.deputat. num.3. fol.mihi 136.* Caſſan. *con-
ſuetud.Burgund. tit.des iuſtices rub.1. num.109.
verſ.ſecundus eſt*, Caſtren. *conſ.422. lib.2.* Sed
Tholoſ. *ſintagm.Iur. par.3. lib.35. cap.9.* & ex
eo Carolus Tapia *de Iure Regni lib.5.tit.57.de
guidat.pragmat.1. num.1.* ait, non ita eſſe pu-
niendos frangentes ſecuritatem conceſſam
à Iudice, ſicut frangentes conceſſam à Prin-
cipe, & dubitat, an ſit idem de frangente
ſecuritatem conceſſam à Prorege, & dicit ad
hoc facere dicta per Marc. Anton. Surgent. *de
Neapoli illuſtrata lib.1.cap.22.* & allegat etiam
Montal. & Lopez. *locis* per eum *indicatis*.

Et licet Aſcanius Clementinus *de patr. po-
teſt.cap.vlt. num. 48.* quem refert, & ſequitur
Pater Graſſettus *de nece proditoria in addit. ad
§.12.num.65. impreſſa in fine libri* dicat, quod
94 occidens bannitum habentem ſaluum condu
ctum conceſſum à Iudice debet eſſe exemptus
ab omni pœna, etiamſi ſciens, quod banni-
tus habebat ſaluum conductum, occiderit,
quia huiuſmodi ſalui conductus dati à Iudi-
ce ſunt limitati, & ad perſonas Officialium
referuntur, & citat ad hoc Nellum *de banni-
tis in 2. par.2.membr.q.15.in fine*, & Gozzadin.
conſ.61.n.10.verſ.item quia.

Nihilominus hæc aſſertio non debet ſic de
95 plano admitti, niſi in locis, in quibus adſit
ſtylus, qualis, teſte Petro de Zambonis in
*pract.crim.ad leges Venetas accomodata cap. 20.
num.3.* adeſt in Statu Veneto, non conceden-
di aſſecurationem reſpectu ad inimicos, à
quibus bannitus habens ſaluum conductum
debet cauere, praeſertim faciendo ſe aſſociari
à Miniſtris Iuſtitiæ, quos Iudex ad dictum
effectum debet concedere, vt ſubdit idem
Zambonus *loc.cit.* tunc enim ſtante dicto ſty-
lo inimicus occidens poteſt eſſe ſecurus, alias
non, quia vltrà occiſionem iniuſtè factam
96 tempore, quo erat ſuſpenſa cum ſaluo con-
ductu facultas occidendi: per ſaluum condu-
97 ctum enim tollitur, ſeu potiùs ſuſpenditur
ſententia, vt inquit Decianus *conſ.96. num. 2.
lib. 3.* nam eſt quædam diſpenſatio de homi-
cidio, ſeu alio delicto, de quo ſaluum con-
ductum impetrans iam fuit condemnatus, vt
ex Bald.in *conſ. 490. lib.1.* dicit Decian. *loco*

citat. num. 3. reſultat indè etiam contemptus
98 Iudicis, qui aſſecurauit, & ex hoc contemp-
tu nequit occiſio eſſe impunita, vt in termi-
99 nis occidentis bannitum. aſſecuratum dicunt
Doctores allegati num. 93. & in terminis oc-
cidentis bannitum aggrauatum, dicunt Fa-
rinac. quaeſt. 103. num. 94. Capyc.latro deciſ.
105. num.66. lib. 1. Sarnò pract. crim. cap. 37.
par.1. & Baſilico deciſ. crim. 2. num.38. verſ.1.
itaque.

Quæro duodecimo, an offendens ſcienter
aſſecuratum à Principe incurrat in crimen
100 læſæ Maieſtatis? Vide Baſilicò, & Docto-
res per eum relatos dict. deciſ. 2. num. 38. vſque
in finem, & vide Carpzou. practic. crim. par. 3.
quaeſt.115.num.76.& 78. & Petrum Mullerum
de fugitiuis rub. de fuga delinquentium §.39. pa-
gina mihi 131. qui ait, quod ſi ſaluus condu-
ctus ſit datus à Summo Principe, vel
Republica, tunc offendens taliter aſ-
ſecuratum debet puniri, ac ſi eſſet Reus cri-
minis læſæ Maieſtatis arg. tex. in leg. 1. §.1. ver-
bo vel aduerſus ſecuritatem ff. ad leg. Iul. maieſt.
ſed ſubdit non eſſe exinde ſtatim inferendum
ad pœnam vltimi ſupplicij, cum etiam depor-
tatione, & quandoque relegatione crimen
læſæ Maieſtatis puniatur leg. 40. iuncta l. 24.
ff. de pœnis, vnde rectiùs inquit reſponderetur
cum aliquibus Doctoribus, quod iſto caſu
pœna ſit extraordinaria arbitrio iudicis in-
fligenda iuxta qualitatem facti, & perſona-
rum, & citat Boer. deciſ.179. num. 5. Menoch.
de arbitr. caſ. 336. num. 1. Carpzou. loc. citat.
num. 80. & ita iudicatum per Dominos Sca-
binos Lipſ. in caſu, quo Iudex ſaluum condu-
ctum violauerat refert ibidem, & hoc ex Gui-
do Papa deciſ. 418. num. 1. & ſeqq. Menoch.
caſ. 336. & Carpzou. d. n. 80. vult etiā Io. Beliz.
in proceſſ. iudiciar. crim. tab. 7. quaeſito 14. dicēs,
quod text. in l. 1. §. 1. ff. ad l. Iul. Maieſt. in verbo
ſecuritatis non intendit de ſaluo conductu, ſed
de tranquillitate, & pace publica, in cuius vio-
latores pœnam gladij conſtituit. Sed hoc ab-
ſolutè, & indiſtinctè dicere eſſet abſurdum,
quia, vt diximus ſupra num. 93. etiam offen-
dens aſſecuratum à Iudice poteſt vltimo ſup-
plicio affici; ideò puto, quod ſit attendenda
qualitas perſonæ, qualitas facti, & qualitas
offenſionis, nam aliud eſt occidere, aliud
vulnerare; aliud eſt offendere bannitum ex
cauſa banni, & aliud eſt offendere bannitum
ex cauſa aſſecurationis, in odium ſcilicet,
Principis, quia illum aſſecurauit, nam iſto
caſu abſurdum eſſet dicere, quod non intrat
pœna mortis ex Farinac. quaeſtion. 29. num. 19.
Guazzin. de confiſcat. bonor. concl. 13. ampl. 92.
num. 2. & facit ad hoc Dec. conſ. 102. num. 17.
Riminald. Iunior. conſil. 704. numer. 10. lib. 6.
Moutan. de Regalib. §. bona comitit. crim. maieſt.
num. 3.

Quæro decimotertio, an ſaluus conductus
101 falſus ſuffragetur? Molfeſ. ad conſuetud. Nea-
polit. par. 4. in addit. ad quaeſt. 47. num. 3. reſ-
pondet affirmatiuè, & teſtatur vidiſſe ſe rur-
102 ſum in quodam famoſo bannito, qui ſub
falſa ſecuritate fuit captus, & tamen fuit re-
poſitus in priſtina libertate: & cum ſic dicen-
tem referunt Giurb. conſ. crim. 80. num. 14. &
Merlin. Pignatell. controuerſ. 53. num. 10. in
fine cent. 1.

Verum concluſio ſic ſimpliciter ſumpta,
103 & intellecta poteſt parere confuſionem, &
etiam iniuſtitiam, quia iniuſtè relaxaretur is,
qui eſſet in mala fide in falſificando, vel fal-
ſificare faciendo ſaluum conductum, ideo vi-
detur in hoc caſu eſſe diſtinguendum inter
falſitatem extrinſecam, & falſitatem intrin-
ſecam, & inter falſitatem commiſſam ab eo,
qui habet ſaluum conductum, & falſitatem
commiſſam ab alio, & plures caſus ſunt diſ-
tinguendi.

Primus eſt in eo, qui facit ſibi ſaluum con-
ductum falſum, imitando manum Superioris,
& eius Officialium, & iſte non ſolum non
104 debet gaudere beneficio, & ſecuritate ſalui
conductus, ſed debet cum omni rigore puni-
ri pro delicto, pro quo ſtuduit aſſecurari, &
etiam pro falſitate, quam commiſit in fabri-
cando ſaluum conductum, & manum Supe-
rioris, & Officialium falſificando, prout in
ſimili dicit Caball. crim. reſol. 151. num. 6. nam
105 qui falſificat litteras alicuius Superioris cō-
trafaciendo in illis ſubſcriptiones Superioris,
& Miniſtrorum committit falſitatem, & qui-
dem alijs falſitatibus grauiorem, dicente Io.
Vela de pœnis delictor. cap. 10. num. 1. & ex eo
de Marinis ad Reuerter. deciſ. 302. num. 1.
quod inter plures falſitatis ſpecies grauior eſt
illa, quæ ab his committi ſolet, qui Pontifi-
cis, Regis, aut alterius Iudicis litteras vitiant,
addendo aliquid, vel detrahendo, ſiuè com-
ponendo, & ideo grauiùs etiam puniri de-
bet, vt firmant Reuert. dict. deciſ. 302. Gram.
dec. 27. & Afflict. dec. 21. & deciſ. 404. & ſic
106 debet puniri pro falſitate commiſſa: & debet
107 etiam puniri pro delicto antecedente, quia
non debet reportare commodum ex fraude,
dolo, & falſitate argum. leg. in fraudem §. quo-
ties ff. de Iure fiſci, & argm. eorum, quæ di-
cunt Angel. Afflict. & Boer. locis relatis per
Farinac. quaeſt. 150. num. 27. & in terminis ferè
noſtris Boſſ. pract. crim. tit. de remed. ex ſola cle-
ment. Princip. ſub num. 36. & Caball. d. caſ. 151.
num. 6.

Secundus caſus eſt in eo, qui vtitur ſalſo
conductu modo, & forma prædictis ab ali-
qua priuata perſona falsò compoſito, & tunc
108 ſi vtens mandauit fieri ſaluum conductum
falſum, de eo iudicandum eſt, prout in caſu
præcedenti eſt dictum, quamuis enim circa
qualitatem pœnæ debitæ ob falſitatem ipſam
adſit aliqua controuerſia inter Doctores ex
109 eo, quia mandans non includitur in Statuto
loquente de faciente, vt videre eſt penès Gra-
mat. dict. deciſ. 27. & Afflict. deciſ. 404. num. 6.
nihilominus eſt certum, quod debet puniri
pœna

Digitized by Google

pœna de iure congrua mandanti, & debet
etiam priuari beneficio reſultante ex ſaluo
conductu, qui quippè qui falſus, & nullam
habens ſubſiſtentiam, non poteſt vllum bo-
num parere effectum ad fauorem vtentis, ex
regula non entis &c. ſi verò non mandauit
fieri ſaluum conductum falſum, ſed eo facto
110 ſcienter vtitur, quamuis illum fieri non man-
dauerit, & nec fieri curauerit, debet pariter
puniri pro vſu falſi ſalui conductus ex ijs, quæ
plena manu congerit Farinac. *quæſt.151.n.65. & ſeqq.* & nec poteſt releuari ex ſaluo condu-
ctu à pœna delicti, pro quo eſt aſſecuratus,
quia ſcit ſaluum conductum eſſe falſum, &
proueniſſe à perſona nullam facultatem, & ius
aſſecurandi habente, vt ait Thomas Mieres
*ſuper Conſtit. Cathaloniæ collatione 6. tit. de ho-
micidio, & guidatico num.3. fol. mihi* 174. & in
fortioribus terminis, nempè de aſſecurato ab
111 Aduocato fiſcali dicit Afflict. *deciſ. 4. per tot.*
& ibi Addentes, Dom. Franc. Vico, *ad pragm.
Sardiniæ lib.2. tit. 25. cap.12. num. 22.* qui ci-
tat concordantes Peregrin. *de Iure fiſci lib.2.
tit.5. num. 9.* Farinac. *quæſt. 29. num. 98. &
99.* Caball. *crim. reſol.* 50. & 151. *num.7.*

At ſi vtens ignorat falſitatem, & ignoran-
112 ter eo vtitur, tunc aut falſitas ſalui condu-
ctus eſt viſibilis, & non debet aliquo modo ex
dicto ſaluo conductu releuari, quia poterat
ex ſe, ſeu alios conſulendo venire in cogni-
tionem falſitatis, vt ex Hoſtienſi, & Anania
dicit Farin. *qu.151. nu.38.*

Aut falſitas ſalui conductus non eſt viſibi-
113 lis, ſed intrinſecus illa latet, puta, quod ſal-
uus conductus habeat omnia requiſita, nem-
pè aſſecurationem pro delicto, ſubſcriptio-
nem Superioris habentis facultatem, & ius
aſſecurandi: firmam Cancellarij, ſeu alterius
Officialis, ac impreſſionem ſoliti ſigilli, & eo
caſu debet releuari, & iuuari ex ijs, quæ di-
cit Godofred. & Marian. Socinus, & Farinac.
qui hos refert, & ſequitur *quæſt. 151. num.79.
& 82.* & in terminis Campſoris ſoluentis vi-
gore apochæ falſæ, quando falſitas eſt latens
dicit Merenda *lib.23. controuerſ. Iur. cap.21. nu.
20. & ſeqq.* & Carol. Ant. de Luca ad Vinc. de
Franch. in *deciſ.304. & in appendice ad eam*,
nam quis non tenetur accedere ad Superio-
rem, & Officiales ad perquirendum ab illis,
an eorum manus ſit imitata, & falſificata, &
an ſigillum ſit verum, vel adulterinum, & fal-
ſificatum: Sufficit enim iſto caſu, quod det
114 authorem, vt ex Marian. Socin. & Prapo-
ſito dicit Farinac. *dict. quæſt. 151. num.73.* &
115 quod author datus non ſit ſuſpectus, ad tra-
dita per Hoſtien. Henr. Boich. Bertazzol. *loc.
relatis* per Farinac. *dict. quæſt.151. num. 72.* ſi-
116 cut enim leuibus hominibus credens eſt in
culpa Lap. *alleg.127. num.2.* Tuſch. *concl.1701.
num.21. litt. C.* Giurb. *conſ. crim. 34. num. 24.*
ità credens bonis, & honeſtis Viris à culpa,
& à pœna excuſatur, vt pluribus monſtrat
Giurb. *d. conſ.34. num.18. & ſeqq.*

Et hoc eo fortiùs procedit, ſi Author ſit
117 Officialis Curiæ, in qua expeditus appareat
ſaluus conductus, quia ſatis iuſtificata eſt cre-
dulitas ex Officialis authoritate, licet Offi-
cialis ſit falſarius, Caſtren. *conſ.296. in princ.
vol.1.* Tuſch. *d. concl.1701. num.3.* Giurb. *dict.
conſ.34. num.24.*

Et iuxtà hos terminos intelligenda eſt de-
118 ciſio, & reſolutio de qua teſtatur Molfeſ. *d.
quæſt. 47. num.3. in princ.* allegata, aliter enim
intellecta, nequaquam valet ſubſiſtere in Iu-
re ex allegatis.

Tertius caſus eſt in eo, qui vtitur ſaluo con-
ductu verè, & realiter expedito, & conceſſo
à Superiore, ſed ex aliqua falſa cauſa extorto,
119 & tunc videtur dicendum, quod fides à Su-
periore quomodocumque, & qualitercum-
que promiſſa debet ſeruari, vt dixi *num* 49.
& aſſecuratus debet relaxari, & priſtinæ li-
bertati reſtitui, vt ad fauorem eius, qui litte-
ras gratiæ minus legitimas exhibuerat, reſ-
pondit Senatus Mediolanen. teſte Claro *qu.
59. num. 3.* quem refert Guazzin. *de pace par.1.
qu.38. n.17.*

Verum etiam in hoc caſu debet procedi
cum diſtinctione, aut enim Superior decipitur
120 ex ſe, vt in caſu relato à Guazzino d. qu.38.
num.21. conceſſit enim Iudex banuito ſaluum
conductum temporalem, vt cognoſcatur de
delicto in caſu, in quo nō admittitur Procura-
tor, & tunc, vt dicit Guazzin. *ibidem*, ſaluus
conductus debet ſeruari, nè fides publica in
aliquo deficiat, & aſſecuratus ſub ea læſus re-
maneat, ex Iuribus, & Doctoribus, quæ, &
quos referunt Guazzin. *loc. cit.* & Farin. *conſil.*
121 *53. num. 22. & ſeqq.* Aut Superior decipitur
ab aſſecurato, puto, quia ad obtinendum Sal-
uum conductum expoſuit Superiori, quod iam
obtinuerat pacem ab offenſis, quæ tamen
erat obtenta per vim, aut minùs legitimè: &
tunc ſaluus conductus detecta fraude non de-
bet ſeruari, quia iſto caſu aſſecuratus non de-
cipitur, ſed decepiſſe dicitur, vt oſtendit Fa-
rinac. *conſ.3. num.47. & dict. conſ.53. num.23.
& ſeqq.* & Guazzin. *dict. quæſt. 38. numer.22.*
Capiblanc. *de Baron. cap.31. num.29. par.2.* Vi-
co *ad pragm. Sardin. lib.2. tit.25. cap.12. num.19.
& 20.* Aut Superior decipitur à Tertio, vt in
122 caſu relato à Caball. *crim. reſol.151. num.7.* &
tunc aſſecuratus non gaudet ſaluo conductu;
ſi ſit conſcius, & particeps fraudis: alias ſe-
cùs, vt oſtendit Caball. *loco citato à num.7. vſ-
que in finem*; & hoc caſu, prout in caſu præ-
123 cedenti eſt aduertendum, quòd debet ple-
nè probari ſcientia ad effectum puniendi, &
priuandi aſſecuratum beneficio ſalui condu-
ctus, nam eſt fundamentum, & baſſis inten-
tionis fiſci, cum ſine tali ſcientia aſſecuratus
non poſſit beneficio aſſecurationis priuari,
vt colligitur ex Caball. *crim. reſol.151. nu.11.*
& ex Vinc. de Franch. *deciſ.276. num.11. & 12.*
& ideo quando extant inditia ſcientiæ, eo ca-
ſu debet deueniri ad torturam ad habendam

124 veritatem ſuper ſcientia, & quatenùs aſſecu-
ratus perſiſtat in negatiua, debet in pace di-
mitti ſubiectus tamen primæuis præiudicijs,
vt benè aduertunt Caball. & Vinc.de Franch.
locis citatis.

Iterum aduertendum, quod vſus ſolus non
125 ſufficit ad torquendum, vt inquit ex Blan-
ch.Boſs.Honded.Farinac. *quæſt.*153. *nu.* 210.
in fine.

Quartus caſus eſt in eo, qui non habet ſal-
uum conductum bonum, nec falſum penès ſe,
ſed aſſecuratus ab Amico, qui falsò ſuppoſuit
iam obtinuiſſe à Superiore ſaluum cõductum,
vel gratiam, acceſſit liberè ad locum vetitum
126 & in poſſe Curiæ deuenit, & tunc videtur
dicendum, quod non debeat gaudere priuile-
gio aſſecurationis, quia Superior, ſeu Curia
nullam habet obligationem, cum nihil pro-
miſerit, & nullam habet conuenientiam at-
tendendi id, quod perſona priuata falsò ſup-
poſuit, quia hanc ſuppoſitionem prorſus igno-
rauit, & propterea non debet in aliquo re-
leuare hominem deceptum, prout in fortio-
ribus terminis, nempè in aſſecurato ab Ad-
uocato fiſcali, dixi *ſupra* ex Afflict. *deciſ.* 4.
& in terminis caſus propoſiti decreuit Magn.
127 Curiæ Vicariæ, quæ teſte Carolo Tapia
deciſ. 55. *& de Iure Regni lib.* 5. *tit.* 51. *de rele-
gatis pragm.* 1. *num.* 1. condemnauit ad trire-
mes perpetuas Franciſcum delli Nuzzi, qui
cum eſſet miſſus in exilium ab eadem M. Cu-
ria Vicariæ, poſt viginti annos commiſſit
Amico, vt gratiam à Prorege obtineret, ac
pro ea pecunias accommodauit, & cum ami-
cus reſcripſiſſet gratiam, & criminis aboli-
tionem obtinuiſſe, tutum perindè futurum
acceſſum, credens eiuſdem amici litteris
Neapolim reuerſus, fuit ab amico prædicto
Curiæ conſignatus, & ad triremes, vt *ſupra*
condemnatus, quia fuit habitum pro verò,
quod nec obligatio, & nec conuenientia ade-
rat, pro qua eximi à pœna contrauentionis
128 exilij debuiſſet. Contrarium tamen eſt ve-
rius per rationes adductas à Tapia *locis cita-
tis*, propter quas Sacr. Concil. reformando
prædictam ſententiam M. Curiæ Vicariæ de-
129 creuit dictum Franciſcum fuiſſe reſtituendũ,
& reſpondendum in ſuam libertatem, vt te-
ſtatur Tapia in vtroque *loc.cit.* Vide rationes
apud eum.

Dixi *ſupra num.* 51. quod commeatum remeatumue imperator ſolùm concedit, modo addo, quod ſaluum conductum concedit etiã is, cui Princeps expreſsè facultatem conceſſit ad text.in *leg.*2. *ff.de Conſtit. Princip.* Peregr. *conſ.*84.*num.*17.*lib.*1.Surd. *conſ.*281.*num.*3.*&* 4.Giurba *conſ.*49.*num.*6. Guazzin. *Reor.defe.* 12.*num.*58.& his citatis Mellius *dict.obſeru.*27 *num.*2.

Imò concedere poſſunt illum etiam, qui preſcriptione, vel conſuetudine hoc ius acquiſiuerunt, vt dicit Sixtinus *loc.citat. nu.*44, qui *ibidem num.*43. ex Decian. *reſp.* 49. *nu.*1. hnc extendit ad eos, qui Superiorem recognoſcunt, dummodo habeant poteſtatem ardua explicandi, quod approbare videtur Caualcan. *de Brachio Regio par.*2. *numer.* 315. quem refert Vignol. *de iudic. cauſ.crim.cap.*37 *num.*6.

Sed hoc ius denegari Baronibus ex Angel. Surd.Bart.Abb. Afflict. Cæphal. Boſs. Muta, Fulgoſ.Maſtrill.firmat Abruzzo *loc. citat. dicto num.*545. *&* 548. & reprobat Capibl. *de Baron.pragm.*6. *num.* 65. Maſtrill. qui in *tract.de Magiſtr.lib.*3. *cap.*4.*num.*215. ſibi eſt contrarius in ijs, quæ firmauit in *tractat. de indultu cap.*2. *num.*14. *& de Magiſtr.lib.*5. *cap.*6.*num.* 159. imò Mellius *loco cit.num.*3. non ſolum ait ex Farinac. Afflict. Menoch. Cyriac. Ballis Barones non poſſe concedere ſaluum conductum bannitis, ſed inſuper ait, quod ſi concedunt cadunt à feudo, & citat Peguer. Giurb.Maſtrill.à Ponte. Et eo magis hoc ius denegant Iudicibus Bouadilla in *politica lib.* 2.*cap.*16. *num.* 122. & D.Nicolaus Antonius *de exilio lib.*3. *cap.*3. *num.* 9. qui ex hoc dicit minus accuratè Loquutos Auileſ. Clar. Boſs. Menoch. Decian. Farinac. qui contrarium firmant dicens eos non poſſe euitare cenſuram Marciani, qui in *leg. relegati de pœnis* ſtatuit, quod nemo poteſt commeatum, remeatumque exuli dare, niſi Imperator ex aliqua cauſa.

Verum quia iura, quæ allegantur non diſponunt, & nec compræhendunt caſum, de quo eſt ſermo, ſiquidem text. in *dict.l.relegati* intellectus eſt à pluribus Doctoribus non de ſaluo conductu, ſed de gratia, venia, & indulgentia delicti, vt ex Farinac. *quæſt.*6.*n.*1. *& ſeqq.* & D.Iacob.Pignatell. *conſult. can.to.* 5.*conſult.*67. *num.* 30. dixi *ſupra num.* 53. vel ſaltem intelligitur à pluribus de remeatu perpetuo, & ſic de illo remeatu, qui quodammodo, & per neceſſariam conſequentiam continet damnati reſtitutionem, ſiue ſententiæ, & pœnæ abolitionem, vt ex D. Nicolao Antonio pariter dixi *ſupra*.

Et text.in *leg.*1.*ff.ad leg.Iul.maieſtat.* in verbis, vel aduerſus ſecuritatem eius, intellectus eſt à Doctoribus non de ſaluo conductu, ſed de tranquillitate, & pace publica non violanda. vt dicit Io. Beliz. *proceſs.iudic. crim.tabul.* 7.*quæſt.*14.

Ideo tutius eſt illis concedere hanc facultatem ex doctrina Bart. in *leg.is, qui Reus nu.* 12.*ff.de publ.Iudic.* & Abb. Auendan. Auiles, Azeuedo, Farinac.& aliorum, quos citat D. Nicolaus Antonius *loc.cit. cap.*3. *num.* 1. *in margine*, quibus addendus D. Iacob. Pignatell. *dict. conſult.*67. *num.*29. etenim ſublata diſpoſitione expreſſa legis certum eſt, quod omnes illi, qui poſſunt per ſe, vel per alios condemnare delinquentes, poſſunt per neceſſariam conſequentiam eis ſaluum conductum concedere, quia, vt dixi, alias validè non condemnant, & ideo debent habere omnia ea,

quæ

Digitized by Google

quæ ad munus exercendæ iuriſdictionis ſunt neceſſaria, vt ex Io: Franc. de Ponte *de poteſt. Proreg. lib. 1. §. 4. num. 54.* Farinac. *quaſt.* 29. *num.* 82. firmat Don. Franc. à Vico *ad pragm. Sardiniæ tom. 2. tit. 26. cap. 9. nu. 3. fol. mihi* 155. & comprobat pluribus D. Pignatell. *d. conſult.* 67. qui ait, quod de facto tota die videmus Principes recognoſcentes Cæſarem, imò Comites, Barones, Ciuitates, & Nobiles merum imperium habentes ſaluum conductum concedere, & hoc rationabiliter fieri ait, quia ſi in cauſis criminalibus, in quibus neceſſaria eſſet præſentia Banniti, adeundus eſſet Imperator ad habendum ſaluum conductũ, iudicia penitus protraherentur, quod eſſe abſurdum firmat ex Sichard. quem allegat *conſil. crim.* 5. *num.* 12.

Cap. XXXIII. §. V. vſq; ad §. XI.

In oltre prohibiſce à qualſiuoglia perſona di qualunque ſtato, grado, e conditione etiam Padre, Madre, ò altro attinente il ricettar banditi, ò notorij delinguenti, ò diffamati d'alcun delitto capitale, ò vero in qualunque modo dargli aiuto, conſeglio, ò fauore, ò ſcriuergli, ò parlargli in alcun luogo anco fuori della giuriſditione, e Stato Eccleſiaſtico, e riceuere loro lettere, e portare, e mandare loro ambaſciate ſotto pena dell'vltimo ſupplicio, & altre contenute nelle dette Bolle.

§. 6. Dichiarando, che ſotto preteſto d'ignoranza, ò d'altro non ſarà ſcuſato, chi hauerà riceuute lettere da alcuno de i ſudetti, ſe ſubito hauendole lette, e conoſciute, che ſono di ſimili perſone, non le preſentarà al Caponotaro del Torrone.

§. 7. E quelli, che in qualſiuoglia modo haueſſero notitia della ricettatione di tali banditi, & altri prohibiti da ricettarſi come di ſopra, ò ſapeſſero, doue ſteſſero, habitaſſero, ò praticaſſero nella giuriſditione, ne debbano dar notitia al Sig. Auditore del Torrone, quando li delinguenti foſſero in Bologna, e ſe fuori, all'Offitiale del luogo, ſotto pena di ſcudi 200. & altre pene corporali ad arbitrio di S. Sig. Illuſtriſſima, il qual' Offitiale in tal caſo douerà commandare la perſecutione di tali banditi, ò altri come di ſopra, ſotto la ſteſſa pena.

§. 8. E li contrafacienti non ſi potranno ſcuſare ſotto preteſto d'ignoranza, mentre li bandi fuſſero publicati mediante l'affiſſione della cedola della ſentenza à canto alla porta delle Notarie del Torrone, ò vero tali perſone foſſero notorij delinquenti, ò diffamati come di ſopra.

§. 9 Obligando il Maſſaro à douere ſubito eſpedire alla Corte di Bologna huomo à poſta à darne conto, non potendo egli venir perſonalmente ſotto la pena di 100. ſcudi d'oro, e trè tratti di corda, ò della galea ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima.

§. 10. Dichiarando, che ſe alcuno, che haueſſe commeſſo delitto dentro la Città, Contado, ò diſtretto di Bologna ſi ſaluerà in alcuna Caſa, ò ſarà aiutato da alcuno, che ſappia il delitto commeſſo da lui, à ſaluarſi, mentre tal delinquente veniſſe à notificare la perſona, che l'haueſſe aiutato, e la Caſa, nella quale ſi foſſe ſaluato, ancorche meritaſſe la morte (ſempre però, che reſti conuinto) ò confeſſo il ricettante di eſso delinquente, gli ſarà conceſsa l'impunità della pena ordinaria, e ſi procederà al totale caſtigo contro il ricettatore.

§. 11. E ſe alcuno di tali ricettatori darà

darà notitia alla Corte d'alcun'altro ſimile ricettatore gli ſarà rimeſſa la pena, nella quale fuſſe incorſo ogni volta però, che dia il modo di conuincere il ricettatore; & in queſto caſo il detto del denunciatore col giuramento confermato in tortura con qualche adminicolo ſarà piena proua ad arbitrio di Sua Signoria Illuſtriſſima. E ſe il denunciatore non fuſſe ſtato complice della ricettatione, il ſuo detto giurato ſenza tortura con qualche adminicolo ſarà piena proua ad arbitrio come di ſopra.

SVMMARIVM.

1 *Bannimenta probibent Patri, & Matri receptare filios bannitos, & concordant cum diſpoſitione* Bullæ ſixti V.

2 *Sunt in hoc rigoroſa.*

3 *Et contra diſpoſitionem iuris communis.*

4 *Ideò potiùs ad terrorem, quam ad exequutionem cenſentur facta.*

5 *Receptatio banniti facta ratione parentelæ, & ex affectu carnali pœna pecuniaria tantùm punitur. n. 10.*

6 *Et ita practicatur de ordine S. Conſultæ, vbi receptatio non eſt ad malum finem.*

7 *Affinis ſiuè bonus, ſiuè malus diligitur.*

8 *Receptans conſanguineum bannitum non videtur facere in contemptum legis, & doloſè.*

9 *Inhumanum eſt pœna graui punire eos, qui ſine dolo delinquunt. n. 21.*

11 Receptans *extra* Statum *bannientis de Iure communi non punitur.*

12 *Vel ad tutelam ſui corporis, puta, ob inimicitiam.*

13 *Caupo, qui accepto pretio, & ignoranter dat cibum, & receptum bannitis, de Iure non punitur.*

14 *Receptans bannitos per vim, & metum non punitur.*

15 *Et ſi ſtatim Curia denunciat releuatur ab onere probandi vim, & metum.*

16 *Idem ſi banniti receptati ſint nulliter banniti.*

17 *Exceptio nullitatis banni poteſt opponi à receptante, etiamſi ſententia ſit exequuta contra bannitum.*

18 *Scientia nullitatis banni, quando præſumatur.*

19 Receptans *bannitos ſine dolo, & ad bonum finem non punitur.*

20 *Et ita practicatur de ordine Sacræ Conſultæ.*

22 *Homo iure naturæ adſtringitur ad benefaciendum homini.*

23 *Vxor receptans maritum bannitum non compræhenditur in banno.*

Nam ob delictum non fit hodie ſeparatio matrimonij, & nec matrimonij ſoluuntur, ibid.

24 *Amicus receptans amicum bannitum compræhenditur in banno.*

25 *Sed in terminis Iuris communis eſſet excuſandus.*

26 *Bannimenta probibent receptare notorios delinquentes, ſeu diffamatos, ſed ſi hoc non diſponerent expreſsè eos non compræhenderent.*

27 Contrarium.

28 *Prima opinio eſt vera.*

29 *De quibus delinquentibus ſunt intelligenda, num. 32.*

30 Bulla Sixti V. *contra receptantes delinquentes notorios, quommodò intelligenda.*

31 Conſtitutio Marchiæ *loquens de receptatione bannitorum, de quibus bannitis debet itelligi.*

33 *Delinquentes quando dicantur eſſe notorij, & diffamati.*

34 *Verba* in qualunque modo dargli aiuto, conſeglio, fauore, *compræhendunt quemcumque modum auxiliandi, & compæhendunt etiam præſtantem alimenta.*

35 *Et mutuantem pecuniam.*

36 *Dummodò ad malum finem.*

37 *Statutum de loquente cum bannitis, an compræbendat ſcribentem, ſeu mittentem nuncium.*

38 *Bannimenta debent ad vnguem ſeruari, cum expreſsè loquantur de ſcribente bannitis.*

39 *Dummodo ad malum finem ſcriptum eis ſit.*

40 *Epiſtola ſcripta facinoroſo cum verbis* ardirei d'affermare, che quel tale, *qui ſcriſpſit tibi falſum in mei præiudicium*, meritaria vna forte correttione da V. S. *præſefert malitiam, & inſtigationem ad malum finem.*

41 *Verba, quando debeant referri potiùs ad vindictam facti, quàm Iuris.*

42 *Allocutio cum bannitis incidenter facta non punitur.*

43 *Et nec facta ex propoſito, ſi non ad malum finẽ.*

44 *Operarij, qui vna cum bannito laborant in aliqua re, non compræbenduntur in ſtatuto contra alloquentes, ſeu opem præſtantes.*

Et ita deciſum ibid.

45 *Bannimenta diſponunt alloquentes bannitos extrà Statum Eccleſiaſticum comprabendi in Edicto, & ſic emitatur controuerſia de Iure excitata.*

An compræbendant alloquentem cum bannito in Eccleſia exiſtenti refugiato. n. 47.

46 *Baroncellus, qui in Ciuitate Lucenſi receptanerat bannitum Status Eccleſiaſtici fuit ſuſpenſus.*

48 *Receptatores malefactorum regulariter puniuntur eadem pœna, qua tenetur malefactor.*

49 *Procedit in caſibus relatis.*

Fallit in alijs ibid.

50 *Iudex arbitrando pœnam contra receptatores malefactorum quid aduertere debeat.*

Banni-

Digitized by Google

51 *Bannimenta contra receptatores malefactorum non comprahendunt Parochos.*
52 *Et nec ſimplices Clericos.*
Et an receptantem fœminam bannitam. n. 57.
53 *Statutum Bononiæ contra Clericos receptantes bannitos refertur.*
54 *Bulla Sixti V. contra Clericos receptantes bannitos refertur.*
55 *Receptans bannitum, an poſſit puniri, ſi receptatus poſt receptationem habuit gratiam à Principe de delicto, & banno.*
56 *Receptans bannitos ſemel tantùm, an puniatur eadem pœna remiſſiuè.*
57 *Receptans fœminam bannitam, an comprahendatur in bannimentis.*
58 *Litterarum bannitorum receptio non imputatur recipienti, ſed benè imputatur retentio, & non denunciatio.*
59 *Reuelare delinquentes, quando quis teneatur remiſſiuè.*
60 *Receptans bannitum, ad hoc, vt puniri poſſit, debet habere ſcientiam banni.*
61 *Etiam qualitatum, & circumſtantiarum banni ſecundùm aliquos.*
62 *Et ſcientia iſto caſu debet probari per fiſcum.*
63 *Contrarium in bannimentis ſtatuitur.*
Sed in terminis bannimentorum ſcientia eum ſit præſumpta non ſufficit ad pœnam corporalem. n. 67.
64 *Statutum, quo cauetur, quod quis non poſſit allegare ignorantiam Statuti valet.*
65 *Adhuc tamen allegari poteſt aliquod impedimentum neceſſarium concludens ignorantiã.*
66 *Ignorantia banni quando, & in quibus caſibus poſſit allegari.*
68 *Receptatores dicuntur eſſe genus hominum peſſimum. Vide rationem ibid.*
69 *Receptans bannitos punitur vigore bannimentorum grauiori pœna, quam delinquens, & hoc videtur verum etiam in terminis iuris communis.*
70 *Impunitus de Iure non probat.*
71 *Et multò minus ſi ſuccedit loco accuſatoris.*
72 *Fallit vigore bannimentorum, quæ debent habere locum in caſu, quo proceditur contra contumacem.*
73 *Teſtes duo conteſtes, & omni exceptione maiores requiruntur ad conuincendum.*

1 PRÆSENS diſpoſitio prohibet etiam Patri, & Matri receptare filios bannitos, & diſponit idem, quod diſpoſuit Sixtus V. in eius *Conſtitutione in ord. ſexta*, de qua faciunt mentionem Baiard. ad Clar. *quæſt. 90. num. 33* & Farinac. *quæſt. 133. num. 35. 41. 57. 68. & 70.* Conciol. *crim. reſol. 1. n. 1. verbo bannitus, & alleg. 96. n. 18. & ſeqq. & alleg. 97. n. 2. & ſeqq.*

Et non poteſt negari, quin hæc diſpoſitio
2 ſit rigoroſa, dum prohibet Patri, Matri, & alijs attinentibus ſub pœna vltimi ſupplicij
3 delinquentem receptare, nam text. in *leg. 2. ff. de receptat.* neque abſoluendos, neque leuerè vindicandos ſtatuit, & excuſationem tribuendam affectioni eorum, voluit Carolus Tapia *de Iure Regni lib. 5. tit. 42. de receptatorib. pragmat. 3. verſ. etiam alli Padri*, qui citat concordantes Gandin. *pract. crim. tit. de furt. num. 14. & ſeqq.* Farinac. *conſ. 104. num. 17. lib. 1.* & non immeritò poſſumus dicere, prout dicitur in *pragmat. 4. Regni* relata à Tapia
4 *loc. citat.* quod prædicta diſpoſitio debet eſſe potius ad terrorem malefactorum, quam quod ita rigidè, & rigoroſè exequi debeat; ideò non obſtante hoc bannimento, & non obſtante rigoroſa opinione Monterentij *ad lib. 5. ſtatut. crim. Bonon. rub. 77. litt. B.* puto,
5 quod debeat etiam hodie imponi ſolum pœna pecuniaria, & non corporalis contra eos, qui ex parentela, & carnali affectu ad receptandum mouentur iuxta opinionem Bonifac. de Vitalin. *de maleficii. tit. de recept. col. 1.* Auendan. *de exeq. mandat. Reg. part. 2. cap. 7. num. 9. verſ. quarto in materia*: Menoch. Riminald. Iun. locis relatis à Ioſeph Riccio *de publ. Iudic. quæſt. 34. num. 5. part. 2.* Caſtill. *decif. 101.* Ball. *ſuper pragmat. lib. 5. variar. num. 10. fol. mihi 415.* Farinac. *quæſt. 30. num. 99. & 100. & quæſt. 113. numer. 260. & ſeqq. & latiſſimè quæſt. 133. num. 32.* & licet *num. 35.* dicat in Statu Eccleſiaſtico non prodeſſe excuſatio-
6 nem, ſtante Bulla Sixti V. nihilominus contrarium practicari per Sac. Conſultam, non ſolùm in Patre, & Conſanguineis, ſed etiam in quovis alio, quoties receptatio non ſit ad malum finem, teſtatur idemmet Farinac. *ibid. num. 57. in fine*, licet enim tollantur effectus conſanguinitatis ob delictum, non tamen tollitur affectio, vt ex Baldo *conſ. 54. vol. 5.* ait Foller. *in Conſtitut. Regni Neapol. Patarenorum num. 74. tit. de hæretic.* nam banniti affectionem naturalem retinent, quia non tantùm
7 diligitur homo affinis, qui ſit bonus, ſed etiã diligitur, qui eſt malus, eadem ratione affinitatis, vt proſequitur dicere Foller. *loc. cit.* & propterea cum naturalis conſanguinitatis affectio nos nedum moueat, ſed vrgeat, ac impellat, vt inuiti conſanguineorum ſaluti conſulamus, vt ex text. in *leg. 2. ff. de receptat.* & Tiraquell. *de pæn. temper. cauſ. 20. num. 7.* inquit Foller. *vbi proximè num. 72.* & ſanguinis qualitas nullo pacto aboleri, nulloque Iure dirimi poſſit, ad text. in *leg. Ius autem ff. de pact. & leg. Iura ſanguinis ff. de reg. Iur.* vtique
8 receptans conſanguineum bannitum, non videtur in contemptum legis, & doloſè delinquere, ſed benè quadam coactione implicita, & interpretatiua ab illa deſcendente, quæ ſemper hominibus ineſt, & per conſequens debet excuſari, & mitius puniri, vt aiunt Tiraquell. & Foller. *locis citatis*, cum
9 inhumanum ſit graui pœna punire eos, qui ſine dolo errant, vt aduertit etiam Farinac. *loc. cit. num. 57. in fine*, & plures citans etiam Conciol. *crimin. reſolut. 1. numer. 1. verbo bannitus.*

De iure communi plures ſunt caſus, in qui-

quibus receptatio non eſt punienda.

10 *Primò*, quando, vt modo dixi, fuerunt re-
ceptati conſanguinei, vt dicunt etiam Ioan.
Bapt. Thor. in *annotat.* ad Io. Grandem *de Bel-
lo exulum prædicam. pati quæſt.1.num.*10. Gra-
mat. *deciſ.*29. Bonifac. de Vitalin. *de malefact.
titul. de receptat. num.* 4. *& ſequentib.* Rouit.
pragm.6. de recept. & Capiblanc. *de Baronibus
pragm.6.num.*12.

Secundò, quando fuerunt receptati extra
11 Statum, & Dominium Principis, in cuius di-
tione fuerunt banniti, Rouit. *loco citato n.5. &
pragmatic.3. num.4.* & Thor. *loc. cit.*

Tertiò, quando fuerunt receptati ab eo, qui
12 habebat inimicitiam, nam pro tutela ſui cor-
poris licet receptare bannitos, vt poſt Rouit.
loc. cit. vult Thor. *vbi proximè*, & poſt Albe-
ric. de Roſat. in *l. rectè C. vndè vi* dicit Foller.
*Conſt. Regni Patarenorum n.*77.

Quartò, quando non fuerunt receptati ad
13 finem eoſdem receptandi, vt per text. in *l.1.
§. quod autem ff. de ſeru. corrupt.* & alijs autho-
ritatibus inquit Farinac. *quæſt.133. num.* 31.
& poteſt exemplificari in caupone, qui ſi ac-
cepto pretio, & ignoranter dat cibum ban-
nitis in caupona, non tenetur ſecundum
Flau. Tortum *ad ſtatut. crimin. Papiæ rub.* 51.
*num.*5.

Quintò, quando fuerunt receptati coactè
14 per vim, aut metum Flau. Tortus *ad ſtatut.
crim. Papiæ d. rub.* 51. *num.*4. & Farinac. *dicta
quæſt.*133. *num.* 36. vbi plurimos allegat con-
cordantes, dummodò metus ſit talis, qui ca-
dat in conſtantem virum, vt ex Bertazzol. pro-
ſequitur Farinac. *ibidem nu.*40. imò ſi quam-
15 primum ab eorum poteſtate liberatus Curiæ
denunciauerit iuxta *Bullam* Sixti V. poterit
releuari ab onere probandi illationem metus,
vt ex Bertazz. et Claud. *in addit.* & Simeon. de
Prætis inquit Farinac. *d. qu.133.n.*71.

Sextò, quando fuerunt receptati banniti,
16 qui nulliter banniti ſunt, vt ex Carer. *practic.
crim. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. poſt ve-
rò maleficium num.* 34. *& ſeq.* inquit Farinac.
*dict. quæſt.*133. *num.*62. *& conſ.205. num.*8.24.
& 42. & per tot. Gratian. *diſcept.638. per tot.*
Nouar. *ſingul. Pontif. concluſ.46. num.*5. alter
Nouar. *in ſumma Bullar. tit. de bannitis nu.*10.
17 & iſta exceptio nullitatis banni poteſt oppo-
ni à receptante, ſecundum Brun. *conſ.44. nu.*
9. Caſtren. in *leg.4. §. condemnatum num.5. ff. de
re iudic.* & Marcian. *conſ.18. num.4. lib.2.* qui
ait hoc procedere, etiamſi ſententia ſit exe-
18 quuta contra bannitum. Scientia autem
nullitatis, quando reſultat ex actis, præſumi-
tur Farinac. *conſ.205. num.*13. & Gratian. *loc.
cit. num.*10.

Septimò, & iſte caſus comprehendit om-
nes limitationes, & proſternit omnes amplia-
tiones regulæ, quando fuerunt receptati ban-
19 niti ſine dolo, & non ad malum, ſed ad bo-
num finem, ita ex Rayner. de Foroliu. Bald.
Socc. Gandin. Carrer. Foller. Boſs. Bertazzol.
Riminald. Turrett. Gaill. Baiard. & Tuſch. fir-
mat Farinac. *dict. quæſt.* 133. *num.*55. ſequun-
tur Guazzin. *reor. defenſ.29. cap.2. nu.*23. Ricc.
*collect.*544. *verſ. limita ſexto* Conciol. *crimin.
reſol.1. num. 1. verbo bannitus*, & ita ſeruatur
per Sac. Conſultam, quam teſtatur Farinac.
20 *loc. cit. num.* 57. ſæpiſſimè mandaſſe non eſſe
procedendum contra conuerſantes, receptan-
tes, ſeu quomodolibet auxilium bannitis præ-
ſtantes, niſi id doloſè egerint, & ita debet
etiam hic ſeruari, non obſtante diſpoſitione
bannimentorum, vt ex Felyn. Burſatt. Fælic.
Nizzol. Giurb. & Vermigliol. dicit Conciol.
crim. reſol. 1. num. 3. verbo bannitus, ob ratio-
nem, quia bannimenta ſunt fundata in ma-
lo, quod ex receptatione, & conuerſatione
bannimentorum poteſt eueuire Reipublicæ, &
ideo non ligant tranſgreſſores ad pœnam,
ſi finis illorum non violatur, vt dicunt Docto-
res prædicti citati à Conciolo, & etiam quia,
vt dixi *ſuprà*, ex authoritate Farinacij, inhu-
21 manum eſſet tam graui pœna ſine dolo erran-
tes punire, cum receptare, & auxiliari ſit o-
pus charitatis, & ſit actus præordinatus ad
bonum, & licitum, Maceraten. *reſol.19. num.
11. lib.3.* & Farinac. *quæſt.133. num.*58. vbi ait,
22 quod homo homini iure naturali ad benefa-
ciendum aſtringitur, & plures allegat con-
cordantes, quibus addo Conciol. *dict. reſol. 1
n.2. verbo bannitus*.

Quæro primo, an ſub his verbis, *ò altro at-
tinente*, comprehendatur Vxor receptans Ma-
23 ritum bannitum? Dic quod non, quia cum
hodie non fiat ſeparatio matrimonij ob deli-
ctum, vt ex Afflict. in *Conſtit. Regni Patereno-
rum num.*76. numquam ſub huiuſmodi prohi-
bitione venit Vxor, vel Maritus, qui à Deo
ſunt coniuncti, adeo ut vna caro cenſeatur, &
os ex oſſibus, & dicantur ſocij diuinæ, & hu-
manæ Domus, & per condemnationem, &
bannum contra maritum latum iura matri-
monij non tolluntur, *leg.1. Cod. de repud.* & fi-
lij concepti poſt bannum nedum dicuntur, &
ſunt legitimi, & habiles ad ſuccedendum Pa-
tri, ſed inſuper faciunt deficere conditionem
fideicommiſſi, vt ex Petra *de fideicommiſſ. qu.
11. num.*615. inquit Carol. Anton. de Luca ad
Vinc. de Franch. *deciſ.* 213. *numer.* 10. *circa
medium*.

Quæro ſecundo, an comprehendantur A-
24 mici? reſpondeas affirmatiuè ex maioritate
rationis, nam ſi prohibentur Genitores recep-
tare, multò magis amici. In terminis tamen
25 iuris communis deberent aliqualiter excuſa-
ri, ex adductis per Foller. in *d. Conſtit. Patare-
norum num.* 79. qui reprobat Salyc. & Afflict.
contrarium dicentes.

Noto-

Notorij delinquenti, ò diffa-mati:

26 Neceſſaria fuit iſta expreſſio, quia alias in-
telligeretur de maleſactoribus condemnatis,
non de contumacibus tantùm, vt poſt Giurb.
*conſ.crim.*27.*num.*12. *&* 16. *& conſ.*3. *num.*17.
vult Ioſeph Riccius *de public.Iudic. quæſt.* 34.
num. 2.*circa finem*, vbi tamen dicit, quod prag-
matica diſponens de receptatione bannito-
rum, & foriudicatorum, latronum, & noto-
riorum delinquentium, non habet locum; ni-
ſi quis receptauerit illum, qui ſit bannitus, &
inſimul foriudicatus, imò, & graſſator, quia
dictio, &, ſtat copulatiuè, & citat Giurb. *loc.
cit.* & Thor. *voto crim.*1.*n.*6.*tom.*2.

At Foller. *pragmat.de exulib. numer.*11. in-
27 quit, quod banniti, & publici delinquentes
æquiparantur.

28 Verùm quod contradiſtinguantur, & noto-
rij delinquentes non contineantur in ſtatutis
loquentibus de bannitis, niſi ſtatuta eos ex-
preſsè compræhendant, volunt Nellus *de
bannit.in* 4.*par.primi temporis quæſt.* 8. & Fol-
ler. *loc.cit.* qui referendo dictum Nelli ait, il-
lud eſſe verum, quem refert Farin. *d. qu.* 133.
*num.*17.*circ.fin.*

Sed an omnes delinquentes notorij, ſeu
diffamati debeant euitari, & non receptari?
29 Dic quod in terminis bannimentorum ſunt
euirandi omnes illi, qui committunt delictum,
pro quo pœna capitalis venit de Iure impo-
nenda, nam dum bannimenta indefinitè lo-
quuntur, indefinite ſunt intelligenda: quod
non eſt in terminis *Bullæ* Sixti V. in qua loqu-
tio generalis ex ſpecificatione perſonarum
ſubſequuta reſtringitur, & intelligi debet de
30 perſonis inibi nominatis, nempè *de perduel-
lionibus, homicidis, latronibus, viarum graſſato-
ribus, fractoribus, incendiarijs, ſicarijs, exititijs,
publicæ quietis perturbatoribus, armatas facien-
tibus; Statum Eccleſiaſticum hoſtiliter peragran-
tibus, pro quocumque crimine capitali etiam in
contumaciam bannitis, alijſque ſimilibus noto-
rijs delinquentibus, & facinoroſis hominibus etiã
nondum condemnatis.*

Et ad nominatos in *dicta Bulla* reſtringi il-
lius diſpoſitionem, inquit Vermigliol. *conſil.
crim.*115. *num.* 2. *&* 4. qui videtur innuere
verba illa *pro quocumque crimine capitali* eſſe
ſupplenda, vt intelligantur, & verificentur ſo-
lum, quando concurrunt crimina, & quali-
tates criminum iam expreſſorum, & quod re-
quiratur qualitas facinoroſitatis ad hoc, vt
habeat locum dicta *Bulla*, aduertunt expreſsè
Farinac. *conſ.*101. *num.*38. Amat. *decis. Mar-
chiæ* 101. *num.*2. & non ſufficere, quod ſit ca-
pitaliter bannitus, vult Farinac. *conſ.*205.*nu-
mer.*5. *&* 6. Giurb. loquens de ſimili pragma-
tica *conſ. crim.*27. *num.* 13. Muſcatell. *practic.
tit.de recept.num.*7.*vſq; ad num.*22. Io. Grand.
de bello exulum prædicam. qualitatis quæſt. 2.
*num.*4. & faciunt tradita per Turrett. *conſ.*95.
*num.*2. *lib.*1. *& conſ.*8. *num.*25. *& ſeqq. lib.*2.
Odd. *conſ.*53. *num.*26. Burſatt. *conſ.*402. *nu.*4.
& de Ponte *de poteſtat. Proreg. titul.* 1. §. 2.
*num.*14.

Propterea Vulpell. *reſp.crim.*19. *num.*3. fir-
31 mat, quod receptatio bannitorum non eſt
prohibita, quando receptati ſunt banniti ex
alio delicto, quàm homicidij, furti, facino-
roſitatis, & latrocinij iuxta *Conſtitutionem
Marchiæ tit.de bannitis ad mortem cap.*1. nam
inquit Vulpell. *loc. cit.* ſi quis fuerit bannitus
ex eo, quod pro debito ciuili carceribus man-
cipatus, carcerem fregerit, & fugerit, non
debet puniri is, qui eundem poſt bannum
receptauit, & ſubdit *in fine*, quod in Barba-
rienſi Curia pro huiuſmodi receptatione
nunquam fuit proceſſum, nec quiſquam con-
demnatus.

Aduertendum tamen, quod noſtra banni-
32 menta, licet generaliter loquantur, intelligi
debent tantùm de ijs, qui ſunt inquiſiti de
delicto atroci, & enormi, ex doctrina Bart.
& Doctorum in *leg.leuia ff.de accuſat.in leg.aut
facta ff.de pæn.* Foller. *pract.crim. verb. audian-
tur excuſatores num.* 45. & Riccij *de publ. Iu-
dic.quæſt.*34.*nu.*1.*verſ.ſed dubium par.*2.

Quæro ſecundo, quando delinquentes di-
cantur eſſe notorij, & diffamati? Dic quod
33 ſunt, & dici poſſunt tales, quando Iudex pro-
cedit contra eos, & in proceſſu conſtat illos
eſſe verè delinquentes, ita in terminis docent
nos Auendan. *de mandato Regio par.* 2. *cap.* 7.
*num.*4. Batt. *leg.nè quid col.*2. *ff.de incend. ruin.
naufrag.* At Conciol. *crim.reſol.*1.*num.*5. *verbo
bannitus* ex Burſatt. *conſ.*402.*num.* 11. *lib.*4. &
Guazzin. *Reor.defenſ.*29.*cap.*2.*num.*22. *in fine*,
ait ſufficere, quod contra dictos diffamatos
adſit publica vox, & fama de delicto per eos
commiſſo, & ſuper ea ſint teſtes examinati.
Prima tamen opinio magis placet, quia ſe-
cundum Foller. *pragmatic. prima de exulibus
numer.* 11. ratio huius ſanctionis ea eſt, quia
ſententia, & notorium æquiparantur:
ſed notorium non poteſt dici
æquiparatum ſenten-
tiæ, niſi conſtet
ex actis.

Digitized by Google

Ouero in qualunque modo dargli aiuto, conſeglio, ò fauore.

34 Iſta verba ſunt adeò prægnantia, vt com-
prændant quécumque modum auxiliandi, &
opitulandi, & ſic compræhendunt ſummini-
ſtrationem armorum, Equorum, nec non ac-
ceptationem rerum, & pecuniarum bannitis
datarum, ſeù tranſmiſſarum, vt ex Gigant. *de
crim. laſæ Maieſt. lib.* 1. *quæſt.* 34. inquit Muta
ad pragmat. tit. 48. *de pęna Cleric. & laic. recept.
bannit. num.* 23. imò compræhendunt etiam il-
los, qui conciarent, ſeu reconciari facerent
arma quæcumque bannitorum, ſeu pro ſer-
uitio eorumdem, vt ſubdit Muta, *ibidem*,
& compræhendunt, etiam præſtantem ali-
menta, vt contra Bertazol. concludit Farin.
quæſt. 133. *num.* 11. & ita in practica ſeruari
teſtatur: *& num.* 12. ampliat, hoc procedere
35 etiam in mutuante pecuniam, nam, & is di-
citur dare opem, & auxilium bannito, & ci-
tat concordantes Carrer. Bartholom. Thæg.
& Gaill. locis per eum relatis.

Recipiunt tamen bannimenta etiam in hac
36 parte interpretationem, vt habeant locum
ſolùm, quando prædicta fiunt ad malum
finem, iuxtà practicam S. Conſultæ, de qua
Farin. *loco cit. nu.* 57.

O ſcriuergli.

37 Tollitur hic diſputatio, an ſtatutum de lo-
quente cum bannito habeat locum in ſcriben-
te, vel mittente nuncium, de qua Soccin.
Alex. Carrer. Foller. Bertazzol. Baiard. & alij
relati à Farinac. *quæſt.* 133. *num.* 13. qui con-
cludunt negatiuè: ſed affirmatiuè reſpondent
Bald. Baiard. ad Clar. Menoch. relati à Flau.
Torto *ad ſtat. Papiæ crim. rub.* 51. *num.* 9. qui
aiunt, quod ſcribens litteras bannito dicitur
et dare auxilium, & idem ex Gigante, Tuſ-
cho, Deciano dicit Muta *ad pragmat. tit.* 48. *de
pœna Cleric. & laie. recep. bannit. num.* 24. ſub-
dens non obſtare, quod verba ſtatuti pęna-
lis debeant ſtrictiſſimè intelligi *leg. Conſtitutio-
nibus ff. ad municipal. leg. cum quidam ff. de liber.
& poſthum. cap. odia, & cap. in pænis de regul.
Iur. in* 6. quia ratio ſtatuti prohibentis loqui
cum bannitis eſt ne fiant tractatus, & con-
iurationes contra Reſpublicas, & ne manu-
teneantur, & diù viuant ipſi banniti, nec ex-
teri delinquentes. Vnde in talibus ſtatutis ſic
pœnalibus fit extenſio, ex quo cenſentur fa-
uorabilia, meritòque extendenda, cum ſint
condita ob publicam vtilitatem ſecundum
Bart. in *leg. quemadmodum Cod. de agricol. &
cenſit. lib.* 10. & Iaſ. in *leg.* 1. *numer.* 10. *& ſeqq.
ff. de verb. obligat.* vide eos, ſi libuerit, nos
enim debemus acquieſcere diſpoſitioni ban-
38 nimentorum, & eam ad unguem ſeruare, vt
ex Florian. Afflict. Carter. Follet. & alijs ad-
uertit Farin. *ibid. n.* 5.

Sed, & hoc debet eſſe ad malum finem,
39 alias non admitteret pœnam iuxtà ſtylum,
& practicam Sac. Conſultæ, de qua *ſuprà*, &
aduertit Farinac. *dicta quæſtion.* 133. *num.* 13.
& 55.

Quæro hic, an Epiſtola ſcripta bannito fa-
40 cinoroſo, quæ contineat verba, *ardirei d'af-
fermare, che quel tale*, qui ſcilicet falſum in
præiudicium mei tibi ſuppoſuit, *meritaria vna
forte correttione da V. S.* præſeferat malitiam,
& inſtigationem ad malum? iſte caſus occur-
rit in hac Ciuitate in principio mei Audito-
ratus nempè *de anno* 1671. & dixi, quod ſi di-
cta verba eſſent directa Viro pio, & religioſo,
denotarent fraternam correctionem; at dire-
cta, prout erant, homini facinoroſo, fortis, &
ſanguinolenti brachij, non poſſunt habere
aliam interpretationem, quam ad malũ, tùm
quia verba ſunt intelligenda ſecundum ſubie-
ctam materiam, *leg. ſtipulatio iſta*, & ibi Iaſ.
in 5. *not. ff. de verb. ſignif.* Bald. in *leg. data opera
col.* 9. *verſ. habere quandoque C. qui accuſat. non
poſſ.* Bertach. *repert. lit. V. verſ. verba ſunt acci-
pienda*, vbi affert etiam Ariſtotel. dicentem
primo ethic. quod tunc perfectè enunciamus, cũ
ſecundùm ſubiectam materiam loquimur:
tùm etiam, quia relata ad perſonam debent
intelligi ſecundùm naturam, & qualitatem
perſonæ, ad quam referuntur *dict. leg. ſi ſtipu-
latio iſta*, & ibi Iaſ. in 6. *not. ff. de verb. obligat.*
& Bertachin. *loc. citat. verſic. relata ad perſo-
nam*.

Nec facit, quod vbi verba poſſunt refer-
41 ri ad vindictam Iuris, vel facti debent re-
ferri ad Iuris, & ſic ad vindictam licitam.

Quia procedit, quando verba ſunt dubia,
& neſcitur, an ſint directa, vel nè ad Iudi-
cem: ſecùs quando manifeſtè apparet eſſe
directa ad correctionem, & animaduerſionem
illicitam, & ſcandaloſam.

Secundò reſpondetur, regulam non proce-
dere, quando verba aliqualiter ſonant in de-
lictum, quia tunc potius in malam partem,
quam in bonam ſumi debent, Farinac. *conſil.*
25. *num.* 13. qui citat Bart. Angel. Alexan. &
Corn. Et nec quando ſumus in his, quæ ſunt
de genere prohibitorũ, nam tunc ſemper prę-
ſumitur delictum, vt ex Alexandr. Anan.
Anchar. & Fælyn. inquit Farinac. *loc. citat.
num.* 14.

Parlargli.

42 Simplex alloquutio facta incidenter cum bannitis ex occurſu in itinere non eſt punibilis, vt ex Bertazzol. Cyriac. Odd. Giurba, & Ball. inquit Conciol. *crim. reſol.* 1. *num.* 4. *verbo bannitus, & in alleg.* 95. *num.* 36. & nec
43 punibilis eſt facta ex propoſitio, ſi non ſit doloſa, vt ex Soccino, Foller. & Bertazzol. ait Farinac. *quaeſt.* 133. *num.* 13. *&* 55. vbi de ſtylo S. Conſultæ teſtatur *in fine*.

Hinc alloquens, & operans cum alijs ope-
44 rarijs, inter quos ſit aliquis bannitus, non incidit in pœnam bannimentorum non ſolum, quia non eſt ad malum finem, vt dixi, ſed etiam quia hæc non eſt propriè conuerſatio, vt aduertit Flauius Tortus *ad ſtat. crimin. Papiæ rub.* 51. *num.* 10. qui teſtatur ita fuiſſe per Senatum Mediolani deciſum *die* 28. *Aprilis* 1588.

Anco fuori della Giuriditione, e Stato Eccleſiaſtico.

Renouant diſpoſitionem *Bullæ* Sixti V. *in ordine* 6. & benè ad tollendam diſputationem,
45 an edictum compræhendat eos, qui extra Iuriſdictionem loquuntur, & auxilium præſtant bannitis, de qua plenè Farinac. *quaeſt.* 133. *num.* 64. *& ſeqq.* qui refert fuiſſe ſuſpen-
46 ſum quendam Baroncellum, qui in Ciuitate Lucenſi receptauerat bannitum Status Eccleſiaſtici, fatetur tamen ipſe, quod fuit rigoroſa condemnatio.

Sed an alloquens bannitum in Eccleſia re-
47 fugiatum incurrat in pœnam? dic, quod ſi alloquutio ſit ad malum, iuxtà diſtinctionem Farinac. *quaeſt.* 133. *num.* 13. *&* 55. incidit in pœnam, & debet puniri etiam admiſſa opinione eorum, qui dicunt, Eccleſiam non eſſe de Territorio Principis ſæcularis, de qua dixi *in c.* 1. *§.* 10. *n.* 84. quia bannimenta expreſsè mandant, eſſe puniendos eos, qui talia faciunt extrà iuriſdictionem, & in terminis quo ad pœnam extraordinariam, ita reſpondet Auendan. *de Mandato Regio par.* 2. *cap.* 7. *num.* 12. qui citat Carrer. *in leg. obſeruare numer.* 130. *Cod. quorum appellation. non recip.*

Sotto la pena dell' vltimo ſupplicio.

48 Receptatores malefactorum regulariter debent puniri eadem pœna, qua puniri debent ipſimet malefactores, & delinquentes iuxtà textum in *leg.* 1. *ff. de recept. & in leg.* 1. *Cod. de his, qui latron. & leg.* 3. *§. ſi quis ff ad Sillan.* Floriau. de S. Petro *in quaeſt. incip. inquiſitus de crimine quaeſt.* 11. *lib.* 3. Afflict. in *Conſtit. Regni Neapol. Patarenorum num.* 2. *de recept.* Caball. *crim. reſol.* 287. *num.* 2. Io. Franc. à Ponte *de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fieri ſolit.* §. 3. *numer.* 1. *& ſeqq.* Laur. Matthæu *de Regim. Regni Valent. par.* 2. *cap.* 8. §. 8. *num.* 133. imò maiori pœna debent puniri, vt dicam *infrà num.* 69. fallit tamen regula hæc pluribus modis relatis ab Afflict. *loc. citat. num.* 3. 4. *&* 5. vbi octo fallentias refert. Tu, omiſſis his, quæ dici poſſunt in hac materia, teneas, quod regula ha-
49 bet locum, quoties vltrà receptationem receptans fuit etiam particeps criminis commiſſi, vt ex Anton. Mattheo *de criminib. tit.* 10. *de recept. cap.* 2. ait Matthæu *loc. cit.* & etiam, quando extat edictum vetans ſub eadem pœna receptare delinquentes, nam tunc ſeruanda eſt ad vnguem; vt innuit Farinac. qui facit mentionem de bannimentis Vrbis in *quaeſt.* 133. *num.* 1. *circa finem*, & etiam quando emanauit edictum, ſeu præconium de exhibendo delinquentem, & receptans illum non exhibuit, nam ſi comminata ſit eadem pœna, qua tenetur delinquens, eadem puniri debet, vt per text. in *leg.* 1. *ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* explicat Afflict. in *dict. Conſtitut. Patarenorum lib.* 1. *rub.* 2. *num.* 6. *& lib.* 2. *rub.* 3. *num.* 85. vbi ait procedere hoc in caſu requiſitionis factæ particulariter ab Officiali, nam & tunc non exhibens requiſitus pœna comminata tenetur; In alijs enim caſibus eadem lege, ſed non eadem pœna puniri debet receptans, vt per text. in *leg.* 1. *Cod. de recept. & leg. vlt. §. vlt. ff. de abigeis, & leg. vim paſſam §. mulierum ff. ad leg. Iul. de adult.* inquit Matthæu *dict. num.* 133. & Afflict. *dict. Conſtitut.*
50 *Patarenorum num.* 4. qui *num.* 6. docet, quod Iudex in arbitrando pœnam contra receptatores debet aduertere ad qualitates criminis, ad edictum, ſeu præconium Iudicis, ad qualitatem receptantis, an ſcilicet ſit extraneus, an verò affinis, vide eum benè explicantem omnem materiam.

Quæro primo, an bannimenta compræhen-
51 dant Parochos, & Regulares receptantes bannitum in Conuentu, ſeu Domo Parochiali? Reſpondeas negatiuè, quia nulla ſit mentio de illis in noſtris bannimentis, ſed benè poſſunt puniri vigore *Statuti crim. Bononiæ lib.* 5. *rub.* 78. *& Bullæ* Sixti V. de qua Quaranta in *Summ. Bullar. verbo bannitorum fautores*. idē ſanciuit Clem. VIII. vt refert Ital. *de Immun.*

Eccl.lib.1.c.5.in initio,& 5.8.&Laur.Peyrin.*de Priuileg.Regular.Conſtit.4. Clem. VIII. nu.5.* idem ſanciuit Paulus V. teſte Nouar. in *Lucerna Regular. verbo receptatio*. Vide plura apud Ioſeph. Ricc. *de publ.Iudic.qu.34. n.12. & ſeqq. par.2.*

Quæro ſecundo, an ſaltem comprehendant
52 ſimplices Clericos in eorum domibus particularibus receptantes? dic, idem eſſe, quia nec de illis ſit aliqua mentio. Vide tamen, quid dicant Muta *ſuper pragmat. tit. 48. num. 23. & ſeqq.* & Ball. *variar.lib.5.pragmat.1.tit.* 48. Vide *Statutum crim.huius Ciuitatis Bononiæ lib.5.rub.78. & Bullam* S. Mem. Sixti V. quam refert Carol. Tapia *de Iure Regni lib.5. tit.de proſequend. malefactor.*& Iuber hic referre per extenſum dictam Bullam, & etiam dictum Statutum, vt Eccleſiaſtici ſibi cauere ſciant ab huiuſmodi receptationibus.

Statut. crimin. Bonon. lib. V.

RVB. LXXVIII.

Conſtitutio D. Bononiæ Epiſcopi ſuper bannitis, & tenentibus eos

Hæc eſt quædam Conſtitutio facta contra Clericos, & Eccleſiaſticas perſonas per Venerabilem Patrem D.Octauianum Bonon. Epiſcopum tempore Nobilium Virorum Tebaldi de Bruſatis Poteſtatis Bononiæ, & Conradi de Monte Magno Capitanei Populi.In milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto, Ind. 14. cuius tenor eſt Videlicet.

IN Dei Nomine Amen. Licet non ſolùm delinquentes, & committentes atrocia, ſed eorum fautores, & conſentientes eiſdem
53 Catholica condemnat autoritas, pari decernimus eos pœna, & animaduerſione puniri: quamplurimùm tàm de Ciuitate, & Diœceſi Bononiæ Clerici, Conuerſi, Religioſi, Prælati, atque Rectores Eccleſiarum, Hoſpitalium, & Religioſorum locorum præfatam condemnationem non timentes, ſed etiam inſtituta Canonicè temerè contemnentes, homicidiorum, & aliorum criminum enormium, & ſcelerum commiſſores, & præcipuè pro his à Populo, & Commune Bononiæ foro bannitos receptant, & receptarunt hactenus, atque tenent in Eccleſiarum domibus, & alibi, & eos in ſuis delictis manutenent, atque defendunt, ne pœnas ſubeant pro maleficijs commiſſis, quas merentur, ſic opem ferentes eiſdem delinquentibus in commiſſis, & fauorem etiam in committendis non modicum tribuentes, & ſic contra ipſos Clericos, & Eccleſiarum Rectores, atque Plælatos tantus aſcendit clamor in Populo Ciuitatis Bononiæ, tantaque creuerit infamia pro prædictis, quod reformationes multum aridas, & aſperſas contra ipſos, per quos timeri poteſt meritò ipſas Eccleſias irreparabile periculum, atque deſtructionem bonorum, niſi celerè apponatur remedium, incurſuras. Vndè Nos Octauianus Diuina Miſeratione Bonon.Epiſcopus volentes huic morbo congruam adhibere medelam, ne incurabilis fiat ob inimicorum malitiam, & Eccleſiæ noſtræ ſic paratam deſtructionem incurrant, quæ nobis cōmiſſæ ſunt, & fratrum noſtrorum Bononiæ Capituli ad hoc ſpecialiter conuocati expreſſo Concilio, & conſenſu Statuimus, quod nullus de cætero Clericus, vel Conuerſus, vel Religioſus, ſeu hoſpitalis, vel Religioſæ Domus Prælatus, vel Eccleſiæ Rector Ciuitatis Bononiæ pro aliquo maleficio recipiat, vel teneat in Eccleſia ſua, vel domibus eius, vel alibi vbicumque per ſe, vel per alium, nullumque tali bannito de certa ſcieuria præbeat auxilium, conſilium, vel fauorem, ſed ſiquem habet, tenet, vel aliquis eſt, vel ſit in Eccleſia, vel in Domibus eius, vel alibi pro eodem ipſum expellat, & reijciat cum effectu, vel ſaperet infra tertiam diem poſt huiuſmodi Conſtitutionis publicationem nullatenus eundem per ſe, vel per alium, nec conſilium impenſuros eidem quouſque fuerit à dicto banno liberatus. Statuentes etiam, quod ſi quis prædictorum huius noſtræ Conſtitutionis temerarius tranſgreſſor extiterit, qui bannitos Communis Bononiæ pro maleficio præſumpſerit retinere, eiſdemque dare auxilium, conſilium, vel fauorem, ipſoſque non expelleret, reijceret, vel receptauerit contra huius Conſtitutionis tenorem, Officij, & Beneficij, & Prælaturæ, vel Dignitatis, vel Rectoriæ, quod, & quam habeat in aliqua Eccleſia Ciuitatis Bononiæ, ipſo facto nihilominus incurſurum, ſi Prælaturam, Dignitatem, Rectoriam, vel Beneficium Eccleſiaſticum ſic priuatus præſumpſerit retinere, quam ex nunc promulgamus in his ſcriptis contra quemlibet ſic agentem. Alios verò excommunicationē, quam ex nunc ferimus in his ſcriptis incurrere volumus ipſo facto, ſi ea, quæ continet noſtra Conſtitutio non obſeruent, nullatenus defenſuri delinquentes prædictos, ſi quos, poſtquam huiuſmodi pœnas incurrerint, contigerit ipſos trahi, & detineri pro his ad Iudicem ſæcularem.

SIXTVS

SIXTVS

PAPA QVINTVS

Ad futuram rei memoriam.

CVM ſicut accepimus in Regno Neapolitano non deſunt improbi, & facinoroſi ho-
54 mines exules, ſiuè *fuoruſciti*, vulgariter dicti, audaciam modis omnibus coercere, ac Chriſtianæ Reipublicæ, & cunctorum fidelium ſecuritati conſulere, nec non peſſimum huiuſmodi hominum genus palam decipi, & condignis ſupplicijs affici cupientes; Vniuerſis, & Singulis Clericis, & perſonis Eccleſiaſticis, tàm Sæcularibus, quàm cuiuſuis Ordinis Regularibus etiam in Sacris, & Præsbyteratus Ordinibus Conſtitutis in Regno prædicto nunc, & pro tempore degentibus cuiuſcumque Status, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, vt ipſi, & eorum quilibet facinoroſos homines prædictos quoſcumque complices, fautores, & conſiliarios locorum Ordinarijs, aut eorum Vicarijs manifeſtare, & detegere, ac etiam ſiuè ad Procuratoris Fiſci, ſiue ad aliorum quorumcumque inſtantiam, ſiue etiam ex mero Officio contra eos inquiratur, aut procedatur in quauis cauſa criminali, vel mixta mota, aut mouenda coram eiſdem Ordinarijs teſtimonium pro veritate perhibere, & quicquid ſciuerint fideliter deponere, & teſtificari liberè, & licitè valeant, nec propterea ipſi, aut Ordinarij aliquam pœnam, aut cenſuram Eccleſiaſticam, ſiue irregularitatis, aut infamiæ notam incurrant, etiam ſi poſtea manifeſtationibus, aut dictis huiuſmodi Curiæ ſæculari communicandis dictorum delinquentium ſanguinis effuſio, membrorum mutilatio, aut mors indè ſequeretur, licentiam, & facultatem Authoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus non obſtantibus generalis Concilij, ac alijs Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Marcum ſub Anulo Piſcatoris die 24. Februarij 1588. Pontificatus Noſtri Anno tertio.

Thomas Gualterius. Concordat cum originali ſalua ſemper meliori collatione.

Dominicus de Torres.

Quæro tertio, an puniri poſſit eadem pœna receptans, ſi receptatus poſt receptatio-
55 nem habuerit gratiam à Principe de delicto, & banno? Videtur dicendum, quod non poſſit procedi iſto caſu contra receptantem, quia durum eſt, quod bannitus redierit in gratiam Principis, & obtinuerit rebannitionem, & is, qui receptauit illum, debeat puniri, nam ſublato principali corruit acceſſorium *vulgatis Iuribus*; ſed Auendan. *de mandato Regio par. 2. cap. 7. num. 4.* firmat contrarium ob rationem, quia remiſſio vni facta ad alium non extenditur ex Andr. de Iſernia *cap. Imperialem in princip. de prohibit. feud. alienat.* & Afflict. in *Conſtit. Patarenorum num. 11.* & quod dictum eſt *ſuprà* pro ratione dubitandi poteſt habere locum ſolùm, quando poſt factam rebannitionem Curia habita notitia de receptatione banniti, vellet pro dicta receptatione procedere, tunc enim proceſſura eſſet nimis aſpera, argu. eorum, quæ dicunt Maſtrill. *de Magiſtrat. tit. de indulto generali cap. 7.* & Capyc. latro *deciſ. 71. in princip. par. 1.* non eſſet tamen iniuſta dicta proceſſura, etiam in hoc caſu, ex rationibus, & Doctorum authoritatibus, quas adducit Afflict. *loc. cit. num. 11.*

Quæro quarto, an imponatur eadem pœ-
56 na, ſi quis ſemel tantùm bannitum receptauit? Vide Afflict. in *Conſtitut. Patarenorum num. 9.* Farinac. *quæſt. 133. num. 52. & ſeqq.* Maſtrill. *deciſ. 216. num. 84.* & Matthæu *de Regim. Regni Valent. par. 2. cap. 8. ſ. 8. num. 134.* & ante omnes de hac quæſtione tractauit Lucas de Penna in *l. 1. col. 2. verſ. ſed pone C. de deſertorib. lib. 12.*

Quæro quintò, an bannimenta comprehen-
57 dant receptantem fœminam bannitam? Vide Plotum in *leg. ſi quando num. 862. Cod. vnde vi*, & Flau. Tort. *ad ſtatut. crimin. Papiæ 51. num. 6.*

Lette, e conoſciute, che ſono di ſimili perſone, non le preſentarà.

58 Receptio litterarum à bannitis ſcriptarum non poteſt imputari recipienti, ſed benè imputatur ad delictum retentio, & ommiſſio denunciationis dictæ receptionis, quia tunc recipiens quodammodò videtur ratificare miſſionem illarum, & euadit malæ fidei, & criminoſus, dùm tacet, & non exhibet, arg. text. in *leg. vnica C. de famoſ. libell.* & argum. eorum, quæ dicunt Borgnin. Caualc. *deciſ. 35. per tot.* & Cæphal. *conſ. 341. vol. 3.* Adden. ad Bertazzol. *conſ. crim. 237.*

Debba-

Debbano dar notitia.

An quis cogi poſſit ad denunciandum, re-
59 uelandum, ſeu detegendum malefactores,
dixi *in cap.2. §.2.* vidæ quæ ibi dixi, & vide,
quæ ponit D. Carolus Petra *ſuper ritib. Magn. Cur. Vicar. ritu 4. num.3. & ſeqq.*

Non ſi potranno ſcuſare ſotto preteſto d'ignoranza mentre &c.

60 Vt receptatio ſit punibilis, requiritur, quod
receptans ſciat receptatum eſſe bannitum,
ſeu notorium delinquentem, Aldouin. *conſ.24 num.3.* Farinac. *conſ.37. num. 15.* Nouar. *ſuper rub. pragmat.1. de receptat. collect. 2. num.15.* Cyriac. *controu. forenſ.345. num.1. vol.2.* Flau. Tortus *ad ſtatut. crim. Papiæ rub. 51. numer. 3.* Conciol. *crim. reſolut.3. num.1. verbo bannitus*, qui multos allegat concordantes, Signorell. Tuſch. Bart. Gandin. Boſs. Simon. de Prætis, Riminald. Iun. Bertazzol. Ramon. Crauett. Afflict. *locis relatis* à Mura *ad pragmat. tit.48. de pœna Cleric. & Laicor. recept. bannit. nu.38. & in cap.108. Regis Federici lim.1. num.83. & 97. tom.2. & in cap.471. Regis Alphonſi tom.5 & in d. tit.48. num.38.* ex Boſs. *in pract. titul. de rapinis num.16.* ait, quod etiamſi ſtatuta, hoc non dictarent, ſic ſubaudiuntur, nempè ſcienter *leg.1. §.1.* vbi gloſa, & Bart. *ff. de recept.* nec aliter, vt ſubdit Mura, poteſt ſequi condemnatio, niſi inquiſitio, & proſequutio ſic cantaret, vt per Fælyn. in *cap. cum vigeſimum col.1. ff. de Offic. deleg.* Angel. Aretin. *de maleſic. verbo maleficio ſemper aſtitit*, ob id omninò debet probari ſcientia, quia aliter ſemper præſumitur contrarium Boſs. *loc. cit. num. 17.* Aret. *conſ.22.* Fælyn. Nell. Simancha Io. de Platea, Tuſch. & alij, quos ipſe citat *ibid.*

Imò aliqui dicunt non ſufficere, quod re-
61 ceptans ſciat, & ſit certioratus de banno, &
ſententia, niſi ſit etiam de ſingulis eiuſdem ſententiæ circumſtantijs, & qualitatibus certificatus, ſiuè per denunciationem Iudicis, ſiuè per intimationem cum tenoris eiuſdem ſententiæ inſertione, Anchar. *conſ. 272. num. 6.* Natta *conſ.51. num.1. lib.1. & conſ.348. nu.1. & ſeqq. lib. 2.* Scaccia *de appellat. quæſt. 12. num.7.* & quidem optimè, quia ad hoc mandatur in noſtris bannimentis, vt cedula ſententiæ affigatur propè ianuam Notariæ Turroni.

Et hæc ſcientia in receptante debet proba-
62 ri per fiſcum, cum alias ſatis ſit receptanti
pro impunitate conſultum, Turrett. *conſ. 8. num.9.* Maceraten. *variar. lib.3. reſol.19. nu.10.* Cyriac. *d. controu.345. num.3. & 4.* & Farin. pro multis *q.133. n.107. & ſeqq.*

At contrarium volunt noſtra bannimenta,
63 quæ non ſolum volunt eſſe præſumendam
ſcientiam poſt affixionem cedulæ propè Ianuam Notariæ factam, ſed inſuper excludunt
allegationem ignorantiæ, ibi — *E li controfa-*
64 *cienti non ſi potranno ſcuſare ſotto preteſto d'ignoranza*, valet enim Statutum, quo cauetur quod quis non poſſit allegare ignorantiam illius Statuti, Bart. in *leg. Diuus il primo ff. ad leg. Corn. de falſ.* Din. in *reg. ignorantia de regul. Iur. in 6.* Alex. in add. ad Bart. in *d. leg. Diuus litt. A.* Bald. in *leg.1. verſ. ſed an valeat, ff. de legat.*

Eſt tamen verum, quod etiam ſtante Sta-
tuto, ſeu tali bannimento prohibente allega-
65 tionem ignorantiæ, adhuc poteſt allegari aliquod impedimentum neceſſariò concludens, ob rationem, quia Conſtitutio expreſsè volens ignorantiam non poſſe allegari, intelligitur excludere ignorantiam craſſam, & ſupinam, non autem iuſtam, & probabilem, vt ex Anania, Gomez. Alex. de Neuo, Plot. Menoch. & Mantua aduertit Farinac. *in fragmat. verbo conſtitutio num. 709.* & propterea
66 debet imputato prodeſſe, quod fuerit, & ſit infirmus, & quod inhabitauerit, & inhabitet in remotiori loco Ciuitatis, iuxta aduertentiam Farinac. *loc. cit. num.699.* vbi ait, ſuffragari probationem infirmitatis, & *quæſt. 133. num.132.* ait, ſuffragari habitationem in loco remotiori Ciuitatis, & citat Laderch. Imol. *conſ.204.*

Dixi ſuffragari, quod fuerit, & ſit infirmus, & inhabitauerit, ac inhabitet in remotiori loco, quia prædicta vera ſunt, & procedunt ſolùm durante impedimento, vt inquit Farin. *d. verbo conſtitutio num. 701.* nam ceſſante infirmitate, & data ambulatione per Ciuitatem ignorantia non præſumitur, vt replicat Farinac. *in fragm. verbo bannimenta num.43.* vbi allegat Roman. *conſ.59. num.5.* Butr. Imol. & Alex. de Neuo in *cap.2. extra de conſtit.* & Capra *concl.5. n.41.*

Quæro, an ex dicta præſumpta ſcientia
67 poſſit Reus condemnari in pœnam impoſitam in bannimentis? & abſolutè crederem eſſe reſpondendum negatiuè, quia cum bannimenta explicitè non diſpoſuerint circa pœnam, recipiunt illam interpretationem, quam recipit ius commune, quod ſcilicèt, ex præſumpta ſcientia quis non poſſit puniri pœna ordinaria delicti, ſed extraordinaria, imò non corporali, ſed mitiori, & pecuniaria, vt poſt Bart. Bald. Fælyn. Foller. Menoch. Bertazzol. Riminald. Turrett. Laderch. Imol. Tuſch. & Baiard. inquit Farinac. *quæſt. 133. num. 136.* cui addo Auendan. *de mandato Regio par.2. cap.7. num.11.* & Conciol. *crim. reſol. 3. n.3. verbo bannitus.*

Men-

Digitized by Google

Mentre tal delinquente veniſſe à notificare.

Meritò Legislator odio adeò vehementi
proſequitur Receptatores, & auxiliatores, vt
potiùs delinquentes ipſos, quam eos, qui
receptant, ſeù auxiliantur ſuſtinere proteſte-
68 tur: peſſimum enim genus eſt receptatorum,
ſine quibus latere nemo diù poteſt, vt eſt tex.
in *leg. 1. ff. de receptat.* & ſecundùm Farinac.
quaeſt. 133. num. 1. circa finem, dupliciter ipſi
delinquere videntur, & quia occultant, &
quia apprehendere, & Curiæ eos conſignare
negligunt, nam iure cautum eſt, eum, ad
quem latro confugit, teneri illum apprehen-
dere, ſi commodè capere poteſt vt inquit An-
dreas de Iſernia, & Afflict. in *Conſtitut.* Regni
lib. 2. rub. 3. num. 86. & negligens ad effectum
eundem occultandi debet puniri pœna rele-
gationis, vt per *leg. metrodorum ff. de pœnis*, ait
Afflict. *loc. citat.* & vlteriùs præſumitur, &
cenſendus eſt eſſe ſocius criminis, vt per tex.
in *leg. 4. ff. de his, qui latron.* & ex Peguer. *dec.
crim. 36. num. 4. & 5.* formalibus verbis, in-
quit Tapia *de Iure* Regni *lib. 5. tit. 42. cap. li-
cet contra nu. 2.*

Nec exiſtimetur nouum, quod auxiliator
69 maiori pœnæ ſubijciatur, quia Vulp. in *leg. ſi
per alium §. hoc iudicium ff. ne quis eum, qui in
ius vocatus eſt, vi eximat*, ſanciuit, quod exi-
mens captum vltrà pœnam corporalem de-
beat reficere non id, quod in veritate eſt,
prout reficere debebat eximius, ſed quanti
ea res eſt ab actore æſtimata, de qua contro-
uerſia eſt, hoc enim additum eſt, vt appareat,
etiamſi calumniator quis ſit, tamen hanc pœ-
nam eum perſequi, vt conſiderat Creſpi *ob-
ſeruat. 80. num. 14. tom. 2.* & Ant. Faber. *in ra-
tional. ad leg. ſed eximend. §. 1. ff. eodem*, quem
citat Creſpi *loc. citat.* reddit rationem, quia
ne priuatus ſibi cauſæ cognitionem adroget,
& maieſtas Prætoris violetur, faciliùs feren-
dum eſt, vt calumniator pœnam luctetur,
quam vt eximentis delictum non puniatur;
ſic igitur in caſu noſtrorum bannimentorum
potiùs ferendum eſt, quod delinquens eua-
dat pœnam, quam auxiliator non caſtigetur.
Sed circa regulam ſic generaliter poſitam vi-
de, quæ dixi *ſuprà num. 49.*

Il detto del denunciatore.

In odium Receptatorum inducitur hoc ſin-
70 gulare, impunitus enim de Iure non probat,
Boſs. *tit. de oppoſ. contra teſt. num. 21.* Franch.
deciſ. 459. num. 1. & ſeqq. Farinac. *conſ. 161.
num. 9. & conſ. 182. num. 25. & quaeſt. 43. num.
1592.* Caball. *crim. reſol. 29. num. 1. & ſequ.* &
Vermigliol. *conſ. crim. 36. num. 5. & conſ. 42.
num. 1.* & multò minùs, qui ſuccedit, vt hic,
71 loco accuſatoris, Oſach. *deciſ. 79. num. 7. &
55.* Ruyn. *conſ. 146. num. 1. vol. 5.* & his relatis
Farinac. *dict. quaeſt. 43. numer. 192. circa me-
dium.*

Putò tamen, quod non faciat probatio-
72 nem ad conuincendum, & condemnandum
Reum præſentem, & carceratum, ſed ſolùm
ſufficiat, quando Reus eſt contumax: tunc
enim concurrente fuga, & contumacia ipſius
Rei, ſufficeret ad tranſmittendam inquiſitio-
nem, iuxtà ſtylum Curiarum, de quo in ſimili
Farin. *q. 46. nu. 34.* alias diſpoſitio hęc conti-
neret iniquitatem, vt ſcilicet dictum vnius
criminoſi, vltronei, & denunciatoris torti, &
iurati cum adminiculo ſufficiat ad mortem
Rei, cum requirantur ad hoc duo teſtes con-
73 teſtes, & omni exceptione maiores, vt pluri-
bus oſtendit Gram. *conſ. crim. 1. per tot.* & Fa-
rinac. *conſ. 23. num. 3. & conſil. 60. numer. 11.*
imò in iſto caſu vltra dictum criminoſi, & fu-
gam exigerem etiam aliquod aliud admini-
culum concernens in ſpecie ipſam receptatio-
nem, nam in caſu, de quo loquitur Farinac.
loco citato vltrà dictum vulnerati, & fugam
accuſati concurrit exiſtentia ipſius vulneris,
quod licet poſſit eſſe, quod fuerit inflictum
ab alio, quàm ab accuſato, nihilominus non
eſt veriſimile, quod vulneratus ad nocendum
veteri inimico obliuiſcatur recentis, & velit
hunc nouum inimicum excuſare, & non pro-
ſequi

Cap. XXXIII. §. XII.

Chiunque comparirà in giuditio per tali banditi per agere, ò diffendere, ò vero trattera negotio eſtraiudiciale per loro incorrerà in pena di cento ſcudi, & della galea.

SVMMARIVM.

1 *Probibitum eſt pro bannitis comparere, & iudicialiter, vel extraiudicialiter res eorum agere.*

2 *Aduocare, procurare, gratiam petere pro bannitis abſque licentia Principis, an ſit licitum remiſſiuè.*

3 *Aduocare pro bannito licet, quando ſententia eſt nulla, vel iniuſta, & latè agitur de materia.*

1 IN *hoc §.* prohibetur quilibet comparere,
ſeù agere iudicialiter, ſeu extraiudiciali-
ter pro bannitis ſub pœna triremium, & ſcu-
torum centum. Vide Farinac. *quaeſtion. 133.*
2 *num. 73.* vbi diſputat, an de Iure liceat ad-
uocare, procurare, gratiam petere pro ban-
nitis abſque præcedente venia à Principe
obtenta, & plurimos allegat Doctores, vide
etiam

Digitized by Google

etiam Clar. *quaeſt.* 82. *ſtat.* 2. *num.* 2. & Flau. Tortum *ad ſtat.crim.Papiae* 51. *num.*8. & Octauium Corſettum *diuerſ.Sicul.conſil.inſcript. iuſtificationes ſpectabilis Octauij Corſetti num.*31. *fol.mihi* 128.

3 Sed, an hæc dipoſitio procedat, quando bannum, & ſententia eſt nullum, & iniuſta? Dic quod non vt probat Corſettus in *dict.eius conſilio, ſeu iuſtificatione, num.* 36. & 47. cui ſe ſubſcripſerunt, & adhæſerunt plures excelſi illius temporis Iuriſconſulti, nam conſtitutio, ſeu bannimenta non vindicant ſibi locum in his, qui minus rectè, & nulliter ſunt banniti, prout in ſimili Statutum permittens impunè poſſe bannitum offendi intelligitur de eo, qui ritè, & rectè eſt bannitus, & ideo ex tali Statuto non iuuatur offendens bannitum, cuius bannum eſt nullum Bartol.in *leg.*1.*ff.de adult.* Angel.in *leg.*4. *§. condemnatum ff.de re indicat.* Marſil.*conſ.*10.& *conſ.*16.vt formalibus verbis reſpondet Ant. Glauarinus Iuriſconſ. Bonon. in *ſubſcriptione* ad Corſett.*loco citato num.*43. & 44. & idem firmat *ibidem* in ſubſcriptione Iacobus Angel.de Barga *Iuriſconſultus Piſanus nu.* 148. & 170. nam cum banna de facto lata debeant reuocari Marſil. in *practic. §.ſecunda num.*72. Bald.in *cap. cum cauſam de teſtib.*neceſſe eſt,quod nulliter banniti audiantur hoc petentes ad text. in *leg. ad rem mobilem de procurat.* etiam per Procuratorem, quia in criminalibus nullitas poteſt proponi per Procuratorem, vt ex Benedicto de Plumbino, & Bonifacio di Vital. ait Barga *loc.cit. num.*151. & hoc replicat Barga *ibid. num.*173. & hinc infert, quod cum banna ſint reuocanda, & bannitus ſit de proximo rebanniendus nulla pœna propterea incurritur ab eo, qui illi fauorem præſtat,prout in ſimili de præſtante fauorem hæretico monſtrando, quod ex proceſſu non conſtat eſſe hæreticum dicit Clarus §. *hæreſis verſ.vlterius pro hæreticis*, & hoc in terminis banni iniuſti firmat Bernardinus Neretrus Iuriſconſultus Florentinus in *ſubſcriptione dict. conſil. Corſetti num.*208. *in fine*, & *num.*218. & allegat Alexandr.*conſ.*77.*lib.*3 & Menoch. *de arbitr. quaeſt.*90. *num.*7. & *ſeq.* dicentes, quod offendens iniuſtè bannitum non iuuatur Statuto permittente offenſionem banniti: Comprobatur ex eo, quia allegatio iuris facta per aduocatum, nec directè, nec indirectè in realitate affert fauorem bannitis, nam ſi bannum validum eſt talis allegatio, non facit, quod bannitus non ſit bannitus, ſi verò non eſt validum, rurſus allegatio, non facit, quod bannitus non ſit bannitus, ſed ſolùm detegit eſſe bannum reuocandum, & reuocatio non prouenit ex allegatione, ſed ex iuſtitia meritorum cauſæ, vt benè ait Corſett.*ibid.n.*37.Vlterius Aduocatus cũ huiuſmodi allegatione,nedũ non præſtat fauorem bannito,ſed potius fauetCuriæ,nã oſtendendo bãnito,quod ipſe eſt nulliter, & eo magis, quod eſt iniuſtè bannitus facit ipſum bannitũ animoſiorem ad ſe conſtituendum, & præſentandum, & ſic tanto facilius ſe purgabit poſtquam videt non poſſe de iuſtitia contra eum procedi.

Etenim, vt prudentiſſimè conſiderat Corſett. *loc cit.num.*37. intentio Legiſlatorum, & Statuentium in edicendo contra fautores bãnitorum ea eſt, ne banniti ex huiuſmodi fautorijs inducentur ad perſeuerandum in bãno, ex quo multa inde inconuenientia ſequuntur. Vndè dicendum, quod Aduocatus cum allegatione oſtendente nullitatem,ſeu iniuſtitiam banni fauet intentioni Curiæ, vel ſaltem non comprehenditur in Statuto, quod non poteſt loqui de iſto fauore, vt dicit Corſettus *ibidem* vide eum, & Doctores, qui ſe dicto Conſilio ſubſcripſerunt, quia loquuntur de caſu notabili; Prætor enim Panormi vigore pragmaticæ diſponentis, quod non poſſit procedi contra Ciues Panormitanos, & habitantes in Ciuitate niſi ad quærelam, & accuſationem Partis offenſæ, declarauerat nullum bannum contra duos Ciues à Capitaneo eiuſdem Ciuitatis latum, vnde quærebatur, an fauiſſet bannitis, & incidiſſet in pœnam, & negatiuè reſponderunt pluribus iuribus, & rationibus per eos adductis.

Cap. XXXIII. §. XIII. vſque ad §. XVII.

Di più vuole, & ordina, che ciaſcuno di queſta Legatione, che in alcun luogo di eſſa ſi trouaſſe preſente ad alcun'homicidio, ò altro delitto, ò fuſſe vicino, ouero habitaſſe nel luogo, doue tal'homicidio ſi commetteſſe, & in particolare i Bottegari, & Arteſici, che vedeſſero, ò ſentiſſero rumore, queſtione, ò riſſa, ò in qualſiuoglia modo ne haueſſero notitia, che debbano con ogni loro potere, etiam con le armi opporſi à ſimili delinquenti per ouuiare al delitto, e ſeguitare tali delinquenti, correndògli dietro con arme, e grida per fermarli, acciò vengano in poter della Corte; & in campagna ſonare la ſtremida, ò ſentendola, correre à i paſſi per fermare li delinquenti, e condurli prigioni, e queſ-

quelli, che non haueſſero le armi, ſiano obligati perſeguitarli con gridi, & acclamationi, acciò ſi leuino loro altre genti contro, & i delinquenti ſiano preſi, ò ſi ſappia, doue ſiano fuggiti, ſotto pena à chi contrauerrà di trè tratti di corda, & altre pene ad arbitrio.

§. 14. Commanda di più à tutti gl'huomini de' Caſtelli, Terre, e Ville del Contado di Bologna, & à loro Officiali, e Maſsari, & à qualſiuoglia altre perſone publiche, & priuate di qualſiuoglia Stato, e particolarmente à quelli, che dimorano vicini alli confini, che debbano con ogni eſquiſita diligenza tener eſpurgati i Territorij loro dalli homicidiali, ladroni, aſsaſſini, banditi, & altri facinoroſi, e delinquenti, ò turbatori della quiete publica, ò priuata, e capitando tali perſone in alcuno de' detti Luoghi debbano ſubito ſonare la campana alla ſtremida, leuar le grida, auuiſar li vicini per meſſi à poſta, ò con altri ſegni, e muouerſi incontinente contro tali ſcelerati con mano armata, e fare ogni sforzo per hauerli nelle mani, ſeguitandogli per tutto il Territorio di Bologna, ò ſuo Diſtretto, ſenza abbandonarli mai per ſino alla cattura, e pigliandoli li tenghino ſotto buone cuſtodie, e li conſegnino alla Corte di S. Signoria Illuſtriſſima.

§. 15. Et acciò ſi renda loro il ſaluarſi impoſſibile, ò almeno più difficile, commanda, che tutti li circonuicini, vdita la campana, il rumore, ò altri ſegni debbano ancor eſſi ſubito dare all'armi di mano in mano, e riſponderſi inſieme di modo, che tutti gl'habitanti del paeſe atti à portar'armi ſi mouano in vn medeſimo tempo alla loro perſecutione, vadano à i paſſi, ſi vniſcano, e ſcorrino, oue ſia di meſtiero in maniera, che, ne ſegua la cattura di detti delinquenti.

§. 16. E perche la ſperanza del premio, & il timore della pena ſono ſproni all'vbidienza; dichiara, che chiunque darà viuo in poter della Corte alcuno delli detti facinoroſi, guadagnerà ſcudi cinquanta per ciaſcuno di eſſi, e la remiſſione d'vn bandito, ouero di ſe ſteſſo, ſe n'haueſſe biſogno per ſimile delitto, ſe bene fuſſe ſtato ſuo compagno, ò ſeguace: e chi darà vn bandito morto, guadagnerà ſcudi venticinque, e la remiſsione come di ſopra.

§. 17. E chi darà vn capo bandito viuo, guadagnerà cento ſcudi, e chi lo darà morto cinquanta, e di più guadagnerà in ciaſcuno di queſti due caſi la remiſsione d'vn'altro capo bandito di ſimile conditione, ò pure di ſe ſteſſo, ſe ſarà tale. E non volendo la remiſsione d'vn capo bandito, ſe li darà per due banditi ſemplici; Mà chi contrauerrà al preſente bando, ò ſentendo ſonare la campana, ò il rumore, non pigliarà l'armi, e non correrà come di ſopra, caderà ipſo facto, ſe ſarà Vniuerſità in pena di mille ſcudi, e ciaſcheduna perſona particolare in pena di cento ſcudi, e di trè tratti di corda, & altre pene corporali ſino alla galea per anni cinque ad arbitrio di ſua Signoria Illuſtriſsima.

SVMMARIVM.

1 *Delictis obuiare, an quis teneatur remiſſiuè.*
2 *Bannimenta, quæ mandant, quod homines delictis obuiare, & delinquentes capere teneantur, intelliguntur, ſi abſque damno, & periculo poſſunt.*
Vel ſi poſſunt abſque dedecore. n. 5.
Non obligant Eccleſiaſticos. n. 6.

Non obligant, quando birruarij ſunt in numero ſufficientes ad capturam. n.7.

3 Valent, & debent ſeruari. n.35.

4 Inobedientia non accurrentium ad ſonum campanæ ad arma, quomodo probanda.

8 Accurrens ad rumorem ex tenore bannimentorum, ſi delinquentem reſiſtentem archibuſiata occidat, non tenetur de homicidio.

9 Vide notabilem reſolutionem in hoc caſu.

10 Et nec tenetur de delatione armorum prohibitorum.

Præſertim ſi incedat arma prohibita ferens cum birruarijs. n. 13.

Et non intercedat magnum interuallum inter delationem armorum, & occiſionem banniti, num. 14.

11 Et hoc procedit, etiamſi deferat archibuſiettos.

12 Quod non placet Farinacio.

15 Territorij, & viarum cura, & cuſtodia ſpectat ad Principem. n.99.

Hodie iniuncta eſt Communitatibus. n.17.98. & quare num.102.

16 Delinquens in via publica afficit ſpeciali iniuria Principem, qui habet ſub protectione vias.

18 Prouinciales tenentur reſiſtere facinoroſis, & eos expellere.

19 Delictum commiſſum in platea Ciuitatis, vel Villæ non dicitur commiſſum in via, quia via ſtatim, quod ingreditur plateam moritur.

20 Viæ exiſtentes intrà Vrbem, ſeù Villam non ſunt de regalibus Principis.

21 Campanæ vſus ad conuocandum populum ad arma.

22 Vſus profaniſſimus apud Paracelſum.

23 Verbi ſtremida etymologia in ſtatuto Papiæ, & in Bononiæ bannimentis.

24 Campanæ ſonitus fugat Dæmones.

25 Doctores, qui tractant de vſu, & ſono campanarum ad perſequendum malefactores referuntur.

26 Campanarum inuentio, et antiquitas habetur remiſſiuè.

27 Vſus competit Ciuitatibus.

28 Imò Principi, & quando.

29 Impediri vſus an poſſit ab Eccleſiaſticis.

30 Sonus immodicus poteſt inhiberi ad inſtantiam ægroti, Doctoris, Scholaris vicini.

31 Benedictio cui ſpectet.

32 Campanæ ſono celeriter ſit notificatio.

33 Notificatio fit per campanarum ſonitum, & per focos, hoc eſt per accenſionem ignis.

34 Quæ ſit celerior, & certior.

35 Laudatur, quæ ſit per ſonum Campanarum à Carauita.

36 Campanæ ad ſonum non accurrens, quando non eſt puniendus. num.37.& 39.

38 Minores, ſenes, Doctores non tenentur accurrere ad ſonum campanæ.

40 Præmium, & impunitas occidentis bannitum remiſſiuè.

41 Bannum mandans occidi impunè bannitos eſt validum.

Et tanquam fauorabile Reipublicæ debet latè interpretari. nu.44.

42 Et præmium promiſſum debetur.

43 Et debetur celeriter, & ſinè exceptione, & dilatione eſt ſoluendum.

45 Occidens bannitum non auditur, nec admittitur ad allegandum occidiſſe bannitum, niſi ſe conſtituat in carceribus.

46 Sed non ſeruatur ob fauorem publicum.

Et ſufficit, quod caput banniti præſentetur per Procuratorem. n.49.

47 Bannimenta Gubernatoris Vrbis faciunt ceſſare diſpoſitionem Conſtit. Apoſtolicarum.

48 Maximè ſi expreſsè derogent.

50 Bannitus occidens bannitum abſque eo, quod præſentet caput banniti, ſatis eſt, quod doceat occidiſſe.

51 Remittitur abſque pace offenſi, & ei ſolum prohibetur acceſſus ad locum, vbi pars offenſa degit.

52 Remittitur abſque diſcuſſione, an ſit bannitus pro maiori, vel minori delicto.

53 Contrarium vigore bannimentorum.

54 Ad dignoſcendum paritatem delicti inſpicitur ſententia.

55 Remittitur abſque eo, quod exprimat delicta, pro quibus intendit gaudere.

56 Dummodò edictum ſit factum à Principe, & ob publicam vtilitatem, & motu proprio.

57 Banniti remiſſio facta abſque expreſſione delictorum, quando ſuffragetur bannito.

Expenduntur caſus relati à Farinac. conſ.53. Capiciolatro deciſ.71.

58 Text. in leg. 2. Cod. de general abolitione expenditur.

59 Gratiæ validitas non poteſt diſcuti abſque expreſſo Principis concedentis mandato.

60 Gratia nulla, an ſuffragetur per modum ſalui conductus.

61 Delicti paritas, quãdo extare dicatur remiſſiuè

62 Liberatio promiſſa bannitis occidentibus alios bannitos an porrigatur ad bona confiſcata.

63 Liberatio, ſeu præmium præſentanti bannitum debetur etiamſi bannitus præſentatus liberetur propter iniuſtitiam, ſeù nullitatem banni.

64 Occidens bannitum, cum quo iniuit pacem non tenetur aliqua pœna, ſi pacem fecit antequam inimicus fuiſſet bannitus.

Ob rationes plures relatas ibid.

65 Secus ſi pax ſit facta poſt bannum.

66 Maximè ſi bannum fuit illi datum ex eadem cauſa, pro qua fuit facta pax.

67 Reijcitur hæc illatio.

68 Reijcitur etiam diſtinctio.

69 Veritas eſt, quod excuſari debet à pœna legali, ſed non à pœna conuentionali.

70 Seu potius excuſari debet, quando pax eſt facta ſine licentia Superioris: non autem ſi cum dicta licentia ſit inita.

71 Bannitus, qui falsò aſſeruit occidiſſe bannitum, & cum dicto mendacio obtinuit remiſſionem poteſt puniri ad formam ſententiæ, quæ

cum

Digitized by Google

cum dicta falſa aſſertione aboleri obtinuit.

72 *Et punitur, citrà tamen mortem, ob ſolam dictam aſſertionem falſam.*

73 *Bannitus nominatus ab eo, qui bannitum occidit, ſi vigore dictæ nominationis nimium ſe fidat, & ex hoc incidit in poſſe Curiæ, debet excarcerari, & reponi in libertatem.*

74 *Contrarium.*

Diſtingue, vt num. 78.

75 *Bannitus cancellatus de banno vigore nominationis non legitimæ debet reponi in libertatem, ſubiectus primæuis præiudicijs.*

76 *Dummodò non ſit particeps, ſeù conſcius falſitatis.*

77 Aſcanij Tholomæi *rationes expenduntur.*

79 *Banniti recognitio quommodo ſit facienda.*

80 *Recognitio capitis banniti quommodo facienda.*

81 *Occiſores bannitorum reputantur æquè ac executores iuſtitiæ.*

82 *Et ad inſtar illorum ſunt infames, repelluntur à teſtimonio in cauſa graui, nec frui poſſunt dignitatibus ciuibus conceſſis,*

83 *Habent præmium etiamſi occidant illum, qui eſt bannitus in Curia Baronis,*

84 *Occidens eum, qui erat citatus cum termino nimis breui, adeò vt non potuiſſet ob diſtantiam comparere, & ſic habetur, ac ſi non comparuiſſet, non gaudet præmio.*

85 *Imò debet puniri.*

Diſtingue, vt num.86.

87 *Bannitum aſſecuratum præſentans non gaudet præmio.*

88 *Et occidens ſcienter aſſecuratum debet puniri.*

89 *Carceratus an poſſit præſentare bannitum, & frui præſentata, n.90.*

91 *Edictum concedens, quod bannitus gaudeat præſentata, compræhendit bannitos de futuro.*

92 *Contrarium.*

93 *Prima opinio tenenda.*

94 *An compræhendat occidentem bannitum exiſtentem in Eccleſia.*

95 *Non compræhendit bannum exceptum.*

96 *Contrarium.*

97 *Compræhendit præſentantem bannitum alteri Curiæ, quàm principali.*

100 *Vniuerſitates, quando poſſint puniri.*

101 *Quando debeant teneri ad damna.*

Debbano con ogni loro potere etiam con le armi opporſi à ſimili delinquenti per ouuiare al delitto, e ſeguitare tali delinquenti.

1 EST multum controuerſa apud Doctores
quæſtio, an quis teneatur obuiare deli-
ctis, vt videre eſt penès Farinac. *quæſtion.51.*
num.4. & ſeqq. vbi innumeros Doctores al-
legat vt eius moris eſt, meritò igitur hìc ad tol-
lendam dictam controuerſiam mandatur, vt
artifices, apothecarij, & alij accurrant ad ru-
morem ad effectum ſedandi rixas, obuiandi
delictis, & capiendi, ſeù perſequendi delin-
quentes, & prædicti omnes debent præſto eſ-
2 ſe, & mandata exequi, ſi poſſunt abſque eo-
rum damno, & periculo, aliàs non, vt dixi
cap.2. §.3. & benè explicant huiuſmodi ban-
num Paris de Puteo *de ſindic. verbo familiaris,*
Andr. de Iſernia *Conſtitut. Regni pœnam eorum*
in fine verſ. item repugnat Mangrell. in *addit.* ad
Bart. *leg.1. §. occiſorum ff. ad Sen. Conſult. Sil-*
lan. & Pereyra *de manu Regia lib. 2. cap. 33.*
3 *num.5. in fine.* Valida enim eſſe banna, qui-
bus mandatur vicinis, & ſubditis, & ſindi-
cis, vt quando viſi ſunt banniti, detur eis
perſequutio, & acclamatio, vel vt aſſocient
Officiales ad capiendum malefactores fir-
mant præfati Doctores, & ſignanter Man-
grell. *dicto §. occiſorum*, vbi dat formam
4 probandi inobedientiam, dicendo, quod te-
ſtes deponentes, quod Villa fuit negligens
in capiendo malefactores, debent dicere,
quod erat rumor, quod talis erat occiſus,
vel derobatus, & quod ſi homines Villæ cu-
currissent, vtique cæpiſſent, & allegat Bart.
in *l. qui teſtamento, §. veteres ff. de teſtament. &*
conſ.102. & de materia, an Communitas cō-
pelli poſſit ad capiendum malefactores agit
diſputando ad partes D. Franc. Vico *ad prag-*
matic. Sardiniæ lib.2. tit.21. cap.1. num. 15. &
ſeqq. & ipſe ſtat pro affirmatiua. Vide eum,
& rationes, & authoritates per eum adduc-
tas, latè enim, & per plures notabiles am-
pliationes, & limitationes rem omnem dilu-
cidat.

Sed an perſonæ ciuiles, & Nobiles, & Ec-
cleſiaſticæ teneantur accurrere? dixi in *cap.2.*
§.3. num.4. & 5. quod non, quia in hoc au-
5 xilio exhibendo ſemper ratio conditionis per-
ſonæ habenda eſt, etenim auxiliari non tene-
tur is, cuius conditio non patitur, vt tale au-
xilium ſine dedecore exhibere queat, & ſic
duæ limitationes adaptantur regulæ: nempè
ſi fieri poteſt ſine dedecore, et ſi fieri poteſt
ſine periculo, vt dixi, et quoad perſonas Ec-
cleſiaſticas vrget etiam periculum irregulari-
6 tatis, per quod non tenentur ſumere arma

Digitized by Google

contra bannitos, etiamſi Patriam obſederint, niſi in caſu, quo vires laicorum non ſufficerent, & abſque auxilio Eccleſiaſticorum banniti non poſſent reprimi, tunc enim abſque peccato, & metu irregularitatis arma ſumerent, & pugnarent, vt ex Genuen. in *prax. cap. 34. num. 16.* Danza *de pugna Doctor. tit. de ſono campanæ cap. 40. num. 41.* inquit Iul. Caponus *forenſ. diſcept. 33. num. 21. tom. 1.* poteſt etiam adaptari tertia limitatio, nempè, quando Ciues, & homines de communi; ſeu Villa non accurrunt ex eo, quia birrnarij e-
7 rant ſufficientes ad proſequendum malefactorem, quem inſequebantur, Capiblanc. *de Baron. pragmat. 19. num. 56.* Scyaloya *de foriudicat. cap. 19. num. 3. in fine* Capon. *dict. diſcept. 33. nu. 25. in fine*.

Quid ſi accurrentium aliquis in delinquen-
8 tem reſiſtentem cum armis explodat archibuſiatam, & occidat, an debeat puniri? dic quod non, vt fuit reſolutum in Regno Valentiæ teſte Laur. Matthæu *de Regim. Regni Valent. cap. 8. §. 8. num. 114. & ſeqq.* qui ſubdit
9 reſolutionem eſſe notabilem ex eo, quod in proceſſu contumaciali, in quo Reus non auditur, fuit lata.

Quid ſi accurrant, & proſequantur bannitos cum armis prohibitis? Dic quod pro de-
10 latione huiuſmodi armorum non poſſunt puniri, cum debeat conſiderari ſolùm cauſa delationis Bouadilla *politica lib. 1. cap. 13. numer. 85.* Danza *de pugna Doctor. tom. 2. tit. de armatione per Campaneam cap. 7. num. 6. & c. 8. num. 6. & 12.* & ex Nello, Menoch. Decian. Guazzin. Farinac. Maſſin. Vrſell. & Graſſett. inquit Conciol. *crim. reſol. verbo arma reſol. 18. num. 1. & ſeq.* vbi ampliat etiam in dela-
11 tione archibuſietti ex doctrina Vrſell. & Graſſet. quod non placet Farinac. *qu. 108. nu. 118.* qui ſolùm concedit, quod ſequuta occiſione
12 banniti Princeps propter bonum euentum gratiam facere debet de delatione archibuſietti, vt refert Conciol. *ibid.* & dicit Carauit. *pragm. 1. de exulib. n. 105.*

Præſertim verò ſi in ſocietate birruario-
13 rum, & Officialium cum dd. armis incederent, vt ex Butſatt. Farin. Vrſell. inquit Conciol. *ibid. n. 3.*

Et multum interuallum non intercederet
14 inter delationem, & occiſionem, nàm magno interuallo intercedente contrarium eſſet dicendum ex Doctrina Nelli, Menochi relat. à Conciol. *ibid. n. 4.*

Quid ſi fecerint aliquam expenſam pro capiendo malefactore? Dic, quod recuperant illam à fiſco ſecundum Clar. *quæſt. 29. num. 7.* Caball. *crim. reſol. 279. num. 9.* Farinac. *quæſt. 103. num. 174.* Flauium Tortum *ad Stat. crim. Papiæ rub. 50.* & Afflict. *Conſtit. Regni Neapol. Iuſtitiarij lib. 1. rub. 50. n. 14.*

Debbano con ogni eſquiſita diligenza tener eſpurgati i Territorij loro dall' homicidiali, ladroni &c.

15 Spectat ad Principem cura, & tutamen, & cuſtodia Territorij, & viarum, vt dicunt Tapia *de Iure Regni lib. 5. tit. 42. cap. licet contrà num. 2. & lib. 7. titul. ne quid in public. plateis pragmat. 5.* & Maſtrill. *de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10. num. 270. & ſeqq.* & Cancer. *var. cap. 2. de Iuriſd. omn. Iudic. num. 96. par. 2.* vbi ait, quod delinquentes in via publica, cum hæc exiſtat,
16 & ſit ſub protectione Regis, cenſentur quodammodò ſpeciali iniuria afficere Regem, eius ſecuritatem violando: nam ad Principem ſpectat reddere itinera publica tuta, & citat Bart. & Angel. in *l. ne quid ff. de incend. ruin. naufrag.*

Sed hodie hoc onus impoſitum eſt ferè
17 vbique Communitatibus, & forſan non benè ex iam dictis authoritatibus Doctorum, & ex ratione euidenti, quia tributa conſtituta ſunt Principi, vt ſubditos in pace protegat, eaque ad repellendos hoſtes eroget, vt vt pluribus oſtendit Mutius Surgens *in adnotat.* ad Marcum Anton. eius fratrem in *tract. de Neapoli Illuſtrata cap. 22. priuileg. 42. fol. mihi 390.* fallit tamen, quando incurſiones fiunt culpa, & ex contumacia ipſorum ſubditorum; promittens enim aliquem defendere non tenetur, ſi culpa ſua illi veniat offenſio, vt ex Socc. Alber. Gram. & Iaſon. aduertit Surgens *loc. cit.* præſertim cum Prouinciales teneantur
18 reſiſtere facinoroſis, & eos expellere, & inſectari, vt ex Bartol. ſubdit Mutius Surgens *ibidem*, quem vide, quia multa ad propoſitum adducit, & vide etiam Carauit. *pragmatic. 4. de exulibus num. 20. & ſeqq.* qui oſtendit, Vniuerſitates eſſe in culpa, vide etiam Cancer. *var. cap. 4. de ſono emiſſo num. 21. part. 3.* vbi dicit caminum eſſe vias publicas, & vicinales, quas publicas etiam reputari aſſerit, & ex Calic. in *tract. de ſono emiſſo quæſt. 5. verſ. quaro appellatione viæ*, firmat delictum com-
19 miſſum in platea Ciuitatis, vel Villæ non dici commiſſum in via, quia ſecundùm Bart. in *leg. 1. ff. de loc. & itiner. public.* via ſtatim, quod ingreditur plateam, moritur, & non dicitur amplius via, ſed platea, & ſubdit, qnod via publica, quæ ingreditur Oppidum, aut Villam moritur, & amplius non dicitur via publica, ſed vicus Villæ, aut Ciuitatis,
20 & indè infert tales vias, vbi exiſtunt intra Vrbem, non eſſe de Regalibus Regis, & citat ſe ipſum in *cap. 2. de Iuriſdict. omn. Iudic. num. 99. par. 2.* & Franc. Becc. *conſ. 51. num. 5. & 21.* & curam ſpectare ad Magiſtratum aſſerit *ibid.* & remiſſiuè ad Laderch. *conſ. 124. n. 5.* traditquomodò probetur, quod via ſit publica.

Vide

Vide plura circa vias publicas apud Montanum *de Regalibus §. via publica, à num. 1. vſque in finem* : & apud Ioſeph Roſam *conſult. 1. per tot.*

Sonare la Campana à ſtremida.

21 Beatus Pius V. in *Conſtitutione in ordine*
10. §. 11. diſponit , prout diſponunt noſtra
bannimenta , quod Communitates capiant
bannitos , & ſicarios , & quod ad populum
conuocandum pulſent campanas ; idem Sta-
tutum eſt in Hetruria , teſte D. Sabello *pract.*
vniuerſal. verbo banditi num. 7. 10. & 12. & ad
hunc ſtylum poſſunt referri carmina Petrarcæ
in rithmo incip.

Spirto gentil , che quelle membra reggi .
qui quodammodò de hoc conqueritur - ibi --
Nè ſenza ſquille s'incomincia aſſalto .
Che per Dio ringratiar fur poſte in alto.

Quid dixiſſet vir ille Religioſus , ſi vſum
22 profaniſſimum Campanarum apud Paracel-
ſum in *Archidoxis lib. 6.* legiſſet?

Verbo *Stremida* , vtitur Statutum crimina-
le Papiæ *rub. 52.* ſecundùm Flau. Tortum ,
23 & puto quod idem ſit dicere , quod pulſetur
campanam ad ſtremitam , ac dicere , quod
pulſetur ad arma , & ethymologia *ſtremida* ,
deducitur hìc ab effectu , quaſi malefactores
audientes ſonitum campanæ , quo homines
concitantur ad capiendum arma , contremiſ-
cunt, & conſternantur , ad inſtar Dæmonum,
24 qui ſonitum campanæ fugiunt , vt dicunt
Creſpetius in *ſumma verbo Campana* , & alij
relati à D. Carolo Petra *Magn. Cur. ritu 12.*
num. 1.

Vide circa hanc materiam Danzam *de pu-*
25 *gna Doctorum tit. de ſono campanæ capit. 40.*
Scyaloya *de foriudicat. cap. 19. num. 3. & ſeqq.*
Capon. *foren. diſcept. 33. num. 25.* Cancer. *var.*
reſol. part. 3. cap. 5. de ſono emiſſo , & Fonta-
nell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 11. num. 41. &*
ſeqq. vide Ancharan. *cap. grauis de ſent. excom.*
vbi ait , quod multiplex eſt officium campa-
næ , & quod ex diuerſitate ſonorum percipi-
tur diuerſitas gerendorum actuum , vt Bo-
noniæ .

De inuentione , modo , priuilegio proceſ-
ſus ſoni emiſſi ad proſequutionem , & profli-
gationem malefactorum , agit Fontanell. *loc.*
cit. Et vide plura apud D. Petram *dict. ritu 12.*
per tot.

De inuentione , antiquitate , & vſu cam-
26 panarum tractant Fr. Angel. Roccha in *tract.*
de campanis , & Baron. Maiolus , Matth. Mar-
tinus , *locis relatis* per Beſoldum *theſau. pract.*
addit. litt. G. §. 66. verbo de campanis Rouit.
pragmat. 1. de perſequend. malefactor. num. 28.
& ſeq.

Pulſum campanæ Ciuitatibus competere
27 de Iure communi eſt gloſ. in *leg. aliud §. refer-*
tur ff. de regul. Iu. Beſoldus *loc. cit.* Bertachin.
repertor. litt. C. verbo Campana Bart. in *leg. 2.*
Cod. de decurion. lib. 10. & in leg. 2. ff. de decret.
ab ordin. faciend. & Barones grauant ſubditos,
ſi prohibent vſum campanæ ad parlamenta-
rios vniendum , vt ait Nouar. *vaſſall. grau.*
10. *part. 3.* & D. Petra *dict. ritu 12. numer. 2.*
in fine .

Quærit Beſold. *ibidem* , an Iure meri impe-
rij tempore neceſſitatis competat Principi v-
28 ſus liber campanæ ? Et reſpondet , quod ali-
qui dicunt vſum earum Principi liberum eſſe
debere , ſed ipſe concludit competere , quan-
do adeſt metus ſeditionis , ſeù conuenticulum
illicitorum , & etiam quando Ciuitas ex im-
memorabili non præſcripſit tale ius .

Quæro ſecundo , an Eccleſiaſtici poſſint
impedire pulſum campanæ ad proſequendos
29 malefactores ? Affirmarem de campanis pu-
blicè erectis authoritate Epiſcopi in Campa-
nili Eccleſiæ , ſed vide Seraphin. *deciſ. 223.* &
Rouit. *pragmat. 1. num. 29 de proſequen. male-*
factor. Dec. *cap. patentibus num. 2. de priuileg.*
Nouar. *vaſſallor. grau. 330. par. 1.* & D. Petram
ritu 12. num. 3. vbi remiſſiuè ad Danzam *tom.*
2. de pugna Doctor. tit. de armat. per campaneam
cap. 8. dicit , ad quem ſpectet dare licentiam
pulſandi campanam, & ex Genuen. *prax. Ar-*
chiep. cap. 42. num. 14. ait non contrahere ir-
regularitatem Epiſcopum, vel alium Eccleſia-
ſticum annuentem illam pulſari , & hoc idem
ex Genuen. *loc. cit.* & Baldaxar. de Angel. in
ſuo *prato ſuper leg. omnes num. 8. Cod. de defenſ.*
Ciuit. vult Scialoya *de foriudicat. cap. 19. n. 2.*
in fine .

Quæro tertio , an Ægrotantes, Doctores ,
30 Scholares, & vicinus quilibet poſſint inhibe-
re immodicum pulſum campanarum? Adden.
ad Beſold. *loc. cit.* affirmat , quando eſt gra-
uis, nimius, & non neceſſarius ſtrepitus .

Quæro quarto , an benedictio campanæ
31 ſpectet priuatiuè ad Epiſcopum ? Adden. ad
Beſold. *ibidem* , dicit, ſpectare etiam ad Ab-
bates , quoad vſum eorum Eccleſiarum , &
citat M. Anton. Maceraten. *lib. 1. reſol. final.*
caſ. 3.

Dixi ſuprà , quod de campanis Ciuitatis Bononiæ , & de diuerſitate ſonorum loquitur Ancharan. in *cap. grauis de ſent. excommunic.* modò addo in eadem Ciuitate Bononiæ campanas muſicas olim fuiſſe , vt aiunt Hieron. Magnus *de tintinnabulis cap. 17.* & Roccha *de campanis cap. 12. fol. mihi 95.* ibi -- *vidimus olim Bononiæ in Æde Epiſcopali antiqua tria tintinnabula argentea ea arte facta, vt cum à Sacerdotibus muſicæ non ignaris ad ſonum edendum mouerentur , muſicos concentus emitterent* .

Vdita

Vdita la campana, il rumore, ò altri ſegni, debbano ancor eſſi ſubito dare all'armi di mano, in mano &c.

32 Cæleris iſta notificatio, quæ fit per ſonum campanæ, olim fieri per Angaros, hoc eſt
33 focos per Turres diſpoſitos, quibus mira celeritate hoſtium aduentus per vniuerſam Prouinciam denunciabatur, aſſerit ex Barclaio in *Argenide lib.* 1. & ex Ioſepho Pellier. Solorzan. *de Iure Indiarum lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 25. *tom.* 2. & ego poſſum teſtari, quod etiam hodie in locis maritimis viget modus per focos denunciandi, verùm modus iſte per cam-
34 panam celerior, & certior videri poteſt pro locis inter ſe propinquis, & vicinis, nam reſpectu ad loca, quæ multùm ſint inter ſe remota, celerior eſt notificatio per focos.

De iſto modo occurrendi maleficijs committendis, & prouidendi commiſſis per ſonum campanæ, quo incitantur homines loci ad ſuſcipiendum arma, & malefactores perſequendum, agit Carauit. *pragmat.* 1. *de exulibus num.* 64. *& ſeq.* vbi ait eſſe modum
35 pulcherrimum, & ſubdit, quod ſi ea cura, & diligentia, qua præceptum eſt, per Vniuerſitates Regni ſeruarentur, fælices populi, quia nunquam, vel rarò maleficia patrarentur, & ſi forſan committerentur, illicò patratores eſſent in fortijs Curiæ; & conqueritur, quod peccatis populorum adeò malè executioni demandetur, & dicit, quod hæc practica deſumpta eſt ex text. in *l.* 2. *verſic. ſin autem*, *& verſic. tribuni, Cod. de his*, *qui latrones*.

Aduertendum, quod contra non accurren-
36 tes non poteſt procedi ad pœnam, niſi conſtet fuiſſe in loco, ſeù Territorio, vndè ſonus campanæ exaudiri poteſt, Rouit. *pragm.* 1. *nu.* 26. *de proſeq. malefact.*

Idem dicendum, quando non accurrentes
37 ſunt inhabiles ad capiendum malefactorem, Bart. in *l. ſi tertius in princ. ff. de aq. plu. arcend.* & Flau. Tortus *ad ſtat. crim. Papiæ rub.* 25. *num.* 3.
38 & Carauit. *loco cit. num.* 67. qui excipit ab hac obligatione minores annis 18. Senes, & Doctores, quibus ratione ætatis, & profeſſio-
39 nis non conuenit arma ſumere, & miratur de quibuſdam Officialibus, qui Doctores exire fecerunt cum enſibus ſubtus pallia, quia fuit male factum, potiùs prouocans riſum, quàm Edicti exequutionem: limitat tamen Carauit. in *pragmat.* 4. *de exulibus num.* 34. non procedere, quod dixit circà perſonas honeſtas, quando Officialis in perſona reperiretur in conflictu capiendi malefactorem, quia tunc quælibet perſona teneretur auxilium ferre.

Chiunque darà viuo in poter della Corte alcuno delli detti facinoroſi, guadagnerà.

Dixi multa in *cap.* 2. *§.* 4. tàm circa
40 præmium, quàm circa impunitam occiſionem bannitorum, & notoriorum delinquentium, ideò hic non repeto.

Addo, quod hoc bannimentum eſt vndi-
41 que validum, vt firmant Dec. *conſil.* 65. *per tot. lib.* 1. Soccin. Senior *conſil.* 157. *lib.* 2.
42 & Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 180. & præmium in bannimentis propoſitum debetur, & ſolutio taleę eſt facienda celeri expeditione abſque rela iudiciaria, & alia exceptione, ſeu
43 dilatione, nàm generaliter creditoribus fiſci ſummariè prouidetur ſine dilatione, ſola facti veritate inſpecta, & maxima celeritate, vt in Vrbe ſeruari teſtatur Farinac *quæſt.* 25. *n.* 176. & vult Clar. *qu.* 78. *verſicul. ſed quæro*, Salicet. *in leg. ſi quis num.* 1. *in fine Cod. de bon. proſcript.* & in ſubſtantia hoc voluit intelligere Carauit. *pragmat.* 1. *de exulib. nu.* 42.
44 & tanquam Reipublicæ fauorabile debet latè interpretari Dec. *conſil.* 65. *num.* 3. Marſ. *ſing.* 124. *&* 294. *& conſil.* 32. *num.* 5. Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 6. Decian. *tractat. crim. lib.* 4. *cap.* 29. *num.* 2. Caball. *crim. reſolut.* 279. *num.* 13. *& reſolut.* 198. *num.* 8. Giurb. *conſil. crimin.* 11. *num.* 3. Burſatt. *conſil.* 461. *num.* 27. Theſaur. *forenſ. quæſt.* 58. *num.* 6. *lib.* 2. Crauett. *de antiq. tempor. par.* 4. 5. *videamus modo numer.* 28. Guazzin. *Reor. defenſ.* 2. *cap.* 9. *num.* 19. *verſic. ſed verè*, vbi limitat hoc in caſu, quo extat ſtatutum reſtrictum, & limitatum.

Et ad hunc effectum debemus dicere.

Primo quod occidens bannitum, quamuis *ex Conſtitut.* Pij IV. 52. *in ordin.* §. 4. homi-
45 cida non debeat audiri, & nec admitti ad allegandum occidiſſe bannitum, niſi ſe conſtituat in carceribus; etenim occidens bannitum tenetur perſonaliter comparere,
46 Caball. *crim. reſolut.* 23. *num.* 11. nihilominus non debet id exigi ob dictum fauorem publicum, & ad animandum alios ad occidendum, & extirpandum ſimiles facinoroſos, prout nec exigitur in Statu Eccleſiaſtico *vigore ban-*
47 *nimentorum*, quæ de ordine Pontificis emiſſa faciunt ceſſare diſpoſitionem Conſtitutionum Apoſtolicarum priùs emanatarum, Caballin. *ad Conſtitut. Marchiæ lib.* 2. *cap.* 51. *verſic. compoſitionem* Farinac. *conſil.* 150. *num.* 30. maxi-
48 mè ſi expreſsè fuerit conſtitutioni derogatum, Duardus in *Bulla Cœnæ Domini lib.* 2. *can.* 7. *quæſt.* 1. *num.* 21. *& ſequ.* & ſufficere caput banniti præſentari per Procuratorem dicit
49 Carauita *pragmat.* 1. *de exulib. nu.* 170. *& ſeqq.* Farinac. *quæſtion.* 103. *num.* 178. Theſaur. *forenſ. quæſt.* 20. *num.* 1. *lib.* 3. & ſufficere, quod caput

put banniti præſentetur in Curia Baronis firmant idem Farinac. *dict. quæſt.103. num.360. in fine*, & Carauit. *loco citat.num.44.& ſeqq.* & generaliter, quod pro occiſore banniti poſſit comparere tertius, & debeat à Iudice audiri, & occiſor abſolui abſque eo, quod ipſe perſonaliter compareat, firmant ex Buccaron. Bartol. Paſſerin. Marſil. Ioann. Anton. de Nigris, Guzzadin. Gabriel, Io. Turrio, Baiard. Eugen. Scappa, Bertazol. Ambroſ. Franch. Manara, & Bruno Pater Graſſett. *de nece proditoria* §. 12. *in additione num.57.*

Secundò nec debet exigi, quod occidens
50 debeat præſentare caput, quia ſatis eſt, quod doceat occidiſſe ob rationem modo adductam, & etiam, quia intentio ſtatuentium eſt dumtaxat extirpare bannitos, quæ ratio licèt non expreſſa, tacitè ineſt, vt ait Caball. *crim. reſolut.* 276. *num.* 10. & ideò occidens debet habere præmium, quando Curia habet ſuum intentum propter mortem banniti, Carauit. *pragmatic. de exulib. pragmat.1. num.147.* & ita reperio, fuiſſe practicatum Romæ *die* 17. *Martij* 1633. ad fauorem Bartholomæi Ranucci, qui occidit, & non præſentauit caput Dominici della Muta, vt apparet penès Charitatis Notarium, *& in libris Banchi* Dominorum de Siris, vbi fuit facta ſolutio: quæ obſeruantia, quando res eſſet dubia, ſufficeret ad pronunciandum ad fauorem occidentis, prout aduertit Caball. *crim. reſolut.* 279. *num.* 15. & ita fuit obſeruatum in hoc Tribunali, vbi tempore mei Auditoratus bis ſucceſſit iſte caſus, nempè de anno . . . . ad fauorem Laurentij Lenſi de Grauaiono, qui occidit Anibalem Auguſtini; et de anno 1675. de *Menſe Decembris* ad fauorem Io: Philippi de Rio Com. Saxi, qui occidit Petrum Lollium.

Tertiò nec debet exigi, quod bannitus oc-
51 cidens alium bannitum debeat habere pacem, et remiſſionem à parte offenſa ad hoc, vt gaudeat indultu hic promiſſo, nam propter bonum publicum ſufficit, quod occidenti prohibeatur acceſſus ad locum, vbi pars offenſa degit, Carauit. *dict. pragmatic.1. de exulib. num.172.* Farinac. *quæſt.103. num.176.* et D. Sabell. in *pract. vniuerſ.* §. *banditi n.37. verſ. & in queſto caſo.*

Quartò nec debet exigi diſcuſſio, an occi-
52 dens alium bannitum fuerit bannitus pro maiori, ſeu minori delicto, Theſau. *quæſt. forenſ.20. num.2. lib.3.* et hoc abſque vlla difficultate procedit in Statu Eccleſiaſtico vigore *bannimentorum.*

At vigore *noſtrorum bannimentorum* videtur
53 dicendum contrarium ex verbis §. 16. ibi — *la remiſſione d'vn bandito, ò vero di ſe ſteſſo, ſe ne haueſſe biſogno, per ſimile delitto*, prout de ſimili ſtatuto dicunt Caball. *caſ.197. num.8. & caſ.* 244. Guazzin. *Reor. defenſ.2. cap.9. num.19.* Farinac. *quæſt.103. num.180. & ſeqq.* et D. Sabell. *practic. vniuerſale* §. *banditi num.37.* Et in locis,
54 in quibus, vt hic, exigitur dicta diſcuſſio, debet aduerti, quod ad ſuſtinendam ſententiam rebannitionis propter paritatem delicti, non eſt inſpiciendus proceſſus, ſed ſententia præſentata in Tribunali, quia talis eſt ſtylus, vt reproducantur ſententiæ, & non attendantur proceſſus, & iſte ſtylus eſt ſeruandus ad validitatem futurarum ſententiarum, Oſach. *dec.* 22. *nu.6. & 7.* & ſolùm tenorem ſententiarum eſſe attendendum diſponit text. in *leg. quoad ſtatum ff. de pœnis*, vbi gloſa: Crederem tamen, quodſi vtile eſſet Reo, poſſet ipſe etiam ex proceſſu rem diſcutere: nam ſententia debet attendi (ad hoc vt dignoſcatur mutatio ſtatus) ſolùm quando agitur de pœna mortis, quia tunc ex genere pœnæ, & non ex cauſa inducitur, & fit mutatio ſtatus, at quando agitur de alia pœna inſpici debet pœna, et cauſa, vt per tex. in *leg. ictus fuſtium ff. de his qui notantur infamia* benè diſtinguit Bart. in *dict. leg. quoad ſtatum*, vide Caball. *crimin. reſolution.* 197. & *caſ.* 244. Farinac. *qu.* 103. *n.185. & ſeqq.*

Quintò tandem non debet ob dictum fauo-
55 rem publicum exigi, quod præſentans bannitum viuum, vel mortuum exprimat delicta, pro quibus intendit gaudere, extenditur enim ad omnes, & quæcumque accuſationes etiam nondum inſtitutas, vt inquit Bart. in *leg. de pupillo* §. *ſi pluribus ff. de noui oper. nunciat.* Grat. *conſ.137. volum.1. & conſil.144. vol.2.* Carauit. *pragmatic.1. de exulibus num.171.* dum-
56 modò concedatur à Principe motu proprio, et ad publicam vtilitatem Iaſ. in *dict.* §. *ſi pluribus num.7.* Foller. *pragmat.5. num.13. & 14. de abolit. inter comment.* Rouiti, & Douat. Ant. de Marin. *quotid. reſolut.159. num.2. & 3. lib.1.* vbi refert cuidam Cicotto non profuiſſe gratiam, ex quo erat conceſſa à Prorege ad eiuſdem Cicotti inſtantiam, contrarium ſentiens, ſi gratia fuiſſet conceſſa motu proprio; & in terminis, quod non ſit neceſſaria dicta expreſſio delictorum, innuit Merlin. Pignatell. *controuerſ. forenſ. 54. num.5. 6. & 7. cent.1.*

Poteſt in contrarium adduci Farin. *conſ.53.*
57 *per tot.* ſed non facit ad caſum noſtrum, quia in caſu à Farinac. relato Locumtenens Gubernatoris habebat limitatam facultatem ad remittendum bannitos, qui non commiſiſſent delicta grauiora commiſſis per occiſum, & tamen ipſe remiſerat, & gratiauerat bannitum pro delictis etiam non expreſſis, etiam quod eſſent grauiora, & plura expreſſis, vt videre eſt *dict. conſil. 53. num. 4. & 18.* & propterea non erat attendenda, quia quicquid Iudex inferior facit, & promittit contra præſcriptum Superioris eſt nullum, & inualidum, & fiſco non præiudicat, & Reus non poteſt gratiam opponere, et cum illa ſe tueri, quia tunc non dicitur, nec poteſt dici tutus ſub fide publica, ſed ſub clypeo iniuſtitiæ; vt *formalibus verbis* inquit

Fa-

Digitized by Google

Farinac. *ibid. num.* 34. Imò Reus in dicto caſu Farinacij commiſerat delicta atrociſſima, & pro maiori parte læſæ maieſtatis crimen in ſe continentia, vt videre eſt *ibid. num.* 29. & ideò erant exprimenda, & ſpecificanda ad validitatem gratiæ, & remiſſionis.

Poteſt etiam adduci Capic-latro *deciſ.* 71. *per tot.* & Gizzi. *in addit. ibidem*, ſed nec iſtorum doctrina facit ad propoſitum, quia prædicti Doctores non tangunt punctum quæſtionis noſtræ, ſed dicunt indultum non ſuffragari, niſi adſit partis offenſæ remiſſio.

Rurſus poteſt adduci in contrarium diſpo-
58 ſitio tex. in *leg.* 2. *Cod. de generali abolit.* ſed ſatisfacit Carauit. *dict. pragmatic.* 1. *de exulib. num.* 123. dicendo, quod antiquitus abolitiones erant ad tempus, & ſic in forma ſuperſeſſoriæ, & non in forma abolitionis concedebantur, vt aduertit gloſ. in *leg. abolitio ff. ad Turpill. & leg. aut priuatim* §. *triginta cod. tit.* & ideò text. in *dict. leg.* 2. non poteſt applicari ad caſum noſtrum, & hoc etiam deducitur ex gloſ. in *d. l.* 2. *in figurat. caſus*.

In omnem caſum mihi videtur, quod con-
59 ceſſa remiſſione per Principem motu proprio, vel ad Rei inſtantiam, nequeat diſcuti de validitate gratiæ ex defectu non ſpecificationis, niſi expreſsè hoc idem iet Princeps mandet, quia, quando dat facultatem inquirendi contra aliquem pro delictis commiſſis, numquam cenſetur conceſſiſſe hanc facultatem circa ea, quæ fuerunt per ipſum remiſſa, niſi ſpecialiter reuideri mandauerit, vt in ſimili aduertit Alexand. *conſil.* 106. *numer.* 3. *lib.* 2.

Et ſaltem, vbi ſententia rebannitionis ex
60 hoc capite ſit nulla, gratiatus debet redire ad ſuos limites, & priſtinæ libertati reſtitui, Farinac. *quæſt.* 6. *num.* 27. & *quæſt.* 29. *num.* 56 Maſtrill. *de indultu cap.* 45. *num.* 12. & Capibl. *de Baron. lib.* 2. *pragmat.* 7. *num.* 28. apud quem vide pulchram diſtinctionem. Vide Farinac. *dict. conſ.* 53. & Guazzin. *de pace lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 17. & *ſeqq.* & *ad defenſ. reor. defenſ.* 2 *cap* 9. *num.* 6. apud quos poterit Iudex veritatem concluſionis inuenire.

Quæro primo, an bannimenta concedentia, quod occidens, vel præſentans banni-
61 tum poſſit eximi facere de banno ſe ipſum, vel alium bannitum pro pari, vel minori delicto, habeant locum in bannito pro homicidio, occidente, vel præſentante bannitum pro adulterio, vel ſtupro, vel incæſtu, vel pro furtis, & huiuſmodi? Vide Alber. de Roſat. *in leg.* 1. *Cod. de maleſ. & Mathemat. & in tractat. Statut. lib.* 4. *quæſt.* 99. *per tot.* Nell. *de bannit. in* 3. *par.* 2. *temp. quæſt.* 8. Soccin. *conſ.* 157. *num.* 14. & 16. Caball. *crim. reſolut.* 197. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 190. & Guazzin. *reor. defenſ.* 2. *cap.* 9. *num.* 14. & *ſeqq.* Dec. *conſ.* 65. Crauett. *de antiquitat. tempor. part.* 4. §. *videamus modò num.* 28. & alios per eoſdem Doctores citatos.

Quæro ſecundò, an remiſſio hic promiſſa
62 contineat liberationem etiam quoad bona publicata, & incorporata? Superflua eſt iſta quæſtio, quia in hac Ciuitate non confiſcantur bona, niſi in caſibus crim. læſæ Maieſtatis humanæ, & Diuinæ, vt pluries dixi, ex Vermigliol. *conſ. crim.* 1. & Gozzadin. *conſ.* 96. *nu.* 4. & alijs.

Nihilominùs negatiuè reſpondeas per Doctrinam Caball. *dict. reſol.* 197. *num.* 12. Guazzin. *reor. defenſ.* 2. *cap.* 9. *numer.* 20. & 21. & Bald. quem citat in *conſ.* 426. *num.* 5. *lib.* 1. vbi inquit, quod quando vnus eſt condemnatus in pœnam mortis, & confiſcationis bonorum per copulam, &, duo dicuntur eſſe bãna vnum in perſona: alterum in bonis, quia pœna adiuncta per copulam facit, duas eſſe ſententias: vide Caball. *ibidem*, & vide Capyc. latro *deciſ.* 72. *per tot.* & Gizzium in *obſeruat.* ad eundem *deciſ.* 71. *num.* 6. & *ſeqq.* & *dicta deciſ.* 72.

Quæro tertio, an concedenda ſit libera-
63 tio, ſeu præmium, ſi bannitus præſentatus, ex iniuſtitia ſententiæ fuit condemnatus in pœnam extraordinariam, vel ex nullitate ſententiæ fuit admiſſus ad nouas defenſiones, & factis defenſionibus fuit liberatus, vel quia probauit innocentiam, vel quia tortus ſuſtinuit? Dic, quod debet concedi præmium, ſeu liberatio, quia quoad capientem, & præſentantem, ſufficit, quod præſentatus ſit bannitus, vt conſiderat Carauit. *pragmat.* 1. *de exulib. num.* 139.

Quæro quarto, an procedat diſpoſitio bannimentorum ad fauorem inimici occidentis bannitum, cum quo fecit pacem? Dixi in *hoc cap.* §. 1. *num.* 38. quod banniti poſſunt impunè occidi per venenum, per aſſaſſinium, & etiam proditoriè: At in hac facti ſpecie plures ſunt Doctorum opiniones, aliqui enim dicunt, quod ſi pax ſit inita antequam ini-
64 micus fuiſſet bannitus, dicta pax non obligat, tùm quia omnis promiſſio intelligitur rebus ſic ſtantibus, vt ex Carauita *pragmat.* 1. *de exulibus num.* 127. dicit Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 47. tùm quia offenſa non dicitur facta, nec inducitur niſi per actum punibilem, qualis non eſt occiſio bannitorum, vt dicti Doctores explicant *ibidem*, tùm quia pactum de non offendendo bannitum non obligat, cum ſit contra vtilitatem publicam, cui nemo poteſt renunciare, vt dicit Bald. in *leg.* 1. *num.* 16. *Cod. ſi à non competen. Iudic.* quem ſequuntur plures relati à Farinac. *quæſtion.* 103. *num.* 57. & Vulpell. *de pace quæſt.* 57. teſtatur de veriori, licet in foro honoris ſecus eſſe credat, & de magis practicata teſtatur Thob. Nonius *conſ.* 112. *num.* 23. & *ſeqq.* & propterea contrauenicns non ſolum non debet puniri, ſed debet præmiari, vt ex Carauita *pragm.* 1. *de exulib. num.* 127. ait Farinac. *dict. quæſt.* 103. *num.* 48. qui *num.* 51. ampliat hoc procedere etiamſi inimicus reconciliatus moneatur ex

odio,

65 odio, & non ex bono Zelo iuſtitiæ. Si verò
pax ſit facta cum inimico iam bannito, di-
cunt, quod pax debeat ſeruari, & contraue-
niens debet puniri Clar. §. *homicidium nu.* 60.
Salyc. in *leg. fin. num.* 2. *Cod. quando liceat vni-
cuique* Gargiar. *patrocin.* 7. cum alijs addu-
ctis per Farinac. *dict. quæſt.* 103. *num.* 55. nam
fides etiam hoſti eſt ſeruanda, vt pro ratione
dicit Clar. *loc. cit. num.* 61. ſed videtur Cara-
uitæ *loc. cit. num.* 129. & Farinac. *quæſt.* 103.
num. 60. quod iſte caſus non poſſit continge-
re, quia timore pœnæ nemo ſe interponeret
ad faciendam pacem cum bannitis: ego ta-
men ſcio, quod quandoque conceditur à Su-
perioribus licentia, quod poſſit tractari cum
bannitis ad effectum pacis ineundæ, intereſt
enim Reipublicæ, quod homines quietè, &
pacificè viuant ex traditis per Marſil. *conſ.* 9.
num. 41. & ſic benè poteſt dari caſus, & po-
teſt contingere, quod de eo in Tribunalibus
diſputetur.

Diſtinctionem hanc admittit Clar. *dict. nu-*
66 *mer.* 60. potiſſimum quando bannum fuit da-
tum inimico ex alia cauſa, quam ex ea, ſuper
qua fuit facta pax: at reijcitur Clarus à Ca-
67 rauita *loc. cit. num.* 132. ob rationem *ſuprà* al-
latam, nempè quia offenſa non inducitur, ni-
ſi per per actum punibilem, & Carauitam ſe-
quitur Farinac. *loc. citat. num.* 49. propterea
alij indiſtinctè dicunt, quod ſiuè pax ſit fa-
68 cta ante bannum, ſiuè ſit facta poſt bannum,
ſemper occiſio banniti ſit impunibilis, Bald.
Angel. Clar. Nellus *locis relatis* per Carauit. *d.
pragm.* 1. *de exulib. num.* 129.

Quid dicendum? Salyc. in *dicta leg. fin. nu-
mer.* 2. conciliat diſſidentium opiniones di-
69 cendo, quod occidens debet excuſari à pœ-
na legali, ſed non à pœna conuentionali: Ego,
vt meam interponam ſententiam, dicerem,
70 quod opinio affirmatiua, nempè quod occi-
dens bannitum, cum quo iniuit pacem, de-
bet puniri, procedat quando pax facta eſt
cum authoritate, & de licentia Superioris,
quia tunc videtur diſpenſatum quoad pacis-
centes rigori legis, vt per text. in *leg. conuen-
tionum ff. de pactis* oſtendit Marſil. *conſ.* 9. *num.*
23. 24. & 41. negatiua verò procedat, quan-
do ſine authoritate Superioris partes pacem
faciunt, nam iſto caſu priuatorum pacto iuri
publico, & ad fauorem Reipublicæ indicto
non derogatur, iuxtà Doctrinam Bald. *loc.
ſuprà cit.*

Quæro quinto, an bannitus, qui falsò aſ-
ſeruit ſe bannitum occidiſſe, & ſub tali men-
dacio obtinuit remiſſionem, debeat, & poſ-
ſit puniri ex ſententia, quam cum dicta falſa
aſſertione aboleri, & cancellari obtinuit? af-
71 firmatiuè reſpondet, et de facto exequutum
Pariſijs refert Foller. *pract. crim. in* 3. *part.* 3.
princip. verbo, & ſi confitebuntur num. 116. &
ſequitur Caball. *crimin. reſol.* 151. *per tot.* vbi
agit etiam de pœna, quam meretur ex dicta
72 falſitate commiſſa, & concludit eſſe debere
citra mortem; vide eum diffusè loquentem
de materia.

Quæro ſexto, an nominatus vigore præſen-
73 tationis ab habente poteſtatem nominandi
factæ poſſit puniri, ſi fuit captus, ex quo an-
tè banni cancellationem ſe nimium fidauit?
Aſcan. Tholom. *in addit.* ad Nunr. Tartagl.
pract. crim. rub. de defenſ. reor. cap. 1. *incip. ſi de-
linquens col.* 1. concludit negatiuè, & teſtatur
ita reſolutum in Sacro Concilio, et ſaltem
debet dimitti obnoxius primæuis præiudicijs,
vt dicunt Tholom. *loc. cit.* qui refert de facto
fuiſſe nominatum reſtitutum priſtinæ liberta-
ti, quamuis nominatio non debuiſſet ſuffra-
gari, Thor. *in addit.* ad Io: Grand. *de bello
exulum prædicam. quantitatis quæſt.* 3. *num.* 29.
Baiard. ad Clar. §. *homicidium num.* 227. Mer-
lin. Pignatell. *controu. forenſ.* 53. *num.* 12. &
ſeqq. cent. 1. et Guazzin. *reor. defenſ.* 2. *cap.* 9.
num. 26. & 27. Euidentioribus tamen ratio-
74 nibus contrarium in hac ſecunda parte tue-
tur Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 184. qui refert,
quod tempore Pontificatus Beati Pij V. qui-
dam Firmanus, qui habebat pro ſe nomina-
tionem, et etiam Iudicis Decretum, ex eo,
quia à Iudice appellationis fuit viſum, quod
nominatio per ipſum habita ipſi non ſuffra-
gabatur, fuit furca ſuſpenſus: vide eum in fa-
cti contingentia.

Quid ſi nominatus ſit à non habente legi-
timam facultatem, et vigore illius ſit de ban-
no cancellatus, puta quod nominans cum
mendacio, et falſo prætextu occiſionis ban-
niti obtinuerit facultatem nominandi? ponit
75 caſum Caball. *dicta reſol.* 151. et concludit,
76 quod debet redire in ſtatum ſuum primæ-
uum, dummodò non fuerit particeps, et con-
ſcius falſitatis.

Iſte caſus differt à præcedenti, quia hic ſe-
quuta fuit cancellatio banni, at in caſu præ-
cedenti nominatus habet ſolum pro ſe nomi-
nationem, quæ ſola abſque decreto Iudicis
non debet ſuffragari, ſi de Iure nominatio
non poſſit ſubſtineri, vt probat Farin. *dicta
77 quæſt.* 103. *num.* 184. nec rationes per Aſca-
nium Tholomæum adductæ *loco citato* vrgent
multum, nam prima, quod paria ſint, cap-
tum eſſe cum indultu, vel intuitu indultus,
procedit, quando indultus de Iure valet, ſub-
ſtinetur, et ſuffragatur ex adductis, et conſi-
deratis per Farin. *conſ.* 53. *n.* . . .

Secunda ratio, quod ſtante ſeruitio facto à
nominante acquiſitum eſt ei ius nominandi
ex banno, & promiſſione Principis, cui con-
trauenire non licet: procedit, quando ex par-
te Principis, vel Officialium eiuſdem proue-
nit inobſeruantia banni, ſed quando proue-
nit ex facto, & oſcitantia, & incuria nomi-
nati, qui debebat inueſtigare naturam, &
qualitatem nominationis, tunc nulla poteſt
conſiderari inobſeruantia, ſeu deceptio, vt
pariter aduertit Farinac. *dict. conſil.* 53. *nu-
mer.* 23.

Digitized by Google

Tertia ratio quod Princeps facit gratiam,
& indultum, & non Iudex, qui ſolum decla-
rat illud, quod continetur in banno, eſt om-
ninò vera, ſed militat contra nominatum, quia
ſi iudex declarat, caſum non eſſe comprehenſũ
in banno, quando re vera non comprahen-
ditur, Iudex tunc nihil ponit, nec leuat, ſed
tantùm declarat, quod ineſt in banno, & ſic
argumentum retorquetur.

Poteſt tamen procedere opinio Tholomæi
78 caſu, quo inualiditas nominationis eſſet in-
trinſeca, vt dixi *in hoc cap.* §. 4. *num.* 113. &
quando verba banni poſſent vario modo in-
terpretari, vt ex Baldo *conſ.* 400. ait Tholo-
mæus *loc. cit.*

Quæro ſeptimò, quomodò fieri debeat re-
cognitio banniti præſentati ad hoc, vt præ-
ſentans debeat gaudere præſentata, ſeu habere
nominationem, & præmium? Dic, quod da-
79 tur forma per Doctores, et ſignanter per
Bart. in *leg. Diuus num.* 5. *ff. de cuſtod. Reor.* &
in leg. inter ſtipulantem §. 1. *num.* 13. *ff. de verb.
obligat.* Clar. *quæſt.* 96. Cartar. *capto bannito
cap.* 2. *num.* 1. Caball. *crim. reſol.* 270. Thor. *ad
deciſ.* Salernit. *deciſ.* 31. *num.* 11. Nouar. *deciſ.*
118. *per tot.* Ambroſin. *proceſs. informatiuo lib.*
6. *cap.* 1. *per tot.* Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 14. *cir-
ca finem* D. Zuff. *de legitim. proceſs. quæſt.* 149.
per tot. vbi quod debet legi teſti ſententia, et
quod ita mandauit Sacr. Conſulta Guberna-
tori Anconæ.

Quæro octauo, quomodò ſit facienda re-
80 cognitio capitis banniti? debet fieri eo mo-
do, & forma, quibus recognoſcitur bannitus
viuens, et eius formula ponitur per Nouar.
deciſ. 124. *per tot.* & Caball. *crim. reſol.* 270.
ſed non eſt neceſſe, quod ponatur inter plura,
vt ex Scaccia *de Iudic. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 175.
in fine, & *cap.* 83. *num.* 13. inquit Baron. *de
corpore part.* 2. *tit. de corpore, eiuſque partibus
num.* 105.

Quæro nono, an capientes, & occiden-
tes bannitos, qui adeò priuilegiantur à Prin-
cipe, ſint priuilegiati etiam à Iure? Dic,
81 quod reputantur æquè, ac executores iuſti-
tiæ; et adinſtar illorum ſunt infames, & à
82 teſtimonio repelluntur in cauſa graui, nec
frui poſſe dignitatibus ciuibus conceſſis, fir-
mant Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 351. Caball.
de homicid. num. 65. Chartar. *deciſ. crim.* 1. *num.*
153. Paſchal. *de patr. poteſt. par.* 4. *cap.* 3. *n.* 42.
& nouiſſimè Iul. Capon. *diſcept. forenſ.* 33. *nu.*
20. *tom.* 1. qui ex Paſchal. et Lotter. ait nec
ad dignitates Eccleſiaſticas admitti poſſe.
Vide, quid dicat Carauit. *pragmat.* 1. *de exulib.
num.* 178. & *ſeqq.*

Quæro decimo, an debeatur præmium, ſi
occidatur ille, qui fuit bannitus in Curia Ba-
83 ronis? Affirmant Carauit. *dict. pragmat. de
exulibus num.* 6. & *ſeqq.* Baiard. ad Clar. *qu.*
71. *num.* 26. Theſau. *forenſ. quæſt.* 10. *in fine lib.*
2. & Farinac. *qu.* 103. *n.* 123. & 124.

Quæro vndecimo, an debeatur præmium
occidenti eum, qui non eſt condemnatus, ſed
benè citatus eſt ad ſententiam foriudicatio-
nis, ſeù bannitionis infra certum terminum,
intra quem ob diſtãtiam impoſſibile eſt, quod
compareat, et ſic poterat haberi, ac ſi non
comparuiſſet? tractat de hac quæſtione Ca-
rauit. *pragmat.* 1. *de exulib. num.* 118. & *ſeqq.*
et ex Bart. *in leg. ita ſtipulatus num.* 51. *ff. de
condit. & demonſtrat.* reſpondet negatiuè, quia
84 de neceſſe debet expectari lapſus termini,
etiamſi bannum diceret *tutti quelli fuoruſciti,
che frà'l termine di dieci giorni non compariran-
no, ſaranno tenuti per fuorgiudicati*, ob ratio-
nem, quia conditio dependet ex facto imple-
re debentis, et duo requiruntur copulatiuè,
nempè lapſus termini, et quod non compa-
ruerint, ad text. in *leg. in illa ff. de verb. obli-
gat.* & *cap. commiſſa de elect. in* 6. imò iſto ca-
85 ſu occidens debet etiam puniri ſecundùm
Farinac. *quæſt.* 103. *num.* 123. & *num.* 325. &
86 *ſeqq.* mihi tamen videtur, quod ſint atten-
denda verba Edicti, nam ſi datur licentia
occidendi bannitos, & *notorios* delinquentes,
nulli dubium, quod tunc occidens nondùm
bannitum, euadit impunè, & præmium con-
ſequitur ex firmatis per Farinac. *loc. cit. n.* 328.
& *ſeq.*

Quæro duodecimo, an capientes banni-
87 tum aſſecuratum debeat habere præmium?
Dic, quod non, vt reſpondent Nell. *de Ban-
nit. in* 2. *par.* 2. *tem. quæſt.* 17. Farinac. *qu.* 103.
num. 294. & quatenus acceperint præmium,
debent illud reſtituere Caball. *crim. reſol.* 151.
num. 6. et Guazzin. *reor. defenſ.* 10. *cap.* 6. *num.* 5
88 et ſi ſcienter occidit aſſecuratum debet pu-
niri, Farinac. *dicta quæſt.* 103. *numer.* 279. &
ſeqq.

Quæro decimotertio, an gaudeat hoc in-
dultu, & premio is, qui exiſtens carceratus
bannitum preſentauit? Iſte caſus occurrit an-
nis præteritis Romæ, vbi manens Reus in
carceribus Turris Nonæ vidit tranſire per viã
hominem, quem ſciebat eſſe capitalem ban-
nitum, et quia vendebat fructus, vocauit il-
lum intùs carceres ſub prætextu emendi di-
ctos fructus, & ſtatim conſignauit cuſtodi,
dicens, eundem eſſe bannitum, & ad ſui li-
89 berationem eundem Curiæ præſentare, & ne-
gatiuè reſpondet Ioſeph Ludou. *deciſ. Lucenſ.*
25. *num.* 73.

Affirmatiuè verò reſpondet Io: Grand. *de
90 bello exulum prædicam. quantitatis quæſtion.* 3.
num. 1. qui refert, ita fuiſſe ſeruatum, et al-
legat Vinc. de Anna *ſingul.* 240. et ita audiui
fuiſſe ſeruatum Romæ in caſu mox relato per
acta Charitatis; et hæc affirmatiua abſque
vlla prorſus difficultate procedit ad fauorem
eius, qui habilitatus cum cautione bannitum
præſentat, vt inquit Raphael Villoſa *de fugi-
tiuis cap.* 18. §. 3. *num.* 19. vbi ita fuiſſe bis iu-
dicatum Mediolani teſtatur.

Vide Thor. in *addit.* ad Io. Grand. *loc. cit.*
Catalan. *de indultu Clar. quæſt.* 59. *num.* 13.

Scia-

Digitized by Google

Scialoya *praxi forindic. cap. 24. num. 12.* qui allegat plures Doctores de materia loquentes.

Quæro decimoquarto, an hæc bannimen-
91 talis diſpoſitio compræhendat bannitos de futuro? Dic, quod ſic, quia habet tractum ſucceſſiuum, et quoad vtilitatem publicam, et quoad permanentiam, et durabilitatem ſuam, vt inquit Bolognett. in *leg. omnes populi num. 241. ff. de iuſt. & iur.* quem ſequuntur Baiard. ad Clar. §. *homicidium num. 205.* Farinac. *quæſt. 103. num. 342.* et Paſchal. *de patr. poteſt. par. 4. cap. 3. num. 29.* Contrarium
92 dicit Vinc. de Franch. *deciſ. 360. & deciſ. 468.* et remiſſiuè Guazzin. *recor. defenſ. 2. cap. 9. numer. 28.* ob rationem, quia alias daretur materia delinquendi, contra text. in *leg. conuenire ff. de pact. dotal.* Carauit. *pragmat. 1. de exulib. num. 100. & ſeqq.* Capyc. latro *dec. 105. num. 29.* quilibet enim poſſet ſe ad delinquendum inducere, exiſtens certus, quod cum aliqua nominatione ſe à banno, et pœna liberabit. Vndè Farinac. *in add. ad dict. q. 103. num. 312. & 339.* diſtinguit inter remiſſionem, quæ fit à Iudice, et remiſſionem, quæ fit à Principe, et Carolus Anton. de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſ. 468. numer. 4.* diſtinguit inter eum, qui ſuis manibus occidit, et alium, qui habet nominationem. Mihi tamen videtur eſſe vigore *banimentorum* ſemper, et omni momento loquentium tenendam indiſtin-
93 ctè opinionem Bolognetti *loc. cit.* et contraria opinio poteſt procedere in edicto ſpeciali, et non in emanato per modum legis vniuerſalis.

Quæro decimoquinto, an compræhendat
94 eum, qui bannitum occidit in Eccleſia? Guazzin. *dict. cap. 9. num. 25.* remittit ſe ad Vinc. de Franch. *deciſ. 402.* Sed vide plenam diſceptationem Iul. Capon. *diſceptat. 33. per tot. tom. 1.* et vide Thor. ad Io. Grand. *de bello exulum prædicam. quantitatis quæſt. 3. nu. 15. verſ. 7. excipitur*, qui ex Aſcanio Tholomæo *in add.* ad Tartagliam in *pract. crim. tit. ad defenſ. reor. verſ. præterea*, ait, quod Reus fuit excluſus ab indultu, at priſtinæ libertati reſtitutus, et vide, quæ dixi ego hoc *cap. §. 1. n. 51. & ſeqq.* et vide Peregrin. *conſ. 103. num. 10. lib. 2.* qui ex Baldo *conſ. 307. lib. 5.* ait, quod Statutum præmians occidentem bannitum locum habet etiam ſi occidatur extra Territorium, Eccleſia enim ab aliquibus dicitur eſſe extra Territorium, et ſubdit Peregrinus *ibid.* quod ſicut non poteſt iſto caſu procedi contra occiſorem, (qui, vt dixi debet ex dicta occiſione præmiari) ſic nec etiam contra mandatorem, quia delictum impunibile, quoad vnum ex iſtis, eſt impunibile quoad alium Angel. *maleſic: verbo, che hai adulterato num. 24.* quod intellige eſſe verum reſpectu ad Iudicem loci, qui occiſum banniuerat, vt explicat Peregrin. *ibid. num. 9.*

Quæro decimoſexto, an comprehendat
95 bannitum pro crimine excepto? Foller. in *pragmat. 1. de exulib. num. 34.* Vinc. de Franch. *deciſ. 330.* Guazzin. *dict. cap. 9. num. 25.* te-
96 nent partem negatiuam: at Farinac. *quæſt. 103. num. 129.* dicit in practica ſeruari contrarium.

Quæro decimoſeptimo, an conſignatio debeat fieri Curiæ, et Officialibus Curiæ Tut-
97 roni, au verò ſufficiat conſignatio facta Maſſarijs locorum, ſeu Officialibus Baronum? agit de hac quæſtione Carauit. *pragmat. 1. de exulib. num. 47. & ſeqq.* vbi ponit etiam quid ſit dicendum, ſi conſignatus aufugiat? vide eum, quia multa notabilia dicit, et Vide Farinac. *quæſt. 103. num. 360.* qui teſtatur, quod de facto practicatur, quod conſignatio fiat etiam alteri Officiali.

Se ſarà Vniuerſità in pena di mille ſcudi.

98 Dixi ſupra *hoc eodem §. num. 17.* quod forſan non benè iniungitur Communitatibus onus tenendi expurgata Territoria à facinoroſis, et malis hominibus, et quidem hoc eſſe ius nouum, hoc eſt, de nouo, et contra ius commune inductum firmant Andr. de Iſernia, et Afflict. in *Conſtitut. Regni Neapol. rub. 26. ſuper meiſionibus lib. 1. de maleſic. clandeſt.*
99 nam de omni Iure ſpectat ad Principem dominantem cuſtodia Territorij, et ſi propter eorum defectum latrones, et facinoroſi infeſtent ſubditos, ſeu forenſes per Ditionem itinerantes, et eis damnum inferant, ipſe Princeps tenetur ad reſtitutionem, quia redditus, quos habet, ſunt quaſi ſtipendia ad hoc inſtituta, vt ex Diuo Thoma *2. 2. quæſt. 62. art. 7.* dicunt Andr. de Iſernia in *d. rub. 26. & rub. 27.* et Afflict. *d. rub. 26. n. 1.*

Vndè cum eiſdem Andr. de Iſernia, et Afflict. *locis citatis* dici poteſt, quod contra Ius commune indicitur pœna contra eaſdem Cōmunitates, quia nemo pro delicto alterius puniri debet per text. in *cap. non debet de regul. Iur. in 6.* ſed non militat horum Doctorum ratio, ſeu dictum in caſu noſtrorum bannimentorum hic, quia in tantùm Communitates puniuntur, in quantùm non accurrunt, & ſic in quantùm contraueniunt edicto Superioris: etenim Vniuerſitates, quamuis videan-
100 tur eſſe corpora ficta, & delinquunt, & puniuntur, vt dicit Bart. in *leg. aut facta §. nunquam num. 2. 3. & 4. ff. de pœn.* quem ſequuntur Mynſiger. *obſeruat. 78. cent. 4.* & Loſæus *de Iure Vniuerſitat. par. 4. cap. 1. nu. 11. & ſeqq.* Sed quia non eſt indiſtinctè verum, quod Communitas de delictis teneatur, non erit abs re aduertere, quod Bart. *loc. cit.* diſtinguit hoc modo. Aut loquimur de delicto, quod conſiſtit in omittendo, puta, quod ipſa Vniuerſitas teneatur aliquid facere, & omittat, licèt hoc contingat per negligentiam, & cul-

Digitized by Google

pam adminiſtratorum, tamen Vniuerſitas ipſa dicitur delinquere per *leg. iubemus Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* Aut loquimur de delicto, quod conſiſtit in committendo, & hoc caſu quædam delicta ſunt, quæ non reſident penès Vniuerſitatem, vt eſt in homicidio, dolo, vi, metu, & huiuſmodi, & tunc Vniuerſitas propriè, & verè hæc delicta committere non poteſt, quoniam iſta requirunt perſonam veram: quædam verò ſunt delicta, quæ tantùm fieri poſſunt per ipſam Vniuerſitatem, vt eſt facere Statuta, dare iuriſdictionem, collectas imponere, & huiuſmodi, & tunc Vniuerſitas dicitur delinquere *auth. item nulla Communitas Cod. de Epiſc. & Cleric.* quia non poteſt dici, quod aliquis priuatus hæc faciat, cum hoc faciat ipſa Vniuerſitas, in qua eſt illud ius, et poteſtas.

Verùm Marſ. in *pract. crim. §. conſtanter num. 47.* et Loſſæus *loc. cit. num. 17.* requirunt, quod in delictis in committendo ſemper interueniat communis, & ſimultanea deliberatio, & conuocatio totius populi ad hoc, vt Vniuerſitas tamquam delinquens poſſit ipſa puniri: ideò melius diſtinguendo aiunt, quod ſi delictum eſt momentaneum, vt homicidium, Vniuerſitas non poteſt teneri, niſi appareat de determinatione facta cum Populi conuocatione per capita domorum: ſi verò delictum habet tractum ſucceſſiuum, & cauſam ſucceſſiuam, vt bellum, rebellio, impoſitio gabellæ, & indictio, & permiſſio nundinarum, tunc non requiritur probatio communis, & ſimultaneæ deliberationis, cum per tollerantiam cenſeatur Vniuerſitas ratificare, Bart. in *dict. §. nonnumquam num. 10.* Hieronym. de Monte *de finib. regund. cap. 72. num. 13. & 14.* Loſſæus *loc. cit. num. 19.* Dec. *conſ. 486. num. 13. vol. 2.* vbi ait, quod Vniuerſitas in caſu habente tractum ſucceſſiuum obligatur ex delicto, licet à principio non conſenſerit, ſatis enim in facto ipſo declaratur intentio Vniuerſitatis, Boer. *tract. de ſedition. cap. vlt. num. 9. & 10.* Roland. à Valle *conſil. 66. num. 32.* et Innoc. in *cap. grauem num. 1. extra de ſent. excommunicat.* vbi expreſsè dicit Vniuerſitatem poſſe puniri ex delicto facto per homines de Vniuerſitate tanquàm ſingulos ex delicti ratificatione ſequuta, & ſequitur Loſſæus *loc. cit. n. 22. & ſeqq.*

Quando igitur Vniuerſitas ex propoſito cum conuocatione populi determinat non accurrere ad ſonum Campanæ, aut negligit accurrere, ſemper ex *ſuprà* aſſertis tenetur ad pœnam hic ſtatutam, & ad eandem debet eo fortius teneri, quando occultat malefactores, aut eos capere negligit.

Pœna hic ſtatuta cedit lucro Cameræ, & nihil dicitur de emendatione damni, quod indè prouenit offenſo, quid igitur dicendum? Dic, quod damnum tanquam proueniens ex
101 culpa non accurrentium, ſemper debet reſici etiam ab Vniuerſitatibus, ex traditis per Farinac. *quæſt. 24. num. 20. & ſeqq.* Vide ſuper hoc Gram. *deciſ. 47.* Baiard. ad Clar. *quæſt. 87.* Farinac. *dict. quæſt. 24. num. 197. & ſeqq.* Caball. *crim. reſol. 287. num. 64. & ſeqq.* Polidor. Ripa *de nocturno tempor. cap. 30. per tot.* et Tapia *de Iure Regni lib. 5. tit. 7. de homicid. & damnis cap. ſi damna, verbo centum auguſtalium.*

Et quamuis circa emendationem damni, quando non prouenit ex culpa poſitiua Vniuerſitatis occultantis, ſeù negligentis capere malefactores, videatur nimis durum, quod ipſa teneatur parti læſæ, quando, prout dixi *hoc eodem titulo, §. debbano con ogni eſquiſita diligenza*, culpa plus eſt in Principe, qui habet redditus, & gabellas, & pedagia, vt faciat iuſtitiam, & vias cuſtodiat, nam omnes violentias, & latrocinia Regni debet Rex emendare, vt in terminis ex Diuo Thoma inquit Andr. de Iſernia in *dict. Conſtit. ſi damna clandeſtina in principio, & rursùs in verbo iuxta probata Inquiſitionis*, qui propter hoc firmat, quod contra Vniuerſitatem non iuratur in litem, quando non conſtat de valore.

Nihilominus, vt dixi *ſuprà num. 18.* Vniuerſitates debent hoc onus ſubire ex rationibus *ibidem* adductis, in quas coincidunt illæ, quas affert Gloſator in *Conſtit. Regni Neapol. ſi damna clandeſtina* relat. à Tapia *de Iure Regni lib. 5. tit. 7. de homicid. & damnis clandeſtin. fol. mihi 78.* nempè, quia præſumitur, quod homines Vniuerſitatis maleficia committant, vel delinquentes recipient, ad text. in *leg. ne quid ff. de incend. ruin. naufrag.* ſed melior apud me eſt ratio, quia dd. homines debent cum cura, & ſollicitudine præuidere, & quandam ſpeculam agere, nè in ipſorum locis, & Territorijs mala aliqua committantur, arg. *leg. apud Chriſtianos Cod. de Epiſcop. audiend.* quod ſi non faciunt, ipſi videntur eſſe in culpa, & delinquere, *leg. Iure prouiſum Cod. de fabricen. & leg. fin. Cod. de naufrag. lib. 11.* debent itaque, ſunt verba formalia dicti Gloſatoris, vbi *ſuprà*, *poſſeſſores locorum littora, & itinera maximè vbi frequens eſt tranſitus, ſollicitè cuſtodire*, *arg. tex. in rub. Cod. de littor. & itiner. cuſtod. lib. 12.* publicè enim intereſt, ſinè metu, et periculo per itinera commeari *leg. 1. § ſumma ff. de his, qui deiecer. vel effuder.* ſi ergo non præuideant, et negligant, in culpa verſantur *leg ſi putator ff. ad leg. aquil. & & leg. ſi cum fundum ff. de contrah. Empt.* et tanquam negligentes cuſtodes puniendi ſunt *leg. nam ſalutem §. effractura ff de Offic. Præfect. Vigil.* et hoc volunt etiam Maſcard. *de probat. lib. 3. concl. 141. num. 21.* Vulpell. *conſ. 90. num. 2. & ſeq.* et Farinac. *quæſt. 24. num. 205.* Benè tamen verum eſt, quod iuxta opinionem Gloſatoris *loc. citat.* ex huiuſmodi præſumptione, et mala cuſtodia non debent teneri, vltra ſimplum ad damni emendationem, et nec debent reficere damnum, ſi non conſtat ple-

plenè de quantitate, et valore, quia non debet ſtari in hoc iuramento damnum paſſi. Vide plurimas quæſtiones pulchras, et contingibiles, quæ ponuntur per commentantes *dictam Conſtitutionem* Regni *ſi damna clandeſtina*, quas omitto referre, quia non multum pertinent ad ornatum noſtrorum bannimentorum. Et nec debent reficere damnum niſi conſtet plenè, quod delictum ſit commiſſum in Territorio, ſiquidem non ſufficit, quod corpus delicti ſit repertum in Territorio, vt probat Vico *ad pragmat. Sardin. cap.6. tit.21. in fine.* et ex eo Petrus Queſada Pilo *controu. forenſ. cap.4. num. 40. & ſeqq.* quia cum poſſit eſſe, quod delictum fuerit extrà commiſſum, et quod corpus delicti fuerit intra Territorium aſportatum non conuenit, quod dùm agitur de odio irrationabili procedatur per præſumptiones.

Cap.XXXIII. §.XVIII.

Commanda à Capitani, e Cuſtodi delle porte della Città, che non laſcino vſcire per le porte loro alcun bandito, ò altro delinquente, che haueſſe commeſſo delitto, mà ſentendo ſonare la ſtremida, ò vero ſerrata, ò altrimenti hauendo do notitia di tali, che voleſſero vſcire, ſubito debbano chiuder le porte, ò quando non haueſſer potuto ciò fare, leuargli il rumore dietro, ſotto pena della galea per cinque anni.

SVMMARIVM.

1 *Cuſtodes Portarum habent multa emolumenta, & ſunt ſalariati à Camera Ciuitatis.*
2 *Debent eſſe aſſidui in Cuſtodia.*
3 *Quandoque potiùs adiumento ſunt facinoroſis ad fugiendum.*
4 *Cuſtodes portarum veniunt ſub nomine Officialium.*
5 *Cuſtodes pratorum, ſeu paſcuorum dicuntur Officiales.*
6 *Cuſtodes arcium dicuntur Officiales.*
7 *Officiales, qui dicantur remiſſiuè.*
8 *Coqui poſſunt dici Magiſtri, & quando.*
9 *Coquus Principis dicitur habere dignitatem.*

1 CVSTODES Portarum Ciuitatis habent multa emolumenta, & ſunt etiam ſalariati à Camera Ciuitatis. & ideò debent eſſe
2 aſſidui in ſeruitio, & inuigilare, nè facinoroſi ingrediantur, ſeu egrediantur: ſed quan-
3 doque faciunt contrarium, & potius eiſdem adiumento ſunt ad fugiendum, & pœnas euadendum.

Circa hos Cuſtodes Portarum, dicit vnum notabile verbum Barbatia in *rub.de offic. dele-*
4 *gati num.35.* nempè, quod iſti veniunt nomine Officialium, quia eſſe Cuſtodem Portarum dicitur officium ad text. coniuncta gloſa in *leg.nequis verbo officiorum Cod.de dignitat. lib.12.* & quod ex hoc conſuluit hic Bononię, quod Cuſtodes Portarum Ciuitatis, & Gabellini, & ſtantes ibi ad cuſtodiam compræhenduntur *in Conſtitutione* Sacræ Eccleſiæ Sancti Petronij Patroni, qua cauetur, quod habentes officium à Communi Bononię teneantur facere certam oblationem illi Eccleſiæ in Feſto Sancti eius: latè enim patet dictio, ſeu potiùs verbum *Officium*, & verbum *Officialis*, adeò vt ſub tali nomine veniant Cuſtodes
5 Pratorum, ſeu paſcuorum, & Cuſtodes piſcium, & pecorum, & porcorum; vt ſubdit Barbatia *ibidem*, qui infert contra aſſertum Petri de Ancherano, quod eo magis nomi-
6 ne Officialium veniunt Cuſtodes Arcium, & *num.36. & ſeqq.* refert multos alios, qui no-
7 mine Officialium compræhenduntur, & *in fine num. 43.* ait eſſe menti tenendum, quia nuſquam meminit legiſſe ita accumulata, & quidem verum dicit, cum vſque ad coquum eos enumeret: imò de coco ſubdit, quod ſi
8 eſſet cocus circa ſubtilia cibaria diceretur artifex, & quod Magiſter Ioannes eius cocus contendebat, & volebat appellari Magiſter,
9 & artifex, & ait quod eſſe cocum Principis eſt dignitas, circa quod plura poteris videre penes Auguſtinum Maſcardum *in tabula Cebetis diſcurſu 1. fol.mihi 9.* vbi quod antiquitùs coqui erant capaces honorum.

De Cuſtodibus, & cuſtodia Portarum Ciuitatis multa dicit Oterus *de Officialibus c.13. ſub nu.3. & ſeqq.par.2.*

CAP.XXXIII.

Cap. XXXIII. §. XIX.

Vuole oltre di ciò, che qualunque perſona come di ſopra haueſſe notitia appreſſo di chi, ò doue fuſſero armi offenſiue, e difenſiue, lettere, polize, ſcritture, ò altre coſe habili à dar' inditio alla Corte contro tali delinquenti di delitto capitale, ò loro complici, ſia tenuta, & obligata à riuelarlo, e darne notitia à Sua Signoria Illuſtriſſima, ò al Signore Auditore del Torrone frà il termine di trè giorni al più, altrimenti cada nelle pene di ſopra impoſte à quelli; che non riuelaſſero li ricettatori.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio reuelandi, denunciandi malefactores remiſſiuè.*

1 DE huiuſmodi obligatione reuelandi, & denunciandi malefactores, & pertinentia ad eos dixi *in cap.2. §. 2. per tot. & in c.5. §.1. num. 57. & ſeqq.* Vide, quæ ibi poſita ſunt.

Cap. XXXIII. §. XX.

E perche è douere, che chi aiuta in qualſiuoglia modo la giuſtitia, viua ſicuro più, che ſi può da ogni perſecutione, ordina, che ſe mai in tempo alcuno ſarà fatto affronto, ingiuria, ò vero offeſa perſonale, ò reale in qualſiuoglia ſorte, à Contadini, o ad Artegiani, ouero ad altre perſone, da chi ſi chiamaſſe offeſo per eſſer egli ſtato ritenuto, ò preſo da eſſi, ò da qualche ſuo parente, ò Amico nella Città, o in campagna, in qualſiuoglia luogo, quel tale incorra nella pena della vita, & altre contenute nella Bolla di Siſto V. San. Mem. publicata contro à quelli, che fanno violenza alla Corte.

SVMMARIVM.

1 *Omnes, qui ſunt Curiæ adiumento in arreſtando, capiendo, perſequendo malefactores, reputantur adinſtar executorum.*
2 *Hos offendens incidit in* Bullam Sixti V.

1 OMNES illi, qui ſunt adiumento Curiæ ad arreſtandum, capiendum, perſequendum malefactores, reputantur adinſtar executorum, quia omnis Iuris executor, dicitur executor Iuſtitiæ Luc. de Penna in *leg. nemiuem num.1. Cod.de ſuſcept. Præpoſ.& Archar.lib.*10. Bald.in *leg.* 1. *num.* 15. *Cod.ſi non à compet.Iudic.* Ruyn. *conſ.4.num.13.& 18.vol.*
2 5. & eos offendens ex dicta cauſa incidit in *Bullam* Sixti V. vt pluribus monſtrat Farin. *conſ.65. num. 36.& ſeqq.* vbi agit de quibuſdam Foranenſibus, qui vim fecerunt in Cuſtodes damnorum datorum exequentes &c.

Cap. XXXIII. §. XXI.

E nella pena della galea per cinque anni incorreranno quelli, che gridaſſero dietro à Contadini, che conduceſſero prigioni, ouero gli faceſſero qualche oltraggio, ingiuria, ò impedimento nel condurli, ancorche non ne ſeguiſſe alcuno effetto d'impedimento. Mà ſe l'effetto, ó fuga del prigione ſeguiſſe, ſi attenderà la pena impoſta al cap. 3. à chi leuaſſe prigioni di mano alla Corte.

SVMMARIVM.

1 *Vociferatio facta in ruſticos, qui conducunt captos ad carceres, debet puniri pœna triremium, ſi feriò, & data opera fiat; alias facta per laſciniam, ſeu iocum leuiter punitur.*
2 *Inſolentes non debent eſſe abſque pœna.*
3 *Inſolentes ſequuta fuga carcerati debent pœna triremium puniri.*

DISPOSITIO præſentis §.21.debet intelligi, vt procedat, quando data opera, & ſe-
1 riò prædicta fiunt in ruſticos, ſeu alios aſſocian-

ciantes ad Carceres malefactorem, nàm ſi
por laſciuiam, ſeu iocum aliquid in eos ore-
tenùs effutiretur, vt faciunt Iuuenes Romæ
tempore carnis priuij, dùm birruarij equi-
tantes currunt per Curſum, vt eſt notum om-
nibus, non intraret pœna triremium, ſed
aliqua alia leuis iuxtà modum temeritatis, &
laſciuiæ, vt oſtendit Foller. *cap. item caueant
iuſtitiarij num. 16. tit. de offic. Præfecti, ſeù Iu-
ſtitiar.* qui multa ad propoſitum refert pul-
chra, notabilia, & omninò videnda: huiuſ-
2 modi enim inſolentes non debent eſſe abſque
pœna, vt dicit Faber. *in eius Codice lib. 1. tit. 5
diffinit. 8.* & facit text. in *leg. capitalium §. ſo-
3 lent ff. de pœnis*. At pœna triremium eſſet im-
ponenda (olìm, quando ex inſolentijs, & ſi-
billationibus ſequeretur fuga carcerati ad
text. in *d. §. ſolent*.

Cap. XXXIII. §. XXII.

Finalmente dichiara Sua Signoria Illuſtriſſima, che non intende per le coſe ſudette recedere dalla diſpoſitione delle Bolle Apoſtoliche, nè dalle prouiſioni de' Signori Superiori di Roma publicate in Bologna ſotto li 17. di Maggio, e li 14. di Luglio 1608. & de' Statuti di Bologna in quei caſi, che qui non ſono eſpreſſi, e doue le pene qui ſono minori, non s'intendino leuate le maggiori.

SVMMARIVM.

1 *Pœna Statuti abrogat pœnam Iuris communis.*

2 *Bannimenta aliquid prohibentia ſub certa, & determinata pœna citra præiudicium, & derogationem aliorum Statutorum, non faciunt ceſſare maiorem pœnam à Statutis indictam.*

BENE fuit expreſsè dictum, quod pœna hic
ſtatuta debet ſtare augumentariuè, alias
enim regula eſſet in contrarium, quia pœna
1 Statuti abrogat etiam pœnam Iuris commu-
nis, Giurb. *conſ. crim. 25. num. 5.* Caball. *crim.
reſol. 2. num. 3. & ſeqq.* Sola *ad decret. Sabaud.
tit. de edict. annon. gloſ.* 11. *num. 6.* Sed vide
Doctores relatos per Afflict. in *Conſtit. Regni
Neapol. lib. 3. rub. 56. num.* 8. & dixi ego in
proemio.

Et, quod pœna maior debeat imponi,
2 quando proclamata prohibent aliquid ſub
certa, & determinata pœna citrà præiudi-
cium, & derogationem aliorum Statutorum
inquit Caball. *crim. reſol. 4. num. 6.* & Afflict.
Conſtit. Regni *lib. 3. rub. 56. num.* 8. apud quos
alij habentur concordantes.

CAP. XXXIV.

Digitized by Google

CAPITVLVM XXXIV.

RVBRICA.

Concluſione de i Bandi.

Verbum concludere, ſeù concluſio varijs modis accipitur in Iure, vt notant Doctores in *cap. paſtoralis de cauſ. poſſeſſ. & in cap. quoniam contra de probat.* Menoch. *de arbitr. quaſt. 33. in princip.* & Muſcatell. *pract. ciuil. par. 6. gloſ. de Iure num. 1. & 2.* & ibi Addend. hic autem accipitur pro terminatione; & 2
præcluſione, ac denotat finem eſſe impoſitum diſpoſitioni bannimentorum cum hoc Capitulo, quaſi pro coronide aliorum appoſito.

§. I. & II.

Perche nel fare bandi, conſtitutioni, e leggi maſsimamente penali, & in materia de'delitti, non è poſsibile determinare il conueniente caſtigo, che ſi deue à delinquenti, o traſgreſſori in ciaſcun caſo particolare. E per contrario rieſce molto facile la determinatione doppo il caſo ſeguito, poiche le circoſtanze della cauſa, e perſone, e luogo, & il tempo, la qualità, quantità, e l'euento, & altre circonſtanze in ciaſcun caſo nè inſegnano tal'hora di mitigare, e tal'hora di aggrauare le pene, & alcuna volta per la frequenza de'delitti è neceſſario in alcun caſo eſſagerare, o eſſacerbare la pena, oltre, che non è ſtata mente di Sua Signoria Illuſtriſſima d'abbracciare col preſente bando tutti i delitti, nè tutte le ſorte di pene, quali non ſariano potute rinchiudere in picciolo volume.

§. 2. Però S.S.Illuſtriſs. in tutti li caſi ſecondo le predette, & altre circonſtanze ſi riſerua la facoltà di poter aggrauare, ſgrauare, togliere, ò mutare le ſudette pene di pecuniarie facendole corporali, e per lo contrario, ſecondo le parerà giuſto, e conueniente, e che quando vn delitto hauerà più qualità aggrauanti le pene in ciaſcun caſo ſeparatamente poſte ſi comulino, doue potranno, à maggior caſtigo del delinquente.

SVMMARIVM.

1 *Paragraphus primus cap. 34. vndè deſumptus.*
2 *Circumſtantia ſunt attendendæ in imponendis pœnis, & quarè.*
3 *Pœna certa, & determinata non poteſt per legem indici, quia factum, vel facti circumſtantiæ immutant ius.*
4 *Lex debet eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis, vtilis, manifeſta, loco, temporique conueniens.*
5 *Iuſtum, & vtile, quod hodie eſt, poteſt cras iniuſtum ex circumſtantijs loci, vel temporis fieri.*
6 *Pœnæ omnes hodie Principi ſunt arbitraria.*
7 Ratio *eſt quia Princeps ſumit arbitrium ex motu caleſti.*
8 *Axioma, quo perhibetur, quod Princeps eſt ſuprà leges, quomodò intelligendum ex ſententia* Boccalini.
9 *Arbitrium debet regulari ſecundùm leges.*
10 *Et ſecundùm conſcientiam publicam, & Iuribus conſonam, & non ſecundum conſcientiam priuatam, & ceruelloticam.*
11 Reſtrictum *ad commutationem pœnæ pecuniariæ in corporalem, & è contra non extenditur ad commutandum corporales in capitales.*

Circum-

11 *Circumſtantiæ, quæ inſunt, & inhærent delicto, quæ ſint.*

13 *Et quæ ſint, quæ concurrunt tamquam delicta ſeparata.*

14 *Et iſto ſecundo caſu circumſtantiæ non efficiunt, vt duplicentur pœnæ, ſed vt imponatur pœna grauior ea, quæ imponeretur, ſi delictum eſſet ſinè tali circumſtantia.*

15 *Pœnarum multiplicatio, an, & quando poſſit imponi.*

16 *Quid in Officialibus delinquentibus in Officio.*

1 DESVMPTVS eſt *iſte primus* §. partim
ex textu in *leg.neque leges ff.de legib.* ibi
*neque leges, nec Senatus Conſulta ita ſcribi poſ-
ſunt, vt omnes caſus, qui quandoque inciderint,
comprahendantur, ſed ſufficit ea, quæ plerum-
que accidunt, contineri*, & hoc propter magnā
ingenij exiguitatem, vel propter nimiam
negociorum mutabilitatem, vel propter in-
cognitam hominum fidelitatem, vel propter
delictorum multiplicitatem, vt inquit gloſ.
ibidem, quam refert Montaluus in *lib. 1. tit. 1.
leg. 4. littera C. ſeptem partitarum Hiſpan.* &
partim deſumptus eſt ex text. in *leg.aut facta
ff.de pœnis* ibi -- *ſed hæc quatuor genera conſide-
randa ſunt ſeptem modis: cauſa, perſona, loco,
tempore, qualitate, quantitate, euentu.*

2 Et meritò quidem circumſtantias eſſe atten-
dendas cauetur, cum illæ ſint, quæ factum,
ſeu delictum taliter aggrauant, vel minuant,
vt atrox, vel leue illud faciant, vt pluribus
citatis oſtendit Farinac. *qu. 18. nu. 63.* & Ca-
ball. *crim.reſol.99.nu.*100.

Propterea impoſſibile eſt certam dare le-
3 gem, & determinatam ſtatuere pœnam con-
tra delinquentes, nam factum ipſum de per
ſe, vel qualitates concurrentes poſſunt immu-
tare ius, vt eſt notum.

Vlteriùs lex non ſolùm debet eſſe honeſta
4 iuſta, poſſibilis, ſecundùm naturam, & ſe-
cundum conſuetudinem Patriæ, neceſſaria,
vtilis, manifeſta quoque, nè aliquid per obſ-
curitatem in captione contineat, nullo priua-
to commodo, ſed pro communi Ciuium vti-
litate; ſed debet etiam eſſe loco, temporique
conueniens, vt habetur in *can. erit autem lex
4. diſtinct.* ſed hoc naturæ hominum, ac acti-
bus humanis repugnat, quia id, quod hodie
5 ex ſe iuſtum, & vtile eſt, poteſt ex circum-
ſtantijs loci, & temporis iniuſtum, aut con-
trarium publicæ vtilitati fieri, vt ex Barboſa,
& Sayro aduertit Creſpi *obſeruat. 1. num.169.
& ſeq.* vbi allegat tex.in *leg.ex facto ff.de vul-
gari, & in cap.ſugeſtum de decimis* gloſ. *in cap.
alma mater verbo commutat de ſent. excomm.
in 6. text. in leg. vnica Cod.de caducis tollen. &
cap.quia ſancta §.verum 63. diſtin.* & hoc idem
aduertunt Taſſonus *de antefacto verſ. 2. obſer-
uat.2.num. 1.* & Valaſc. *de Iudice perfecto rub.
9. annot. 6. num. 9,* vbi citat text. in *cap. non
debet de conſanginit. & affinit.* & plures citans Bouadill.in *politica lib.2.cap.10. num.33.tom. 1.* Sed meliùs Sextus Cæcilius penès Aul.Gellium *noct.actic. lib.20. cap. 1.* ibi -- *non enim profectò ignoras legum opportunitates, & medelas pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus, ac pro vtilitatum præſentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum eſt, feruoribus mutari, atque flecti, neque vno ſtatu conſiſtere, quin vt facies Cœli, & Maris, ita rerum, atque fortunæ tempeſtatibus varientur. Quid ſalubrius viſum eſt rogatione illa Solonis de iugerum numero præfinito? Quid vtilius plebiſcito Voconio de coercendis mulierum hæreditatibus? Quid tàm neceſſarium exiſtimatum eſt propulſandæ Ciuium luxuriæ, quàm lex licinia, faunia, aliæque item leges ſumptuariæ? omnia tamen hæc obliterata, & operta ſunt Ciuitatis opulentia quaſi quibuſdam fluctibus exæſtuantis*, hinc benè Marius Cutellus *ad leges Siculas tit. ad leges Federici cap. 115. nota 104. num.2. fol. mihi 272.* ex Iuſtiniano Imperat.in *leg.2. Cod. de veter. iur. enucleau.* ait, quod ideo Imperialem fortunam rebus humanis Deus propoſuit, vt poſſet omnia, quæ nouiter contingunt, & emendare, & componere, modis, rebuſque competentibus tradere, & ex Cicerone, ſubdit, quod numquam in præſtantibus in gubernanda Republica Viris laudāda eſt in vna ſententia perpetua permanſio, conuerſis rebus, ac bonorum voluntatibus immutatis; ſed tempori ſeruiendum eſt: & vt in nauigando tempeſtati obſequi artis eſt, etiamſi portum tenere nequeas, cum verò id poſſis mutata velificatione aſſequi, ſtultum eſt eum tenere cum periculo curſum, quem cæperis potiùs quam eo immutato, quo velis peruenire; ſic in adminiſtranda Republica prudentibus Viris propoſitum eſſe debet otium cum dignitate, & non idem ſemper dicere, ſed idem ſemper ſpectare. Mutari ergo, vt proſequitur dicere Cutellus *ibidem num.3.* leges, ac regendi modos pro temporum, ac morum varietate conuenit *cap. erit autem lex 4. diſtinct.* & hoc repetit idem Cutellus *tit. ad leges Martini controuerſia prima num.17. fol. mihi 414.* vbi ex Gregorio Tholoſan. *de Republica lib. 10. cap.5. num. 10.* ait, quod eſſet lex tyrannis, ſi mutatis cauſis Conſtitutionis, & rationibus introductionis ceſſantibus, illa eadem imperaret lex.

Si riſerua la facoltà di poter aggrauare, ſgrauare, togliere, ò mutare le ſud.tte pene di pecuniarie facendole corporali, e per lo contrario ſecondo le parerà giuſto.

Prudentiſſimus Legislator, quamuis po-
tuiſſet ſibi reſeruare ſimpliciter arbitrium,
6 augendi, & minuendi pœnas iam ſtatutas,
cum hodie pœnæ omnes ſint Principi arbi-
trariæ etiam vſque ad mortem, ſi ita ſibi vi-
deatur ex facti, & perſonarum qualitatibus,
vt ex Farinac. Auguſt. ad Angel. Boſs. Car-
rer. Gram. & Afflict. inquit Caball. *crim. re-
ſol. 99. num.* 103. ob rationem, quam reddit
7 Afflict. *loc.* per eum *cit.* quia Princeps ſumit
arbitrium ex motu cęleſti.

Nihilominus, quia vt aduertit Boccalinus
in *Secretaria Apollinis in Epiſtola ad Anaſſar-
cum Abderitam fol. mihi 257. coloro, i quali
hanno detto, che i Prencipi ſono collocati ſopra
la legge (ſe non ſono ſtati più empi di voi) han-
8 no voluto, che ciò s'intenda eſſer eglino ſopra la
legge, perche ad eſſi ſolamente tocca il procurar-
ne l'oſſeruanza, e punirne la tranſgreſſione*; pro-
teſtatus fuit velle ſuum arbitrium regulare,
ſecundum circumſtantias enumeratas in *dict.
leg. aut facta ff. de pœnis*: etenim arbitrium,
9 debet regulari ſecundùm leges, quia qui ha-
bet poteſtatem diſponendi ſecundum arbitriũ,
10 non propriam, ſed publicam, & Iuribus
conſonam conſcientiam ſequi debet, vt ait
Iacob. Gallus *conſ. 75. num. 19.* & Natta *conſ.
6. in fine lib. 1.* ait poſt Bald. in *leg. 1. col. 5. Cod.
ſi plures vna ſent.* quod ſecura conſcientia de
ſinu Iudicis, & de ſecreto pectoris ipſius non
debet proficiſci, ſed de vtero, ac ſinu legis
*leg. illicitas §. veritas ff. de offic. Præſid. & cap.
1. §. Sacramentum de conſuetud. recti feud.* & ra-
tiones, propter quas arbitrium non debet eſ-
ſe omninò liberum, & ceruelloticum, plures
affert Bouadill. in *politica lib. 2. cap. 10. num.
10. & ſeqq.* quem vide, quia benè, & atten-
tènimis diſcurrit.

Iterum aduerto hic, quod arbitrium reſer-
11 uatum, eſt reſtrictum ad commutandum pœ-
nas pecuniarias in corporales, & è contra:
& ideò non poſſet Card. Legatus vigore hu-
ius reſeruationis commutare pœnas corpora-
les in capitales, vt benè ex Fælyn. in *cap. ex
litteris col. pen. de Conſtit.* Bald. in *l. conuenti-
cula C. de Epiſc. & Cler. & in l. 2. C. de probat.*
Angel. in *l. quicumque C. de ſeru. fugit. & ibid.*
Cæpol. *num.* 40. Salazar. *de vſu, & conſue-
tud. cap. 5. nu. 8. & 90.* inquit Bouadill. in *poli-
tica lib. 2. cap. 21. n. 141. tom. 1.*

Quando vn delitto hauerà più qualità aggrauanti.

12 Quædam circumſtantiæ inſunt, & inhæ-
rent ipſi delicto, quarum ſeptem ſpecies enu-
merat Farinac. *quæſt. 18. num. 65. & ſeqq.*
nempè mali exempli, temporis nocturni,
clandeſtinatis, hypocriſiæ, proditionis, con-
ſuetudinis delinquendi, & qualitatis perſo-
næ delinquentis, ſeu offenſi. Et de his cir-
cumſtantijs loquitur text. in *leg. aut facta ff. de
13 pœnis*: quædam verò non inhærent delicto,
ſed concurrunt tamquam delicta ſeparata,
ad aggrauandum ipſum delictum principale,
& de his circumſtantijs loquitur text. in *leg.
quoniam multa facinora Cod. ad leg. Iul. de vi
public.*

Species circumſtantiarum iuxta text. in *leg.
aut facta de pęnis* efficiunt, vt delictum repu-
tetur atrox, vel leue; vt firmat Farinac. *dict.
quæſt. 18. num. 63. & ſeqq.*

Species verò circumſtantiarum, de quibus
in *dicta lege quoniam multa facinora*, efficiunt,
vt duplicentur delicta, vt poſt Din. Alber.
Bart. Paul. de Caſtro, Soccin. Plach. Clar. &
Couar. inquit Farinac. *quæſt. 22. num. 6.* ſed
14 ex hoc non duplicantur pœnæ, vt ſanciuit
tex. in *leg. plura delicta ff. de action. & obligat.*
vbi Modeſtinus reſpondit -- *Plura delicta in
vna re, plures admittunt actiones, ſed non
poſſe omnibus vti probatum eſt*: nam ſi ex
vna obligatione plures actiones naſcantur:
vna tantummodò, non omnibus vtendum
eſt: vnica igitur pœna imponi debet, grauior
tamen ea, quæ imponeretur, ſi delictum non
haberet aliud delictum annexum, vel non
eſſet taliter circumſtantiatum, vt aduertit
Farin. *q. 22. nu. 13. & 15. in fine.*

Et quamuis pœnas eſſe multiplicandas iux-
15 ta numerum delictorum ſanciatur in *leg. nun-
quam plura ff. de priuat. delict.* nihilominus non
officit noſtræ aſſertioni, quia vt explicat glo-
ſa in *dict. leg. plura delicta*, verbo *probatum
text. in leg. nunquam* loquitur de delictis pro-
uenientibus ex diuerſis factis, textus verò in
dicta leg. plura delicta loquitur de pluribus de-
lictis prouenientibus ex vno facto: & ean-
dem diſtinctionem repetit gloſa in *dict. l. nun-
quam plura* verbo *concurrentia*, & comprobat
pluribus Farinac. *dict. quæſt. 22. num. 4. 26.
& 27.*

Quod ſi replicetur pœnas poſſe multipli-
cari etiam pro vnico delicto circumſtantijs
grauato, vt habetur in *auth. incaſtas nuptias,
C. de incæſt. nupt.*

Reſpondetur hoc eſſe hodie ſublatum per
tex. *§. ſi quis verò Auth. vt nulli Iudicum, & in
§. oportet Auth. de mandatis Principum.*

Vlterius reſpondetur, quod, quicquid ſit
de Iure, de conſuetudine, & ſtylo Tribuna-
lium non practicatur multiplicatio pęnarum,
vbi

Digitized by Google

vbi etiam delicta ſunt plura, & ex diuerſis factis deſcendunt, vt dicit Carpzou. *pract. crim. quæſt.132. num.80. & ſeqq. part. 3.* ibi -- *licèt enim Reus alicuius delicti leuioris, alia adhuc crimina perpetraſſe perhibeatur, ac confeſſus fuerit; attamen diuerſa pœnæ ipſi haud quaquam coniunctim ſolent imponi, ſed certa aliqua pęna, carceris, relegationis, aut etiam mulcta pecuniaria pro omnibus ſimul criminibus determinari conſueuit: idque æquiſſimum eſſe videtur, cum pœna illa ſiue carceris, relegationis, aut pecuniaria, in tantum augeri, & exaſperari queat, vt omnibus delictis facillimè ſatisfaciat, ac in proportione æquali correſpondeat, nec vlla pœnarum diuerſarum multiplicatione opus ſit: quin & pro ratione diuerſorum, ac multifariorum criminum ad fuſtigationis pęnam, quæ longè ſufficiens eſt, perueniri poſſe quiuis conceſſerit:* hactenùs Carpzouius.

Dubitaui tamen in quodam caſu, de quo
16 fui conſultus, an hæc conſuetudo procedat in delictis Officialium, quia ſpeciale eſt, vt firmat gloſa in *auth. nono iure verbo confiſcatis Cod. de pœna Iudic. male iudic.* vt Officiales, qui delinquunt in Officio, vltrà pœnam corporalem etiam bonorum publicatione plectantur, & hoc non ſolùm in his, qui iuſtitiam adminiſtrant, vt cauetur in *dict. auth. nouo Iure* ibi -- *ſi verò criminalis cauſa fuerit, confiſcatis bonis omnibus in exilium mittatur*, ſed, & in quolibet alio Officiali etiam ſi extremum, ideſt paruum, & infimum habeat Officium, vt cauetur in *leg. ordinariorum Cod. de cohortalib. et princip. lib. 12.* ibi -- *eos etiam, qui pro ſceleribus ſuis ſoluti militiæ cingulo, adducuntur infamia, nec integro peculio ſub hac occaſione latentur*, vbi Bart. ait ſolutus militia ob delictum non ob hoc quietem accipiet, & bona talis delinquentis illi militiæ relinquuntur, & hoc clariùs dicunt *ibidem* Io: de Platea, & Andreas de Barulo Merlin. Pignatell. *controu. forenſ. cap. 30. num. 4. cent. 2.* & hoc expreſſus mihi probat text. in §. *coges autem verſ. & interminaberis auth. de mandat. Princip.* ibi -- *coges autem publicos exactores in ſuis de ſuſceptis manifeſta facere omnia, in quibus ea dederunt Zygocephalorum, aut iugorum, aut iugalium, aut quolibet modo per regiones nuncupentur, & pro quibus hæc, & qualibet prædijs exiguntur, & datorum quantitatem ſiue in ſpeciebus, ſiue in auro, & interminaberis eis, & magnum damnum* (intellige in bonis,) *& manus amputationem, ſi hoc, quod præcipitur quidem ſemper, vſque nunc autem cuſtoditum eſt, non deinceps omnibus modis ſeruent.*

Hoc autem eſſe ſpeciale inductum contra Officiales delinquentes in Officio non ſolùm deducitur ex dicto gloſæ in *dict. auth. nono Iure verbo confiſcatis*, ſed etiam deducitur ex eo quia cum idem Imperator in §. *ſiquis verò Auth. vt nulli Iudicum*, prohibuiſſet manus, aut pedis abſciſſionem, aut huiuſmodi quædam inferri ſupplicia, per quæ articuli diſſoluuntur, & prohibuiſſet Reorum ſubſtantias fieri lucrùm Iudicibus, aut eorum Officijs, aut fiſco, & hoc idem quoad confiſcationem bonorum ſtatuiſſet in §. *oportet Auth. de mandat. Princip.* nihilominus, quando in eodem *Auth. de mandat. Princip. §. coges autem*, tractauit de delictis Officialium, & manus abſciſſionem, & damnum magnum in bonis interminatus fuit.

Augebat dubium doctrina, & opinio Bolognetti *conſil. 33. numer. 27.* dicentis, quod quando delicta, quoquo modo Principem tangunt, quod poteſt verificari in eo, qui facit reſiſtentiam Curiæ, vt exemplificat Bolognett. & in eo, qui intuitu Officij, ad quod fuit à Principe præpoſitus, falſitates in rationibus, & libris publicis committit, tunc nullo modo confunduntur, & quodlibet delictum exigit ſuam proportionatam pœnam.

Eoque magis augebat dubium obſeruantia Tribunalium, reperio enim Officiales pro delictis in Officio, & exercitio, & intuitu Officij commiſſis fuiſſe condemnatos in pęnam corporalem, & pecuniariam ſimul, nam refert Reuerter. *deciſ. 14. in fine*, quod quidam Officialis à Regia Camera deputatus, pro Cuſtodia Portus, quia in dicto Officio deliquit, fuit condemnatus in pœnam triremium in perpetuum, & inſimul in nonuplum illius pecuniæ, quam ſubtraxerat: *& deciſ. 260. in fine*, refert, quod Bartholuſius de Pertijs præceptor ſubſtitutus ex eo, quod ab aliquibus Vniuerſitatibus vltra ducatos octingenta extorſerat, fuit condemnatus ad remigandum per ſeptennium, & ad ſoluendum Regiæ Curiæ ducatos quinque mille, & Vniuerſitatibus omne id, quod ab eis extorſerat, & Ioann: Baptiſta Thoro in *addit.* ad Salernitan. *deciſ. 27. num. 3.* refert quemdam Officialem fuiſſe de *anno* 1627. condemnatum ad relegationem perpetuam, & ad ſoluendum ducatos bis mille.

Cap. XXXIV. §. III.

E perche doue è fatta mentione di delinquenti principali, il più delle volte ſi è laſciato di far mentione de'mandatori, conſultori, auſiliatori, fautori, ricettatori, compagni, partecipi, complici, e di quelli, che haueſſero ratificato il delitto commeſſo, ò datone cauſa, Però Sua Signoria Illuſtriſſima vuole, e dichiara, che tutti queſti tali, e ciaſcuno di loro, che haueranno ordinato, conſigliato, agiutato &c. innanzi, ò dopo, o nell'iſteſſo atto del delitto con armi, o ſenza s'intendano eſſer compreſi nelle ſteſſe pene impoſte à delinquenti principali, ſaluo in caſi, ne i quali ſi fuſſe impoſta altra pena col temperamento però dell'arbitrio di ſopra.

SVMMARIVM.

1 *De fautoribus, conſultoribus, auxiliatoribus, opem præſtantibus in delictis quinam Doctores loquantur.*

2 *An debeant eadem pœna, qua principales puniri.*

DE fautoribus, auxiliatoribus, & opem præſtantibus in delictis dixi in *varijs locis harum obſeruationum*.

Solùm igitur addo, quod de hac materia
1 copioſè tractant Farinac. *quæſt.* 130. *qu.* 131. *& quæſt.*132.*per tot.* Caball. *crim.reſol.*192.*&* 198. Guazzin. *reor. defenſ.* 33. *cap.* 10. *per tot.* Giurba *conſ. crim.*4. 2.7.14. *&* 42. Ricc. *deciſ.Archiep. Neapol.* 30. *par.*1. Menoch. *de arbitr.caſ.*349.

Vide Cyn. in *leg.vnica Cod.de Nili aggerib. non rumpend.* vbi diſputat, an præſtans opem
2 delicto debeat puniri eadem pœna, qua punitur delinquens, & dicit, quod Iura circa hoc videntur contraria, nam in *leg. vtrum ff.ad leg.Pomp.de parricid. & in leg.quiſquis C. ad leg.Iul.Maieſt.* cauetur, quod opem præſtans debeat puniri eadem pœna cum faciente, & in *dicta leg. vnica* cauetur, quod opem præſtans debet minori pœna teneri, & dicit ex Gandino *rub.de homicidiarijs*, quod eueniente caſu in iſta Ciuitate Bononię Dynus, & quidam alij Doctores conati fuerunt dictam contrarietatem conciliare dicendo. quod præſtans opem punitur eadem pœna cum principali, quando cum miniſterio, quod præſtat, dedit cauſam mortis, ſecùs ſi talem cauſam non dedit. Sed Cyn. *loc. cit.* dicit, quod contra hanc diſtinctionem eſt tex. in *leg.ſacrilegij §.his autem ff.ad leg.Iul.pecul. & in leg.is, cuius ope ff.de adulter.* præterea qui comitatur malefactorem eadem pœna punitur *leg. vnica §.pœna Cod.de raptu Virgin.* & fatetur neſcire, quid dicat circa hoc. Vide Franc. de Amaya *lib. 3. obſeruat. Iuris cap.4. num.43. & ſeqq.* & Vide D.Carolum Petram *Mag. Cur.ritu* 274. *num.* 83. *& ſeqq.* qui de explicatione eorumdem Iurium contrariantium tractant. Sed tu in hac Ciuitate attendas diſpoſitionem bannimentorum, quæ omnem tollunt diſputationem circa hunc articulum.

Cap. XXXIV. §. IV.

Et in tutti li caſi, ne'quali alcuno patirà danno, o intereſſe immediatamente, o mediatamente, etiamdio fuori dell'intentione del delinquente, & in qualſiuoglia modo per cauſa di delitto commeſſo da altri; dichiara, che i delinquenti, & auſiliatori, partecipi, & altri di ſopra enumerati tutti in ſolido ſaranno tenuti all'emendatione de' danni, & intereſsi da liquidarſi per lo giuramento del dannificato.

SVMMARIVM.

1 *Iudex criminalis tenetur incidenter condemnare Reum ad omnia damna, & intereſſe, & ad reſtitutionem rerum ablatarum.*

Alias tenetur de proprio. n.7.

2 *Ceſſat in tribus caſibus relatis* à Farinac.

3 *Si plures ſint delinquentes omnes inſolidum ad intereſſe condemnat.*

4 *Quia qui ſoluendo eſt, tenetur pro eo, qui ſoluendo non eſt.*

5 *Poteſt eos condemnare ad intereſſe, quando condemnat eos tanquam confeſſos, vel conuictos de crimine.*

6 *Et etiam, quando condemnat tanquam inditiatos.*

8 *Non tamen condemnat tertium poſſeſſorem, qui non deliquit.*

Niſi

9 *Niſi ſit citatus. Citatus pro ſuo intereſſe an poſſit excipere de delicto d.n.9.* verſ. ſed hic inſurgit.
Et an contra tertium ſufficiant inditia. num.9 verſ. & an contra.
10 *Occidens Seium volens occidere Caium tenetur ad intereſſe hæredibus occiſi.*
11 *Imò etiam aſſiſtens illi, qui occidit Seium volens occidere Caium tenetur ad dictum inteſſe.*
12 *Occidens vnum pro alio, tenetur tam ipſe, quàm aſſiſtens pęna ordinaria.*
Ergo etiam ad intereſſe. ibid.

1 HIC ſtabilienda eſt regula generalis, quod Iudex criminalis poteſt, imò tenetur incidenter condemnare Reum ad omnia damna, & intereſſe, & ad reſtitutionem rerum ablatarum per tex. in *leg. ſed, & loci §. ſi dicantur ff. fin. regund.* ibi — *Iudex, qui de crimine cognoſcit, etiam de finibus cognoſcere poterit,* Bart. in *leg. interdum §. qui furem nu.4. ff. de furtis* Magon. Surd. Scaccia, Clar. Baiard. Facchin. Carol. de Graſſ. Ricc. Ramon. *locis relatis* per Blaſium Altimarum in *addit.* ad Rouit. *deciſ. 67. num.30.* & innumeri relati à Farinac. *quæſt. 1. num. 62. 63. & 64.* qui
2 tribus modis hanc Concluſionem limitat, quas limitationes per te ipſum videre poteris ibi, quem videas etiam in *quæſt. 117. per tot.* vbi tractat, an, & quando debeatur intereſſe hæredibus occiſi, vel ipſimet vulnerato, de qua re tractat etiam Caball. *reſolut. crimin. caſ. 238.*

Et quidem ſi plures ſint delinquentes, de-
3 bent omnes ad intereſſe condemnari, quia omnes inſolidum tenentur ſecundum Theſau. *deciſ. 254.* & Boer. *deciſ. 310.* & ideò ſi plures ſocij furati ſint granum, vel quid aliud mo-
4 bile, ſi vnus ſolnendo non ſit, debet qui ſoluendo eſt pro alijs ſoluere Ronchegall. *de duobus Reis leg. eumdem num. 313.* & Peguer. *deciſ. crim. 26. in addit.*

Et non ſolùm Iudex condemnat ad intereſ-
5 ſe eos, quos tanquam confeſſos, vel tanquam conuictos condemnat ad pœnam criminalem, iuxtà opinionem Bald. in *leg. qui crimen nu. 23 Cod. qui accuſar.* Caball. *crim. reſol. 82. num. 14. & ſeq.* & Farinac. in *addit. ad quæſt. 1. num. 66. impreſſ. poſt tertium librum conſilior. eiuſdem,* qui ex communi firmat, quod Iudex criminalis non poteſt incidenter condemnare ad damna, & intereſſe, niſi condemnatus fuerit confeſſus, vel conuictus, & Farinac. ſubdit, quod ea, quæ ſcripſit *tit. de Reo confeſſ. & conuicto quæſt. 86. num. 68.* procedunt, quando ad intereſſe agitur ex crimine ciuiliter.

Sed etiam eos condemnat ad intereſſe,
6 quando criminaliter ex inditijs condemnat ad pęnam, vt concludunt Vermigliol. *conſ. crim. 274. per tot.* Rouit. & Paſchalius in *alleg. impreſſis* apud eũdẽ Paſchal. *de patr. poteſt. par. 1. cap. 5. num.* & Merlin. *controu. forenſ. ad. in fine cent. 1.* qui alios allegant affirmantes, quod Iudex criminalis conſequntiuè condemnat Reum ad reſtitutionem rerum ablatarum, quando propter Inditia indubitata condemnat furem in pœnam extraordinariam, & ſubdit Vermigl. *loc. cit.* quod doctrina Caball. & Farinac. qui eum ſequitur procedit in proprijs terminis ſuſpicionis, & non quando inditia ſunt indubitata; & ego memini, quod iuxtà hanc opinionem fuerunt condemnati quidam de Campo Filono Status Firmi propter inditia indubitata ad triremes per quinquennium, & ad reſtituendum granum è fouea ablatum, ſed vide, quæ copiosè dixi *de hac re in cap. 14. §. 19. numer. 54. & ſeqq.*

Et Iudex criminalis ad hoc præcisè tene-
7 tur etiam parte non petente, & omittens condemnare ad intereſſe tenetur de ſuo Parti ſatisfacere, Caball. *dict. caſ. 82. num. 4. & ſeqq.* Farinac. in *d. addit. num. 67.* & Baiard. ad Clar. *qu. 2. n. 7.*

Aduerten. tamen, quod licet Iudex poſſit condemnare delinquentem criminaliter ad pœnam, & ciuiliter ad reſtitutionem furti, vel intereſſe aliquod, non tamen poterit ſic
8 ciuiliter condemnare tertium poſſeſſorem, qui non deliquit Bart. in *leg. interdum §. qui furem num. 5. ff. de furt.* Bertazz. *conſ. crim. 232.*
9 *num. 3.* vbi Claud. in *add. lit. A.* dummodò ille tertius non fuerit citatus in cauſa criminali prout declarat Boſſ. *tit. de falſ. num. 95.* Surd. *deciſ. 135. num. 19.* & Mandell. *conſ. 485. num. 2. & 9.* qui ait ſufficere, quod ille Tertius fuerit citatus pro eadem Cauſa, vel habuerit notitiam ſententiæ contra principalem delinquentem latæ. Vndè Farinac. *dict. loco* ait, quod doctrina Bart. in *dicto §. qui furem* procedit, quando hæres defuncti delinquentis condemnatur, nam hoc Iudex criminalis non valet efficere, quia per mortem delinquentis eſt prorsùs expirata Iuriſdictio Iudicis criminalis, vndè ſecus eſt, quando delinquens viuit, & condemnatus eſt, quia nihil impedit, quin Tertius citatus pro ſuo intereſſe in Iudicio Criminali poſſit etiam ab ipſo Iudice criminali condemnari ad reſtitutionem, & ait, quod ita practicatur.

Sed hìc inſurgit magna quæſtio, an ſcilicet Tertius iſte citatus pro ſuo intereſſe poſſit excipere de delicto, ſi Reus eſt contumax? pro affirmatiua facit Scarlatin. & Bertazzol. qui eum refert *conſ. crim. 314.* vbi refert ita fuiſſe iudicatum: prò negatiua facit Bartholomęus Valmarana *conſ. crim. diuerſ. 69. per tot. lib. 1. in fol.* & Adden. ad Magon. *deciſ. Lucen. 94.* qui loquitur etiam in terminis Bullarum Apoſtolicarum: Vide eos.

Et an contra Tertium ſufficiant inditia? videtur, quod non ex traditis ab Andr. Barbatia in *cap. dilecti col. 10. de foro compet.* vbi ex Petr. de Anchar. ait, quod vbi propter do-

lum

Digitized by Google

lum vnius agitur contra tertium puta contra Eccleſiam ex dolo Prælati, vel contra pupillum ex dolo Tutoris, vel contra Patrem ex dolo filij, vt ſunt Statuta in pluribus partibus Italiæ, vt Pater teneatur de robaria factaа per filium, tunc contra Patrem fiat probatio per Teſtes, & non per iuramentum, & ſi Villa tenetur ad extimationem robariæ factæ per deprædatores fiat probatio per teſtes, & plures ad hoc allegat Anchar.& ſubdit Barbatia, quod cum hoc tranſit omnis iuriſprudentia, & licet ipſe teneat contrarium ob rationem, quia vbi duæ cauſæ concurrunt ad aliquid operandum, vt in caſu, nam duæ cauſæ concurrunt, vt damna probentur per iuramentum, difficultas ſcilicet probationis, & dolus damnificantis ad text. in *cap.fin. quod metus cauſa*, tunc ſufficit, quod vna cauſa exiſtat, difficultas ſcilicet probationis, vt diſpoſitio legis habeat locum *leg.ſi non lex ff.de hæred. inſtituen. & leg. libellorum §. non ſolent ff. de his qui not.infam.§.affinitatis Inſtit. de nupt.* nihilominus non recedas à communi quia, quando agitur contra non doloſum debet ceſſare probatio priuilegiata, & in ore duorum, vel trium debet ſtare omne verbum *vulgatis Iuribus*.

Mediatamente, o immediatamente, etiamdio fuori dell'intentione del delinquente.

Occurrit difficultas, an ſcilicet occidens Seium volens occidere Caium teneatur ad in-
10 tereſſe hæredibus occiſi? & videtur caſus affirmatiuè deciſus in noſtris bannimentis, ibi -- *patirà danno, ò intereſſe immediatamente, ò mediatamente etiamdio fuori dell'intentione del delinquente*, & ad idem eſt textus expreſſus in *leg.ſcientiam §.qui cum aliter ff. ad leg. Aquil.* ibi -- *ſed ſi defendendo mei cauſa lapidem in aduerſarium miſero, & non eum, ſed prætereuntem percuſſero, lege aquilia tenebor*, illum enim ſolùm, qui vim infert, ferire conceditur, & hoc in terminis noſtris firmant in *d.§. qui cum aliter* Odofred. Fulgoſ. & Florian.& Farin. in *q.119. nu. 123.*

Quæro ſecundò, an is, qui accommodauit arma, & armatus aſſiſtit illi, qui occidit Seium volens occidere Caium, teneatur & ip-
11 ſe ad intereſſe hæredibus occiſi? Et videtur iſte quoque caſus deciſus affirmatiuè in noſtris bannimentis, ibi -- *diehiara, che li delinquenti, & auſiliatori, partecipi, & altri &c. tutti in ſolido ſaranno tenuti all' emendatione de'danni, & intereſſi &c.* & idem autumo dicendum de Iure communi, etenim eſt certum, quod tàm homicida, quàm particeps homicidij tenetur ad huiuſmodi damna, & intereſſe, vt probat Io. Bapt. Plot. *de in litem iurando leg.ſi quando num.698. Col. vide vi*, & ſequitur Bertazzol. *conſ.crim.17. num.1. & conſ.18. num.17.*

Nec facit, quod homicidium non fuit ſequutum in perſonam eius, quem occidere intendebant.

Quia ſi ſufficit dolus in genere ad hoc, vt
12 occidens vnum pro alio debeat condemnari ad mortem, vt volunt Bart.Bald. Farin. Couar. Caball. Theſau. Clar. Carpzou. & alij longa ſerie relati à Hieronym. Baſilico *deciſ. crim. 16. num.* 11. quæ opinio fuit per plures ſententias diuerſis Iudicibus, & temporibus approbata in Tribunali Turroni, vt dixi in *cap.7.in rubrica num.48.* & idem ſit affirmandum reſpectu auxiliantis, aſſiſtentis, & opem præſtantis ob regulam communem, & tritam, quod præſtans auxilium cooperatiuum delicto præmeditato debet puniri eadem pœna, qua punitur principalis delinquens, *vt probant* poſt Dec. Natt. Theſau. Grat. Caualc. Menoch. Marſil. & alios Farinac. *quæſt.131. num.67. & ſeqq.* & Guazzin. *teor. defenſ. 33. cap.10. num.5.* vtique debemus per *auth.multò magis C. de Sacroſanct. Eccleſ.* aſſerere cum maiori fundamento, quod, & vterque teneatur ad intereſſe, & damna erga hæredes occiſi.

Cap. XXXIV. §. V.

Et in tutti li caſi, doue ſi tratta di concedere l'impunità à traſgreſſori, che denunciaſſero altri compagni del delitto, tutto s'intenda, purche il denunciato, o li denunciati reſtino conuinti, e contro di loro ſia luogo alla pena: dichiarando, che nella conceſſione di tal'impunità non ſia compreſo il delinquente principale, quando fuſſe ſolo, mà ſe haueſſe compagno, à chi di loro denunciaſſe giouarà l'impunità eccettuando i caſi, ne i quali altrimenti fuſſe ſtato diſpoſto.

SVMMARIVM.

1 *Impunitatis materia, & formula remiſſiuè.*
2 *Impunitate quis gaudet, ſi ſubminiſtrat inditia ſufficientia ad torturam.*
3 *Impunitas non eſt concedenda abſque commodo Reipublicæ, nempè abſque eo quod aliquis det exemplum cum pœna alijs ad abſtinendum ſe à delictis.*

Con-

4 *Conceſſa ſimpliciter intelligitur data ad formam ſtatuti.*

5 *Reus captus ſub gratia, vel impunitate, quando poteſt prætendere, quod ſit libertati reſtituendus.*

1 DE materia, & formula ſolita impunitatis dixi in *cap.2. §.4.per tot.*

Solùm addo eſſe aduertendum, quod in bannimentis videtur exigi, quod impunitus ad hoc, vt impunitate gaudere poſſit, debeat plenè probare delictum, ibi -- *purche il denunciato, ò li denunciati reſtino conuinti, e contro di loro ſia luogo alla pena*, & tamen hoc non
2 ſeruatur in praxi, nam ſufficit, quod det contra denunciatos inditia ſufficientia ad torturam; & forſan ad tollendam hanc diſputationem, & difficultatem hodie expreſsè in conceſſione impunitatis dicitur, *purche dia inditij ſufficienti alla tortura contro li carcerati, & à traſmetter l'Inquiſitione contro li contumaci*: Sed certè ſi non exprimeretur hoc in huiuſmodi conceſſione, crederem adhuc impunitum non teneri ad aliud, quàm ad ſubminiſtrandum inditia ſufficientia ad torturam, & moueor, quia alias contra bonum publicum rari eſſent, qui ſe exponerent periculo plenæ probationis.

Aliud hic puto aduertendum, nempè, quod ſtatuitur impunitatem non ſuffragari principali delinquenti, quando ipſe ſolus abſque ſocijs deliquit, & quidem optimo Iure, quia
3 non expedit Reipublicæ, quod delicta remittantur abſque vllo prorſus commodo gubernij, nempè abſque eo, quod aliquis cum pœna det exemplum alijs ad abſtinendum à delictis.

Sed, an conceſſa impunitate Reo abſque iſta reſtrictione poſſit Reus prætendere ſaltem repoſitionem in priſtinum? Dicas quod
4 non, quia dicitur tunc conceſſa ad formam diſpoſitam in bannimentis, quæ dum declarant, quomodò debeat intelligi impunitas à Principe, vel Iudice promiſſa, operantur, vt impunitas ſemper habeat, & retineat in ſe conditionem in bannimentis expreſſam ex deductis per Villoſam *de fugitiuis cap. 19. §. 3. num.106.* & ſic nec conqueri, nec fidem publicam valet Reus pro ſe allegare, vt in gratia conditionata, quam Iudex tamquam verificatam, & adimpletam admiſit, firmant Fariuac. *conſ.53. num.23. & ſeq.* & Guazzin. *de pace par.1. quæſt.38. num.21.* Cæpoll. *conſ.7 num.3.* & Nell. *de bannit. in prima par.3.temp. quæſt.3.*

Nec Reus poteſt prætendere reponi in libertatem ſubiectus primæuis præiudicijs iuxta tex.in *leg.1.C.de his, qui ven.ætat. & leg.1. ff.de Conſt. pecun.* cum allegatis per Guazzin. *rcor.defenſ.2. cap.9.num.6. & de pace d.qu.38.*
5 *num. 21.* quia dicta Iura procedunt, quando impunitas eſt conceſſa, & tamen non poterat concedi, vt inquiunt Menoch. *caſ.338.num.5.* Fariuac. *conſ.53.num.22.* Guazzin. *dict.quæſt. 38. num. 21.* & etiam, quando fuit conceſſa à non habente facultatem, vt ex Io. de Platea, Franch.Giurb. Molfeſ. Merlin.& alijs inquit Iul. Capon. *forenſ. diſcept.14. num.6. tom.1.* at non habent locum, quando impunitas eſt conceſſa cum conditione appoſita à Principe, vel ſubintellecta à lege, vt dicunt Villoſa, Cæpoll. Nell. Farinac. & Guazzin.*loc.cit.* tunc enim Reus decipitur à ſemet ipſo, & non à Principe, & nec à Iudice, & nec ab alio: lex enim eundem certiorem fecit de conditione, quam habebat in ſe impunitas, vt dixi.

Cap. XXXIV. §. VI.

Dichiara anco, che in tutti li caſi, doue s'impone la pena della morte, ò dell'vltimo ſupplicio Sua Signoria Illuſtriſſima riſerua à ſe, & al Signore Auditore del Torrone, l'arbitrio nell'eſſecutione della giuſtitia di fare quella dimoſtratione, che la qualità del delitto richiedeſſe.

SVMMARIVM.

1 *Pœna in turpibus delictis quomodò aggrauari debet.*

2 *Pœna in delictis atrocibus non aggrauatur propter pluralitatem delictorum, ſed propter atrocitatem.*

3 *Arbitrium reſeruatum quoad impoſitionem pœnæ qualificatæ, non habet locum in arbitrando modum procedendi.*

4 *Vigiliæ tormentum non datur niſi in delictis atrociſſimis.*

5 *Ideò non datur pro rapina armata manu cum conuenticula, & ſub nomine Curiæ commiſſa.*

6 *Contrarium fuit practicatum ex facultatibus legationis.*

7 *Iura transgredi in puniendo, & in procedendo licet.*

1 ADVERTIT ad propoſitum Farinac. *qu. 22. num.31.* quod in quibuſdam delictis turpibus, & mali exempli aliquando fuſtigantur Rei, & deindè, vel relegantur, vel tranſmittuntur ad triremes, & exemplificat hoc procedere in eos, qui committunt aliquam magnam falſitatem, vel Cameram Apoſtolicam defraudant; & in quibuſdam alijs atrociſſimis delictis, vt puta, in aſſaſinis,

nis, qui mediante pecunia aliquem magnæ autoritatis Virum occidunt, vel in ijs, qui pariter occidunt aliquem in eius domo animo ipſum detrobandi, & teſtatur vidiſſe, antequam furca ſuſpenderentur, in loco commiſſi ſceleris manum delinquentis amputari, & citat Cæpoll. in *auth. ſed nouo Iure num.42.C.de ſeru.fugit.* quibus addo diffusè,& latè loquentem, & plura exempla referentem Carpzou. *pract.crim.quæſt.132.n.20. & ſeqq.*

Et ſubdit *ibidem* Farinacius, quod hæc pęnarum incompatibilium multiplicatio, vſu

2 ſit recepta non ex pluralitate delictorum, vt innuunt Doctores, ſed benè propter atrocitatem criminis, & vt facinoroſi perterriti ab atrocitate pœnarum,abſtineant ſe ab atrocioribus delictis.

Sed hoc procedit in executione pœnæ, vt apparet in exemplis relatis à Farinacio, & expreſsè ſtatuitur in bannimentis; vndè alitèr videtur dicendum, quando ſumus in procedendo, nam tunc debet attendi qualitas, & natura ipſius delicti iuxta terminos Iuris communis, vt dixi ſupra in *cap....* propterea ſi quis commiſerit rapinam armata manu, & cum conuenticula hominum armatorum, cum vſurpatione, & vſu nominis Curię cum oſtenſione, & ligatura derobatorum, & cum fractura capſarum, & huiuſmodi alijs qualitatibus aggrauantibus, & delicta alia

3 ſeparata à delicto principali continentibus, poterit ſe defendere ab extenſione arbitrij, quoad modum exquiſiti tormenti, licet non quoad modum exquiſitæ pœnæ, nam cum

4 ad tormentum Vigiliæ requiratur, quod delictum ſit atrociſſimum, & tale non dicatur, niſi Statutum imponat pęnam grauiorem, quam ſimplicis mortis, puta igne cremari,in fruſtra ſcindi, rotæ inſeri, ad caudam equi trahi, vt inquiunt Clar. *§.1. num. 9.* Farinac. *quæſt.18.num.61. & ſeqq. & quæſt.38. nu. 71.* & Scanarol. *de viſit. carcerat.lib.2. §.6. cap.7.*

5 *num.13.* non poteſt pro rapina, nec pro vllo alio delicto ex ennarratis conſequutiuè commiſſis ad dictum tormentum deueniri, quia non niſi pœna ſimplicis mortis imponitur in noſtris bannimentis.

Verùm Eminentiſſimus D. Cardin. claræ

6 memoriæ Bonacurſius de latere Legatus bis in præterito anno 1675. vtendo facultatibus Legationis dixit, rapinam ſupradictis circumſtantijs grauatam eſſe delictum atrociſſimum & Reos de ea vehementiſsimè inditiatos vigilandos: conſiderauit enim prudentiſſimè, vt in omnibus facere ſolitus erat, frequentiam talium delictorum: conſiderauit, quod in tormento funis, quod hodie vbique contemnitur à Reis, nemo vnquam tempore ſuæ Legationis falſus fuit: conſiderauit, quod circumſtantiæ adeò grauantes debent aliquid operari, & tandem habuit pro vera opinionem eorum, qui aſſerunt in atrocioribus li-

7 cere iura tranſgredi etiam in procedendo, maximè in Tribunalibus ſupremis, & ipſo Principe præſente, & ita mandante, Lud. Ramon. Roland. & Tuſch. locis relatis per Oldephop. *obſeru.crim.16.tit.4. num. 10.* qui licet videatur improbare hanc concluſionem in tota dicta obſeruatione, nihilominus non tangit punctum huius noſtri articuli, ſed ſolùm dicit non licere Iudici iura tranſgredi in procedendo, hoc eſt non licere eidem deuenire propter atrocitatem criminis ad tormentum, quando non habet inditia ſufficientia, quod nos non negamus, ſed dicimus, quod ſtantibus inditijs ſufficientibus licitum eſt iura tranſgredi, & quoad modum puniendi, & quoad modum procedendi, quod in criminibus exceptis firmat nouiſſimè Laur. Matthæu *de re crim.contron.25.num.26.* vbi allegat plures Doctores concordantes, & ponderat ad hoc tex.in *leg.ſi quis filio §.quid tamen ff.de iniuſt. rupt. &c. & in leg. 1. Cod. de Cuſtod. Reor.*

Cap. XXXIV. §. VII.

E perche per breuità quaſi in neſſun luogo, ſi è fatta mentione dell'applicatione delle pene: dichiara, che in tutti li caſi, doue s'è fatta tal'omiſſione, le pene ſi debbano applicare alla Mag. Camera di Bologna, e che per le pene particolari poſte dalli preſenti bandi, non s'intendano leuate le pene maggiori dalla Ragion commune impoſte.

SVMMARIVM.

1 *Duplex Camera eſt in Ciuitate Bononiæ vna Ciuitatis, altera Legationis, ſeu Apoſtolica.*
2 *Pœnæ pecuniariæ non exiguntur remiſſiuè.*
3 *Pęna Statuti abrogat pœnam Iuris communis.*
4 *Pœnæ electio eſt in arbitrio Iudicis, quando agitur de delicto, pro quo diuerſæ ſunt leges pœnam indicantes.*
5 *Ceſſat regula vigore bannimentorum.*
6 *Etiam de Iure communi, quia ſemper maior eſt imponenda.*

Came-

Camera di Bologna.

1 DVBIVM eſt, an loquatur de Camera Ciuitatis, an verò de Cam. Apoſt. Lega-
2 nis, ſed vtcunque ſit, fruſtranea eſt hæc prouiſio, quia pœnæ pecuniariæ non exiguntur in hac Ciuitate, vt dixi in *proemio §.6.nu.76. & §.11.num.10.& ſeqq.*

Non s'intendano leuate le pene maggiori.

Erat neceſſaria iſta expreſſio, quia regula
3 eſt in contrarium, nempè, quod pœna Statuti abroget pœnam Iuris communis, vt dixi alias ex Giurb. *conſ.25. num. 5.* Caball. *crim. reſol.2. num. 3. & ſeq.* & Sola *ad ſtat. Sabaud. tit.de edicto Annonæ gloſ.11.nu.6.*

Dicunt Doctores, & præſertim Caball. *loc.*
4 *cit. reſol.4. num.7. & 8.* quod eſt in electione Iudicis, qua pœna velit punire delinquentem, quando agitur de crimine diuerſis legibus
5 puniendo, ſed hoc ceſſat in præſenti, quia ſecundùm bannum maiorem debet imponere, & forſan ita etiam fieri deberet de Iure, quia quando proclamata prohibent aliquid ſub certa pœna citrà præiudicium, & dero-
6 gationem aliorum Statutorum, ſeù Iuris communis, maior pœna ſemper eſt imponenda, vt aduertit Caball. *dict. reſol.4. num.6.* & Afflict. *Conſtit. Regni Neapol.lib.3. rub.56.nu.8.* vbi plures allegat Doctores.

Cap. XXXIV. §. VIII.

E promette à tutti gl'accuſatori, che ſecretamente veniſſero ad accuſare, ò denunciare alcun delinquente, che oltre la remuneratione, ſaranno tenuti ſecreti.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatores ſunt tenendi ſecreti, & quarè.*
2 *Accuſatio eſt genus illaudabilis intentionis.*
3 *Tallionis pœna, & inſcriptio accuſationis receſſit ab Aula, & quare.*

1 SECRETE' tenendi ſunt illi, qui accuſant, quia alias multi abſtinerent non ſolùm,
2 quia accuſatio eſt genus illaudabilis intentionis *cap. ſi quis Epiſcopus 2.quæſt.7.* ſed etiam quia accuſatores poſſunt timere, ne ab accuſatis offendantur, & ideò expedit ob bonum publicum promittere accuſatoribus, quod eorum nomina non propalabuntur: ex qua
3 cauſa hodie ſublata eſt inſcriptio, prout ſublata eſt Tallionis pœna, ex eo, quia propter grauitatem pœnæ prædictæ multi ab accuſando ſe continebant, nolentes ſe ſupplicij ſimilitudini, & Talionis pœnæ propriæ manus inſcriptione ſe ſubmittere, vt oſtendit poſt alios, quos citat Farinac. *quæſt. 16. num.3.*

Cap. XXXIV. §. IX.

Et in oltre vuole, e dichiara, che in tutti i caſi di delitti compreſi, e non compreſi ne i preſenti bandi, ne i quali in contumacia del Reo ſi verrà al Bando, ò ſentenza condennatoria, quando ſaranno preceduti inditij legitimi, la contumacia del bandito, ò condennato hauerà contro di lui la medeſima forza in tutto, e per tutto, come ſe fuſſe legitimamente confeſſo, ò conuinto.

SVMMARIVM.

1 *Contumax legitimis extantibus inditijs habetur pro confeſſo, ſeù conuicto ex bannimentis, & ex conſtitutionibus Pontificijs.*
2 *Habetur pro confeſſo etiam quoad qualitates aggrauantes delictum.*
In qualitatibus tamen, quæ relinquunt delictum in ſua ſpecie, & hoc latè explicatur ibidem.
Et datur exemplum in homicidio appenſato, & doloſo, vnde ſecus in parricidio, in adulterio, & in inceſtu, ibid.
3 *Sententia lata ſinè legitimis inditijs eſt nulla, & inualida, & nequit exequi.*
Quando autem legitima dicantur inditia explicatur ibidem.
4 *Contumax vt quis dici poſſit, requiritur, quod Iudex committat citationem.*
5 *Et quidem die iuridico.*
6 *Quod nuntius referat citaſſe.*
Quod ſeruetur forma in commiſſione præſcripta, nu.8.
Quod in citatione aſſignetur terminus competens. n.19.
Et qualis dicatur talis. n.20.
Quod locus, ad quem quis citatur, ſit tutus. num.26.
Qualis locus non ſit tutus. n.27. & 35.
7 *Relatio Nuntij an debeat fieri die iuridico Iu-*

dici, vel Notario: Notario cauſæ, vel cuilibet alio Notariu remiſſiuè.

9 Citatio factu domi ſolitæ, & vltimæ habitutionis ſufficit, quando in commiſſione non eſt aliter mandatum.

10 Citatio debet fieri in dumo, in qua Reus detinet fumiliam, quæ ei denunciare poſſit.

11 At ſufficere, quod Nuncius referat citaſſe domi habitutionis non factu mentione ad quam domum, licet plures habeat dumus.

12 Citutio eſſet incertu, & indiſcreta ſi Nuncius referret citaſſe domi non uddita cluuſulu ſolitæ habitationis.

Sed cluuſulu, & vltimæ babitationis non eſt neceſſaria, ibid.

13 Citatio factu in hoſpitio, ſeù in upotbecu non vulet, quia locus hoſpitij, ſeù apotbecæ, non eſt locut, in quo quis degut.

14 Citutio facta in domo, in quu babitabat Reus tempore delicti, ſed tempore citationis reperitur dirutu valet ſecundùm Laur. Matthæù.

15 Contrarium vult Thorus, & traditur modus citandi in tali caſu.

16 Præſumitur exequuta in loco, in quo Nuncius exercet Officium.

17 Præſumitur exequuta ud formum commiſſionis, quando commiſſio non continet alternatinam.

18 Certum eſt id, quod certum eſt per ſe, & illud quod eſt certum per relationem.

21 Dieta vna eſt vulgaris, & alia eſt legalis: vulguris eſt illa, quæ eſt iuxtà conſuetudinem regionis: legalis continet 20. milliaria.

22 Vulgaris non poteſt nec ud fauorem Rei immutari.

23 Intellige vt explicatur hic.

24 Terminus legalis, quando debeat aſſignari.

25 Iudex ſciens Reum eſſe in certu loco extra ſuam Iuriſdictionem debet procurare, quod ibi citetur.

28 Impedimentum loci non tuti debet ullegari pro parte citati.

29 Imò citatus tempore æſtiuo, quo quis non tenetur comparere debet etiam dare cautionem de ſe præſentandu tempore debito.

30 Cuntrarium.

31 Notorium releuat ab onere probandi.

32 Contumax non eſt, qui non tenetur venire.

33 Terminus non currit legitimè impeditu.

34 Proceſſus factus à Iudice ſciente impedimentum citati eſt nullus.

35 Iudex delegutus debet in citatione inſerere tenorem ſuæ delegationis ad hoc, vt coarctet citatum ad comparendum. verſ. ſextò requiritur.

Et ſi mutetur Iudex debet fieri noua citatio, ibidem.

36 Citutio facta in loco, in quo die executionis celebratur feſtiuitas, quæ in loco expeditionis non celebratur eſt nulla contra dictum Innocentij.

37 Contumaciu non annullatur ex eo, quia qualitus criminis uppoſita in citatione non eſt verificata, & nec probata in proceſſu.

38 Intellige, vt habetur hic.

39 Contumux quando poteſt opponere de Iudicis incompetentia.

40 Contumax admiſſus ad nouus, an ex ſola contumacia poſsit torqueri.

41 Exiliatus in contumacia in pœnum triremium, ſi cupitur non tranſmittitur ad triremes, ſed ad exilium.

Aſſignatur ratio. ibid.

42 Contumax opponit per Procuratorem nullitatem ſententiæ contumacialis.

43 Et ita iudicatum.

44 Annullatu ſententiæ reſpectu ad vnum correum remanet nulla etiam reſpectu ad alium quumuis contumacem.

Si nullitus concernat vtrumque. ibid.

45 Et hoc ex tacito Principit aſſenſu.

46 Nullitas ſententiæ poteſt à contumace allegari.

47 Contrarium.

48 Et hoc vltima eſt verior opinio.

49 Debet tamen Iudex nullitate comperta Principem conſulere.

50 Sententiæ in contumaciam latæ legitimis præcedentibus inditijs in Statu Eccleſiaſtico executioni demandantur contru bannitos vigore Cunſtitutionum Pontificiarum.

51 Redditur ratio.

Explica vt num. 57.

52 Sententia latu in contumaciam legitimis præcedentibus inditijs dicitur latu propter delictum, num. 62.

Contrarium num. 55.

53 Inditia legitimu iuncta contumaciu Rei faciunt liquidiſsimam probutionem.

54 Et operantur idem, quod operatur veru confeſſio.

56 Bullæ Pontificiæ diſpunentes circu Reorum contumaciam quomodo ſunt intelligendæ.

58 Bannitus comparens intra annum ſi ſolum bubeat contra ſe inditia legitimu non condemnatur iuxta ſententiam, ſed torquetur ad babendam veritutem.

59 Sententiu indiuidua non debet eſſe exequibilis in vnu parte, & in alia non.

60 Bannitus ſe præſentans intra annum non recuperut bonu niſi ſuam innocentiam oſtenderit, & fuerit per ſententiam abſolutus.

Diſtinguuntur tres caſus, quibus oſtenditur, quando hoc procedat, & quando non. numer. 66.

61 Comparitio banniti intra annum non extinguit effectum ſententiæ.

Contrarium 64.

Et quandu verum ſit. n. 73.

62 Sententiu lata in contumaciam dicitur diffinitiua.

63 Contrarium nempe, quod ſit interlucutoria.

65 Bonorum annotutio quid operetur.

67 Contumacia vigore Statuti inducit legitimam, & concludentem probationem.

Ban-

68 *Bannitus intra annum ſe conſtituens admittitur à Iudice ad faciendum defenſiones, ſed ſibi incumbit onus probandi innocentiam aliàs condemnatur.*
69 *Terminus datus bannito ad ſe intra annum conſtituendum an ſit prorogatio termini aſsigna ti in monitorio.*
70 *Terminus, qui datur à lege ad appellandum, quid operetur.*
71 *Sententia durante termino ad appellandum non dicitur ſententia, ſed Iudicis pronunciatum.*
72 *Et per ſolam appellationem extinguitur.*
74 *Bannitus conſtituens ſi intra annum recognoſcitur pro illo, de quo cantat ſententia, & datur ei terminus ad dicendum cauſam quare ſententia exequi non debeat.*
Niſi oſtendat ſuam innocentiam exequitur ſententia. nu. 76.
75 *Teſtes habentur pro legitimati, & non repetuntur licet bannitus ſe intra annum conſtituat.*
77 *Stylus introductus ab aliquibus confiſcandi, & bona banniti incamerandi, & diſtrahendi peſsimus.*

In contumacia.

1 CONTVMAX legitimis extantibus inditijs habetur pro confeſso, vt diſponitur *in præſenti §.*, & concordat cum Conſtitutionibus Apoſtolicis, de quibus faciunt mentionem Farinac. *quæſt.11.num.3.* & Chartar. *capto bannito cap.1. num.2. & ſeqq.*

Vide quæ dixi in materia contumaciæ in *cap.33.§.1. num.1. & ſeqq.* addo ijs, quæ *ibi* dixi, quod de Iure communi eſt multum con-
2 trouerſum, an contumax debeat haberi pro confeſſo quoad qualitates aggrauantes, vt videre eſt pœnes Farinac. *loc. cit.* Chartar. *d. cap.1.num.338. & ſeqq.* & D. Sabellum *in eius praxi verbo contumaci num. 23.* & ideò multi Doctores dicunt, quod vbi Statutum generaliter prouidet, vt contumax habeatur pro confeſſo, intelligitur quoad delictum, non quoad qualitatem aggrauantem delictum ob perſonam delinquentis, vel eius, in quem delinquitur, vt firmat Ancharan. *conſil. 48. num.5.* quem refert, & ſequitur Gugliel. de Benedictis in *cap.Raynutius verbo motuo itaque il primo num. 168. de teſtam.* & ponunt exemplum in adulterio, nam cum qualitas matrimonij aggrauet delictum fornicationis, debet matrimonium verè probari, tanquam ex hoc aggrauetur delictum, vt exemplificat Ancharan. *ibidem*, & hoc exemplum refert etiam Guglielm. de Benedict. *loc. cit.* qui affert etiam exemplum parricidij, nàm quis non condemnabitur, vt parricida, niſi conſtiterit plenè, quod occiſus erat Pater eius, qui occidit: debet enim de hac qualitate Paternitatis, & filiationis conſtare eo modo, quo Paternitas, & filiatio probari debent *l.filium ff. de his, qui ſunt ſui, & in cap. per tuas de probat.*

Et quia Farinac. *quæſt.11. num. 63. verſ. ſed certè apud nos, & conſ.28. num.3.* & Chartar. *dict. cap.1. num. 388.* teſtantur de vſu contrario, puto eſſe aduertendum, quod vſus de quo teſtatur Farinacius poteſt habere locum in ijs qualitatibus, quæ relinquunt delictum in eadem ſpecie, vt de homicidio doloſo exēplificat Chartar. *tract. capto bannito cap.1. nu. 369.* & de homicidio deliberato exemplificat Franc. Beccius *conſ. 111. num.18.* ſecus, vt ait Baiard. ad Clar. *quæſt.44.num.52. & ſeqq.* in ijs qualitatibus, quæ faciunt, vt delictum tranſeat in aliam ſpeciem delicti, vt in adulterio, in quo qualitas matrimonij facit, vt fornicationis delictum aſſumat nomen, & ſpeciem adulterij, & in parricidio, in quo qualitas filiationis, & paternitatis reſpectiuè facit, vt homicidium aſſumat nomen, & tranſeat in ſpeciem parricidij, & in crimine inceſtus, in quo qualitas conſanguinitatis, ſeù affinitatis facit, vt fornicatio aſſumat nomen, & tranſeat in crimen inceſtus, & alijs huiuſmodi, & moueor ad ità dicendum, quia tunc qualitas habet deformitatem diſtinctam, & ſeparatam à deformitate delicti, cui adhæret, vt dixi in *cap.33.* vbi tractaui de conceſſione ſalui conductus, quando petitur ſuper qualitate.

Iſta autem deformitas diſtincta, & ſeparata à deformitate alterius delicti exigit conſtitutionem præciſam, & particularem ſui corporis delicti, prout in adulterio exigit, quod probetur matrimonium: in parricidio exigit quod probetur filiatio: in inceſtu exigit, quod probetur conſanguinitas, ſeu affinitas: alias ſine probatione præciſa, & particulari harum qualitatum deficit corpus delicti quoad deformitatem, quæ ſeparat delictum fornicationis ab adulterio, & inceſtu, & ſeparat delictum, & crimen homicidij à parricidio, vt dicunt Muſcatell. & Foller. *locis relatis* à Sarno *pract.crim.tit. diuerſor. delictor. num.32.* & ceſſante probatione corporis delicti ſuboritur impotentia procedendi ſuper eodem delicto, vt omnes fatentur: & in crimine aſſaſſinij firmat Cyriac. *contron.399. num. 18.* vbi poſita ex Farinac. & Alex. pro vera concluſione, quod ad hoc, vt aſſaſſinus vbique puniri poſſit, requiritur, quod conſtet eum eſſe talem, ſubdit ad propoſitum noſtrum, ſunt eius verba formalia, *quod intelligo ego, vt debeat conſtare aliundè, non autem, quod torqueretur delinquens, & extorqueatur ab eius ore, quia alias tāò baberet locum concluſio; quod priùs conſtare debeat de hac qualitate aſſaſſinij.*

Dixi legitimis extantibus inditijs, quia hodie receſſit ab aula ſtylus condemnandi ex ſola, & ſimplici contumacia, vt dixi in *dict. cap.33. §.1.num.10.* & propterea quando ſen-
3 tentia eſſet lata non præcedentibus inditijs,

eſſet omninò nulla, & inualida, & non poſſet exequi, Plot. *conſ.crim.diuerſ.72. num.16. vol.2.in fol.* Afflict. *Conſtit. Regni pœnam eorum num.* 47. Clar. *quæſt. 44. verſ. quæro nunquid*, & Farinac. *quæſt.11. num. 16.* vbi tamen reprobat eos, qui requirunt plenas, & concludentes probationes, & etiam reprobat eos, qui requirunt ſaltem indicia ſufficientia ad torturam, nam in Vrbe, & Statu Eccleſiaſtico indicia legitima dicuntur ea quæ ſufficiunt ad inquirendum (hoc eſt leuiora ijs, quæ indicant ad torturam) iuxta *Bullam* Beati Pij Quinti *Conſtit. 9. in ordine incipien. Dudum* §. 2. & idem vult Charcar. *capta bannita cap.fin.num.*58. 81.*&* 139.

Multa tamen requiruntur ad hoc, vt quis poſſit diei contumax, & in legitima contumacia conſtitutus.

4 Primò, quod Iudex committat citationem, vt eſt text. in *leg.vltim. Cod.de exhib. reis*, &
5 quidem die Iuridico, quia in die feſtiuo commiſſio nequit validè fieri, vt inquit Muta *ſuper ritu* 259. *num.* 44. & Sanfælic. *deciſ.* 141. *num.*5. & dixi *Ego in lib.*1. *cap.*1. §.9. *num.*

6 Secundò requiritur, quod fiat relatio per Nuncium, qui citationem affixit, vel præſentauit, Bald. in *leg 2.in 5.not. Cod.de ſport.* Afflict. in *Conſtit. Regni in ciuilibus in 2. not.* Franch. *in cap.cum parati in pen.col.de appellat.*
7 controuertitur tamen apud Doctores, an debeat fieri in die Iuridico, vt dixi *dicto cap.*1. §.9. *num.* 15.*& ſeqq.* & an debeat fieri Iudici, vel Notario, Bart. in *extrauag. ad reprimendum verbo de plano*, quem ſequitur Lanfranch. in *clem.ſæpè in verba de plano in 2.col. verſ. ex his etiam infert de verb. ſignific.* & an fieri debeat Notario cauſæ, vel cuilibet alio Notario: ſed in his omnibus videtur attendendenda conſuetudo Regionis, & loci, vt inquit Spada *conſ.*148. *num.*15. *lib.*1.

Tertiò requiritur, quod forma tradita à
8 Iudice in commiſſione ſeruetur, vt ex Farin. & Foller. inquit D. Carolus Petra *Mag. Cur. ritu* 94. *num.*7. & ſi non ſit præſcripta forma, ſufficit, quod Reus ſit citatus domi ſolitæ,
9 & vltimę habitationis. Farinac. *quæſtion.*11. *num.*38. Sacca *conſ.*23. *num.*24. Tuſch. *concl.* 249. *num.*31.*lit.C.* Sforz. Odd. *conſ.*72. *n.*12. Ricc. *de publ.Iudic. quæſt.*37. *num.* 11. *part.*2.
10 qui inſuper ait, quod debet citari in domo, in qua Reus detinet familiam, quæ ei denunciare poſſit, & allegat Giurb. *conſ. crim.* 67. *num.* 8. *& ſeq.* ſed ſufficere, quod Nuncius
11 referat citaſſe ad domum habitationis, & non faciat mentionem ad quam Domum, licet habeat plures Domus, tenet D. Zuffus in *annot. ad Conſtit. Barberinam num.* 162. *& ſeqq. impreſſ. poſt tract.de legitim.proceſſ.* vbicumque enim fiat ſemper eſt eiuſdem naturæ, & non mutatur eius finis, vt ſubdit D.Zuffus *loc.cit.* & hoc tenent etiam Sanfæl. *deciſ.*225. *num.*8. Thor.in *ſupplem.compend.verbo citatio, an vitietur*, & D. Petra *dict.ritu* 94.*nu.*8. inquiens ex Sanfælicio nulla lege eſſe prouiſum, quod in relatione exprimatur dicta clauſula, & pu-
12 to, quod dicat verum, quantum ad dictionem, *vltimæ*, nam dictio ſolitæ habitationis eſt neceſſarijſſima, ob rationem, quia alias citatio eſſet incerta, & indiſcreta, & tanquam talis non afficeret, vt inquiunt Eugen. *conſ.*2.*num.*7. *&* 8. & Farinac. *quæſt.*11.*nu.*41. *in fine*, & ſequitur D. Petra *dict.ritu* 94.*num.*9.
13 qui ſubdit, quod citatio facta in hoſpitio, ſeù in apotheca non valet, quia locus hoſpitij, ſeù apothecæ non eſt locus, vbi quis degit, & citat Alex. Lanfranc. Troys. Petram ad Gram. Sanfelic. Nouar. & Vinc. de Franch. ſed explica hoc, vt explicat Antonell.*de loco legali lib.*2. *cap.*1.*nu.*441.

Quid dicendum, ſi domus, in qua Reus habitabat tempore patrati delicti diruta reperiatur tempore citationis? tractat de hoc articulo Laur. Matthæù *de Regim. Regni Valent. par.*2.*cap.*8. §.7.*num.*46. & dicit fuiſſe factam
14 citationem in ſolo domus dirutæ: at Io.Bapt. Thor. in *compend. deciſ. tam.*1. *verbo citatio ad forindicandum*, ait fuiſſe in Regno Neapoli-
15 tano obſeruatum fieri edictum in locis frequentatis illius loci: ſed mihi in tali caſu tutius videtur eſſe, quod Reus citetur in ſolo domus dirutæ, & vlterius citetur per affixionem ad valuas Curiæ, & ſoliti loci, abundatior enim cautela non vitiat iuxta practicam relatam à Farinac. *quæſt.*11. *num.*41. *circa med. & in add.ad dictam quæſt.impreſſ.poſt* 3. *lib.conſil.* qui ponit caſum in eo, qui poſt delictum mutauit domicilium, & ait quod in Vrbe ſeruatur, quod quando delinquens poſt delictum mutauit domicilium, puta aufugit, non citetur ſimpliciter domi ſolitæ habitationis, ſed addatur clauſula quatenus eam *habeat*, ſin minus ad valuas &c.

Hoc idem eſt practicandum, quando citatur bannitus, nam cùm non retineat iura Ciuitatis non ſufficie, quod citetur domi ſolitæ habitationis, ſed debet citari tanquam forenſis, & vagabundus etiam per affixionem, vt ex Foller. ait Campana *reſol.*17.*n.*9.

Iterum quid dicendum, ſi Nuncius referat citaſſe domi ſolitæ, & vltimæ habitationis, ſed non explicat, an in Ciuitate, vel extra Ciuitatem ſit poſita domus? Dic, quod non
16 præſumitur Nuntium egreſſum fuiſſe limites Iuriſdictionis loci, vbi officium exercet, quia eſſet delictum, quod nunquam præſumitur *vulgatis Iuribus*; & ideo debet præſumi, quod exequutio fuerit tacta in domo ſolita habitationis intùs Ciuitatem, vel in Territorio, ſeù pertinentijs dictæ Ciuitatis, quia debemus fauere validitati actus, quando ſubiecta materia patitur, vt per *leg. vbi ita donatur ff.de donat.cauſ.mort.* Guazzin. *reor.defenſ.*10. *cap.*2. *num.*7. Benintend. *deciſ. Bonon.*57. *num.*3. dicit Capyc.latro *deciſ.* 161. *num.*21. *lib.*2. aut enim Reus habet domum ſolùm intùs Ciuitatem, & relatio refertur facta ad dictam do-

domum ibi poſitam, aut habet domum vnam intrà Ciuitatem, & adhuc ſubſiſtit citatio, quia vbicumque fiat, ſemper eſt eiuſdem naturæ, & non mutatur eius finis, vt ſubtiliter ponderauit D. Zuffus in *annot. ad Conſtit. Barber. num. 162. & ſequ.* dummodo promiſcuè modo in vna, & modo in alia habitet, ita, vt verè poſſit dici, quod vna, & altera domus ſit domus ſolitæ habitationis.

Tertio, quid dicendum ſi Nuntius referat citaſſe eo modo, & forma, prout habuit in mandatis? Dic breuiter ommiſſis diſtinctionibus allatis per Guazzin. *reor. defenſ.* 10. *cap.* 4. quod ſi Iudex commiſit citationem fieri perſonaliter, vel domi, ſi Reus perſonaliter inueniri non poteſt, tunc relatio tanquam
17 incerta non afficit, vt pluribus citatis Doctoribus inquiunt Guazzin. *loc. cit. num. 6.* & Capyc. latro *diſt. deciſ.* 161. *num.* 16. aut commiſſio eſt, vt exequatur Domi, & tunc valet relatio, & afficit, quia non poteſt referri, niſi ad ipſam formam à Iudice preſcriptam, prout dicunt Guazzin. & Capyc. *loco mox citatis*, & Scaccia *de Iudic. cap.* 48. *num.* 7. & de Franch. *dec.* 322.

Idem dicendum in relatione facta per Nũcium, *quod exequutus fuit citationem modo, & forma, vt ſuprà*, afferit Capyc. latro *dicta*
18 *deciſ.* 161. *num.* 16. vbi ita iudicatum refert, quia certum eſt non ſolum id, quod eſt certum de per ſe, ſed etiam illud, quod eſt certum per relationem ad aliud, vt ait Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defect. citat. n.* 137.

Quarto requiritur, quod in citatione aſſignetur terminus præfixus ad comparendum, vt ex Bart. Bald. Carauit, Vant. & Scaccia inquit Guazzin. *reor. defenſ.* 10. *cap.* 2. *num.* 9.
19 & quidem debet eſſe competens, vt ex Vantio, Veſtrio, & Grauat. proſequitur Guazzin.
20 *ibidem num.* 11. et dicitur talis is, qui præſcribitur à Statuto, ſeù conſuetudine loci, & his deficientibus aſſiguatur terminus legalis, nempè vnius diei pro vigeſimo quoque milleare iuxtà text. in *leg.* 1. *ff. ſi quis caut.* & ibi Doctor gloſ. in *cap. nonnulli verſ. vltrà duas dietas de reſcript.* & Bertach. *repert. litt. D. verbo*
21 *dieta*, vbi ait, quod dieta duplex eſt, vulgaris ſcilicèt, & legalis: vulgaris habetur iuxta conſuetudinem Regionis; & legalis continet viginti milliaria.

Et aduertendum, quod terminus vulgaris Statuti ſcilicet, ſeù conſuetudinis loci non
22 poteſt immutari, etiamſi ad fauorem ipſius Rei fiat, puta, quia aſſignetur Reo terminus magis amplus, vt iudicatum refert Lau. Matthæu *de Regim. Regni Valent. par.* 2. *cap.* 8. §. 7. *num.* 52. & *ſeqq.* vbi reprobat contrarium tenentes ea ductus ratione, quia Iudex non debet eſſe liberalior, & clementior lege, & nec quid Reo vtilius futurum ſit, ſed quid æquius, & conuenientius debet attendere, vt dicunt Scaccia, Gannaucr., & Fabr. *loc.* per eum *citatis*: quod non eſt verum, quan-
23 do ex proceſſu conſtat Iudici, quod citatus eſt in loco valdè remoto, nàm tunc non debet aſſignari terminus vulgaris, ſed benè aſ-
24 ſignatur terminus legalis ad rationem viginti millearium pro quolibet die, alias terminus nimis anguſtus reſpectu diſtantiæ loci, in quo citatus reperitur, redderet citationem nullam, & contumaciam inefficacem, & nullius momenti ad ſuſtinendum actus deſuper fundatos, vt firmant Odd. *conſ.* 72. *num.* 26. & *ſeq.* Roland. *conſ.* 40. *num.* 27. *vol.* 1. Burſatt. *conſ.* 225. *num.* 2. *lib.* 2. Aym. *conſ.* 103. *num.* 9. & 10. *vol.* 1. Bald. *conſ.* 41. *num.* 2. *vol.* 1. Peregrin. *conſ.* 3. *num.* 9. *vol.* 5. Carauit. *ritu* 123. *num.* 3. Vant. *de nullit. ex defect. citat. num.* 67. Sanfælic. *pract. Iudic. ſect.* 4. *num.* 2. Afflict. *deciſ.* 104. *num.* 3. & Barz. *deciſ. Bonon.* 151. *num.* 12.

Imò poteſt attentari, quod Iudex ſciens
25 Reum eſſe in certo loco extrà ſuam Iuriſdictionem, debeat facere diligentiam, vt ibi citetur ad effectum, vt habeat notitiam citationis contra eum commiſſæ, Ang. in *leg.* 1. *num.* 3. *verſ. & ſi ille eſt extra Prouinciam C. de requir. Reis* Alber. in *leg.* 1. *num.* 2. & 3. *verſ. ſed poſtquam citatio ff. eodem tit.* Oldrad. *conſ.* 43. *num.* 7. Odd. *conſ.* 72. *num.* 28. Vbert. *de citationib. cap.* 11. *num.* 115. *tom.* 2. Farinac. *qu.* 11. *num.* 43. & Spada *conſ.* 132. *n.* 11.

Dixi, quod poteſt attentari, quia in praxi ſufficit ad validitatem actus, & contumaciæ, quod Reus citetur cum termino competenti domi ſolitæ, & vltimæ habitationis ipſius Rei, vt dixi *ſuprà*, & ita ſe habere communem Italiæ conſuetudinem, teſtatur Decian. *conſ.* 18. *num.* 94. & *ſeq. lib.* 1. & ſequitur Farinac. *dict. quæſt.* 11. *num.* 43. *verſic. ſed quicquid ſit*, & vlterius citatur de ſtylo per affixionem ad valuas in confinio Status Eccleſiaſtici exiſtente erga locum, ad quem conſtat in proceſſu Reum ſe contuliſſe, & ita ſcio fuiſſe pluries practicatum.

Quinto requiritur, quod locus ad quem
26 citatur ſit tutus, vt pluribus Iuribus, & Doctoribus allatis inquit Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 55. & Antonell. *de loco legali lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 112. apud quos habetur etiam, quod locus
27 dicitur non tutus, vel propter inimicitiam, vel propter bellum, vel propter peſtem, vt exemplificat Farinac. *loc. citat.* & ex Coller. *proceſſ. exequut. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 169. & ex Pariſ. *conſ.* 33. *num.* 13. *lib.* 2. & *conſ.* 28. *num.* 6. & *conſ.* 110. *num.* 16. *lib.* 4. dicit Antonell. *loco cit. num.* 114. qui ſubdit hoc procedere etiam propter aeris intemperiem, & citat Baiard. ad Clar. *quæſt.* 34. *num.* 29. & *ſeqq.* quibus addo Blaſ. Altomar. *de nullitat. rub.* 12. *quæſt.* 33. *num.* 38 *tom.* 2. Scaglion. *ritu Magnæ Curiæ* 163. *num.* 27. Foller. *pract. crim. verbo audiantur excuſatores* Sanfæl. *deciſ.* 31. *num.* 1. *vol.* 1. Maſtrill. *deciſ.* 235. *num.* 12. & *ſeqq.* Scaccia *de Iudic. cap.* 32. *num.* 33. Maſcard. *concl.* 20. *nu.* 1. & *ſeq lib.* 1. Muſcatell. *pract. ciuil. gloſa competen-*

Digitized by Google

*petentes num.*102. Corn.*conſ.*109. *num.*2.*lib.*2. Neuizzan. *conſ.*51. *num.*10. *& ſeqq.* Menoch. *caſ.*421. *num.*27. Surd.*de alimentis quæſt.*13.*in fine*,Afflict. *deciſ.*289. *num.* 27.& Nouar. *vaſſall.grauam.*46.*num.*4.*& ſeqq.par.*2.

Aduertendum tamen, quod effectus huius excuſationis ceſſat, ceſſante cauſa, vt dicit Baiard. & Antonell. *loc. citat.* & exceptio ſignanter de malo aere debet pro parte ipſius
28 citati opponi, vt inquiunt Scaglion. Foller. Baiard. & Sanfæl. *locis ſupra citatis*,& citatus
29 tempore æſtiuo ad locum mali aeris, non ſolùm debet opponere, ſed debet etiam dare cautionem de ſe præſentando tempore debito, nempè de menſe Septembris, ſeù Octobris Carauit. *ritu* 266.*num.*6. *verſ.licet regulariter*, & Sanfælic. *loco cit.num.*4. At mihi non
30 videtur iuridica hæc coarctatio ad præſtandam cautionem, quia facta oppoſitione, eaque probata, quatenus non ſit notoria, nam
31 notorium releuat ab onere probandi, vt ex Pariſ. & Afflict. oſtendit Antonell. *loc. citat. num.*123. non poteſt cogi ad comparendum, vt ex Rota Afflict. & Boſs. ſubdit Antonell. *ibidem num.*125. & per conſequens nec poteſt reputari, & declarari contumax; quia qui non poteſt cogi, non tenetur venire, ſecundùm Boſs. *tit.de citationibus num.*37. quem citat Antonell. *ibidem num.* 127. & qui non
32 tenetur venire non poteſt tanquam contumax validè condemnari, *cap. noſtrum Erarium* §. *alias, & demùm verſ.plus accepit* 25.*diſt.*Alex. Maraut. Neuizzan. Crauett. Menoch.*locis relatis* per Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 50. nam impe-
33 dito legitima cauſa non currunt tempora legis, vel hominis, vt ex Roland. & Afflict. dicit Farinac. *dict.num.*50. propterea proceſſus
34 factus à Iudice ſciente impedimentum eſſet omninò nullus, vt pluribus citatis oſtendit Farinac. *ibid.*

Item nec locus dicitur tutus, quando cita-
35 tus poteſt timere carcerationem, vel aliud graue incommodum etiamſi proueniat ex delicto ipſius citati, vt inquit Farinac. *dict. qu.* 11. *num.*58. & ideo debet iſto caſu offerri, & concedi ſaluus conductus,vt dixi in *c.*33. §.4.

Sexto Requiritur, quod quatenus Iudex, qui procedit, ſit Iudex delegatus, debet inſerere in citatione tenorem ſuæ delegationis, alias citatus non tenetur comparere, & contumacia non contrahitur, Vide Salgad. *de retent. Bullar.par.*2. *cap.*24. *num.*45. *& ſeqq.*& vide quæ dixi *cap.*32.§.4. *num.*37. *& ſeqq.* vbi latè.

Et quatenus mutetur Iudex in proferenda ſententia debet fieri noua citatio, alias eſt nulla ſententia, quæ fertur à nouo Iudice Ægidius Caſtigion. in *Alphabet. iurid. verbo citatio*, qui citat Salgad. *de Reg. poteſt.par.*3. *cap.*9. *num.*206. *& par.*4. *cap.*5.*num.*8. Solorzan. *de Iure Indiar.tom.*2. *lib.*2. *cap.*29. *n.*73. *& lib.*3.*polit.cap.*31. Minadou. *deciſ.*28. Ricc. *par.*7.*collect.*3182. Parlardor. *rer.quotid.lib.*2. 5.*par.*5.9. *num.*28. Et quid mutato Iudice delegato? Ricc. *collect.* 1194. *part.* 4. qui citat Gratian.& alios.

Quæro primò, an contumacia dicatur nul-
36 la, ſi citatio fiat in loco, vbi die citationis factæ celebretur aliqua feſtiuitas, quando locus expeditionis ſimile feſtum non colat? Agunt de hac quæſtione Thor. *compend. deciſ. tom.*1. *verbo citatio* Gualter. 3.*par.princ. rub.*2. *num.*49. Matthæu *de Regim.Regni Valent.dict.* §.7. *num.*61. Foller. Vin. Maſull. locis relatis per D. Carol. Petram *Magn. Curiæ ritu* 116. *num.*5. vbi plure allegat concurdantes, & reſoluunt eſſe nullam contra dictum Innoc. in *cap fin.de ferijs*: intellige, ſi eodem die ſit facta commiſſio iuxta dicta *ſupra num.*5. nam ſi commiſſio eſt facta die iuridico, nihil refert, quod executio ſit facta die feſtiuo, quia executio citationis cum non ſit actus iuriſdictionis,ſed nudum miniſterium,non importat nullitatem, ſed vide quæ dixi *cap.*1.§.9.

Quæro ſecundo, an contumacia ſit nulla,
37 ſi qualitas criminis appoſita in citatione non ſit verificata, & probata, puta quod dicatur in citatione homicidium commiſſum fuiſſe ex inſidijs, & in actis de inſidijs non conſtet? agunt de hac quæſtione Gizzarell. *deciſ.*16. *num.*11. Thoro *compend. deciſ. tom.*2. *verbo citatio*, & Matthæu *dict.*§.7.*num.*62. & reſoluunt pro validitate contumaciæ: dubito tamen de veritate huius aſſertionis, quia qualitas adiecta, & non verificata in proceſſu potuit retrahere delinquentem à determinatione comparendi, & ſe conſtituendi, ad tradita per Farin.*q.*1.*n.*11. *&* 23. & D. Zuffum de
38 *legitim.proc.q.*4.*n.*9.ideò intelligas eam procedere iuxtà limitationes adductas à Farin. *loc. cit.n.*31.*& ſeqq.*37.*&* 39. à Caball.*crim. reſol.* 56.*et* 173.& à Conciol.*in addit.ad crim.reſol.*9. *num.*5.*verbo accuſatio*.

Quæro tertio, an contumax poſſit oppo-
39 nere de incompetentia Iudicis? Agunt de hac quæſtione Ginrb. *conſ. crim.*48. *& conſil.* 95.Carleual. *de Iudic. tom.* 1. *diſputatione* 2. *num.*600.*&* 1000. & Creſpi *obſeru.*6. *nu.* 116. *& ſeqq. & num.* 125. *& ſeqq.* vbi agit de proceſſu criminali contra contumacem à Iudice incompetente; & firmat quod ex renunciatione, quam videtur facere contumax benè poteſt procedi ad aliquam mulctam, ſed nihilominus acta ſunt nulla, & idem firmat Carleual. *loc.cit.num.*1000. qui benè declarat materiam *num.* 1001. *& ſeqq.* Sed iſti Doctores, ex profeſſo non tractant quæſtionem noſtram, ideo pro enucleatione articuli ad eas D. Carolum Petram in *ritu* 269.*ſub num.* 26. *verſic. quin exponebatur, & num.* 28. *verſ.citra en m.*

Quæro quartò, an contumax poſſit ex ſo-
40 la contumacia torqueri, quando fuit admiſſus ad nouas? Vide Farinac. *quæſt.*77. *&* 82. *& conſ.*22.*num.*2.*& ſeqq.* Caball. *crim. reſol.* 110.*num.*15. *& reſol.* 181. Chartar. *capto bannito cap.*1.*num.*225.*&* 275. diffusè Scanarol. *de*

de viſit. carcerat. in appendice cap. 33. per tot. fol. mihi 69.

Quæro quinto, an contumacia ſit conſide-
41 rabilis reſpectu exiliati ſub pœna triremium,
ita vt captus debeat ad triremes traſmitti ?
Dic, quod non, quia ſententia continet in
ſe conditionem, quod tranſmitti debeat in
exilium, ſi, & quatenus inciderit in manus
Curiæ, & ſi poſtquam fuerit miſſus in exilium,
denuò contraueniendo exilio peruenerit ad
manus Curię, tunc debet tranſmitti ad tri-
remes, vt dicit Cherubin. in *Bulla* Sixti V.
in *ordine 6. ſcholio* 1. qui allegat concordantes
Chartar. *tract. capto bannito cap. fin. num.* 13. &
Caball. *crim. reſol.* 238. *num.* 3. *& ſeqq.* addo
aliam euidentem rationem, nempè, quia
ſententia cum dicta comminatione trire-
mium non fuit Reo intimata, prout intima-
ri debet, cum non ſufficiat notitia, vt con-
ſuluit Farinac. *conſ.* 93. *num.* 10. & ſequitur
Gnazzin. *reor. defenſ.* 33. *cap.* 27. *num.* 14. nam
vbi monitio, & intimatio eſt neceſſaria, non
ſufficit ſcientia ad incurrendam pœnam, vt
proſequuntur *ibidem* præfati Doctores.

Quæro ſexto, an nullitas contumaciæ ob
defectum citationis, vel alterius ſubſtantia-
42 lis requiſiti, poſſit opponi Reo exiſtente in
contumacia ? agit de iſta quæſtione Vinc. de
Franch. *deciſ.* 238. *& deciſ.* 688. vbi ait, quod
contumax extra carceres poteſt per Procura-
torem opponere de nullitate notoria ex actis
43 reſultante, & quod in facto ita fuit iudica-
tum, ſed reclamante fiſco fuit ſuſpenſa reſo-
lutio, de eadem re agit D. Sabell. in *ſumma
§. bannitus num.* 29. *verſ. imò etiam contumax*,
qui relata *d. deciſ.* Vinc. de Franchis ait, quod
numquam vidit admittere bannitos contu-
maces ad allegandum nullitates ſententię di-
cens, quod hoc eſſet magnum præiudicium
fiſci, & iuſtitiæ: ſed *verſ. benè recordor*, teſta-
tur quemdam iam condemnatum in contu-
maciam pro homicidio in pœnam capitis, &
confiſcationis bonorum, cum occurrerit ite-
rum eundem proceſſum proponi contra alios
complices non contumaces iuxta practicam
fuiſſe ex Officio, & contumacia Rei non
obſtante, ad inſtigationem Procuratoris ad
aures iudicis fauorabilis, releuatum à dicta
pœna capitali, & arbitrariè condemnatum
in pœnam quinquennalis confinis, cum ter-
mino etiam ad comparendum, & ſe magis
iuſtificandum circumdando, caſſando, & an-
nullando priorem ſententiam contumacialem
capitalem, ſubdens quod dictus Reus non
comparuit cum iam, etſi contumax, obti-
nuiſſet plus quam ſperare poſſet eo ſub præ-
textu, quod quibuſdam verbis iniurioſis fuiſ-
ſet ab occiſo prouocatus, quod non fuerat
animaduerſum in priore expeditione: & ait,
quod ita fuit exequutum (cum approbatione
Magni Ducis) contradicente tamen D. Au-
ditore militarium legionum ſuæ Celſitudinis
Sereniſſimæ. De eadem re agit latè D. Ori-
lia ad Campanam *reſol.* 25. *num.* 22. *& ſeqq.* &
44 pluribus oſtendit, quod annullata ſententia
reſpectu vnius ex Correis, qui ob nullitatem
fuit admiſſus ad nouas, dicitur annullata
etiam reſpectu abſentis, ſi eundem nullitas
prædicta concernit: & hoc ratione indiuidij,
quod non patitur, vt nulla ſit quoad vnum,
exiſtat verò, quoad alios, & citat plures Do-
ctores id firmantes, & in terminis Scyaloiam
prax. foriudicat. cap. 25. *num.* 72. & hanc aſſer-
tionem validiſſimis, ac euidentiſſimis corro-
borat argumentis, itaut nihil addi poſſit.
Comprobat illam ex Gizzarell. *deciſ.* 12. &
Nouar. *quaſt. forenſ.* 155. *lib.* 1. *& deciſ.* 243.
num. 9. de Luca ad Vinc. de Franch. *dict. de-
ciſ.* 688. *num.* 7. dicens, quod ſi nullitas pro-
uenit, quia citatio omnium facta ſit die feſti-
uo etiam abſenti, & foriudicato prodeſt, ſe-
cus ſi nullitas concernat vnum ex Correis dũ-
taxat, puta quia nullitas prouenit ex capite
minoris ætatis, & hanc ſequor opinionem,
quia non eſt permittendum, quod bannitus,
qui ex defectu requiſiti neceſſarij ad conſti-
tuendam, & formandam contumaciam non
eſt talis, interim ſubiaceat periculo occiſio-
nis, & offenſionis.

Nec obſtat, quod iudex nequit ex ſe an-
nullare ſententiam, cum hoc ſit reſeruatum
Principi, vt per tex. in *leg.* 1. *§. vltim. ff. de quæ-
ſtion.* dixi *lib.* 1. *cap.* 1. §. 10. *num.* 60. *verſ. po-
teſt eſſe ratio.*

Quia, quando Princeps admiſit nullita-
45 tem ſententiæ reſpectu ad vnum, annullauit
illam etiam reſpectu ad alios, nam ratione
indiuidui corruit in totum ita, vt non ſit opus
vt iterum annulletur, vt ex Fontanell. *deciſ.*
65. *num.* 9. inquit D. Orilia *loc. cit. n.* 25.

Difficultas eſt, quãdo opponitur nullitas di-
rectè à contumace: nam tunc iudex non poteſt
ſententiam iam latam annullare per ſe, & non
habet tacitum Principis aſſenſum, prout in-
eſt in caſu ſuprapoſito, quid dicendum ? Dic,
46 quod ſuper iſto caſu eſt deciſio Vincent. de
Franch. 232. *& deciſ.* 688. vbi de Luca in
addit. ad vtramq. deciſ. allegat Nouar. *deciſ.* 14
qua videtur innuere, quod opponens etiam
in cõtumacia exiſtens debet audiri: At in *add.*
47 *ad deciſ.* 688. *num.* 2. allegat in contrarium
Tapia in *Conſtit. pœnam eorum num.* 8. Maſtrill.
deciſ. 161. *num.* 16. & de Marinis *reſol.* 33. *nu.* 6.
48 & hanc contrariam in puncto iuris exiſtimo
tenendam, cum temperamento, quod Iudex
teneatur tunc comperta nullitate Principem
49 conſulere iuxta diſpoſitionem tex. in *leg.* 1. *§. ſi
quis vltro ff. de quaſtion.* 161. *Principi eum
ſcribere aportet ſi quando ei, qui nocens videba-
tur, poſtea ratio innocentiæ conſtitit.*

Quæro ſeptimo, an ſententiæ latæ contra
contumaces ex ſolis legitimis inditijs ſint in-
differenter exequendæ? Dic, quod in Statu
50 Eccleſiaſtico pro affirmatiua habemus Bul-
lam B. Pij V. in *Conſtit.* 9. *in declaratione* §. 2.
ibi *quinimo, quod Iudices præfati ſententias ip-*

ſas

Digitized by Google

ſas condemnatorias, tàm in Vrbe, quam extra eam latas, & ferendas, ſi tamen legitimis præcedentibus inditijs ad inquirendum promulgatæ fuerint, executioni realiter, & corporaliter ſuis loco, & tempore congruis reſpectiuè totaliter, & integrè contra ſic captos demandent, & demandari faciant.

Et id poteſt fulciri ratione, quia inditia
51 legitima operantur, vt delictum haberi debeat pro patraro ab eo, contra quem vrgent,
& contumacia eiuſdem inditiati operatur, vt
idem haberi debeat pro confeſſo ſuper eodem
delicto, quia iura, conſtitutiones, ſtatuta
ſupponunt, quod eo caſu non poſſit, & nec
debeat dubitari de delinquẽte, & ſic ſimul efficiunt, & operantur, quod ſententia inde
52 emanata, quamuis lata ſit in contumaciam,
debeat dici lata propter delictum taliter confeſſatum, & non propter contumaciam, vt
ex Rota *deciſ.* 468. *n.* 8. & 9. *par.* 14. *recent.* ait
D. Sabellus in *ſumma* §. *bannitus num.* 19. &
concordat D. Zuffus *de legitim. proceſſ. qu.* 195.
num. 9. & *ſeqq.* & faciunt verba conſtitutionis Marchiæ *lib.* 4. *cap.* 10. ibi *in quo banno dicatur, quod Rector, Iudex, vel Locumtenens facit illum exbanniri propter illam contumaciam, & delictum, ſuper quo fuit citatus.* Etenim
53 inſimul faciunt liquidiſſimam probationem,
& rem notoriam Alex. in *l. manifeſtè in* 2. *not. ff. de iureiur.* Ruin. *conſ.* 19. *num.* 3. *lib.* 5. Bertazzol. *conſ.* 82. *num.* 18. Chartar. *capto bannito cap.* 1. *num.* 48. & 52. & his citatis Spada
54 *conſ.* 65. *num.* 5. qui ex Nello, Foller. & Chartar. ſubdit quod operatur idem, quod vera
confeſſio, & quod illi æquiparatur.

Verum, quod ſententia præcedentibus in-
55 ditijs legitimis lata dicatur lata propter delictum, & non propter contumaciam, non
procedit ſine magna contradictione, Nam
56 Rota in *pluribus deciſionibus* firmauit, quod
Conſtitutiones Pontificiæ ſuper hac materia
diſponentes, debent intelligi, quando condemnantur contumaces ex probationibus delicti concludenter factis in proceſſu, & præſertim in *Romana Canonicatus S. Angeli Veneris vlt. Febr.* 1567. coram R. P. D. Cotta *impreſſa* à Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 92. ibi *non obſtat motus proprius Pij Quarti prohibens abſolutionem à crimine, & audientiam, & appellationem, quia intelligitur à ſententijs, vel alijs diſpoſitionibus ſuper crimine, non autem ſuper contumacia, quia eſt odioſus, & reſtringendus. Et in Ciuitatis Caſtelli donationis Lunæ 16. Decembris* 1575. coram R. P. D. Seraphino *impreſſa* à Farinac. *loco citato*, ibi -- *non propter delictum principaliter, ſed propter contumaciam fuiſſe proceſſum ad huiuſmodi declarationem*, & ibi -- *quia an ſententia ſit lata propter contumaciam, an propter delictum colligi poſſet ex actis; Nam vbi tantummodo contra Reum adſunt inditia delictum arguentia, non autem clara, & concludens ipſius delicti probatio, cum ſententia recipiat declarationem ex actis, dicendum eſt condemnationem tali caſu eſſe factam propter contumaciam, non propter delictum, & in Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ* 27. *Ian.* 1603. coram R. P. D. Iuſto *impreſſa poſt* 2. *lib. conſil.* Farinac. *deciſ.* 191. *num.* 5. ibi -- *non obſtat Bulla Pij IV. quia ſæpius fuit deciſum loqui in bannitis in contumaciam propter delictum, vt etiam dixerunt Domini in hac eadem cauſa coram Medic Lunæ 22. Aprilis anni præteriti.*

Iſte intellectus comprobatur, nam Pius IV. in *Conſtit.* 52. exprimit meram contumaciam, vbi voluit intelligere de ſententia lata propter ſolam contumaciam, vt videre eſt *ibidem* §. 7. & 8. vnde quando prout in §. 9. ſimpliciter loquitur de condemnatis in contumaciam, pro crimine, debet intelligi de ſententia lata propter crimen.

Præterea Pontifex in dicta Bulla admittit ad defenſionem condemnatos infra ſex menſes, ergo non intelligit de condemnatis in meram contumaciam, quia huiuſmodi condemnati non egerent hac admiſſione, quia ſola comparitione ſententia reſolueretur, & ibi Papæ Mens fuit occurrere, ne propter temporis diuturnitatem aliquo modo perderentur probationes fiſci, quibus propter contumaciam redargui poſſent: & hoc idem dixit Rota in *deciſ.* 84. *num.* 6. *impreſſa poſt primum lib. conſil.* Farinac. & in alijs deciſionibus relatis ab eodem Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 92. & à D. Orilia ad Campanam *reſolut.* 20. *num.* 5.

Nec aliter intelligi poteſt *Conſtit.* B. Pij V. *in ordine* 9. quia nihil penitus de nouo diſpoſuit circa qualitatem ſententiæ in contumaciam latæ tam in *Conſtitutione* 9. §. 4. *quam in illius declaratione* §. 1. & 2.

Et nec ſine controuerſia procedit, quod
57 ſententia in contumaciam lata debeat executioni realiter, & corporaliter demandari.

Quia licet hoc ſit verum, quoad eos, qui ſe præſentant poſt annum, vt expreſsè diſponit B. Pius V. in *dict. Conſtit.* 9. §. 4. ibi -- *contumacibus huiuſmodi defenſiones, non niſi poſt anni elapſi terminum, denegari debere.*

Et ſit etiam verum, quoad eos, qui intra vel poſt annum capti ad manus Curiæ deueniunt, vt pariter expreſsè ſanciuit idem Pontifex in *dicta declaratione* §. 2. ibi -- *quod banniti in contumaciam condemnati in pœnam capitis, & vltimi ſupplicij, ſi capti ad manus Curiæ deuenerint per Iudices ad nouas, ſiue alias defenſiones faciendas, etiam intra dictum tempus non admittantur.*

Nihilominus nullatenus procedit reſpectu ad eos, qui ſpontè ſe intra annum conſtituunt qui à Iudicibus poſſunt in eorum defenſionibus audiri, tam *ex Conſtitut.* 52. Pij IV. §. 9. ibi -- *Rei in contumaciam condemnati ad ſuas defenſiones faciendas admitti non poſſint, niſi infra ſex menſes*, quam ex *dict. Conſtit.* 9. B. Pij V. §. 4. ibi -- *cumque etiam ſæpè contingat par-*

ces

tes ipſas, contrà quas in contumaciam procedi
conſueuit, vel ita negociorum mole grauari,
vel ita longè abeſſe, vt ipſorum contumaciam
ſex menſium ſpatio huiuſmodi expurgare minimè
queant, terminum ſex menſium huiuſmodi ad an-
num prorogamus, ac contumacibus huiuſmodi de-
fenſiones non niſi poſt anni elapſi terminum de-
negari debere.

Et re vera praxis Tribunalium eſt, quod
comparens intra annum, ſi fuerit bannitus ex
58 inditijs legitimis ad inquirendum, non pu-
nitur ad formam ſententiæ, & banni, etiamſi
nihil ad ſui defenſam probauerit, ſed ſolùm
ſuper ipſo delicto torquetur, vt dicunt Farin.
quæſt. 11. *num.* 77. & 105. Caball. *crim. reſol.*
110. *num.* 24. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 64. *num.*
34. & D. Zuffus *de legitim. proceſſus quæſt.* 60.
num. 19. & *ſeqq.* & alij per eos citati, & hoc
idem deberet eſſe quoad bona confiſcata,
59 quia ſententia cum ſit indiuidua, non debet
eſſe exequibilis in vna parte, & in alia non.

At praxim hanc, ſeu conſuetudinem non
extendere vires ſuas ad bona confiſcata con-
tendunt Criminaliſtæ ex eo, quia practicanda
eſt in ſolo caſu, in quo illa viget, & ideo di-
cunt, quod comparens intra annum bona
60 confiſcata non recuperat, niſi ſuam innocen-
tiam probauerit, & per ſententiam fuerit ab-
ſolutus, ſublata enim conſuetudine, & praxi
prædicta remanet ad fauorem Curiæ concluſio,
61 quam veram exiſtimant, quod cõparitio intra
annum non extinguit effectum ſententiæ, quia
ſententia, licet feratur in contumaciã, eſt diffi-
62 nitiua, & propter delictum, & non propter ſo-
lam contumaciam fertur, vt pluribus oſten-
dit Farinac. *dict. quæſt.* 11. *num.* 93. & *ſeqq.* &
ſequuntur Caball. *crim. reſol.* 180. *num.* 5. &
ſeqq. & Scaccia *de iudic. lib.* 2. *cap.* 98. *ſub nu.*
7. & eo ipſo, quod lata eſt in contumaciam
ſortitur effectum ſuum, quia fertur in eum,
qui vigore ſtatutorum habetur pro confeſſo,
& comparitio ſpontanea banniti infra annum
effectum illius non extinguit.

Sed hæc eorum aſſertio reijcitur à Rota,
63 quæ, vt dictum eſt, firmat, quod talis ſenten-
tia eſt interlocutoria, & non diffinitiua, &
quod fertur propter contumaciam, & non
propter delictum, & per conſequens, quod
64 ſola comparitio banniti infra annum effectum
eiuſdem ſententiæ reſoluit, & extinguit, &
hoc voluit etiam Paul. de Caſtro *conſil.* 141.
num. 3. & ſequuntur D. Orilia ad Campanam
reſol. 20. *num.* 17. Vermigliol. *conſ.* 254. Pace
Iordan. *lucubrat. tom.* 3. *lib.* 14. *tit.* 25. *num.* 289.
& Antonell. *de tempore legali lib.* 3. *cap.* 13. *nu-*
mer. 25. qui ex Iordano *loc. citat.* ait, quod
quando ex conſuetudine, ſtatuto, vel ſtylo
ſeruatur probatio reſultans ex contumacia,
talis probatio dicitur priuilegiata, & conſe-
quenter non tranſit in iudicatum.

Fortificatur, quia in terminis iuris com-
65 munis, ſi annotatus comparet infra annum,
ſtatim ac dat cautionem de ſtando iuri recu-

perat bona, vt legitur in *leg.* 1. *§.* 1. *verſ. ſed, &*
Papinianus ff. de requiren. Reis, vbi non ſolum
cautum eſt, vt contumax comparens infra an-
num data cautione bona recuperet, ſed inſu-
per diſpoſitum eſt, quod Reus ſi infra annum
perſiſtens in contumacia moriatur, bona eius
ad ſucceſſores tranſmittuntur.

Quid dicendum? Dic reſpondendo ſtrictè
ad quæſitum, quod diſputatio non cadit cir-
ca eos, qui ſe conſtituunt poſt annum, & nec
circa eos qui intra, vel poſt annum capiun-
tur, quia vt dictum eſt ſententiæ contra hos
præcedentibus legitimis inditijs latæ indiſtin-
ctè executioni demandantur, & nec cadit diſ-
putatio circa eos, qui ſe intra annum conſti-
tuunt circa pœnam corporalem, nam vt dictũ
eſt contra hos ſententiæ in contumaciam le-
gitimis præcedentibus inditijs latæ nullo mo-
do executioni demandantur, ſed reſoluun-
tur taliter, vt de illis nulla habita confidera-
tione banniti tanquam non fuiſſent condem-
nati ponuntur ex dictis inditijs ad torturam
ad hoc vt ore proprio delictum fateantur, ſo-
lùm igitur remanet diſputatio circa effectum
ſententiæ latæ contra eum, qui ſe intra an-
num conſtituit reſpectu ad pœnam realem,
hoc eſt reſpectu ad confiſcationem bonorum,
priuationem Officij, ſeu beneficij, & huiuſ-
modi, & circa hunc punctum exiſtimo, quod
66 aſſertio Criminaliſtarum poſſit in puncto iuris
ſuſtineri, & vt hoc oſtendam confidero tres
caſus quorum vltimus facit ad rem noſtram.

Primus eſt, quando ſtatutum mandat ſim-
pliciter, quod contumax habeatur pro con-
feſſo pro delicto, pro quo citatus non vult
comparere, ſed permittit ſe in contumaciam
banniri, & tunc, omiſſa diſputatione, an
requiratur declaratoria Iudicis, de qua poſt
Farinac. Chartar. Scaccia, agit D. Zuffus *de*
legitim. proceſſ. quæſt. 198. & *quæſt.* 205. ſtatim
ac lata eſt ſententia, Statutum facit operatio-
nem ſuam, nempè efficit, quod confeſſio re-
ſultans ex contumacia inducat legitimam,
67 concludentem, & liquidiſſimam delicti pro-
bationem, vt ex Bart. & Angel. & alij dicit
Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 97. adeo vt Bart. in
leg. diuus ff. de cuſtod. Reor, quem ſequuti ſunt
Boſs. Clar. & alij relati à Farinac. *loc. citato*
verſ. contrarium, dicat, quod Iudex non po-
teſt admittere ipſum Reum ad probandam
ſuam innocentiam, ſi ad manus Curiæ deue-
nerit, ob rationem, quia ſecundum ſtatuta
Ciuitatum Italiæ banniti habentur pro con-
feſſis, & ideò vbi ſunt capti, non eſt opus alio
68 proceſſu, ſed ſola reſtat executio; Si verò
Reus ſponte ſe conſtituat, tunc Iudex admittit
quidem ad probandam ſuam innocentiam,
ſed interim effectus ſententiæ remanet integer
& tunc demum Reus liberat ſe, & ſua bona,
ſi docto de ſua innocentia per contrariam
diffinitiuam ſententiam fuerit abſolutus, vt
ex Afflict. Rota, Iodoch. & alijs probat Fari-
nac. *d. qu.* 11. *num.* 86.

Secundus caſus eſt, quando ſtatutum mandat, quod habeatur pro confeſſo is, qui citatus pro delicto non comparet, ſed permittit ſe in contumaciam banuiri, reſeruato tamen eidem aliquo ſpatio temporis ad ſe conſtituēdum in carceribus, & tunc ſtatutum non facit ſtatim operationem ſuam, quia obſtat tē-
69 pus conceſſum bannito ad ſe conſtituendum: præfixio enim temporis prædicti eſt quædam prorogatio termini in monitorio aſſignati ad comparendum, vt dicit D. Zuffus *de legitim. proceſs. quæſt.* 60. *num.* 2. & quamuis ipſe D. Zuffus hoc reprobret *ibidem num.* 34. *& ſeq.* nihilominus non loquitur in terminis iſtius ſecundi caſus, ſed in terminis caſus tertij *infra* explicandi; ſed quatenus prædicta ratio non poſſit ſubſiſtere, vrget ſaltem alia,
70 quæ poteſt deduci ex præfixione termini, qui à lege datur ad appellandum intra decenniū; nam interim pendente dicto termino ſententia nullam operationem, & nullum effectum producit ob rationem, quia ſententia intra decennium non meretur nomen ſententiæ, ſed donec adhuc adeſt appellandi facultas,
71 dicitur eſſe pronunciatum Iudicis, & tunc demum dicitur eſſe ſententia, quando dicta facultas appellandi amplius non ſubſiſtit, vt benè aduertit Coler. *de proceſs. execut. in rubr. de ſenten. & re iudicata num.* 4. *in fine*, & hoc in effectu dicit Abb. in *rub. de ſentent. & re indicata num.* 4. & ſequitur Scaccia in *tract. de ſent. & re indicat. gloſa* 14. *quæſt.* 2. *num.* 4. qui *ibidem num.* 7. ait, quod propterea res iudicata intelligitur, quando nec ſuſpenſiuè, & nec deuolutiuè appellabilis eſt; quamuis enim executio in aliquibus ſententijs non ſuſpendatur per appellationem, nihilominus non diceretur res iudicata, quia per appellationem poteſt retractari, & allegat concordantem Rebuff. in *tract. de ſent. execut. in præfat. num.* 16. *verſ. ſecundo infertur tom.* 1. *fol.* 306.
72 Imò per ſolam appellationem pronunciatum extinguitur, vt per text. in *leg.* 1. *in fine ff. ad Turpillian.* inquit Chartar. *capto bannito cap.* 1. *num.* 131. & ideo iſto ſecundo caſu ſpon-
73 tanea banniti comparitio tollit in totum effectum ſententiæ, vt ex Rota dicit Vermigl. *conſ.* 254. *num.* 1. & ſecundum me potiſſima ratio eſt, quia confeſſio vigore ſtatuti non poteſt dici inducta perfectè, niſi tranſacto tempore aſſignato ad comparendum, ad tex. in *l.* 1. *ff. de requir. reis*.

Tertius caſus eſt, quando Statutum mandat, quod contumax habeatur pro confeſſo, aſſignato tamen aliquo ſpatio temporis ad comparendum, vt ſuam innocentiam oſtendat in ſuis defenſionibus, & tunc, vt in *primo caſu* ſtatutum ſtatim, ac lata eſt ſententia, facit ſuam operationem, & præfixio temporis affert beneficium bannito comparenti intra terminum, ſed nullatenus præiudicat ſententiæ, & iſte eſt caſus Conſtitutionis Marchiæ, quæ loquitur ſimpliciter, ſed fuerunt illi adiunctæ Conſtitutiones ſan. me. Pij IV. & B. Pij V. quæ bonificant comparentem intra annum, ſed nullatenus derogant diſpoſitioni *dictæ Conſtitutionis Marchiæ*, vt euincitur manifeſtè ex deductis à Chartario *capto bannito cap.* 1. *numer.* 211. *& ſeqq.* & à Zuffo *de legitim. proceſs. q.* 60. *num.* 38. *& ſeqq.*

Vnde ex primo, & tertio caſu infertur,
74 quod bannitus, qui infra terminum à Statuto, ſeù Conſtitutione præfixum ſe conſtituit, debet tamquam bannitus recognoſci pro illo, de quo cantat ſententia, & deindè datur ei terminus ad dicendam cauſam, quare ſententia exequi non debeat, & quatenus velit probare ſuam innocentiam admittitur ab eodem Iudice ad articulandum, & probandum.
75 Infertur ſecundo, quod proceſſus non eget ligitimatione, & ſic teſtes non debent repeti, vt dicunt Farinac. *quæſt.* 11. *num.* 105. *& qu.* 72. *num.* 100. Guazzin. *reor. defenſ.* 24. *cap.* 9. *num.* 14. D. Zuffus *de legitim. proceſs. qu.* 60. *num.* 28.

Infertur tertio, quod niſi bannitus oſten-
76 derit ſuam innocentiam, & contrariam ſententiam ad ſui fauorem reportauerit, pœna in ſententia indicta ſit puniendus, vt dicunt Farinac. *dict. quæſt.* 11. *num.* 102. *verſ. limita* 1. *circa finem*, *& in verſ. limita ſecundo* & D. Zuffus *loc. cit. nu.* 33. *&* 43.

In terminis autem ſecundi caſus prædicta omnia debent ceſſare, quia ſententia non habet vim, & effectum ſententiæ ex iam dictis.

Infertur quartò, quod in terminis ſecundi,
77 & tertij caſus malè, & peſſimè aliqui in Statu Eccleſiaſtico contra formam *Conſtitutionis* Pij Quarti in 2. *declarat.* §. 9. ſtilant intra annum capere poſſeſſionem bonorum banniti, illa incorporare, & diſtrahere, nam non poſſunt hæc agere, quia pēdente termino præfixo, ſeu reſeruato bannito ad ſe cōſtituendum nihil poteſt innouari, & quatenus aliquid fiat intra dictum tempus, omne id, quod fit, dicitur nulliter operatum, quia eſto etiam, quod ſententia ſit diffinitiua, & lata ſit ob crimen, & non ob contumaciam iuxta opinionem Farin. *quæſt.* 11. *num.* 92. *verſ. authoritas Rotæ*, adhuc tamen pendente anno non fecit tranſitum in iudicatum, vt diſponitur in *dicta Bulla*, & per conſequens non dedit ius Fiſco incorporandi, & eo minus alienandi, & diſtrahendi, vt benè conſiderat Farinac. qui *dict. quæſt.* 11. *num.* 88. exclamat, & excandeſcit contra Fiſcales, & eo magis contra Iudices relaxantes intra annum mandata capiendi actualem poſſeſſionem bonorum condemnati.

Digitized by Google

Cap. XXXIV. §. X.

Notificando, che in ciaſcuno delli caſi compreſi nel preſente bando, ſi procederà non ſolo ad quærelam partis, mà anco ex Officio, acciò i delitti vengano trouati, & i delinquenti puniti.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis Officium eſt triplex nobile, mercenarium, aduerſarium.*
2 *Ideò triplex eſt modus procedendi.*
3 *Accuſare quilibet poteſt in delictis publicis.*
4 *Delicta ſuper quibus procedi poteſt ex Officio, quæ ſint remiſſiuè.*
5 *Aduocatus quid facere debet, quando Iudex procedit ex Officio in delictis, in quibus non poteſt procedere.*
6 *Hodie in quolibet delicto proceditur ex Officio de Iure canonico.*
7 *Et etiam de conſuetudine.*
8 *Fallit in crimine adulterij.*
Niſi adulterium ſit notorium, ibid.
9 *Iudex proſequitur cauſam etiam ſi accuſator poſt porrectam quærelam deſiſtat.*

Si procederà non ſolo à querela.

OFFICIVM Iudicis eſt triplex, nobile ſcilicet, mercenatium, & aduerſarium, quo-
1 rum exempla ponit Bart. in *leg. iuſdicentis numer.12. ff. de Iuriſd. omn. Iudic.* ideo triplex e-
2 tiam eſt modus procedendi, nempè per viam denunciationis, accuſationis, & ex Officio, quorum terminorum explicationem tradit Angel. *de maleſic. verbo ex mero Officio, verbo ad quarelam Titij, & verbo nec non ad denunciationem*, vbi plures tractat notabiles quæſtiones.

Sed an quilibet de Populo admittatur ad accuſandum? reſpondeas affirmatiuè in deli-
3 ctis publicis, dummodò expreſsè prohibitus non reperiatur *leg. qui accuſare*, vbi Bart. *ff. de accuſ.* Clar. *quæſt.14. in princip.* Decian. *tract. crim. lib.1. cap.6. num.1.* Farinac. *quæſt.12. nu.8.* ſecùs in priuatis delictis, in quibus admittuntur ſolùm illi, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur, *leg. fin.* vbi gloſ. & Bart. *ff. de priuat. delict.* & Farin. *loco cit. n.7.*

Mà anco ex Officio.

Multa ſunt delicta, in quibus de Iure
4 non poteſt procedi per inquiſitionem, & ex Officio, de quibus Io: Franciſc. de Leonard. *de praxi Offic. Regni cap. 5. num. 46.* qui adducit ſeptem caſus, in quibus iudex procedit ex Officio, Carauita *ritu 233. num. 14.* Campagna *cap. ad conſultationem num. 20.* Intrigliol. *deciſ.19. num.13. & 14. & deciſ.41. num.10.* & Farin. *qu.18. n.15.*

In caſibus, in quibus vetitum eſt procedi ex
5 Officio, Aduocatus debet facere inſtantiam, quod declaretur per Iudicem non eſſe ad vlteriora procedendum, & ſi Iudex interloqui denegabit, poterit appellare, vt docet Foller. *pract. crim. verbo detur copia capitulorum num.6. & 8.*

Sed hodie de Iure canonico in quolibet de-
6 licto proceditur per Inquiſitionem, & ex Officio, Bald. in *cap.1. de Offic. ordin.* Dec. *Rub. de Iudic. num.68. & ſeq.* Barbat. *conſ.43. col.4 vol.1.* Maranta *ſpecul. in 6. par. tit. de inquiſit. num.39.* Iacob. Nouell. *ad defenſ. reor. in princ. num.4.* Io. Maria Monticell. *pract. crim. reg.1. num.1. & 7.* & his relatis Farinac. *quæſt.1. nu.*
7 *8.* Imò hodie de conſuetudine in quolibet loco, & foro proceditur ex Officio, Abb. Bald. Gandin. Aug. ad Angel. Cuman. Vitalin. Anania, Blanch. Boſs. & alij, quos refert, & ſequitur Farin. *d. qu.1. num.9. verſ. limita tertio, & qu.12. nu.1.*

An autem hæc conſuetudo procedat reſpectu adulterij? nam expreſsè ſancitur non eſſe procedendum ad inſtantiam alterius, quam nominatorum in *leg. quamuis Cod. ad*
8 *legem Iuliam de adulterijs*: Farinac. *d. quæſt. 1. num.10.* reſpondet negatiuè ex Fulgoſ. *conſil. 135. col.1. & 2.* & Vvlpell. *reſp. crim.94. num.* & negatiuè pariter ex Carol. de Graſſil. Boer. Lancellott. Corrad. & Boſſ. reſpondet Portules *ad repertorium Molini §. adulterium nu. 8.* qui reprobat Gram. *deciſ.31.* Villalob. *com. opin. verbo adulterium* Olan. *in autonomia lit. A. verbo adulterium*, contrarium firmantes, & hoc idem vult alijs citatis Antonell. *de regimin. Eccleſ. par.2. lib.6. cap. vlt. & de tempore legali lib.2. cap.82. num.14.* & concordat *Conſtitutio Marchiæ lib.4. cap.69.* vbi ſancitur, quod in crimine adulterij, ſtupri, inceſtus, & fornicationis non admittatur alius ad accuſandũ, quam Pater, Mater, Auus, Auia, Fratres, Nepotes, Maritus.

Quid ſi adulterium ſit notorium? Dic, quod non ſolùm, quando eſt notorium, ſed & quando adeſt diffamatio poteſt Iudex ex Officio procedere, vt oſtendit Farinac. *qu. 141. num. 44. & 46.* & expreſsè ſtatuit *Conſtitutio Marchiæ loc. cit. cap. 69. & 70.* & Sac. Concil. Tridentin. *ſeſs.24. cap.8. de reform.*

Et quamuis in dict. Sac. Concil. Trident.

detur forma procedendi, quod ſcilicet debeat præcedere trina monitio , nihilominus hoc ſtatuit solùm ad effectum , vt præuia dicta monitione poſſit indici pœna ibi ſtatuta , & non alias.

Sed quid ſi pars poſt porrectam querelam in delictis priuatis deſiſtat , an Iudex poſſit cauſam ex ſe , & ex Officio proſequi ? affir-
9 matiuam tenent Innoc. *cap. ad noſtram il ſecondo de Iureiuran.* Io. Franc. de Leonard. *loc. cit. num.* 47. Iband. de Bardaxi *comment. ad foros Aragon. tit. de priuileg. gen. num.* 9. Sanfelic. *deciſ.* 22. *num.* 23. Gram. *deciſ.* 31. & Mangrell. ad Bart. in *leg. ex lege Iulia* §. *ſi publico ff. ad leg. Iul. de adulter.* & in terminis adulterij Antonell. *dict. cap.* 82. *num.* 14. aſſignat rationem Cicero in *epiſt.* 21. *ad Quintum fratrem* , & ex eo Cutellus *ad leges Siculas tit. ad leges Federici Regis cap.* 117. *nota* 106. *in principio fol. mihi* 278. quia adductum in iudicium fortaſſe dimitti non oportuerit: conquiri verò ad iudicium neceſſe non fuit , & ratio rationis eſt ſecundum Cutellum *ibid. num.* 1. quia ſi ad iudicium non acceſſerit pacto locus fiet , quod criminis dirimet quæſtionem , nam poſtea calor iudicis Fiſcum aduocat , eique ius parit irreuocabile .

Cap. XXXIV. §. XI.

In oltre Sua Signoria Illuſtriſſima inherendo alla Conſtitutione , e decreto ſopra ciò fatto dall'Illuſtriſſimo Sig. Cardinal Saluiati, mentre era Legato in queſta Città ordina , e vuole , che per l'auuenire i teſtimonij indotti per la Corte , quando ſaranno ſtati confrontati in faccia del Reo con debito , e conueniente modo , s'habbino per leggitimamente , e ſolennemente eſſaminati, e repetiti, come ſe veramente fuſſero ſtati repetiti con la citatione del Reo , e ſuoi interrogatorij ; E ciò habbia luogo ogni volta , che, oltre al concorſo degl' altri requiſiti del confronto, il Giudice nell'atto del far il confronto , ò prima haueràmonito il Reo à far gl'interrogatorij à i teſtimonij , e che hauerà permeſſo , che il Reo all'hora li poſſa fare, e quelli hauerà fatti ſcriuere , ſe però il Reo gl' hauerà fatti , con le riſpoſte dategli dal teſtimonio , il che ſeruato dalla parte del Giudice , ſe il Reo non hauerà fatti gl'interrogatorij , mà da lui ſarà mancato di farli nell'atto di detto confronto; non ſarà più lecito al Reo , nè à chi per lui interueniſſe pretendere , che il teſtimonio , ò teſtimonij ſiano repetiti , ſe però altramente non ſarà conceſſo da Sua Signoria Illuſtriſſima .

SVMMARIVM.

1 *Confrontationis materia à quibus Doctoribus tractetur.*
2 *Duo bona reſultant ex confrontatione, & quæ ſint.*
3 *Confrontatio , vt debito modo fiat, debet fieri coram Iudice.*
4 *Cum renouatione iuramenti.*
5 *Teſtis debet in ſubſtantia recenſere ea , quæ in ſuo examine depoſuit.*
6 *Quod hodie non practicatur.*
7 *Recenſetur modus confrontationis , quæ in praxi ſeruatur.*
8 *Multoties non legitur totum examen teſtis, & quarè .*
9 *Confrontatio ſicca, quæ, & quando fiat.*
10 *Debet fieri ſeparatim , nempè vnus teſtis poſt alium debet confrontari , & non omnes ſimul.*
Aſſignatur ratio , & diſcutitur ad plenum materia poſt num. 22. vſque in finem .
11 *Et debet fieri cum qualitatibus , quæ requirerentur , quando teſtis non eſſet examinatus .*
12 *Debet in actu confrontationis dari Reo facultas interrogandi teſtem .*
13 *Cum proteſtatione , quod amplius non repetitur.*
14 *Teſtes confrontati non repetuntur .*
Maximè ſtante ſtylo , & ſtatuto ita mandante, num. 16.
15 *Fallit quando Reus eſt rudis .*
17 *Contrarium .*
18 *Socius criminis confrontatus non repetitur .*
19 *Etiam de ſtylo Sac. Conſulta .*
20 *Debet tamen Reus torqueri in faciem Rei.*
21 *Confrontatio ſtat in arbitrio Iudicis , etiam in terminis bannimentorum .*
22 *Quando non ſit facienda .*
23 *Teſtes ſunt examinandi ſigillatim .*
24 *Imò turmatim examinati nulliter deponunt .*
25 *Aſſignantur quatuor rationes .*

Con-

Contrarium num.30.
Prima opinio eſt verior. n.37.
26 *Teſtes debent de iure naturali, & Diuino examinari ſecretè, & ſeparatim.*
27 *Lex in iure ciuili, vel iure canonico non extat, quæ loquatur de teſtibus turmatim examinatis.*
28 *In Gallia, & Sabaudia extat ſtylus examinandi teſtes in turba.*
29 *Et ita fuiſſe practicatum in multis ruſticis in turba interrogatis refert* Paulus de Caſtro.
31 *Teſtibus in turba examinatis, quando ſit ſtandum, & eorum dicta ſint attendenda. numer.34. & 36.*
32 *Teſtes plures turmatim examinati habentur ſaltim loco vnius teſtis.*
Et ſaltim faciunt præſumptionem. nu. 39.
33 *Dictum vnici teſtis de directo deponentis de crimine facit inditium ad torturam.*
35 *Teſtes in re graui non improbandum, quod alijs præſentibus deponant.*
38 Textus in cap. 2. de cauſa poſſeſs. & proprietat. *quomodo intelligendus remiſſiuè.*

1 TRACTAT diffusè de materia confrontationis teſtium D. Io. Zuffus *de legitim. proceſs. quæſt.132.* & pluribus ſequentibus, in quibus omnia contingibilia ponit, Scaccia *de Iudic. cap.86. num.53.* Ambroſ. *proceſs. inform. lib.2. cap.9. num.1.* Farinac. *quæſt.72. nu. 139.* Caball. *crim. reſol.269. num.15.* Guazzin. *Reor. defenſ.20. cap.21. num.1.* Vermigliol. *conſil. crim.257. num11.* Chartar. *pract. crim. lib.3. cap.1. num.82. & cap.3. num.28.* & Scannarol. *de viſit. carcerat. lib.2. cap.6. per tot.* Tabor *de confrontatione* Beſoldus *theſau. pract. ad addit. lit. G. §.57. verbo confrontieren. fol. mihi* 178. Oldephop. *obſeruat. crim. tit.4. obſeruat.4.* Matthæu *de Regim. Regni Valent. cap.8. §.4. n.29. & ſeqq.* Conciol. *crim. reſol. verbo confrontatio.*

Ex confrontatione duo bona reſultant, pri-
2 mum, quod Iudex poteſt ex dictis, vultu, & intrepiditate teſtis colligere, an verùm dixerit, vt benè conſiderat Beſold. *loc. cit. verſ. Iudex poteſt in fine*, iuxta illud *tu magis ſcire potes in leg. 3. §. ideoque diuus ff. de teſtib.* ſecundum, quod Reus ex præſentia teſtis, & ex confrontatione, ſeu, vt eam vocant Scanarol. & Adden. ad Beſoldum *loc. cit.* affrontatione eiuſdem magis afficitur, & vrgetur ad fatendam veritatem, vt aduertunt Chartar. *capto bannito lib.3. cap. 1. num. 83. & 86.* Scanarol. *loc. cit. num.2. & 3.* & Beſold. *loco citato*, ex præſentia enim teſtium vix poteſt euadere Reus iudicium, & veritatem negare, nam vbi teſtes delictorum circumſtantias commemorauerint, titubabit facilè Reus, nec poterit commodas adducere reſponſiones, vt ſubdit Scanarol. *ibidem* Ambroſ. *loc. cit. cap. 9. num.5. verſ. & ego*, & Zuffus *pariter loco citato qu.143. num.1.*

Et ad hoc, vt debito, & conuenienti modo facta dicatur, plura debent interuenire.

Primo, quod fiat coram, & in præſentia
3 Iudicis non ſolùm ob rationes modò recenſitas, ſed etiam quia præſentiam eiuſdem eſſe omninò neceſſariam diſponit textus in *Auth. apud eloquentiſsimum Cod. de fide inſtrum. & §. quoniam Auth. de teſtibus*, & volunt gloſ. *in clem. vnica de Offic. delegat. & in cap. at ſi Clerici de iudicijs*, & Zuffus *de legitim. proceſs. qu. 132. nu.7. & qu.141. nu.4.*

Secundo, quod fiat cum renonatione iura-
4 menti veritatis dicendæ coram ipſo Reo delati, vt inquit Scanarol. *loc. cit. num.1. & 3.* qui citat Burſatt. Bertazzol. & Chartar. *locis* per eum *relatis*, & hoc idem dicit Beſold. *dict. §.57. verſ. Iudex poteſt.*

Tertio, quod teſtis ad interrogationem
5 Iudicis facta priùs ad inuicem mutua nominum, & cognominum, ac perſonarum recognitione recenſeat in ſubſtantia ea, quæ in ſuo examine pro veritate dixit, & depoſuit, vt ex Guazzin. *reor. defenſ.20. cap.19. num. 8.* docet Zuffus *dict. quæſt.132. num.2.* Sed quod
6 dicitur de recapitulatione examinis, hodie in Tribunalibus non ſeruatur, nam facta mutua ad inuicem recognitione interrogatur
7 teſtis, an ea, quæ depoſuit, pro veritate dixerit, & depoſuerit, an ſi audiret ea legi recognoſceret, & quatenùs ratificet, & confirmet in faciem imputati, & habitis reſponſionibus congruis Iudex mandat alta, & intelligibili voce ad claram amborum teſtis, & Rei intelligentiam legi examen &c. & hac praxi hodie, & forſan etiam malè vtuntur communiter Iudices noſtri.

Nota tamen, quod multoties non fit lec-
8 ctura totius examinis, ſed ſupprimuntur de ordine Iudicis qualitates, & circumſtantiæ delicti, & præſertim hoc fit, quando Reus eſt torquendus denegatis defenſionibus, tunc
9 enim confrontatio debet eſſe ficta, & non plena, ita quod ſi poſtea inquiſitus ſpontè, vel per torturam fateatur delictum, Iudex poſſit ex confeſſatis qualitatibus reſultantibus ex proceſſu, & ipſi Reo non notificatis, cognoſcere, an Reus verum dixerit, vel nè, vt benè aduertit Farinac. *conſil. 226. numer. 7. tom.3.*

Aliàs enim poſſet dubitari nè Iudex ſuggerentis potiùs, quam interrogantis vice functus fuerit Farinac. *quæſt.72. num. 139. & 144. & 266.* Guazzin. *dict. defenſ. 20. cap. 20. num.8. & 9.* & Scanarol. *loc. cit. nu.7.*

Sed id fieri debet ſolùm, quando non datur copia inditiorum, vt inquit Farinac. *conſ. 192. num. 12. lib. 2. & quæſt. 72. nu. 139.* Zuffus *q.147. n.9.* Conciol. *reſol.3. n.5.*

10 Quarto, quod fiat ſeparatim, nempè quod vnus teſtis poſt alium confrontetur, quando ſunt plures, non verò turmatim Hond. Guazz. Chartar. & his relatis Scanarol. *loc. cit. nu.6.* Zuffus *q.136.* & Conciol. *reſol.2. n.4.* & hoc ad euitan-

Digitized by Google

euitandam ſuggeſtionem,& nè adinuicem teſtes animentur contra Reum in ipſo actu confrontationis.

Quinto, quod fiat cùm omnibus qualita-
11 tibus, quæ requiruntur, vbi teſtes confrontandi nunquam examinati fuiſſent, Honded. *conſ.*101. *num.* 30. *lib.* 1. vndè ſi examen erat recipiendum cum tortura, confrontatio pariter eſt facienda cum tortura Ambroſin. *proceſs. inform.lib.*2.*cap.*9.*nu.*1.

Sexto, quod Reo detur facultas interrogan-
12 di teſtem, quatenus velit, vt ex Claro, Baiard. Afflict. Honded. Farinac. Caball. Guazzin.& Chartar. inquit Scanarol. *loco cit.n.*9.

Septimo tandem quod fiat proteſtatio ei-
13 dem Reo, quod quatenus non interroget, non poterit amplius teſtem repetere, ſeu repeti facere, vt practicatur in Tribunalibus Legationum, & etiam in Tribunali Gubernatoris Vrbis, vbi poſt confrontationem teſtes
14 non repetuntur de ſtylo d.Tribunalis, vt refert Scanarol. *loc.cit. num.* 10. & Zuffus pariter *loco citato qu.*140. *n.*1.

Et quamuis communiter admittatur diſtin-
15 ctio, quod adhùc Reus repetere poteſt teſtes, quando ipſe eſt rudis, & non ſufficienter interrogauit, vt dicunt Vermigliol. *conſ. crim.* 257. *num.*2. & Farinac. *quæſt.*72. *num.* 144. & Scanarol. *loc.cit.num.* 10. & Zuffus *dict. quæſt.* 140. admittat hoc eo fortius procedere, ſi Reus proteſtatus fuit velle repetere cum interrogatorijs, nihilominus quando Iudex ipſe dando facultatem interrogandi proteſtatus fuerit ipſi Reo, vt interrogaret, quia de ſtylo Tribunalis teſtes confrontati amplius non repetuntur, certè non admitteretur opinio ſu-
16 pradictorum Doctorum in hoc Tribunali, vbi non ſolum adeſt ſtylus, ſed bannimenta expreſsè præcludunt Reo viam repetendi.

Nec mihi negotium faceſſit, quod Reus ſit
17 rudis, quia Innocentia, quæ reſpuit reatum, dat imputato animum, & vigorem, & ingenium ſe expurgandi, & mendacem reddendi eum, qui falsò imputat, vt benè dicit Petrus Matthæus in *hiſtoria Henrici Quarti Galliæ Regis lib.*5. *narrat.*4. ibi — *ſe egli è innocente, la verità è tanto potente, che ella ſi ſottomette tutte le ſtratagemme, e tutti gl'artificij dell'accuſatore*: quem refert Merlin. Pignatell. *controu.*33. *n.*26.*cent.*2.& Cicero Marci Cecilij cauſas agẽs exclamat: *ò magna vis veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraque omnium inſidias facilè per ſe ipſam defendat*, quem ad aliud tamen propoſitum refert Solorzan. in *recopilacion de diuerſos tractados, tit. honorarias y iubiladas nu.*487.*fol. mihi* 349.

Quæro, an prædicta procedant etiam in
18 ſocio criminis, de quo in bannimentis nulla fit mentio? reſpondendum affirmatiuè, quia tacitè includitur ſocius criminis, cum in illo actu examinis, & confrontationis ille fungatur Officio teſtis, vt de ſe patet, & per conſequens, omnia quæ dicuntur de teſte, videntur dici de ſocio criminis, qui in teſtis locum ſuccedit.

Vlteriùs eſt ſtylus in quolibet Tribunali,
19 etiam Sac. Conſultæ, quod ſocij criminis confrontati non repetantur, vt teſtantur Lucatell. *quæſt. iudicial. inſpect.*5. *num.*234. Caſtellus in *ciui memoriali fol.* 58. & Zuffus *de legit.proceſs.quæſt.*140. *num.*8, *& qu.*211.*nu.*3. ſed ipſe *num.* 4. *& ſeqq.* conatur probare contrarium.

Aduertendum nihilominus, quod ſimplex
20 confrontatio non eſt ſatis, ſi in præſentia, & facie ipſius Rei non torqueatur, & in tortura confirmet, & ratificet eius dictum, debet enim adhiberi tortura ad validitatem talis confrontationis, quia ſinè illa ſocius criminis tanquam inhabilis ad teſtimonium ferendum propter complicitatem, nullatenus probaret, vt inquit Matth. Stephan. *de Offic. Iudic.lib.*9. *cap.*8. & poſt eum Beſold. *loc. cit. verſ.ſic poteſt.* leuiter tamen torquetur, vt dicunt Farinac. *quæſt.*43. *num.*140. & Peregrin. *conſ.*2.*nu.*157. *lib.*2.

Quæro ſecundò, an ſtantibus bannimentis
21 noſtris debeat Iudex ex neceſſitate confrontare? Peregrin. *conſ.*2. *num.*157. *volum.*2. ait Authores in Iuriſprudentia docuiſſe, quod Reus de ſe confeſſus debet in præſentia nominati, cum iuramento aſſerere ſic eſſe, aliàs nominatio non operatur Boer. *dec.* 319. *num.*4. Clar. *quæſt.*2. *num.*12. *verſ. quæro nunquid* Vulpell. *conſ.*30. *num.*7.*& conſ.*83. *nu.*8. Farinac. *quæſt.*43. *num.*40. *& ſeqq.* Sed, quod de iuramento præfati Doctores dicunt non placet aliquibus Doctoribus, vt ſubdit Peregrinus *ibidem verſ.ſed quod*, ſed ſeruandum eſſe ſtylum fori ait Menoch. *de arbitr.caſ.*474. *num.*62.*& ſeq.* Maſcard. *de probat. concl.* 1317. *num.*47. Farinac. *quæſt.*43. *num.*144. quos refert Peregrin. *ibidem*.

Vnde videtur dicendum, quod confrontatio ſit neceſſaria; ſed dicas, quod eſt in arbitrio Iudicis confrontare, vel repetere, imò
22 multoties debet ex neceſſitate ommitti confrontatio, puta, quando Reus eſſet vafri ingenij, vt ait ex Cicerone *lib.de Orat.* Scanarol. *loc.cit.num.*12.& etiam quando eſſet confrontandus ſeruus cum Domino, Vaſſallus cum Patrono, filius cum Patre, Pauper cum magno Diuite, timidus cum Potente, & huiuſmodi ſimiles homines, in quos cadit timor reuerentialis, Chartar. *pract.crim.lib.*3.*cap.*1. *num.*97. Ambroſ. *proceſs. inform.lib.*2. *cap.*9. *num.*6. *&* 7. Scanarol. *loc. cit. num.* 12. & Beſold. *loc.cit.verſ.non tamen*, dicens, quod hi difficulter contra prædictos tales in eorum faciem ſuum dictum confirmare audent ſaltem ſine aliqua vacillatione. addendi Zuffus *q.*133.*&* 144.& Conciol.*crim.reſol.*1.*n.*8.

Dixi ſupra, quod teſtes non ſunt repetendi
23 turmatim, nunc addo ad elucidationem articuli, quod concluſio fundata eſt in text. in *cap. venerabili de teſtibus*, quo mandatur Iudicibus

dicibus, vt curent examinare ſigillatim teſtes,
24 & indè eliciunt Doctores, quod examinati
inſimul turmatim, & vt aiunt, per turbam,
nulliter deponunt, gloſ. in *cap. cum cauſam*,
verbo procures, *eodem tit. de teſtib.* & ibi Bald.
num.46. Butr. *num.15.* Abb. *num.5.* Io. Andr.
in *dict. cap. venerabili verbo ſigillatim in princ.*
Fœlyn. *ibid. num.3.* & Fagnan. *num.5.* & hanc
concluſionem pluries canonizauit Rota
penes Farinac. *conſ.5. num. 60.* apud Coccin.
deciſ.162. num.4. apud Duran. *deciſ.6. nu.10.*
apud Poſth. *de manutenen. deciſ.383. numer.1.*
ſequuntur Farinac. *quæſt.80. num.94.* Menoch.
de arbitr. quæſt.29. Boſs. *tit. de oppoſit. contra*
teſt. num.88. & Adden. ad Buratt. *dec.555.*

Et huius concluſionis ratio multiplex aſſi-
25 gnatur; Primo quia quando vnus ſeorſum
ab alio deponit, liberiùs profert veritatem.
Secundò, quia melius poteſt conuinci de fal-
ſitate. Tertiò, quia aliàs vnus ſuggerit al-
teri, & ideò ambo poſſent per eundem præ-
meditatum ſermonem deponere: Quartò,
quia inde vociferationes, confuſiones, con-
tradictiones coram Iudice fierent, & partes,
quæ foris ſtant, poſſunt audire, & indè im-
pediri ad alios teſtes ſuper eiſdem producen-
dos, vt explicant Doctores, & ſignanter Glo-
ſa, & Fagnan. in *dict. cap. venerabili*; ſed hæc
vltima ratio communiter ab eiſdem Docto-
ribus reprobatur.

Imò Bart. *ſuper extrauag. ad reprimendum*,
verbo, *& figura num. 15.* ait inductum eſſe
26 de Iure naturali, ſiuè Diuino, quod teſtes
ſecrete examinentur, & citat gloſam in *leg. ſi*
quando verbo noluerint Cod. de teſtibus, & Bart.
ſic dicentem ſequuntur Bazard. ad Clar. *q.23.*
num.2. & Guazzin. *tcor. defenſ.14. cap.2. nu.6.*
& Bartolus ad ita dicendum mouetur ex eo,
quia Daniel edoctus à Spiritu Sancto riexa-
minauit vnum ſeorſum ab alio Senes, qui con-
tra Suſannam depoſuerant; elicit enim ex hoc,
quod hoc ſit de Iure naturæ faciendum, &
ſtante quod eſt relatum hoc factum in Sacra
Scriptura; ita ſit de Iure Diuino faciendum.

Et quamuis non reperiatur lex iuris ciuilis,
27 vel Canonici, quæ de teſtibus per turbam
examinatis loquatur, vt aduertit Faber. in
ſuo *Cod. lib.4. tit.15. de teſtib. diff.3. numer.4.*
quem refert Carena *de S. Offic. par.3. tit.7. §.8.*
num.62.

Et in Gallia, ac Sabaudia adeſſe ſtylum
28 examinandi teſtes in turba, ac admittendi
depoſitiones turmatim factas, teſtantur Fa-
ber. *loc. cit.* Godofred. Abauo *de reatib. qu.6.*
num.23. & ſequ. & in praxi 5. teſtium coactio
numer. 48. & 49. & ex his Carena *loco citato*
num. 61.

Et aliquando fuiſſe obſeruatum, quod mul-
29 ti ruſtici ſimul fuerunt interrogati, & omnes
reſponderunt certo modo refert Paul. de
Caſtro in *l. minimè n.2. ff. de legibus*.
30 Et poſſe fieri de Iure, probat Afflict. in
cap.1. num.136. ex quibus cauſis feud. amittatur,
31 cuius opinioni potiſſimum adhærendum,
quando ex circumſtantijs, vel ex confeſſione
Rei ſubſequuta, vel aliunde conſtituerit, te-
ſtes veritatem puram, ſinceram, & integram
dixiſſe, motiuum enim, ob quod teſtes de-
bent deponere ſecretè, & ſeorſum vnus ab a-
lio, deducitur ex eo, quia probationes de-
bent eſſe clariores, & certiores adeò, vt Iu-
dices ad hoc, vt abundantiorem plenitudi-
nem probationis habeant, & fugiant pericu-
lum falſitatis, oportet, vt non ſolum curent
examinare teſtes ſecretè, ſed etiam de circum-
ſtantijs interrogent, vt ait Paſſerin. in *praxi*
quæſt.13. art. 3. num. 31. ideò quoties ceſſat
timor, & ſuſpicio falſitatis, Iudex poteſt abſ-
que ſcrupulo attendere depoſitionem huiuſ-
modi teſtium, vel ad condemnandum, quia
faciunt plenam probationem, vel ad torquen-
32 dum, quia dum loco vnius ſaltem habeantur,
vt firmant Zuffus *de legit. proceſs. quæſt.33. &*
Conciol. *crim. reſol.3. num.1. verbo teſtes quo-*
ad examen, debet dici, quod ſufficienter in-
33 dicant ad torturam, quia ſecundùm Care-
nam *de S. Offic. par.3. tit.3. num.23.* Bict. Bor-
don. Sgroy, Franc. à S. Iul. de Angel. *locis re-*
latis à P. Paſſerin. qui eos ſequitur *prax. Tri-*
bun. Regnl. qu.21. art. 3. num. 17. dictum vnius
teſtis de delicto deponentis ſatis eſt ad tor-
turam.

Et eo magis ſufficiunt ad condemnandum,
34 ſi teſtes in turba non deponant in toto exa-
mine de re ſpectante ad vtrumque, ſed in vna
parte denuncient, & teſtentur de re ſpectan-
te ad vtrumque, & in alia parte quilibet lo-
quatur ſigillatim de re ſpectante particulari-
ter, & præcisè ad ipſum ſolum teſtem loquen-
tem ita, vt in vna parte deponant quidem
inſimul, at in alia parte non inſimul, ſed be-
nè ſolùm coram loquuntur, nam licet ha-
beant exceptionem in illa parte, de qua de-
ponere debebant ſigillatim, nè vnus ab alio
inſtrui potuiſſet, certè non poſſunt habere
exceptionem, quoad aliam partem, circa
quã quilibet vnicus dici poteſt, etenim non eſt
35 improbatũ, imò vtile in re, & negocio, & cauſa
graui, quod teſtis præſentibus alijs deponat,
vt ex tex. in *c. vt officium de hæret. in 6.* aduertit
Abb. in *cap. cum cauſam num.5. de teſtibus*, &
ex Bald. & Ant. de Butr. Fœlyn. in *dict. cap.*
venerabili nu.3.

Nec nullitas examinis in vna parte poteſt
vitiare totum examen.

36 Quia cum examen contineat capita ſepa-
rata, & ratio inſtructionis procedat in vno,
& non in alio capite, non poteſt dici, quod
nullitas ex vno capite totum examen inficiat,
iuxta tex. in *leg. etiamſi §. ex cauſa ff. de minor.*
vbi gloſa *verbo audiendus*, *& in leg. cum album*
ff. de negoc. geſt. & in terminis depoſitionis te-
ſtium gloſa in *cap. ſi ad ſcripturas verſ. quod in*
eis diſt. 9.

37 Nihilominus non poteſt negari primam
opinionem fundatam eſſe in tex. in *dict. cap.*
vene-

venerabili de teſtibus, *& in leg. nullum Cod. de teſtibus*, & communiter eſſe à Doctoribus habitam pro vera ob euidentiam rationis, qua innixa conſpicitur, & ob manifeſtum contextum litteræ, ex qua dicta decretalis in *capit. venerabili* deſumpta eſt quam refert Gonzalez in *eodem cap. venerabili num.* 5. vbi ait, quod Honorius reſcripſit, vt iterum teſtes ſigillatim reciperentur, & ſeorſum interrogarentur non quia de veritate dubitaſſet, ſed quia non iuxta iuris formam in re adeo graui teſtes examinati fuerant.

Et quamuis ab aliquibus adducatur text.
38 in *cap. 2. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* ad oſtendēdum licitum eſſe inſimul examinare teſtes, nihilominus intellectus, quem tribuunt dicto textui, reprobatur ab Add. ad Abbat. in *dict. cap. venerabili in fine de teſtibus*.

Poteſt tamen dici, quod teſtes examinati
39 per turbam faciunt præſumptionem, vt in terminis firmat Farinac. *conſ. 5. num.* 81. cuius opinio coadiuuatur ex regula, quod teſtes nulliter examinati faciunt præſumptionem Dec. Gram. Foller. quos refert Farinac. *ibi*, & firmat Rota coram Coccino *deciſ. 36. nu. 9. dec. 173. nu. 4. dec. 617. n. 20. & dec. 905. num. 5. dec. 1094. num. 2.*

Cap. XXXIV. §. XII.

E perche molte volte è difficile il conuincere i delinquenti, ſe non ſi viene all'atto della tortura Sua Signoria Illuſtriſſima ordina, e vuole, che ne i delitti, doue è poſta la pena arbitraria, ò pecuniaria, che aſcenda, ò poſſa aſcendere alla ſomma di cinquanta ſcudi, poſſa il Giudice procedere alla tortura per hauere la verità; precedendo però gl'inditij legitimi.

SVMMARIVM.

1 *Tortura eſt duplex, vna infertur pro pæna, & eſt loco pænæ, alia eſt præambula ad pænam.*
2 *Hæc ſecunda venit appellatione quæſtionis.*
3 *Licet aliqui faciant differentiam inter torturam, & quæſtionem.*
4 *Torturæ genera varia ſunt, & quæ nom ſint remiſſiuè.*
Refertur genus tormenti nuncupatum Potus Suetiſus. ibid.
5 *Noua, & inuſitata tormentorum genera ad Carnifices, & non ad Iudices ſunt referenda.*
6 *Tortura materia à quibus Doctoribus tractetur.*
7 *Tortura repugnat Theologicis, ac politicis principijs, quia in Scriptura ſacra nullibi de tortura ſit mentio.*
8 *Moyſes prudentiſſimus indagator ea non fuit vſus.*
9 *Multi populi illam ignorant.*
10 *Eſt fallax remedium.*
11 *Eſt inuentum tyrannicum.*
12 *Nec curandum, quod delicta remaneant impunita ſublatis torturis, quia non omnia delicta in hoc mundo punit Deus, & quare.*
13 *Contrarium probatur ex eo quia Doctores fatentur torturam rationi eſſe conuenientem, & Reipublicæ vtilem.*
14 *Mores gentium ferè cunctarum approbarunt.*
15 *Abſurda, quæ ſublata tortura ſequerentur.*
16 *Etiam Sancti ſuadent huius experimenti probam.*
17 Beſoldus *hac opinione retenta pro vera reſpondet fundamentis alterius opinionis.*
18 *Tortura ad hoc, vt poſſit inferri multa requiruntur, & quæ ſint. num. 26.*
19 *Rei in tortura poſiti multoties in ſe mentiuntur, & multa exempla referuntur à Doctoribus.*
20 *Ob impatientiam, vt dicit* Vulpianus.
Ob tædium, vt dicit Caſſiodorus. *n. 22.*
Referuntur ad hoc verba Diui Auguſtini *numer. 23.*
Et verbo Ciceronis. *num. 24.*
21 *Tortura poteſt dici potius exploratio patientiæ, quam veritatis.*
25 Certitudo *moralis ſufficit ad actus humanos regendos, num. 29.*
27 *Confeſſiones Reorum pro exploratis facinoribus haberi non debent, niſi verificentur.*
28 *Confeſſio verificata ex circumſtantia non ſcita prius per Iudicem, oſtendit quod confeſſio emanauit è fonte veritatis.*
Affertur textus Scripturæ ſacræ Ioſuè *qui fuit ab Authore allegatus Eminentiſs. D. Card. de Caualerijs ad ſuſtituendam quandam monitionem factam à Iudice ad habendam à Reo veritatem dict. num. 28. verſ.* iſtum textum.
30 *Iudex debet ſententiare ſecundùm acta, & probata.*
31 *Tortura eſt maior pæna, quàm vtriuſque manus abſciſſio.*
32 *Contrarium.*
33 *Infertur etiam in cauſis pecuniarijs, & pænam corporalem non admittentibus.*
34 *Contrarium.*
Prima opinio eſt vera in terminis bannimentorum.
35 *Non infertur niſi intret pæna vltra relegationem per biennium.*
36 Fontanella *dicit Doctores hoc dicentes loqui ſecundum iura municipalia.*

Tor-

38 Tortura an inferri poſſit in cauſis effectis corporalibus remiſſiuè.

39 Iudex ex iuditijs poteſt ſecundum eius arbitrium torquere, vel condemnare in pœnam extraordinariam.

40 Imò debet omninò torquere ſecundùm aliquos.

41 Reprobantur Doctores ita dicentes.

42 Reprobantur etiam Doctores dicentes dependere ab Arbitrio Iudicis torquere, vel condemnare.

43 Diſtingue. Vbi latè de pœna extraordinaria.

44 Qui non poteſt torqueri ob impedimentū ætatis, rupturæ, & huiuſmodi, debet condemnari in aliquam pęnam extraordinariam leuem.

45 Iudex ex inditijs ſufficientibus ad torturam poteſt deuenire ad pœnam etiam corporalem, quando cauſa agitur in aliquo Supremo Tribunali.

46 Reus debet relaxari, quando inditia, quæ habentur in proceſſu non ſufficiunt ad torturā.

47 Deus non eſt tentandus, quando delicta ex proceſſu redduntur incognita.

48 Iudex ex circumſtantijs ſibi notis extra proceſſum poteſt deuenire ad torturam ſecundum Giurbam, ſed reprobatur.

49 Poteſt in enormibus, quando non habet inditia ſufficientia impetrare à Principe facultatem torquendi ſecundùm Campaneam, alias de Nigris, ſed reprobatur.

50 Tortura ſemel illata poteſt repeti.

51 Contrarium.

52 Concorda.

53 Diſtingue.

54 Tortura in vltimo temporis momento magis affi it corpus eructatibus.

55 Deliquium quamuis arguat debilitatem complexionis Rei, non excuſat à complemento torturæ.

56 Vide rationem.

57 Reus qui faſſus eſt in tormento, ſed non vult ratificare, reponitur, & reducitur ad torturam.

58 Quid ſi ſecunda vice poſitus in tortura fateatur denuò, ſed ductus ad bancum iuris denuò non vult ratificare.

Reuocatio confeſſionis factæ à Reo, ſiùe non ratificatio debet redigi in actis. 64.

Ob rationes allatas. ibid.

Quid ſi Reus non ratificet, & nec expreſsè reuocet. n.65.

59 Tortura vltrà tertiā vicē non poteſt repeti. n.60

61 Imò cauti Iudices ad tertiam torturam non veniunt, & quare.

62 Inſufficienter tortus debet iterum torqueri, & quando hoc procedat.

63 Iudex in decreto depoſitionis Rei à tortura debet proteſtari, quod intendit continuare torturam, alias præiudicat fiſco.

66 Tortura eſt ſpecies probationis, qua reus ſuam innocentiam oſtendit. n.106.

67 Reus tortus in negatiua perſiſtens reputatur melior, quam ante accuſationem habebatur, n.107.

68 Tortura non purgat plenas probationes.

69 Sed debilitat. num. 108.

70 Et quæ pęna tunc poſſit imponi nn.71. & 72.

73 Reus tortus ſufficienter ſi perſiſtit in negatiua debet abſolui, vel cum cautione relaxari. num.84.

74 Et inſufficienter tortus debet in pœnam extraordinariam, & etiam ad triremes in Supremis Tribunalibus condemnari.

75 Explica iuxta caſus diſtinctos. nn.76. 81. 85. & 86.

77 Pœna, quando ex aliqua cauſa debet minui, non poteſt eſſe in eadem ſpecie.

78 Contrarium.

Et hæc ſeruatur in ſupremis Tribunalibus. 80.

79 Pœna triremium perpetuarum, & ad tempus differt.

82 Pœnæ gradus minuitur, quando minuitur gradus inditiorum.

Torturam ſuſtinens ſi ſit imputatus de crimine hæreſis non debet, & nec tenetur abiurare ſi tortura ſit ſufficienter illata, & nec ſi ſit Sacerdos poteſt haberi pro irregulari ſi tortus ſit pro homicidio. Sed quid ſi ſit ſimplex Clericus, & velit poſt ſuſtentatam torturam pro homicidio promoueri ad ordines ſacros n.85. verſ. & hoc modo.

87 Confeſſus qualificatè debet torqueri ad præciſè & ſinè qualitate reſpondendum.

88 Contrarium.

89 Diſtingue vt num.90.

91 Diſtinctio Authoris.

92 Reus confitens ſpontè cum qualitate, ſi incipit cum negatiua, puta, non occidi, & ſi occidi, ad meam defenſionem occidi, habetur pro negante, & debet torqueri, vt præciſè fateatur.

93 Dummodò adſint inditia ſufficientia ad torturam, quia ſola reſponſio ſic qualificata non ſufficit.

94 Etiamſi præcedat diffamatio ſuper delicto contra ipſum Reum.

95 Si verò incipit cum affirmatiua, puta occidi, ſed ad mei defenſionem, debet condemnari, ſi cum dicta confeſſione qualificata adſunt plene probationes.

96 Debet torqueri leniter, & deindè in extraordinariam condemnari, ſi concurrunt inditia vrgentiſſima, & indubitata.

97 Nam leuis tortura inditia non purgat.

98 Debet vel condemnari, vel torqueri arbitrio Iudicis, ſi adſint inditia pluſquam ſemiplenè probantia.

99 Et debet omninò torqueri, ſi inditia ſolùm ſemiplenè probant.

100 At ſi non adſint inditia, ſed ſola extat rei confeſſio qualificata reus nec torquetur, & nec condemnatur.

101 Confeſſio Rei, qui cum affirmatiua incipit qualificatè fateri, ſufficit ad torturam, ſi concurrit diffamatio, ſeù aliquod aliud inditium.

102 Reus confitens qualificatè in tormentis, ſiue

Digitized by Google

incipiat fateri cum affirmatiua, ſiuè cum negatiua debet teneri, & continuari in tortura ad hoc vt ſimpliciter reſpondeat.
Vide rationem, num.110. & 111.

103 *Ratio differentiæ inter caſum Rei ſpontè, & Rei in tortura confitentis.*

104 *Reus confeſſus qualificatè in plano examine cenſetur adieciſſe qualitatem ad ſe eximendum à pœna.*

105 *Ideò ei non creditur circa qualitatē, niſi probet.*

109 *Confeſſus qualificatè in tortura, & in qualitate adiecta perſiſtens debet omninò abſolui.*

110 *Quia habetur ac ſi per teſtes qualitatem adiectam probaſſet, tortura enim ſuccedit loco teſtium.*

112 *Reus confeſſus in tortura cum qualitate minuente delictum, non poteſt in pœnam ordinariam condemnari, & quarè.*

113 *Articuli habentur pro probatis, quando facto Iudicis non probantur.*

114 *Iudicis animus debet inclinari ad inueniendam veritatem.*

115 *Reus non debet deponi à tortura, niſi Iudex cognoſcat ex facto, ſeu aliqua veriſimilitudine, quod ille puram veritatem dicit.*
At ſi cognoſcit ex deductis in proceſſu, vel alia circumſtantia, quod non dicit veritatem, debet tormentum continuare. 117.

116 *Faſſus veritatem non debet in tortura detineri, alias grauatur.*

118 Tortura prodeſt *Reo qualificatè confeſſo quoad omnem pœnam.*

119 *Secundum alios, quoad pœnam ordinariam tantùm.*

120 *Quod procedit etiam ad fauorem eorum, qui in plano examine qualificatè fatentur.*

121 *Veritas eſt quod debet in hoc caſu Rei confeſſi in plano examine procedi iuxta diſtinctiones poſitas n. 91. & ſeqq. in caſu verò Rei confeſſi in tortura debet diſtingui vt hic.*

122 Tortura *immoderata debet computari in pœna Reo infligenda.*

123 Tortus *ſufficienter perſiſtens in negatiua poteſt condemnari ad intereſſe partis iuxta reſolutionem S.Conc. Neapolitani.*
Contrarium num.124.

125 Tortus *pro vno delicto poteſt pro alio delicto ſuperuenientibus inditijs torqueri, ſi tranſacti ſint dies 40.*
Intellige, & explica vt non procedat, quando pro pluribus criminibus quis torquetur, quia vnica vice, & non pro numero delictorum torquetur, ibid.

126 *Partes, quæ ſe offerunt ad ſubſtinendum torturam in probationem eorum, ſuper quibus deficiunt inditia, non ſunt audiendæ.*

127 Torqueri *non poteſt impeditus morbo, ſeù impedimento aliquo ex recenſitis, & an excellens in arte poſſit torqueri n.130.*
Et de facto tortus poteſt dicere de nullitate confeſſionis n.130.

128 Tortura *illata ſanauit laborantem podagra.*

129 *Probatio in contrarium admittitur, quando Periti referunt torturam poſſe inferri non obſtante impedimento allegato.*

131 Torqueri *non poteſt infans: ſicut nec ſenex.*

132 *Intellige vt hic.*

133 Tortura *poteſt inferri ſocijs criminis, quando extant inditia contra eos, licet non conſtet quiſnam ex ipſis occidit.*

134 *Cautela pro Iudice in iſto caſu.*

135 *Copia inditiorum debet dari Reo, & eius defenſori, alias confeſſio, illis non communicatis, extorta in tormentis eſt nulla.*
Et in dicta copia debent dari nomina, & cognomina teſtium, & an hoc ſit verum in Tribunali S.Officij latiſſimè diſcutitur.
Nomina Eccleſiaſticorum an poſſit ſcribi in proceſſu iudicis laici ſi delinquant inſimul cum ſecularibus ſub n.135. verſ. non relinquenda.

136 *Reus in quibus caſibus poteſt abſque inditijs torqueri.*
Et referuntur ſex caſus ibid.

137 *Sortilegium taciturnitatis aduerſus torturam verum eſſe aſſerunt relati hic.*

138 *Negat Paulus Zacchia.*

139 *Prima opinio cenſetur vera.*

140 *Ponitur ab aliquibus ſchedula huiuſmodi ſortilegij, & malè.*

141 *Iudex dicat vti ſortilegio contra ſortilegium taciturnitatis.*
Contrarium eſt verius, nam præter abraſionem pilorum, mutationem veſtium, vel loci, & dilationem tormenti ad aliud tempus nullo alio licet vti remedio ibid.

142 *Vtens ſortilegio taciturnitatis incurrit pœnam.*

143 *Et eam incurrit etiam docens.*

144 *In carceribus eſt ſcola inſtruentium carceratos ad negandum delictum.*

145 *Sed ſi eſt carceratus is, qui alium carceratum inſtruit ad negandum delictum nullatenus tenetur.*

145 *Tormentū Vigiliæ nō infertur niſi in atrociſſimis*

147 *Vigiliæ tormenti materia penes quos Doctores habetur.*

148 *In die, quo infertur tormentum vigiliæ nullum aliud tormentum poteſt infligi.*

149 *Procedit hoc non ſolum in tormento vigiliæ, ſed in quouis alio tormenti genere.*

150 *In dicto tormento Reus non poteſt detineri vltra decem horas.*

151 *Hodie extenditur etiam ad duodecim horas, & quarè.*

152 *Non infertur niſi delictum ſit atrociſſimum, & inditia ſint vrgentiſſima.*

153 *Aliquando tamen infertur in delictis ordinarijs loco funis, & quando.*

154 *Aduertentiæ multæ, & quæ ſint adhibendæ in tormenti Vigiliæ illatione.*

155 *Fœminæ non ſunt torquendæ dicto tormento, & quare.*
Seruatur tamen aliquando contrarium ibid.

156 *Et nec dicto tormento ſupponendi ſunt illi, qui ſunt debilis complexionis, ſeù aliquo particulari morbo laborant.*

157 Tor-

157 *Tormentum funis, ſeù cordæ frequentiſſimum in Tribunalibus.*
158 *Non excedit ſpatium vnius horæ continuatæ.*
159 *Et quid in teſtibus, & quid in ſocio ad purgandam maculam.*
160 *Cum fune ſubtili magis cruciat, quam cum groſſa.*
161 *Tormentum taxillorum vulgo* ſtanghetta, *paruipenditur à Iudicibus, quia parum in illo confidunt, & quare.*
162 *Eſt tamen ceſſantibus fraudibus intenſiſſimum.*
163 *Per quantum tempus infertur.*
164 *Tormentum ſibilorum omnium leuiſſimum eſt.*
165 *Torturæ gradus quot, & quales ſint.*

1 AGIT hic Legiſlator non de tortura, quæ
ſolet aliquando inferri in pœnam, &
punitionem delicti, ſed de illa, quæ perti-
net ad præparandum, & perficiendum pro-
ceſſum in ordine ad eruendam veritatem, &
ſic de tortura, quæ poteſt dici præambula
ad pœnam delicti poſtmodum inferendam,
quam Faber in *ſuo Codic. lib. 9. tit. 21. diffinit.
17. num. 5. in alleg.* & ex eo Balthaſ. Corrad.
Zahnnius *de mendacijs lib. 1. cap. 29. num. 2.* di-
cunt eſſe præparatorium quoddam ad mor-
tem, vel naturalem, vel ciuilem, vel ſaltem
ad pœnam corporalem. De hac duplici tor-
tura, & de differentia inter vnam, & alteram
intercedente, agit Antonius Queuedus in
libro de indit. & tortura par. 2. cap. 1. & ex eo
Didacus Garzia de Traſmiera in *tract. de po-
lygamia lib. 3. quæſt. 7. num. 1. & ſeqq.* Carrer.
de Nigris, Farinac. *locis relatis* à Domino Io:
Bapt. Muccio ad Sanfælic. *dec. 48. n. 7.*
Huiuſmodi tortura venit etiam ſub nomi-
2 ne, & appellatione quæſtionis, vt habetur in
leg. 1. & toto titulo ff de quæſtion. Bocer. tamen
in *tract. de tortura cap. 1. num. 12.* & ex eo Hie-
ronym. Baſilicò *crim. deciſ. 8. num. 85.* facit
3 differentiam inter quæſtionem, & torturam,
dicens torturam eſſe ipſum actum tormenti:
quæſtionem verò conſtare ex interrogatione,
& tormento.
Et licet varia ſint torturæ genera, prout
4 referunt Farinac. *quæſt. 38. num. 55. & ſeqq.*
Peregrin. *conſ. 2. num. 124. & ſeqq. lib. 2.* An-
tonius Quæuedus *de tortura par. 2. cap. 1.* Di-
dac. Garzia de Traſimiera *de polygamia lib. 3.
quæſt. 7. num. 6.* & nouiſſimè Gaſpar. Manzius
in *comment. ad criminalem ſanctionem Caroli-
nam art. 58. num. 20. & ſeqq.* vbi omnium
ferè tormentorum genera refert, & Samuel
Strykius in *tract. de iure ſenſuum differt. 6. c. 4.
num. 1. & ſeqq.* agit de modo torquendi Reû
per guſtum, dando ſcilicet ad potandum
potionem amaram iuxta text. in *Scriptura ſa-
cra Numer. cap. 5. verſ. 18.* vel denegando res
ad guſtum pertinentes puta cibum, vel po-
tum, quod ſapere nimiam crudelitatem ex
Zacchia *qq. Medicoleg. lib. 6. tit. 2. quæſt. 1. nu.
22.* firmat Strykius *ibidem num. 5.* præſertim
ſi denegetur potus, grauius enim eſt perferre
ſitim, quam famem, vt dicunt Zacchia, &
Strykius *loc. cit.* viden. qui facit mentionem
cuiuſdam potus, quem appellat Potum Sue-
ticum, quo milites Sueui in Bello moto in
Germania vti ſolebant: infundebant enim,
vt ipſe refert, aquam fœtidam ori hominum
in terram proiectorum, & deindè pedibus pe-
ctus illorum calcabant, donec confiterentur
loca, vbi pecunias reconditas haberent.
Nihilominus hic intelligitur de tortura
ordinaria, & ſolita adhiberi in Tribunalibus
Status Eccleſiaſtici, nam noua, & inuſitata
5 tormentorum genera ad Carnifices, & non
ad Iudices ſunt referenda, ad tradita per
Hieronym. Baſilicò *d. dec. 8. num. 14.*
De tortura pleniſſimum tractatum fecerunt
6 Farinac. *quæſt. 36.* & pluribus ſequentibus
Bocer. *de tortura*, Queuedus *de tortura*, Scialoya
de tortura Reorum, Zanger. *pariter de tort. Reor.*
& de materia tractant Peregrin. *dict. conſ. 2.*
Baſilicò *crim. deciſ. 8. per tot.* Carena *de S. Of-
fic par. 3. tit. 10. per 25. §§.* Conciol. *crim. re-
ſol. verbo tortura per 20. reſolutiones ibi poſitas*
Manzius *ad conſtit. crim. Carolin. art. 45. & plu-
ribus ſequent.* D. Sabellus in *ſumma §. tortura
per tot.*
Propterea ego aliquas tantum quæſtiones
curioſas, & alias in praxi frequentes breui-
ter attingam.
Quæro primo, an tortura Theologicis, ac
politicis principijs repugnet? agunt de hac
quæſtione Beſold. *Theſau. pract. adant. litt. P.
§. 11. fol. mihi 724. & ſeqq.* Hieronymus Baſi-
licò *crim. deciſ. 8. num. 1.* Balthaſſar. Corrad.
Zahnnius in *tract. de mendacijs lib. 1. cap. 29.
per tot.* Anton. Matthæus *de criminibus tit. de
quæſtionibus cap. 5. per tot.* Iohan. Volk. Bech-
mannus in *commentar. pandectar theoricopract.
tit. de quæſtionibus num. 1. & ſeqq.* & quia Be-
ſoldus *loc. cit.* diffuſiùs, quam alij materiam
tractat, & rationes hinc indè adducit, & li-
ber non eſt omnibus præmanibus, referam
ſummatim eius dicta, & pro affirmatiua
affert.
Primò, quod in Sacra Scriptura nullibi de
7 tali medio ad eruendam veritatem apparet.
Secundo, quod Moyſes prudentiſſimus in-
8 dagator in ea præſertim politica, vbi cum
pertinaci, duræque ceruicis populo res illi
fuit tantum adminiculum, & præſidium non
iuſſit adhiberi.
Tertio, quod non ſolus Populus Iſraeliti-
9 cus tormenta illa ignorauit, ſed, & in Regno
Aragoniæ, alijſque adhuc locis per Iudicem
in delictis imponi non poſſe refertur Gomez
tom. 3. reſol. 13. in princ. tit. de delictis, & in
Anglia etiam prohiberi, aſſerunt Greuius in
ſuo Tribunali reformato lib. 1. cap. 4. fol. 80. &
Thomas Smithus *lib. 1. Republ. Anglorum
cap. 27.* relati à Beſoldo *loc. citato* quibus ad-
do Hieronym. Baſilicò *crimin. deciſ. 8. nu-
mer. 12.*

Quarto, quod huiuſmodi remedinm eſt fal-
10 lax, & mendax, quia multi ſe admiſiſſe con-
feſſi ſunt crimen, quod tamen ab alijs perpe-
tratum res nimis ſerò docuit, & viciſſim quo-
rumdam in tormentis perſerendis duritia, &
obſtinatio tanta fuit, vt exquiſitiſſimis etiam
cruciatibus ad confeſſionem impelli non po-
tuerint ſcelerum illorum, quorum tamen
Reos fuiſſe, vel tùm conſtitit, vel veritas tem-
poris filia poſteà manifeſtauit, vt eſt text. ex-
preſſus in *leg. prima*, §. *quæſtioni ff. de quæ-
ſtion.*

Quinto, quod multi Doctores, & præſer-
tim Vuilhelmus Zepperus *lib. 5. legum Moſay-
carum forenſ. explanat. cap.* 10. Io. Greuius in
ſuo Tribunali reformato lib. 1. cap. 4. & Anto-
nius Prætorius relati à Beſoldo *dict.* §. *11. in
princ. fol. mihi* 724. improbant violentas haſce
11 quæſtiones tanquam ethnicum, & tyranni-
cum inuentum expers omnis charitatis, &
commiſerationis, quæ ſontibus etiam, &
Reis ſuo modo debetur, à quo debent caue-
re Chriſtiani, præſertim cum Tyranni, quorum
primus Nimbroth teſte Polidoro Virgilio
lib. 2. de rer. inuent. cap. 3. inuenerint hunc mo-
dum ad tuendam ſuam dominationem.

Nec curandum, quod torturis ſublatis de-
12 licta remaneant impunita, quia ſecundum
D. Chryſoſtom. *homelia 46. ad Pop. Antioch.*
nec ab omnibus hìc exigit Deus, nè ſurrectio-
nem deſperes, & iudicium deſinas expectare,
quaſi omnes hic reddant rationem. Nec
rurſum omnes abire permittit impunitos, ne
rurſum omnia prouidentia carere putes. Ve-
rum punit, & non punit. Et in quantum punit
oſtendit, quod hic punit, & illic rationē expoſ-
cat. In quantum autem non punit, facit, vt cre-
das, quod eſt aliquod poſt præſentem pere-
grinationem tremendum Tribunal: propterea
ſecundum Diuum Aug. in *lib. 3. contr. epiſtol.
Parmeniani cap.* 2. Miſericorditèr corripiat
homo, quod poteſt. Quod autem non po-
teſt, patienter ferat, & cum dilectione gemat,
atque lugeat, donec aut Deus deſuper emen-
det, & corrigat, aut vſque ad mortem diſ-
ferat eradicare Zizaniam, & paleam venti-
lare.

Pro affirmatiua verò affert primo, quod
13 Iuriſconſulti vno ore fatentur iuſtum, ratio-
ni conueniens, ac etiam Reipublicæ vtile eſ-
ſe tormenta quandoque adhiberi.

Secundo, quod mores, legeſque Gentium
14 ferè cunctarum approbant modum hunc, ne
delicta, quæ regulariter occultè perpetrantur,
& vix per aliam inquiſitionem protrahi in
lucem poſſunt, remaneant impunita, & ſic
detur occaſio, & aperiatur via delinquendi,
vt conſiderant Gomeſ. Farinac. Petrus Æro-
dius, Bocerus Hering. Parthenius litigioſus,
Philipp. Steinhauſen. & Delrio relati à Beſol-
do *loc. cit. fol. mihi* 727. quibus addo Hieron.
Baſilicò *deciſ. crim. 8. num.* 12. & Didac. Gar-
ziam de Traſmiera *de polygamia lib. 3. qu. 7.
num. 3. & ſeqq.* qui ex tex. in *l. edictum ff. de
quæſtion.* ait, quod tormenta ſunt efficaciſſi-
ma ad veritatis cognitionem.

Tertio, quod mundus non poteſt ſtare in
15 pace ſine timore torturæ, nam ſi teſtibus, &
præſumptionibus perpetuò vtendum eſſet,
neceſſariò ſequeretur, aut ſceleratos ad ſup-
plicium eſſe trahendos etiam nulla eorum
propria confeſſione accedente: aut ex cen-
tum flagitioſis vix vnum eſſe puniendum: ſi-
quidem, & rectè qualificati teſtes raró admo-
dum haberi poſſunt, cum ſcelera, præſertim
grauiſſima, ſine teſtibus committantur, & ho-
mines ita ſint comparati, vt ſua ſponte ſce-
lus nullum confiteantur, quod morte pian-
dum eſſe ſciant. *Quæ autem*, ſunt verba
Beſoldi, *futura eſſet hominum vita, & qualis
Reipublicæ cuiuſque Status, ſi ex multis flagi-
tioſis vnus, aut alter ſolum ad debitam pœnam
raperetur: reliqui, quorum ſcelera, vel turatis
teſtibus, vel ipſorum propria confeſſione proba-
ri non poſſent, impunè dimitterentur, nemo non
videt: cum ſcilicet id ad flagitia iteranda, &
pro nefaria libidine in alios graſſandum, non
feneſtram ſolum, ſed, & fores patentes præ-
beret.*

Quarto, quod etiam Sancti ſuadent huius
16 experimenti probam; nam S. Iſidorus Pelu-
ſiota *lib. 1. Epiſtol.* 116. *Cum ſapiens*, inquit,
*veritatis inuentum habeas multiplicem tormen-
torum machinam, timore ad iudicium vtere:
quandoquidem Diuina lex improbis te conſtituit
terrorem.*

Et hanc negatiuam opinionem eleganti
17 ſtylo etiam alijs prolixioribus rationibus mu-
nitam ſequutus Beſoldus *loc. cit. fol. mihi* 728.
reſpondet contrarijs.

Ad primum inquit, quod licet in *Veteri*
Teſtamento ignotæ, vel non viitatæ fuerint
torturæ, alia tamen ferè conſimilia media
vſurpabantur, & ſortes in dubijs, & occultis
maleficijs, quorum autores ignorabantur, ad-
hiberi ſolitas, ſcimus ex *Ioſ. 7. verſ.* 4. Samuel.
lib. 1. cap. 14. verſ. 30. Ionæ cap. 1. verſ. 7. & po-
tionem amaram ad explorationem adulterij
vſitatam fuiſſe, habetur *Num. cap. 1. verſ.* 13.

Ad ſecundum, inquit, quod in vetuſta *illa*
Iudaica Republica ſimplicitas, & ingenui-
tas maior erat, vtpotè in qua homines vnius
naturæ, ac gentis, vniuſque Religionis con-
formiter viuebant, atque adeo in ea minor
rerum confuſio erat; indeque inſtituta Po-
puli illius non adeò accommodata ſunt ad
Republicas temporum horum, quibus, &
malitia, & in omne ſcelus decuplo maior li-
bido, & vbi in vna non dico Regione, vel
Vrbe, ſed Oppido, Vico, Pago cohabitant
homines gentium diuerſiſſimarum, atque
adeò etiam ingeniorum, & morum, itaue
omninò iuſtitiæ adminiſtrandæ, flagitiorum-
que deprahendorum in tanta rerum, quæ
nunc in mundo eſt, confuſione multo diffi-
cilior ratio ſit, quam erat in Iudaica Politia,
& ad

& ad hoc citat Keckerman. *diſput. pract. 32. quæſt.4.* & idem innuit Baſilicò *dict. deciſ. 8. num.12.*

Ad tertium ait, quod Angli iuxta relationem *libelli Iuſtitiæ Britanicæ inſcripti ad finem* in crimine læſæ Maieſtatis de facto contra Catholicos quoſdam adhibuerunt.

Ad quartum, & quintum reſpondet, quod ſi regulæ Iuriſperitorum, & Republicarum ſapienter informatarum inſtituta obſeruentur, vix eſt, vt tortura iniuſtitiæ, vel crudelitatis accuſari queat, requirunt enim *Primo*, quod
18 conſtet de delicto hoc eſt de corpore delicti: *Secundò*, quod præcedant inditia veriſimilia, probabilia, legitima; qualia ſunt, illa quæ ſunt diſpoſita, & ſancita à Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus in *leg. milites §. oportet C. de quæſtion.* cuius verba ſunt -- *oportet autem Iudices, nec in his criminibus, quæ publicorum iudiciorum ſunt, ad inueſtigationem veritatis à tormentis initium ſumere, ſed argumentis primum veriſimilibus, probabilibuſque vti, & ſi his veluti certis inditijs ducti inueſtigandæ veritatis gratia ad tormenta putauerint eſſe deueniendum, tunc id demùm facere debent, ſi perſonarum conditio patiatur. Hac enim ratione etiam Vniuerſi Prouinciales noſtri fructum ingenitæ nobis beneuolentiæ conſequentur*, quem textum extollit, & pluribus exornat Baldus *conſ.78. num.1. & 2. lib. 3.* quod eſſe verum etiam in delictis atrociſſimis longo ſermone probat Peregrinus *conſ.2. à num.97. vſque ad num. 109. lib.2.*

Tertio, quod confeſſiones Reorum ratificentur ex interuallo temporis, & extra locum tormentorum, & deindè aliundè verificentur. *Quartò*, demùm quod in modo tormentorum habeatur ratio perſonæ, grauitatis, ſeù leuitatis delicti, inditiorum, & præcipuè vſitati tormenti, & ad ſingula allegat leges, & authoritates Doctorum: ſubdit deteſtandos eos, qui more tyrannorum adhibent tormenta in pœnam; vel vanam, & innanem gloriam, & maiora Officia affectantes noua genera tormentorum miſeris Reis imponunt, & improbat captiones, & artes, quas recenſet Paris de Puteo *de ſindic. verbo tortura verſ. & aduertendum*, & Longlæus *ſemeſtrium lib.4. capit.2.* & Delrio *diſq. magic. ſect.10.*

Antonius Matthæus *de criminibus titul. de quæſtionib. cap. 5. per tot.* agit, vt dixi, de hoc eodem articulo, & ad longum rationes hinc indè adducit, quæ in ſubſtantia ſunt eędemmet, quas affert Beſoldus, & cum Ludouico Viues improbat torturam, pręterquā in crimine læſæ Maieſtatis, & in caſu, quo infertur confeſſo ad reuelandum complices.

Bechmannus verò, qui, vt pariter dixi; agit de hoc articulo in *tit. de quæſtionibus* neutram ſententiam abſolutè, & ſimpliciter approbat: ſed diſtinguit inter tormenta mediocria, & grandia, vel immania, inter modum torquendi crudelem, & modicum: inter cauſam torquendi dubiam, vel non, & inter tormentorum vſum, & abuſum.

Mihi omnibus benè penſatis verior videtur opinio Beſoldi; vndè concludo cum eodem, & cum Hieronym. Baſilicò *dict. deciſ.8. num.12.* & cum communi praxi Tribunalium, vſus enim, & conſuetudo tot cultiorum Gentium faciunt pro iuſtitia quæſtionum vt ait Bechmann. *loc. cit. num.6.* concludo, inquam, torturam non repugnare principijs Theologicis, & politicis, imò omninò eſſe neceſſariam pro bono Iuſtitiæ, & Gubernij, quicquid dicant Bachou. ad Vueſſembech. *tit. de quæſtionib.* & Ant. Matthæus, & alij quos reprobat Struuius *diſſert. crim. 1. theſi 16.*

Quæro ſecundo; vndè proueniat, quod
19 quis in ſe ipſum ob tormenta mentiatur? Plurima enim extant exempla eorum, qui in tortura, & deindè etiam extrà locum torturæ fecerunt ſe reos criminum, quæ nunquam admiſerunt, quorum *quadraginta duo* retulit Oldephop. *in appendice ad obſeruat. crimin.* aliqua retulit Scanarol. *de viſit. carcerator. lib. 2. §.7. cap. 1. per tot.* & nonnulla retulit Beſold. *loco ſupracitato*. Et ego vidi Rauennæ lapidem poſitum ad honorem nobilis de Amaducijs, qui confeſſus delictum, quod mox ab alio perpetratum fuiſſe apparuit, fuit miſerè capite plexus; Et parum abfuit, quin caſus fuerit hic Bononiæ renouatus de præſenti *anno 1675.* in quinque carceratis, quorum tres in tormento Vigiliæ, & poſt ad banchum Iuris aſſeruerunt commiſiſſe in communi Calcariæ rapinam cum qualitate conuenticulæ, nominis Curiæ, fracturæ capſarum, ligaturæ Orlandi, & Vincentij de Gulfarinis, & abductione Vincentij per centum paſſus extra domum: alij verò duo pariter in tormento Vigiliæ faſſi fuerunt commiſiſſe rapinam ferè cum ijſdem qualitatibus in Com. Mongiorgij in domo illorum de Blaſinis, & tamen tam primi, quam ſecundi erant de prædictis prorſus Innocentes; inciderunt enim in manus Curiæ veri Rei, qui in plano examine rem ex ordine expoſuerunt, & debitas pœnas laqueo luerunt. In his duobus caſibus primi potuerunt ex publica voce, & fama ſeriem facti narrare, & eoſdem ſocios, quos vulgus fecerat ſibi ipſis adiungere, ſed ſecundi, qui ſtatim facta rapina fuerunt capti ad nominationem, & indicationem derobatæ mulieris atteſtantis benè cognouiſſe eos, non video quomodò potuerint ſeriem facti, prout re ipſa erat, dicere, & ſocios indiuiduare, de quorum vno, nec mulier, & nec Curia vllam prorſus habuerat ſuſpicionem. Iſti duo caſus occurſi tempore mei Auditoratus effecerunt, vt criminalitatem, quam cum Fontanell. *deciſ.258. num.10. lib.1.* pro re faſtidioſa ſemper habui, & contra genium exercui, vt teſtis eſt mihi Deus, quod de facili credent, qui ſciunt quomodo me criminalitati addixerim, periculoſiſſimam, & deſpicaciſſimam

dem-

Digitized by Google

deinceps etiam habuerim, ſed oportet ſerui-
te Deo, & Principi, & manere in vocatione.

Benedictus, & laudatus ſit Deus, qui ſuc-
currendo meæ bonæ intentioni, & rectiſſimæ
menti Eminentiſs. D. Card. Bonaccurſij à La-
tere Legati nunquã ſatis laudati, hos pauperes
è faucibus mortis eripuit, & me liberauit à
cõfuſione, qua, licet iuſtitiam ſecundũ acta, &
probata feciſſem, adhuc tamen perfuſus fuiſ-
ſem, & quidem manifeſtè apparuit in hoc mi-
ſericordia, bonitas, & prouidentia Dei, nam
cum D. Cardinalis deliberaſſet, quod præfa-
ti morti traderentur poſt reuerſionem Magna-
tum, & Ciuium ab eorum Villis, quæ ſolet
regulariter eſſe circa medietatem menſis No-
uembris, non amplius eorum recordati fui-
mus, & pur omni die Veneris; & ſic ſemel
in hebdomada liſtam carceratorum in ſolita
Congregatione legebamus: tandem circa
medietatem menſis Ianuarij ſubſequentis ad-
uenit ad me homo forenſis, qui impulſu Dei,
vt credendum, petijt impunitatem, & aliquam
recognitionem pecuniariam, eaque obtenta
factum vtriuſque latrocinij iudicialiter expo-
ſuit, & modum habendi ſocios indicauit, quo-
rum duo ad manus Curiæ peruenerunt, & de
plano delictum confeſſi vltimo ſupplicio af-
fecti fuerunt.

Et vt ad quæſitum reuertar, dico, quod
Vvlpianus in *leg. 1. §. quæſtioni ff. de quæſtion.*
20 hoc tribuit hominis impatientiæ, dicens,
alij, tanta ſunt impatientia, vt quoduis men-
tiri, quam pati tormenta velint. Vndè Mi-
chael Montanus *loco relato* à Beſold. *dict. §. 11.*
fol. 727. periculoſam eſſe ait inuentionem il-
21 lam eculei, & quæſtionum adeò, vt videatur
magis exploratio patientiæ, quam veritatis;
æquè enim is, qui ſuſtinere, & perferre tor-
menta poteſt, & is, qui non poteſt, verita-
tem celat: idem aſſerit Caſſiodorus *lib. 3. va-*
22 *riar. epiſt. 46.* tribuens hoc tædio, quo pertæ-
ſus homo, gratiùs ſibi eſt ſpem citæ mortis
expetere, quam tormentorum crudelia ſuſti-
nere, *inter ſupremas enim*, vt ſubdit Caſſio-
dor. *anhelanti anguſtias, votum eſt, potiùs pe-
rire, quam viuere; quia deteſtabilis ſenſus pœ-
narum excludit dulciſſimæ ſalutis affectum*. Et
ex hoc inquit Lucas de Penna in *leg. quoties,*
Cod. de dignitat. lib. 12. relatus & ipſe à Be-
ſold. *loc. cit. fol. 725.* faciliùs reperiuntur, qui
ſe vltrò mori offerant; cum nemo tam timi-
dus ſit, vt inquit Seneca ad Lucillum *epiſt. 22.*
vt malit ſemper pendere, quàm ſemel cade-
re: Vide quæ ad hoc propoſitum ex Cicero-
ne in *orat. pro Silla* affert Baſilicò *deciſ. crim. 8.*
num. 14.

Quæro tertio, an detur cautela ad ſecuri-
tatem Iudicis, & imputari ſimul? D. Auguſt.
lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 6. relatus à Beſold.
dicto §. 11. fol. 727. intollerabile, plangen-
23 dum, rigandumque, ſi fieri poſſet, fontibus
lacrymarum, ait, quod cum propterea Iudex
torqueat accuſatum, nè occidat, neſciens
innocentem, idem fiat per ignorantiæ miſe-
riam; vt & tortum, & innocentem occidat;
quem torſerit, nè innocentem occideret. Si
enim ſecundùm iſtorum ſapientiam, vt pro-
ſequitur D. Auguſtinus, delegerit ex hac vi-
ta fugere, quam diutiùs ſuſtinere tormenta,
quod non commiſit, commiſiſſe ſe dicit, quo
damnato, & occiſo vtrum nocentem, an in-
nocentem Iudex occiderit, adhuc neſcit:
quem nè innocentem neſciens occideret, tor-
ſit: ac per hoc innocentem, & vt ſciret, tor-
ſit, & dum neſciret, occidit, idem innuit Ci-
24 cero in *Orat. pro Silla* relat. à Baſilicò *deciſ.*
crim. 8. num. 14. ibi -- *illa tormenta gubernat
dolor, & moderatur ſtatura cuiuſque tùm ani-
mi, tùm corporis regitque quæſitor, flectit libi-
do, corrumpit ſpes, infirmat metus, vt tot re-
rum anguſtijs nihil veritati loci relinquatur*. Vn-
de ex eiuſdem Diui Auguſtini, & Ciceronis
ſententia videtur quodammodò impoſſibilis
adinuentio cautelæ certæ, & ſecuræ: & qui-
dem cautela, quæ habeat phyſicam certitu-
dinem, non poteſt dari, ſed benè poteſt dari,
25 quæ habeat moralem, qualem ad actus huma-
nos regendos, & ſuſtinendos ſufficere, pluri-
bus ad propoſitum monſtrat Pater Graſſett.
anathom. necis proditor §. 29. n. 22. & 236.

Cautela igitur eſt, vt Iudex non procedat
26 ad tormenta, niſi conſtito plenè de corpore
delicti iuxta *text. in leg. 1. §. item illud ff. ad Se-
nat. Conſult. Sillan.* & niſi præcedant inditia
veriſimilia, probabilia, legitima, iuxtà text.
in *leg. milites Cod. de quæſtion.* & niſi facta ipſi
Reo conteſtatione prædictorum legitimorum
inditiorum fuerit data copia proceſſus Pro-
curatori, & Aduocato ipſius Rei, & niſi fue-
rit in Congregatione criminali factum decre-
tum de torquendo; & niſi concurrant alia,
quæ eſſe neceſſaria dicit D. Sabellus in *ſum-
ma §. tortura num. 4.*

Et habita confeſſione in tormentis, & ra-
tificatione illius, vt dicunt, ad bancum Iuris
poſt honeſtum temporis interuallum, Iudex
debet procurare habere verificationem, iux-
ta monitum Vulpiani in *leg. 1. §. Diuus Seue-
rus ff. de quæſt.* vbi ait, *confeſſiones Reorum
27 pro exploratis facinoribus haberi non oportere,
ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat*;
& propterea Tertullianus *in apoleg.* relatus à
Beſoldo *dicto §. 11. fol. 729.* ait, leges præſcri-
bere, vt confeſſi damnentur; Iudices verò
non debere eſſe contentos ſola confeſſione,
ſed, & conſequenter exigere qualitatem facti,
numerum, locum, tempus; & hanc verifica-
tionem, ſtudeat, ſi poſſibile eſt, habere Iudex
ex aliqua circumſtantia, quæ non ſit deducta
in proceſſu ante Rei confeſſionem, nam con-
28 feſſio circumſtantiara ex aliquo adminiculo
non ſcito priùs per Iudicem, nec ipſi Reo
conteſtato, demonſtrat, talem confeſſionem
emanaſſe ex fonte Veritatis cognitæ Reo,
nullatenus ei ſugeſtæ, & habemus de hoc
exemplum ſingulare in Sacra Scriptura in

libro

libro Ioſue cap. 7. verſ. 19. & ſeqq. ibi -- *& ait Ioſue ad Achan: fili mi da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, atque indica mihi, quid feceris, ne abſcondas:* Reſpondit *Achan Ioſue, & dixit ei: verè ego peccaui Domino Deo Iſrael, & ſic, & ſic feci: vidi enim inter ſpolia pallium coccineum valdè bonum, & ducentos ſiclos argenti, regulamque auream quinquaginta ſiclorum, & concupiſcens abſtuli, & abſcondi in terra contra medium Tabernaculi mei, argentumque foſſa humo operui. Miſit ergo Ioſue miniſtros, qui currentes ad Tabernaculum illius, reperierunt cuncta abſcondita in eodem loco, & argentum ſimul: auferenteſque de teutorio tulerunt ea ad Ioſue, & ad omnes filios Iſrael, proijeceruntque ante Dominum. Tollens itaque Ioſue Achan filium Zaræ, argentumque, & pallium, auream regulam, filios quoque, & filias eius, & boues, & aſinos, & oues, ipſumque Tabernaculum, & cunctam ſupellectilem (& omnis Iſrael cum eo) duxerunt eos ad vallem Achor: vbi dixit Ioſue: quia turbaſti nos, exturbet te Dominus in die hac: lapidauitque eum omnis Iſrael, & cuncta, quæ illius erant, igne conſumpta ſunt.*

Iſtum Textum Scripturæ Sacræ allegaui de menſe Februarij 1688. Eminentiſsimo, & Reuerendiſſimo Domino meo Domino Card. de Caualetijs Archiepiſcopo Capuano, qui, dum hęc imprimuntur, cum omniũ męrore obijt, ad ſubſtinendam confeſſionem à Reo factam ad monitionem, & interrogationem Iudicis, quę talis fuit -- *Et monitus vt veritatem dicat quoniam pluribus ſe inuoluit, iuſtitiam, & veritatem præ oculis habeat, caueat neminem indebitè inculpare, nec ſperet miſericordiam à Deo, quando mendacijs iuſtitiam, vel proximum lædit:* dicebam enim, quod, licet talis monitio, quatenus Reo deſperationem miſericordiæ Dei proponat, poſſit dici extra communem ſtylum, nihilominus non poteſt dici, quod non ſit legalis cum ſit vniformis monitioni factæ à Ioſue monente Achan ad fatendum delictum: formula enim -- *Da Gloriam Deo, confitere*, qua iuxta expoſitores Sacræ Bibliæ vti ſolebant Hebræi, non importat ſimplex iuramentum de veritate dicenda prout videtur velle Gonzalez Tellez in *cap. etſi Chriſtus n. 12. de iureiur.* ſed importat adiurationem, quam Rei, vt dicunt dicti expoſitores, adiurati per Deum ſolemni ritu de veritate interrogabantur; & hoc euincitur manifeſtè ex textu *noui teſtamenti Ioannis cap 9.* vbi Hebræi, cum interrogaſſent cœcum natum, quem Dominus Noſter Ieſus Chriſtus illuminauerat, denuò facta adiuratione interrogarunt. Monitio, ergo, & interrogatio facta à Ioſuè fuit concuſſiua, & tamen Achan, inde confeſſus, fuit lapidibus obrutus, & vna cũ ſuis cõbuſtus: Reo tamẽ de quo agebatur, profuit ad euadendam pęnam ordinariam ex decreto S. Conſultæ facto *die 21. Nouembris 1687.* & confirmato *die 10. Februarij* 1688. nec fuit mihi imputandum, quod in re criminali vſus fuerim authoritate Sacræ Scripturæ, quia, vt ait Barbatia in *cap. quia quæſitum num. 45. de offic. delegati* Sacra Scriptura poteſt allegari in deciſionibus cauſarum etiam in modo puniendi *cap. certificari de ſepult. cap. tua de decim.* Gloſ. in *auth. vt iudices ſine quoque ſuffrag. §. 1.*

Cognoui tamen, vt ad rem regrediar, in cauſis ſupradictis rapinarum, quod nec iſta cautela ſufficit ad certificandum phiſicè, Iudicem, quia confeſſi rapinam commiſſam in Commune Mongiorgij nominarunt Iulianum de Franceſchellis, & in hac parte fuit habita bona verificatio, quia & ille abfuit à domo nocte commiſſi delicti, & diſceſſerat cum Aſino, cum quo aſſerebant fuiſſe aſportata bona, & illi de Calcaria dixerunt Ioan. Dominicum Tintum acceſſiſſe ad domum de Gulfarinis armatum cum ſolo baculo, illumque fuiſſe per incuriam, & feſtinantiam relictum in domo eorumdem de Gulfarinis, & re vera fuerat ibidem relictus quidam baculus, qui fuit recognitus ab accuſatis confeſſis, & deindè pro verificatione etiam fuit recognitus inter plures à teſtibus pro baculo, quem ſolitus erat deferre Dominicus Tintus, & tamen baculus non erat dicti Dominici, & nec Iulianus cum veris latronibus interuenerat.

Propterea concludendum omnia ſub Luna
eſſe incerta, fallacia, mendacijs, & erroribus
expoſita, ſed quia vt diximus ad actus huma-
29 nos regendos, & ſuſtinendos ſufficit certi-
tudo moralis, vt ex Diuo Thoma *2. 2. qu. 70.*
art. 2. & ex Philoſopho *1. ethicor.* inquit Pater
30 Graſſettus *dict. §. 29. num. 236.* ſat eſt Iudici,
quod ſecundùm acta, & probata, & ſic ſe-
cundum conſcientiam publicam pronunciet
iuxta text. in *cap. dilectus, & cap. accepimus,*
& cap. contingit de fide inſtrum. cap. paſtoralis,
§. quia verò de offic. deleg. & in leg. adoptio ff. de
de adopt. & in leg. illicitas ff. de offic. Præſid. cum
alijs adductis per Valaſc. *de Iudice perfecto*
rub. 14. annot. 3. n. 4.

Quæro quarto, an vera ſit aſſertio, quod
31 tortura ſit maior pœna, quam vtriuſq; manus
abſciſſio? affirmat tex. in *§. fin. Auth. vt nulli*
iudic. & affirmant Boſs. *tit. de tortura num. 12.*
Peguer. *deciſ. crim. 16. num. 5.* negant Caleph.
32 in *leg. imperium num. 179. de iuriſd. omn. iudic.*
& Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 14. num.*
100. *& ſeqq.* & ſaltem non poſſe verificari in
tortura, quæ adhibetur noſtris temporibus
aſſerunt ijdem Doctores mox citati pro ne-
gatiua.

Quæro Quinto, an tortura inferatur in
delictis leuibus, pro quibus imponitur pecu-
niaria, vel corporis non afflictiua? affirmati-
33 uam tuetur Caball. *crim. reſol. 170.* cum alijs
34 Doctoribus per eum allegatis; negatiuam
verò tenent Farinac. *quæſt. 38. num. 6. & q. 42.*
num. 9. & 28. vbi in *addit. impreſſ. poſt tertium*
libr. conſil. dicit opinionem Caball. eſſe rigo-
roſam, Guazzin. *Reor. defenſ. 30. cap. 3. num. 6.*

Luca-

Lucatell. *quæſt. Iudic. inſpect. 5. num. 301. & ſeqq.* Antonell. *conſ. 8. num.* 44. Hieronym. Baſilicò *crim. deciſ. 8. num. 31. & 32.* Garzia *de polygamia lib. 3. quæſt. 7. num. 10. & ſeqq.* ſiquidem non debet modus procedendi eſſe durior, & aſperior pœna, quæ debet pro delicto imponi, vt dicunt prædicti Doctores.

Et quod non inferatur, niſi pœna ſit vltrà
35 relegationem per biennium, dicunt Gram. *conſ. 15. & vot. 25.* Muſcat. *de probat. delict. tit. de Vulneribus n. 29.* Foller. *verbo Rei indurati torqueantur n. 12.* Peguer. *deciſ. crim. 16. n. 2.* Sed Fontanell. *de pactis nupt. clauſ. 4. gloſ. 14. n. 105.*
36 non approbat hanc opinionem, & hos Doctores loqui ſecundum Iura municipalia aſſerit.

Nos ſumus extra omnem difficultatem,
37 quia noſtra bannimenta diſponunt debere procedi ad torturam in delictis, pro quibus imponitur pœna arbitraria, ſeu pecuniaria aſcenden. ad ſummam ſcutorum quinquaginta, & ſic procedimus iuxta doctrinam Caball. quæ à bannimentis noſtris pro vera ſtabilitur: & conuenit hæc diſpoſitio cum placito plurium Doctorum, & etiam eſt rationabilis, nam quando pœna pecuniaria eſt magna, & etiam quando agitur cum vilibus, quibus leuius eſt aliqualem torturam pati, quam pecuniam ſoluere, vel exulare non eſt inconueniens deuenire ad torturam, vt ex Claro *q. 64. verſ. præterea debet*, & ibi Baiard. Caball. *reſol. 28. & reſol. 170.* Guazzin. *reor. defenſ. 30. cap. 3.* Matthæu *de re crim. controuerſ. 27. num. 24.* & Anton. de Ballis *variar. lib. 4. quæſt. 5. num. 12. & ſeqq.* Scialoya, & Conciol. dicit D. Sabellus in *ſumma §. tortura num. 5.* qui hoc ampliat procedere etiam in cauſis damni dati, dummodo tortura ſit leuis; & *ibid. verſ. quod poſſit inferri*, ampliat id procedere etiam in cauſis ciuilibus habentibus crimen annexum, & contra vſuraros, & mercatores fallitos.

Quæro ſexto, an de iure inferatur tortura pro
38 pecuniarijs effectis corporalibus? dixi in *c. 5. §. 1. num. 122.* quod debet attendi natura ipſa delicti, vide quæ copioſè dixi in *dicto loco* confert id quod dicit Garzia *de polygamia lib. 3. quæſt 7. num. 28.* & Hieronym. Baſilicò *deciſ. crim. 8. num. 33.* vide hos Doctores ad comprobationem eorum, quæ diximus *dict. cap. 5.*

Quæro ſeptimo, an Iudex quando non habet in proceſſu, niſi inditia, debeat de neceſſe venire ad torturam? Dic, quod reſidet
39 in eius poteſtate venire ad torturam, vel ad aliquam pœnam extraordinariam. Nouar. *deciſ. 71. per tot.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 92. num. 3.* Carena *de S. Offic. par. 3. tit. de confeſs. tit. 8. §. 1. num. 17.* Farinac. *conſ. 109. num. 15.* Ioſeph Ludouic. *concl. 45. verſ. ſolent autem*, & multos referens Cenſal. *vot. crim. 10. num. 17.*

At Gomez *var. lib. 3. cap. 12. in fine*, & Facchin. *controu. Iuris lib. 1. cap. 29.* tenent, quod
40 ſit hoc caſu deueniendum omninò ad torturam; & affert pro ſua opinione tres leges, & reſpondet contrarijs, quæ poſſunt allegari: Verum quia Gomeſius reprobatur à Menoch. *dict. quæſt. 92.* & Facchineus reprobatur in
41 ſpecie à Mantienz. Iun. in *repet. cap 2. nu. 163 de præſumpt.* quem refert Carena *dict. num. 17.* & verſa uice opinio Menoch. Nouar. Farinac.
42 & aliorum quodammodò confundit terminos torturæ, & condemnationis extraordi-
43 nariæ, vt innuit Cenſal. *vot. crim. 4. num. 6.* Propterea poterunt opiniones præfatorum Doctorum conciliari dicendo, quod vbi extat ſemiplena probatio tunc Iudex, nè confundantur prædicti termini, debet omninò deuenire ad torturam iuxta opinionem Gomezij, & Facchinei, vbi verò extat pluſquam ſemiplena probatio, ita vt tortura non poſſit ſufficienter tollere inditia extantia, & tunc Iudex debet omninò deuenire ad pœnam extraordinariam, non ſolùm, quia ita exigunt inditia quæ per torturam non poſſunt penitus elidi, & tolli, ſed etiam quia periculum eſt nè Reus faciat potentiam in brachijs ſuis, & pœnam meritam eludat, vt benè conſiderat Farinac. *conſ. 108. num. 117. & conſ. 109. num. 27.* vndè benè omiſſa tortura imponi poteſt extraordinaria iuxta opinionem Millei in *pract. crim. num. 86. fol. mihi* 150. Capyc. *deciſ. 126. num. 14. & 17.* Farinac. *conſ. 125 num. 16. & quæſt. 86. num. 64.* Bald. in *leg. fin. num. 8. Cod. de probat.* Paſſerin. *prax. quæſt. 29. artic. 1. num. 14. in fine*, Caualcan. *de brach. reg. par. 3. num. 30.* Gram. *vot. 15. num. 14.* Gomez. *loco citato cap. 13. num. 28.* Caſtill. *deciſ. 160. num. 69. par. 2.* Zuffus *de proceſs. crim. legitim. quæſt. 190. num. 16.*

Vbi verò inditia poſſunt tolli, vel quia poteſt inferri tormentum Vigiliæ, vel tortura poteſt repeti, tunc erit in poteſtate Iudicis torquere, vel condemnare iuxta opinionem Menoch. Nouar. & aliorum, quos *ſupra* retuli, etenim non præcludendum Iudici ius eligendi viam ſibi viſam magis proficuam Curiæ, & Fiſco.

Hæc conciliatio, ſeù diſtinctio coincidit in illam, quam faciunt Doctores inter probationem ſemiplenam, mediam, & plenam, quam ſequutus eſt Bordon. *prax. cap. 5. nu. 14.* & refert Paſſerin. *in praxi quæſt. 29. art. 1. numer. 14.* mediam autem dicunt eſſe illam, quæ excedit ſemiplenam, ſed ad plenam non pertingit, hoc eſt pluſquam ſemiplena; & minuſquam plena eſt, & dicunt hanc ſufficere ad pœnam extraordinariam imponendam.

Sed contra diſtinctionem plures Doctores varijs medijs inſurgunt, & ſunt Marſil. *rub. de probat. num. 237.* Sarmient. *Select. interpræt. lib. 1. cap. 1. per tot.* Decian. *conſ. 175.* Auendan. in *dictionario litt. P. verbo præſumptio*, Paſqualigo *deciſ. 216. num. 13.* & horum tria ſunt potiſſima argumenta: *Primum*, quod

Iura

Google

Iura volunt neminem niſi confeſſum, vel conuictum eſſe condemnandum: *Secundum*, quod ſicut non datur mèdium inter delictum, & non delictum: Neceſſe enim eſt aſſerere, quod Reus, qui poſtulatur de homicidio, occidit, vel non occidit, ita nec datur medium inter torturam, & pœnam, ſiquidem ſi pœna media, hoc eſt extraordinaria, conſtituitur, & occidiſſe, & non occidiſſe Iudex iudicaſſe videtur, quia in quantum condemnat dicit occidiſſe, & in quantum recedit à pœna ordinaria, dicit non occidiſſe: *Tertium*, quod factum eſt indiuiduum, & ideò nullo pacto pęna illi facto applicanda poteſt diuidi.

Huiuſmodi tamen argumentationi, quæ videtur eſſe adinſtar argumenti Zenonis negantis motum dicendo, aut quis mouetur vbi eſt, aut vbi non eſt: vbi eſt non poteſt moueri, quia ibi eſt: vbi verò non eſt, non poteſt moueri, quia ibi non eſt, benè ſatisfacit P. Didacus Sgroi in *tract. Lux Prælatorum part. 6. cap. 3. num. 9.* nam ad primum dicit, quod ad imponendam pœnam ordinariam requiritur liquidiſſima probatio, & quod Reus ſit confeſſus, vel conuictus: ſecus quoad pœnam extraordinariam, & quidem iura, quæ loquuntur in vno caſu, non poſſunt nec debent extendi ad alium caſum, quando non eſt par ratio, & quando repugnat bonæ gubernationi Status, & Dominij.

Ad Secundum reſpondet negando totum, quia quando Iudex infligit pœnam extraordinariam non iudicat Reum totaliter delinquentem, neque totaliter non delinquentem: ſed aliquo modo delinquentem, & ſicut Iudex poteſt deuenire ad torturam, quando eſt certus de delinquente tantum, quantum ſufficit ad torturam, quod à nemine negatur, & concedit P. Paſſerinus *dict. quæſt. 29. artic. 1. num. 10.* ita debet dici, quod poſſit deuenire ad pœnam extraordinariam, quando eſt certus tantùm, quantum ſufficit ad talem, & tantam pœnam.

Ad Tertium reſpondet, quod factum, quatenus ſubſtat probationi, eſt diuiſibile, & diuiditur.

Propterea communis, & verior, & in praxi admiſſa eſt opinio, quod vbi extat probatio, quæ ſemiplenam excedat, poteſt ad pœnam extraordinariam deueniri, vt de communi teſtatur Sgroi *loc. cit. n. 4.*

Et quamuis Paſſerin. *dict. quæſt. 29. art. 1. num. 16. & 19.* dicat, quod Reus non poteſt damnari in extraordinariam, etiamſi de delicto pluſquam ſemiplenè conſtet, ea ductus ratione, quia pœna extraordinaria eo ipſo, quod imponitur pro delicto dicitur eſſe ordinaria eiuſdem delicti, pro quo imponitur, & ideo requirit ad hoc, vt imponi poſſit, quod de delinquente conſtet certò certitudine requiſita ad condemnandum, quæ certitudo ſecundum eum non habetur, niſi per plura teſtimonia, quorum quodlibet ſaltem ſemiplenè probet, & duplicem ſemiplenam neceſſariam eſſe dicit *ibidem numer. 17.* quod ante eum voluerunt Alber. Clar. Alex. Menoch. *locis relatis* à Farin. *qu. 86. n. 22.*

Nihilominus non eſt minus vera opinio ſupra firmata, quod ad pœnam extraordinariam ſufficit probatio, quæ ſit pluſquam ſemiplena, vt dicunt citati Doctores, quibus addendi ſunt Bart. Bald. Marſil. Aret. Brun. Gram. Capyc. Boſs. Maſcard. Menoch. Peguer. *locis relatis* à Farin. *eadem qu. 86. num. 24. & 27.*

Præſertim ſi agatur de delicto atroci, occulto, difficilis probationis, & veriſimile ſit, non poſſe haberi alias probationes, vt innuunt Gomez. Caualc. Guazzin. relati à Sgroi *loc. cit. num. 4. verſ. tria autem*, & Paſſerin. *dict. quæſt. 29. art. 1. num. 18. circa finem*, & quoad delicta occulta, & difficilis probationis firmant Bald. Alex. Brun. Crauett. Gram. & alijs quos refert, & ſequitur Farinac. *dicta quæſt. 86. num. 29. & 32.* vbi ait ab hac opinione non eſſe recedendum, ratio autem eſt, quia ex ſententia Sgroi *loco citato* tunc Iudex eſt certus certitudine requiſita ad talem condemnationem.

In omnem caſum, quod dictum eſt ex Go-
44 mez. & Fachin. non procedit, quando propter aliquod impedimentum ætatis, conditionis, rupturæ, vel ſimilis, nequit deueniri ad torturam, quia tunc de neceſſe debet Iudex venire ad pœnam aliquam, leuem tamen pecuniariam, vel exilij ſecundum Farinac. *q. 41. num. 11. & conſ. 82. num. 5.* Baiard. ad Clar. *quæſt. 64. num. 72.* Guazzin. *reor. defenſ. 30. cap. 18. num. 6.* & Caball. *crim. reſol. 288. num. 29.* Conciol. *crim. reſol. 8. verbo tortura num.* Scialoya *de torquen. Reis cap. 13. in fine* Anſald. *conſ. 129. in fine* D. Sabell. in *ſumma §. tortura num. 7. verſ. & quando Reus, cap. 41. num. 13.* & Cyriac. *controu. 106. num. 14.* qui tamen de hoc remanet ſubdubius *ibidem num. 18.* & quate-
45 nus proceſſus agatur in aliquo Supremo Tribunali deuenire poteſt etiam ad pœnam corporalem, vt pluribus citatis Doctoribus firmat Carena *de S. Offic. par. 2. tit. 12. §. 32. num. 263.* Theſau. *quæſt. forenſ. 45. in fine*, & de Luca ad Vinc. de Franch. *deciſion 538. num. 4.* quamuis ad pœnam extraordinariam requirat inditia indubitata Cenſal. *dict. vot. crim. 4. num. 6.* qui ad hoc allegat text. in *leg. fin. Cod. de probat.* & Farinac. *quæſt. 88. num. 55. & ſequentibus.*
Vbi demùm inditia non ſufficiant ad torturã,
46 debet Reus relaxari cum cautione de ſe repræſentando ſecundum Gram. *vot. 34. nu. 22.* Auguſt. ad Angel. *de maleſic. verbo fama publica num. 101.* quia quando ex proceſſu crimina
47 redduntur incognita, non eſt tentandus Deus, ſed eius iudicio eſt relinquenda cognitio, & caſtigatio Tholoſ. *de appellat. lib. 2. cap. 18. n. 8.* & Miranda *tract. de ordin. Iudic. quæſt. 27. art. 3.*
48 *concluſ. 1. num. 40.* Ideò non placet aſſertio

Giurb. conſ.crim.87. num.11. circa finem, di-
centis poſſe Iudicem ex circumſtantijs ſibi
notis extra proceſſum procedere ad torturam;
& nec placet dictum de Nigris in cap. Regni
49 ſubditorum rub.de violent.num.136. circa finem,
volentis, quod Iudex in delictis enormibus,
quando non habet inditia ſufficientia, & eſſet
ingens ſuſpicio contra aliquem impetret à
Principe, vt poſſit cum illis inditijs torquere,
de qua quæſtione agit nouiſſimè Hieronym.
Baſilicò crim.decif.8. num.38.& 39. quia ſine
inditijs nemo poteſt torqueri, etiamſi Prin-
ceps torqueri mandet, vt docet Andr. de
Iſernia in Regni Conſtitutione proſequentes de pu-
gnis ſublatis verbo eſt exequata conditio.

Quæro octauo, an tortura poſſit repeti?
Dic, quod variæ ſunt Doctorum opiniones,
50 aliqui tenent affirmatiuam moti ex text. in
leg.16 ff.de quæſtionibus ibi -- repeti quæſtionem
poſſe Diui fratres reſcripſerunt, & ex text. in
leg.vnius 18. §.reus ff.eodem ibi -- Reus euiden-
tioribus argumentis oppreſſus repeti in quæſtio-
nem poteſt, & in Auth. vt iudices ſine quoquo
ſuffrag.§.illud, & etiam mouentur ex conſue-
tudine Tribunalium, de qua teſtantur Bart.
Guid. de Suzzar. & alij relati à Farinac.q.38.
num.74. aliqui verò tenent partem negatiuam
51 nempè torturam ſemel illatam ampliùs repe-
ti non poſſe, vt videre eſt penès Farinac. loco
citato Conciol. crim.reſol.12. num.1. verbo tor-
tura, & Her. Baſilicò decif. crim. 8. numer. 51.
52 Aliqui volunt, torturam repeti poſſe ſolùm
in caſu, quo noua ſuperueniant inditia pri-
mis vrgentiora, & diuerſi generis, Farinac.
loc.cit.num.90. Conciol. dict.reſol.12. num 4.
Hieron.Baſilicò d.dec.8.n.52.& alij ab eiſdem
adducti, quibus addendus Peregrin. conſ.
2. num.130. lib.2. quo caſu ante illationem
torturæ facienda eſt Reo conteſtatio illorum
inditiorum, quæ ſuperuenerunt, & ſuper illis
audiendus eſt Reus in ſuis defenſionibus, vt
remiſſiuè ad Chartar. de interrog. Reis lib.4.
cap.1. nu. 165. & ſeqq. Maiorana in opoprax.
crim. lib.2.cap.9. num. 100. innuit D. Sabell.
in ſumma §.tortura num. 24. verſ.an autem, &
verſ.ſequenti.
53 Verum aliqui, & quidem melius deſcen-
dendo ad caſus particulares volunt, quod
tortura poſſit repeti in caſibus ſequentibus.

Primò repeti poteſt ex qualitate, & atro-
citate delicti, ſiquidem delictum atrociſſi-
mum ex ſui natura exigit tormenti repetitio-
nem, quando Reus in negatiua perſiſtit, vt
ex Caſono, Carter. & alijs dicit Carpzou.
pract.crim.quæſt.125.num. 47. & ſeqq. par.3.
qui ait reſidere in Iudicis arbitrio ſemel, vel
bis repetere tormentum, ſed ego non vidi ob
atrocitatem delicti repeti, niſi ſemel tortu-
ram, & ſic vidi Reum tortum hodie per me-
diam horam, & poſtera die per aliam inte-
gram horam: & quando infligitur tormen-
tum Vigiliæ, hodie infligitur tormentum
funis per mediam horam, & poſtera die in-
fligitur tormentum vigiliæ, iuxtà praxim,
quam refert Scanarol. de viſit.carcer.lib.2.§.6
cap.4.

Vidi etiam in delictis atrocibus diuidi, ſeù
ſcindi torturam iuxta praxim, de qua faciunt
mentionem Sprenger. par. 3. Mallei quæſt.14.
Farinac. quæſt.38. num.83. Guazzin. reor.de-
fenſ.30. cap.23. num.6. Antonell. de temp. le-
gali lib.4. cap.20. num. 6. & Conciol. dict. re-
ſol.12. num.16. verbo tortura, nam cum Reus
eſſet torquendus per horam, hodie fuit leui-
ter tortus, & poſtera die fuit tortus vſque ad
finem temporis ad torquendum deſtinati, &
D. Sabellus in ſumma §. tortura num. 15. ait,
quod in atrociſſimis, & perſonis valdè robu-
ſtis poteſt incipi à leuiori tortura torquendo
prima vice per ſpatium vnius credo: ſecunda
vice per ſpatium mediæ horæ, & tertia vice
torquendo pro illo tempore, quod remanet
ad complendam horam deſtinatam à princi-
pio ad torturam ipſius Rei, & iſtum modum
dicunt Doctores fieri per viam continuatio-
nis, & non per viam repetitionis tormenti,
vt aduertit Spenger. loco cit. ſed hanc praxim
damnat Martinus del Rio diſquiſ.Magical.lib.
5. ſect.8. circ. princ. dicens, quod hæc praxis
callidior, quam verior, & crudelior, quam
æquior ſibi videtur, nec enim decet, inquit,
huiuſmodi verborum captiunculis ſæuitiam
intendere: quid prodeſt vocare continuatio-
nem, quæ re vera eſt reiteratio? Verùm quic-
quid dicat del Rio praxis Tribunalium eſt in
contrarium, quoad tormentum cordæ, nam
propter atrocitatem tormenti hæc cautela
diuidendi torturam non poteſt adhiberi in
tormento vigiliæ, quod non diuiditur, &
nec repetitur Guazzin. reor.def.30. cap.23.nu.
12. Scanarol. de viſit. carcerat.lib.2. §.6.cap.4.
num.23. Antonell. de tempor.legal.lib.4.cap.20.
num.6. & Conciol. crim.reſol. 12. num.16.in fi-
ne, verbo tortura Lucatell. Iudic. quæſt.inſpect.
5.num.23. & 67. & ſeqq. D. Sabellus in ſum-
ma §.tortura nu.19.

Intellige tamen, vt tormentum vigiliæ non
poſſit diuidi, niſi quando ob aliquod impe-
dimentum tormentum non poſſet illo tunc
continuari, nam iſto caſu, benè poterit illud
tormentum diuidi, vt dicit Guazzin. d. cap.
23.in fine, qui teſtatur, quod vnica vice ita
fuit in Vrbe ſeruatum, vt primò breuiori tem-
pore fuerit detentus Reus in tormento, & po-
ſtea iterum ob grauitatem delicti, & inditio-
rum fuerit ei repetitum; quod ego exiſtimo
procedere quando Reus poſitus in tormento
in principio deficit ita, vt nequeat in eodetine-
ri, & nec pro illo ſero in torméto iterum poni:
nàm iuſtùeſt, quod eo caſu die ſeguẽti, vel alio
congruò ex medicorũ iudicio iterum ponatur
in tormento, & ad ſufficientiam torqueatur:
& in tormento funis cautela diuidendi adhi-
betur ſolùm in caſu, quo tortura deſtinata
eſſet ad integram horam, nam ſi de Iure Reus
eſſet torquendus ſolùm per mediam horam
plus,

plùs, vel minùs, tortura non eſſet diuidenda, quia Reus ſic acriter torqueretur, vt alijs citatis dicit Antonell. *loc.cit.num.6.* & Lucarell. *dict. inſpect.5. num.68.* Guazzin. *theor. def.30. cap. 23. num.7.* dummodò non agatur de torquendo homine robuſto, nam in homine robuſto, quem nihil pati in tormento appareat, etiam deſtinata ad mediam horam diuidi poteſt, vt dicit Guazzin. *loc.cit.num.6. & 7.* & facit doctrina Peregrini *conſ.2. num.122. & 123. lib. 2.* qui ait quod cautè aget Iudex ſi hoc notare faciet in proceſſu.

Secundò poteſt reperi ex inſufficientia tormenti illati, nam repetitur quoties per vnicam torturam inditia non ſunt totaliter purgata, & eliſa, vt ex Bart. Paride de Put. Brun. Blanch. Mill. & alijs dicit Farinac. *diſt.q.38. num.79. & 81.* & ex Clar. Ambroſin. Guazzin. & alijs Conciol. *d.reſol.12. num.8. & 13.* addo Peregrin. *d.conſ.2.n.132. lib.2.*

Et hæc concluſio eſt vera non solùm, quando extant inditia grauiſſima, & vrgentiſſima, quæ per vnicam torturam purgari non poſſunt, in quibus terminis loquuntur Farinac. & Conciol. *locis citatis*.

Sed procedit etiam in caſu, quo Reus poſitus in tortura deficit, & deliquio opprimitur, nam vt dixi *ſupra*, & iſto caſu ſi ex conſilio Medicorum Reus fuit à tortura depoſitus, iterum proportionato, ac debito tempore debet eidem tormento ſubijci, ad hoc, vt computata prima tortura compleatur ſpatium temporis determinati vſque ad momentum,

54 nam illud extremum momentum torturę magis afficit corpus cruciatibus feſſum, & ſic magis eſt aptum ad eliciendam veritatem delicti, vt ex Parid. de Put. & Bocero dicit Hieronym. Baſilicò *deciſ. crim.8. num. 6.* qui refert ita fuiſſe deciſum.

Et quamuis deliquium poſſit arguere

55 debilitatem complexionis ipſius Rei, quæ facit, vt tortura illata poſſit haberi pro ſufficienti, iuxta aduertentiam Farinac. *d. quaſt. 38. num. 82.* nihilominus non excuſat à com-

56 plemento torturæ, quia Syncopis non eſt morbus, nec ſpecies morbi impedientis illationem torturæ, ſed prouenit ex paſſione cordis, vt ex Galeno proſequitur Baſilicò *loc.cit. num. 6.* Sed iudex ad hoc benè aduertat, & adhibeat iudicium medicorum, ne in perſona debili de facili tormenta repetat, nam illum opprimere poſſet, vt ex Gandino, Guido de Suzzar. Parid. de Puteo, & Farinac. admonet Peregrinus *conſ.2.num.133.lib.2.* qui *num. ſeq.* ait, quod in dubio Iudex debet inclinare in mitiorem partem pro non repetitione tormenti *ad leg. ſi de interpretatione*, & *leg. ſi Præſes ff. de pœnis, leg. fauorabiliores ff. de regul. Iur.*

Tertio poteſt repeti, quando Reus fuit è tormento depoſitus ex eo, quia faſſus fuit

57 delictum, ſed ductus ad banchum Iuris noluit ratificare, poteſt enim iterum reduci ad tormentum, & cruciari vſque ad complementum totius temporis determinati: Imò iſte ſic confeſſus poteſt ex integro torqueri, quia ex confeſſione emanata inſurrexit nouum inditium, ex quo poteſt deueniri contra Reum ad nouam torturam, vt ex Boſſ. Farinac. Ant. de Ball. & P. Layman. dicit Conciol. *crim. reſol.1. num.1. verbo confeſſio, & reſol.12. num. 15. verbo tortura*, & ex Parid. de Puteo, & Gandin. idem affirmat Hieronym. Baſilicò *deciſ. crim.8. num.46. & num. 53.* & ex Bozz. Zanger. & alijs Carpzou. *pract. crim. qu.126. num. 46. par. 3.* & hoc procedit etiam in tormento vigiliæ, capræ, ſeu caualetti; nam licet dictum tormentum non poſſit diuidi, & nec poſſit repeti ob eius atrocitatem, nihilominus iſto caſu Reus eidem tormento reponitur, & ita videmus paſſim practicari apud nos, & ita pluries practicatum Florentiæ apparet ex relatis à D. Sabello in *ſumma §.tortura n.25. verſ. & quoad dictas placentulas, et verſ. & ita ſeruatum fuit*, & teſtatur D. Sabell. quod in primo caſu relato cum tormentum fuiſſet decretatum, & deſtinatum pro tempore octo horarum, & tertia hora currente faſſus fuiſſet delictum, fuit in dicto tormento repoſitus, ex quo noluit ratificare, & in illo retentus per dictas octo horas integras, non computatis illis tribus primis: in ſecundo vero caſu relato ait, quod cum tormentum fuiſſet decretatum pro duodecim horis, & Reus in illo poſitus faſſus fuiſſet in termino duarum horarum cum dimidia, repoſitus in eodem tormento, ex quo noluit ratificare, fuit in eodem retentus per nouem horas cum dimidia, quæ computatis primis implebant totum decretum: & hoc ſecundum exemplum fuiſſe magis iuridicum reputatum aſſerit: ſed ratio per me modo allata contrarium ſuadere videtur, & quidem ſolùm computari debet tempus tormenti antecedentis, quando Reus in tormento deficiat, vt dixi *ſupra*, cogita tamen an dolor, qui poteſt augeri ex repoſitione, ſeu repetitione tormenti poſſit eſſe talis, vt ſuppleat, nolo enim eſſe author vt ſeueriùs agatur cum paupere Reo, & in facti contingentia reſpectu ad tormentum vigiliæ conſulerem peritos, & ita faciendum moneo.

Difficultas tamen eſt, an Reus, qui tormento poſitus ſecunda vice fatetur, ſed ductus ad banchum Iuris ad ratificandum ite-

58 rum negat, an debeat tertio torqueri? & communiter Doctores dicunt, quod non, moti ea ratione, quia ex ſecunda confeſſione non oritur inditium nouum, & diuerſi generis à primo, prout requiritur ad hoc, vt tortura repeti poſſit, vt ex Marſil. Gram. Carrer. Boer. Simanch. Peguer. Cartar. Farinac. & Guazz. aduertit Conciol. *dict. reſol. 1. numer.3. verbo confeſſio*.

Verùm Carpzou. *dict. quaſt. 126. num. 51. & ſeqq.* in hac materia autumat, eſſe diſtinguendum inter caſum delicti atrociſſimi, &

 caſum

caſum delicti atrocis, & in ſecundo caſu nullatenus repetendam aſſerit, in primo verò caſu repetendam quidem, ſed non vltra hanc tertiam vicem.

Et Doctores relati à Conciol. *dict. reſol.* 1. *num.* 5. volunt torturam eſſe tertiò repetendã, ſi inditia, propter quæ deuenitur ad torturam, ſint vrgentiſſima, ſecùs ſi ſint inditia ordinaria.

Sed neutra horum ſatisfacit opinio. Non quidem opinio Carpzouij, quam tenent etiam Ambroſ. *proceſs. inform. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 16. & Peregrin. *conſ.* 2. *n.* 136. *lib.* 2. quia tertia tortura regulatur potiùs ex qualitate inditiorum remanentiũ, quã ex qualitate delicti ad tradita per Oldephop. citatum in *hoc cap.* §. 6. *num.* 7.

Nec obſtat, quod qualitas criminis multum ad hoc conferat vt dixi in *hoc cod. c.* §. 6. *n.* 7. *&* *in hoc* §. *n.* 35. & quod in atrocioribus debẽt iudices proniores eſſe ad torturam, vt ex text. in *leg. vbi Cod. de falſis* Bald. Alex. Gram. Boſs. Igne. Claro dicit Peregrin. *conſ.* 2. *num.* 100. 101. *&* *num.* 114. *lib.* 2.

Quia concedo totum, imò addo quod in atrocibus iudices debent etiam acerrimam adhibere torturam vt ex *dict. leg. vbi*, *&* *leg. edictum ff. de quæſtion.* ibi -- *in cauſis capitalibus*, *&* *atrocioribus*, *vt veritas haberi poſſit, efficaciſſimæ quæſtiones adhibentur*, dicit Peregr. *loc. cit. num.* 115. ſed debet intelligi ſi, & quatenus remaneant indicia, quæ vrgeant, vt ait Peregrin. *ibidem*.

Et nec ſatisfacit opinio eorum, qui dicunt non eſſe repetendam torturam, quando illata fuit ex inditijs ordinarijs, quia poſito, prout eſt veriſſimum, quod inditia ordinaria, per quæ deuenitur ad torturam, non dicuntur eliſa, ſed potius confirmata, & roborata ex ſequuta confeſſione non ratificata, vt innuit Carpzou. *dict. quæſt.* 126. *num.* 44. *p.* 3. vtique ex illis in ſuo primo robore manentibus poterit deueniri ad tertiam torturam.

Non obſtat, quod ex confeſſione in ſecunda tortura facta, & non ratificata non oriatur inditium nouum, & diuerſi generis à primò. Quia ad effectum repetitionis torturæ ſufficit, quod inditia non remanſerint eliſa ex tortura illata, vt dixi *ſupra*: ideo ſtantibus his puto, quod iſto caſu tortura poſſit ſemper repe-
59 ti non tamen vltrà tertiam vicem, quia impium eſſet vltra tertiam vicem illam repetere, vt dicunt Paulus de Caſtro *conſ.* 299. *n.* 5. *lib.* 2. Peregrin. *conſ.* 2. *num.* 136. *lib.* 2. Marſil. Blanc. Carrer. Boer. Boſs. citati à Farinac. *quæſt.* 38. *num.* 96. & Gomez. Clar. Guazzin. Ambroſ. Carena, & Layman. citati à Conciol. *dict. reſol.* 1. *num.* 2. *verbo confeſſio*, & Paris de Puteo, Bocer. citati à Hieronym. Baſilicò *dict. deciſ.* 8. *num.* 55. & Ant. Fabr. Caſon. & Boer. citati à Carpzou. *pract. crim. qu.* 126. *num.* 50. *par.* 3. & hoc idem dicit D. Sabellus in *ſumma* §. *tortura n.* 15. *verſ. quod tortura*, qui tamen ait, quod Iudex habens bracchium regium poteſt vſque ad quartam vicem repetere torturam, ſeparatis tamen diebus, puta interpoſito trium, quatuor, ſex, octo, decem, vel quindecim dierum, & plurium arbitrio Iudicis iuxta debilitatem, vel robuſtitatem patientis, ſed Boſſius *tit. de tortura numer.* 44. relatus à Farinac. *dict. num.* 96. & à Peregrin. *dict. conſ.* 2. *num.* 136. aſſerit, quod nunquam vidit Reos torqueri vltrà trinam vicem.

Imò Reus tertia vice confeſſus in tortura,
60 ſi non ratificat confeſſionem extrà locum torturæ, debet abſolui ex hactenus deductis, vel ſaltem debet cum fideiuſſione de ſe repræſentando relaxari iuxtà doctrinam Farinac. *dict. quæſt.* 38. *num.* 96. Laderch. Imolen. *conſ.* 184. *num.* 4. & Peregrin. *dict. conſ.* 2. *num.* 137. *lib.* 2. & hoc idem vult D. Sabellus *loc. cit. dict. num.* 15. *verſ. qualiter*; qui tamen ſubdit, quod iſte Reus poteſt etiam condemnari in pœnam extraordinariam, quando per *malitiam* confiteretur delictum in tortura ad euitandam ipſam torturam; quia tunc non poſſet dici ſufficienter purgaſſe inditia.

61 Propterea cauti Iudices quando habent in poſſe Curiæ aliquem ribaldum de ſchola illius, de quo facit mentionem Marſil. in *leg. repeti num.* 13. *&* *ſeqq. ff. de quæſt.* non veniunt ad tertiam torturam, ſed habita confeſſione, ex illa, licet non ratificata, & ex alijs inditijs ex proceſſu reſultantibus veniunt ad pœnam extraordinariam ob doctrinam Caball. *crim. reſol.* 288. *num.* 24. Gazzin. *reor. defenſ.* 30. *c.* 24. *in fine* Afflict. *Conſtitut. Regni ſi damna clandeſtina num.* 62. quem reprobato Farinacio *dict. quæſt.* 38. *num.* 95. ſequitur Conciol. *dict. reſol.* 1. *num.* 10. *verb. confeſſio*.

Et ita credo eſſe ſeruandum in praxi, dummodò non adſit ſtatutum, quale extat in Regno Siciliæ, nempè quod Reus ter *in tormentis* confeſſus, & ter extra tormentum in ratificatione negans habeatur pro confeſſo, & pœna ordinaria puniatur, nam cum tale ſtatutum valeat, & debeat ſeruari, vt ex Guazzin. Giurb. & Ball. ait Conciol. *dict. reſol.* 1. *num.* 9. & Hieronym. Baſilicò *dict. deciſ.* 8. *num.* 58. non debet in præiudicium fiſci omitti tertia tortura.

Dixi *ſuprà*, quod inſufficienter tortus de-
62 bet iterum torqueri, ſed intellige *hoc procedere*, prout intelligit Theſau. *quæſt. forenſ.* 10. *lib.* 3. nempè, vt habeat locum, quando per imprudentiam Iudicis fuit inſufficienter tortus; ſecùs ſi cauſa cognita per Iudicem fuerit præſcriptus gradus torturæ, quia tunc nullatenus poteſt repeti tortura, & ſubdit,
63 quod etiamſi nullus fuerit præſcriptus gradus torturæ, ſi non fuerit proteſtatum de tortura reiteranda, ſeù continuanda repeti non poteſt, & teſtatur, ita fuiſſe iudicatum in ſenatu Sabaudiæ, & hoc volunt etiam Franc. Seuerin. in *alleg. Iuris impreſſa* per Nouar. Vall. *gran.* 200. *num.* 92. *par.* 2. Peregrin. *conſ.* 2. *num.* 132. *lib.* 2. qui ait, quod Iudex de-

bet

bet per Actuarium cauſæ notari facere, quod habet animum repetendi, D. Sabell. in *ſumma* *§. tortura num. 15. verſ. quod tortura*, & multi citati à Guazzin. *def. 30. cap. 23. num. 10.* qui tamen exiſtimat dictam proteſtationem non eſſe neceſſariam: imò ſi ſit ommiſſa haberi pro appoſita cum ſoleat apponi ex conſuetudine notariorum.

Iterum in hac materia occurrit difficultas, an ſcilicet ſit tortura repetenda, quando Reus, qui in prima tortura faſſus eſt, & ductus ad bancum Iuris non vult ratificare, & ideò repoſitus fuit ad torturam, & permanſit negatiuus, an ſcilicet debeat poſtmodum iterum torqueri? Farinac. in *quæſt. 38. num. 92.* ex Iodoch. in *pract. crim. cap. 33. rub. de repetit. n. 12. fol. mihi* 115. tenet, quod non debet reponi ad torturam, quia purgatum eſt illud inditium ex dicta confeſſione præcedenti ortum; vndè amplius torqueri non debet, ſed dimitti, & eamdem rationem adducit Iodoch. *loco citato* dicens – non eſt tertiò torquendus, quandoquidem inditia prioris confeſſionis per ſupplicium, & pœnam ſecundæ torturæ ſatis expiata ſunt. At Marius Muta *ad pragmatic. tit. 2. de offic. Iudic. num. 21.* tenet, quod debet iterùm cruciari, & teſtatur ita apud eum ſeruari, & reddit rationem, quia eo ipſo, quod quis confeſſus eſt in prima ligatura torturæ, & in ſecunda eſt negatiuus, circumducta eſt prima, ac ſi numquam illata fuiſſet, & iterum incipiendum eſt, *vndè* ſunt eius verba, *nil prodeſt ſi in hoc iterum negatiuus ſit, quia oportet, vt ſit etiam negatiuus in repetitione torturæ circumſcripta prima, nec habita conſideratione vlla ad eam, & ſi in ſecunda eſt etiam negatiuus, tunc dimittetur, & ſi confeſſus eſſet, tunc eſſet opus noua ratificatione, & conſequenter licet tertia vice fuerit tortus, tamen non dicitur realiter ter tortus, quia de prima non habenda eſt conſideratio. & licet inditia prioris confeſſionis facta, in tortura per ſupplicium, & pœnam ſecundæ torturæ eneruata ſint, & expiata iuxta rationem redditam à* Farinac. *dict. num. 92.* ex Marſil. & Claro, quos allegat, *tamen ſubauditur ſemper ſecuta ſecunda tortura, quia alias daretur tortura prima ſine ſecunda, quod eſſe non poteſt abſque confeſſione, & ratificatione, & ita intelligo Marſilium, Clar. Chartar. & alios citatos per ipſum* Farinac. In ſubſtantia vult Muta, quod tortura data Reo confeſſo, qui non vult ratificare, purget ſolùm inditium reſultans ex confeſſione, & non purget inditia, quæ reſultant ex proceſſu, propter quæ fuit deuentum ad eam torturam, in qua Reus faſſus eſt delictū, quod noluit poſtea ratificare.

Quid dicendum? fateor quod ponderatio facta per Mutam eſt ſubtilis, & habet etiam magnam apparentiam, ſed eam ſequi non poſſum, quia confeſſio per torturam extorta, cum habeat præſumptionem, quod ob dolorem emanauerit, non facit per ſe ipſam inditium ad torturam, ſed benè corroborat inditia, propter quæ illata tortura fuerat decreta, vt dixi *ſuprà* ex Carpzouio, & ſic quando Reus ponitur in ſecunda tortura non ponitur in ea propter ſolam confeſſionem, ſed & propter confeſſionem, & inditia præcedentia ſimul, & per conſequens Reus permanens negatiuus in hac ſecūda tortura purgat, & elidit confeſſionē, & inſimul debilitat inditia, adeout iſta non remaneant amplius integra ad nouam torturam inferendam. Vndè mihi videtur verior opinio Farinacij, cum hoc tamen, quod iſta ſecunda tortura debeat eſſe integra qualis ſcilicet fuerat à principio à Iudice decreta, & determinata, vt dixi *ſuprà num. 57.* & iſto modo debet intelligi, quod dixi *ſub dict. num. 57.* de inditio oriente ex confeſſione, nam non inſurgit indè nouum inditium ſufficiens de per ſe ad torturam, cum ſit debilitatum ex præſumptione, quod ob dolorem emanauerit.

Vidi quandoque dubitatum, an debeat de
64 neceſſe ſcribi, & in proceſſu redigi, quod Reus ductus ad Banchum Iuris noluit confeſſionem in tormentis factam ratificare? iſte caſus ſucceſſit tempore, quo eram Procurator Pauperum in Vrbe, etenim Iudex non curans reponere Reum ad torturam, ex quo volebat contra eum ad pœnam extraordinariam deuenire, ommiſit redigere in proceſſu conſtitutum, ſeù examen Rei confeſſionem in tormentis factam reuocantis: ſed fruſtra de hoc dubitatur, tum quia in proceſſu omnia ſunt adnotanda, tum quia futuris temporibus non poterit ſciri quomodò, & ex qua cauſa fuit deuentum ad condemnationem, an ſcilicet ex confeſſione, an verò ex inditijs, tum quia debet apparere de tenore, & forma reuocationis ex eo, quia Reus poteſt negare ratificationem, quia delictum non commiſit, vel dicere, quod per errorem delictum faſſus fuit, & quia inter iſtos duos caſus magna eſt differentia, vt videre eſt penes Foller. Farin. & Guazzin. *locis citatis* per Conciol. *reſolut. 1. n. 7. verbo confeſſio*, ideo intereſt omninò etiam Reipublicæ, quod actus ipſe redigatur in forma in proceſſu, iuxta formulam, quam ponunt Chartar. *de interrog. Reis lib. 4. cap. 1. num. 145.* Ambroſ. *proceſſu inform. lib. 4. cap. 15* Guazzin. *Reor. defenſ. 30. cap. 36. num. 1. & ſeq.* Diana in *ſumma verb. inquiſ. prax. in torquen. num. 244.* quos refert Conciol. *reſol. 19. nu. 18. verbo tortura*: tùm demum quia ita in terminis ex Caſono firmat D. Zuffus *de legitim. proceſs. quæſt. 190. & ſeqq.*

Sequitur ex his, quod ratificatio, vel reuocatio confeſſionis in tortura emanatæ eſt omninò neceſſaria, & in ſcriptis eſt etiam de neceſſè redigenda, vt pluribus oſtendit D. Zuffus *loc. cit. qu. 191. per tot.*

Sed quid, ſi Reus ductus ad ratificandum,
65 vel dubitatiuè, vel obſcurè reſpondeat, vel planè loqui, & reſpondere nolit? tractat de hoc articulo Carpzou. *pract. crim. quæſt. 126. n. 74.*

num.74. & ſeqq. par.3. vide reſolutionem ar-
ticuli apud eum, qui benè loquitur, & in ſub-
ſtantia concludit, quod ſi Reus poteſt tor-
queri, debet cogi per torturam: ſi verò non
poteſt torqueri, puta quia tertia vice tortus,
& tunc debet condemnari in pœnam extraor-
dinariam, & ita deciſum fuiſſe teſtatur.

Quæro nono, an tortura purget plenas
probationes? videtur reſpondendum affirma-
66 tiuè, quia tortura eſt ſpecies probationis,
qua Reus ſuam oſtendit innocentiam adeò
67 efficaciter, vt debeat exiſtimari, & reputa-
ri melior, quam antè accuſationem habeba-
tur, vt ex Iacob. de Beluiſ. *pract. crim. tit. de
quæſtion. num.*102. inquit Carol. Ant. de Luca
in obſeru. ad Vinc. de Franch. *deciſ.*538. *nu* 1.
& ex Gram. *deciſ.* 96. *num.* 3. dicit Farinac.
quæſt. 40. *num.* 1. etenim ſecundum Cicero-
nem in Topicis ad Trebatium, quæ verberi-
bus torti, & igne fatigati dicunt, ea videtur
veritas ipſa dicere, vt referunt Farinac. *loc.
cit.* & Didac. Garzia de Traſmiera *de polyga-
68 mia lib. 3. quæſt.7. num.* 4. ſed partem nega-
tiuam nempè torturam non purgare proba-
tiones, & per conſequens non impedire con-
demnationem, ne imperitia Iudicis præiudi-
cet fiſco, & Reipublicæ, cuius intereſt deli-
cta puniri, volunt Marſ. *ſing.*108. Gram. *conſ.*
22. *num.*24. *& deciſ.*8. *num.*347. Gomez. *var.
lib.*3. *cap.* 13. *num.* 20. & Ayllon. *in addit.* ad
eum *num.*21. vbi plures allegat concordantes
Franciſ. Seuerin. penes Nouar. *Vaſſallor. grau.*
200. *num.*98. *par.*2. Vinc. de Franch. *dec.* 538.
*num.*577. & Caball. *crim. reſol.* 288.

In hac contrarietate Farinac. *dict. quæſt.*40
69 *num.*11. concludit torturam non tollere, ſed
debilitare plenas probationes, adeò vt ea
illata nunquam Reus, qui negatiuam ſuſti-
nuit, poterit condemnari in pœnam ordina-
70 riam, ſed ſolum extraordinariam, & quidem
ſi delictum ſit capitale ad triremes perpetuas,
vel ad tempus, & ſequuntur Theſau. Giurb.
Guazzin. Caball. Carena, Capyc. latro, &
Conciol. qui hos refert *reſol.*14. *verbo tortura.*

Carolus Ant. de Luca ad Vinc. de Franch.
*d. deciſ.*538. *nu.*3. & 4. admittit, quod tortu-
ra eneruat plenas probationes, prout ener-
uat etiam inditia indubitata, ſed circa pœ-
71 nam diſtinguit caſum plenæ probationis à
caſu inditiorum indubitatorum, & primo ca-
ſu ait eſſe locum poſt torturam pœnæ trire-
mium perpetuarum, vel ad tempus iuxta opi-
nionem Capyc. latro & Conciol. Secundo ve-
rò caſu ait, contra Reum in tortura negatiuum
intrare pœnam ad ſummum exilij, iuxtà opi-
nionem Theſau. & Giurb. locis per eum ci-
tatis, dummodo iſto ſecundo caſu non tra-
ctetur de latronibus, & nec de delinquenti-
bus in cauſis grauiſſimis, quia huiuſmodi ho-
mines etiam negatiui in tortura damnaren-
tur ad pœnam corporalem, & ad triremes
perpetuas, vel ad tempus ex doctrina The-
ſau. *quæſt.* 45. *num.*1. *lib.* 1. & Morlæ *Empor.
Iur. tit.*12. *quæſt.*1. & Guazzin. *reor. defenſ.* 30
cap. 40. *num.* 18. & hoc idem firmat eſſe in
omni crimine occulto, & in crimine, quod
contingit cognoſci in Supremis Tribunalibus,
& allegat Theſau. *dict. quæſt.*45. *num.*6. & 7.
*& num.*11. *in fine*, & Morla *loc. cit.* Et Muta *ad
pragmat.* Regni *Siciliæ, titul.* 2. *de offic. Iudic.
num.*26. ait quod Reus in negatiua perſiſtens
in tortura debet abſolui, quia per torturam
purgantur inditia quantumuis indubitata,
& fortia, & *num.*27. ait, quod Surdus, qui
*conſ.*132. *num.* 88. *lib.* 1. ait quod poteſt quis
hoc caſu condemnari ſaltem mutata pœna
corporali in pecuniariam, non loquitur ibi de
Reo, cui fuit illata tortura, & in tortura per-
manſit negatiuus: Sed limitat hoc in homi-
nibus diffamatis, & ſimilibus, *in quibus eſto,
quod eſſent torti, & negatiui, ſoliti fuimus*
(ſunt eius verba) *condemnare ad triremes, vel
quid ſimile, vt obſeruauimus Meſſanæ de anno
1616. vbi illum de Ribaldo latronem, qui fura-
tus fuit certas pecunias cuidam Græco condem-
nauimus, & num.* 28. ait, quod vbi Iudex eſt
informatus, quod Reus, qui permanſit in
negatiua in tortura, eſt malus, & quod ſi
eum liberaret deteriora committeret, poterit
eumdem relegare tanquam hominem malæ
famæ, vel ad opus publicum condemnare,
vt loca malis hominibus expurgentur, & ita
Mediolani, & Romæ ſeruatum fuiſſe ex Cla-
ro, Farinac. & alijs refert *ibidem*: Gaſpar
Mantius in *commen. ad conſtit. crim. Carolin.
artic.*61. *num.*6. & 7. ait quod in aliquibus lo-
cis ſolent etiam poſt grauem torturam, & per-
ſeuerantiam in negatione, vbi inditia ſunt
vrgentia, Reum condemnare in extraordina-
riam pœnam, puta triremium, præſertim
quando Reus eſt valdè famoſus Iul. Clar. *q.*
64. *num.*38. Gram. *deciſ.*22. *num.* 24. Matth.
Stephan. *art.* 58. *num.*6. ſed ei dura videtur
hæc practica ob rationem, quia diutinæ car-
cerationis, & torturæ non minor eſt crucia-
tus, quam pœna corporalis; Secundo, quia
ſi indicia fuerunt valdè vrgentia potuit Reus
vel acriter torqueri, vel tortura ſæpius repeti;
Tertio, quia melius eſt in miſericordia exce-
dere quam in ſeueritate. Laur. Matthæu *de
re crim. controu.*26. diſputata materia ad par-
tes, relatiſque Doctoribus pro vtraque opi-
nione concludit *num.*19. quod acerbitas tor-
turæ, quam Reus negans ſuſtinet, aliquid
purgare debet, ac per conſequens de rigore
pœnę ordinariæ ſubtrahere, *non enim* (ſunt
eius formalia verba) *coæquandus erit, qui ta-
lia paſſus fuit cum eo, qui hos dolores non ſubſti-
72 nuit*: & pro enucleatione materiæ quinque
caſus diſtinguit.

Primus caſus eſt, quando Reus de pluribus
criminibus proceſſatus torquetur ſuper vno
cum proteſtatione, quoad reliqua plenè pro-
bata, & tunc, etſi ſuſtineat torturam, & ne-
gatiuus permaneat, poterit pro dd. crimini-
bus, ſuper quibus non fuit tortus, nec per-
ma-

manens in tortura fuit interrogatus, in pœnam ordinariam condemnari, ex Gomez. *var. lib. 3. cap. 13. num.* 20. Gram. *conſ.* 1. *nu.* 7. Farinac. *quæſt.* 40. *num.* 16. & alios quos citat *loc. cit. num.* 22.

Secundus caſus eſt, quando Reus de vnico crimine accuſatus fuit ex inditijs tortus, & negatiuam in tortura ſuſtinuit: ſed poſt torturam ſuperueniunt nouæ, & plenæ probationes, & fiſcus intendit ex his nouis, quæ ſuperuenerunt, Reum eſſe in pœnam ordinariam damnandum, & iſto ſecundo caſu Reũ afficiendum pœna ordinaria, reſpondet ex Couar. Caball. Farinac. Guazzin. quos citat *ibidem num.* 24. *&* 25. præſertim quando probatio ſuperuenit, antequam Reus ſit à Iudice abſolutus, & reijcit Peguer. dicentem contrarium *deciſ. crim.* 70. *in fine, & in prax. cap.* 12. *num.* 5. & reſpondet Vinc. de Franch. *deciſ.* 577. qui poteſt adduci in contrarium dicendo, quod de Franch. loquitur in caſu, quo iuxta Conſtitutiones Regni non ſuperuenerat plena probatio, requirebantur enim ex dicta Conſtitutione depoſitiones trium ſociorum criminis, & in illo caſu ſolùm duorum ſociorum depoſitiones habebantur, nam depoſitio alterius ſocij, qui pro tertio haberi debebat, iam erat per torturam paſſam penitùs eliſa, & de medio ſublata.

Tertius caſus eſt, quando Reus conuictus, & condemnatus torquetur cum proteſtatione ad ſciendum complices, iuxta text. in *l. qui vltimo ff. de pœnis*, & neque ex negatiua in hoc caſu Reus iuuatur, etiamſi ſine proteſtatione tortus ſit, quia tortura ſuper complicibus eſt pars condemnationis, & ſententię, vt ipſe firmat *ibidem num.* 30. *in fine, & de Regimin. Regni Valent. cap.* 8. §. 9. *n.* 99.

Quartus caſus eſt, quando Reus plenè conuictus torquetur ad hoc, vt fateatur, & tanquam conuictus, & confeſſus nequeat appellare iuxta text. in *leg.* 2. *Cod. quorum appellat.* & interueniente proteſtatione, non iuuari Reum ex negatiua in tortura habita, firmat *dict. controu.* 26. *num.* 31. fatetur tamen hoc licitum non eſſe, niſi in enormiſſimis, ſeu in caſu quo diſciplina publica, vel alia iuſta cauſa exigat celeritatem in executione iuſtitiæ: & propterea ceſſante ſpecialitate alicuius grauiſſimi, & cruenti delicti negatiuam in tortura ſeruatam Reo, quantumuis conuicto, prodeſſe ex Cantera, & Io. Vela concludit *num.* 35. quibus addi poſſunt Farinac. *quæſt.* 40. *num.* 9. Guazzin. *reor. defenſ.* 30. *cap.* 40. *num.* 1. Caball. *crim. reſol.* 288. *nu.* 34.

Quintus caſus eſt, quando Reus non conuictus, ſed inditijs ad torturam ſufficientibus grauatus torquetur, & in negatiua perſiſtit, & tunc aut tortura fuit leuis, aut fuit plena, & ſi fuit leuis extra ordinem pro qualitate perſonæ, & inditiorum condemnatur Reus per doctrinam Caball. Clar. Farinac. Gamm. Cantera, & Vela quos citat *dict. controu.* 26. *num.* 37. ſubdens hanc condemnationem in ſupremis Tribunalibus etiam ad triremes extendi ſecundum Io. Bapt. Thoro *compend. deciſ. tom.* 5. *verb. tortus ſi non fuerit, verſic. & propterea*. Si verò tortura fuit plena Reus debet abſolui diffinitiuè, vel ab obſeruatione Iudicij, vt in *fine dictæ controuerſiæ* dicit.

Et quidem Matthæù *loco citato* ſatis appoſitè, & accuratè loquutus eſt voluiſſem tamē quod de vltimo caſu latiùs loquutus fuiſſet.
73 quia licet ambæ concluſiones per eum relatæ ſint veræ, nempè quod plenè, & ad menſuram inditiorum tortus, & in negatiua permaneus debeat diffinitiuè abſolui, vel cum cautione de ſe præſentando relaxari, vt in praxi ſeruari ex Carrer. Clar. Baiard. Caball. Burgos Guazzin. Farinac. Chartar. Franch. & Scyaloya firmat etiam Cenſal. *vot. crim.*
74 1. *num.* 18. & quod leuiter tortus, & negatiuus permanens debeat in extraordinariam condemnari, & etiam ad triremes à Supremis Tribunalibus tranſmitti: quam concluſionem omnes admittunt, vt videre eſt penès Farinac. de Luca, & alios ſupra citatos, quibus addo Hieronym. Baſilicò *crim. deciſ.* 8. *num.* 68. & Cenſal. *dict. vot. crim.* 1. *numer.* 7. nihilominus hæc ſecunda concluſio reſpiciens inſufficientiam torturæ, & remanentiam inditiorum eget aliqua maiori dilucidatione, & magis exactè circa eam ſe geſſit more ſuo Farinac. *dict. quæſt.* 40. *num.* 13. quem ſequuntur Guazzin. *ad defenſ. reor.* 30. *cap.* 40. *num.* 2. Caball. *crim. reſol.* 93. *num.* 19. *& caſ.* 288. *numer.* 21. *& ſeqq.* Scialoya *de torquen. reis cap.* 4. *n.* 26. & Cenſal. *d. vot. crim.* 1. *n.* 7.

Etenim eſt certum, quod pœna extraordinaria, in quam venit condemnandus Reus, qui in tortura fuit negatiuus, debet iuſtificari, & regulari ex qualitate inditiorum poſt torturam remanentium, vt dicit Scaccia *de re iudicata gloſ.* 14. *quæſt.* 7. *num.* 112. itaut debeat per gradus minui, prout minuuntur inditia, & quidem proportione geometrica, vt ait Theſaur. *forenſ. quæſt.* 13. *num.* 11. *lib.* 3. cum hac tamen aduertentia, quod in Tribunalibus inferioribus Iudices ex inditijs etiam indubitatis non poſſunt deuenire ad pœnam corporalem vt dicunt Doctores relati à Farinac. q. 86. *num.* 113. in Tribunalibus verò Supremis imponitur etiam pœna triremium, vt dicit Matthæù *loco citato*, & volunt plures congeſti per Farinac. *dict. quæſt.* 86. *num.* 114. *&* 117. *& ſeqq.*

Propterea, ſuppoſito, quod cauſa agatur
75 in aliquo Tribunali Supremo, ſi Reus plenis probationibus grauatus fuerit plenè, & duriſſimè tortus puta cum tormento vigilię, vt in caſu Farinac. *quæſt.* 40. *num.* 15. & in caſu Cenſalij *vot. crim.* 1. *per tot.* & in caſu Spadæ *conſ.* 114. *lib.* 1. *per tot.* vel cum tormento cordæ per horam cum baculo ad pedes, & iteratis quaſſationibus, vt in caſu Farinac. *conſ.* 175. *num.* 21. vel cum tortura repetita per binas,

nas,

nas, vel tres vices, vt dicit Farinac. *quæſt.*
38. *num.* 97. *&* 106. vtique tunc ex huiuſmo-
di tortura probationes eſſent adeo eneruatæ,
vt non remaneret quid ſufficiens ad condem-
nandum, & ideo iſto caſu Reus in tortura
negatiuus debet abſolui tanquam totaliter
purgatus, & ad plus ad expurgandam Pro-
uinciam debet mitti in exilium pro bono ſta-
tus gubernio, vt dicunt Farinac. *dict. quæſt.*
40. *num.* 15. & Cenſal. *d. vot.* 1. *in fine*, & Spada
d. conſ. 114. *in fine*.

Si verò Reus dictis plenis probationibus
grauatus fuerit tortus tormento ordinario
cordæ, & tunc quia ex dicta tortura non
poſſunt dici eliſæ probationes taliter, vt non
remanſerint contra Reum inditia indubitata,
poterit ipſe Reus in tortura negatiuus con-
demnari in pœnam triremium perpetuarum,
vt dicunt Farinac. *conſ.* 175. *num.* 7. *&* 20. *&*
quæſt. 40. *num.* 13. Cenſal. *dict. vot.* 1. *num.* 7.
Carolus Ant. de Luca ad Vinc. de Franch. *de-*
ciſ. 538. & Conciol. qui plures allegat *crimin.*
reſol. 14. *verbo tortura*.

Si fuit tortus ex inditijs indubitatiſſimis,
76 qualia exemplificant Barboſ. *in leg.* 2. *nu.* 95.
ff. ſolut. matrim. & Capyc. latro *deciſ.* 163. *num.*
64. *in fine*, ſeù ex inditijs omninò indubitatis,
quæ exemplificat Ciarlin. *controu.* 151. *nu.* 12.
Merlin. Pignatell. *controu.* 64. *num.* 16. & Pa-
ter Graſſett. *de nece proditoria* §. 29. *num.* 204.
verſ. & de hoc inditiorum indubitatorum genere,
& huiuſmodi inditijs tortus tortura ordina-
ria ſi permanſit in negatiua, poteſt dictus
Reus negatiuus condemnari ad triremes ad
tempus, quia ſi condemnatus fuiſſet antè tor-
turam, exemptus, & liberatus fuiſſet à pœna
ordinaria ex eo, quia non erat plenè conui-
ctus, & ideò poſt torturam debet in aliquo
releuari iuxtà aduertentiam Farine. *dict. quæſt.*
40. *num.* 15. quem ſequitur Cenſal. *dict. vot.* 1.
num. 8.

Nec obſtat concluſio, quod quando ex ali-
77 qua cauſa minoratur pœna, non poteſt hæc
eſſe in eadem ſpecie, vt dicunt Riccius *deciſ.*
Archiep. Neapolit. 169. *num.* 9. *par.* 4. Guaz-
zin. *Reor. defenſ.* 35. *cap.* 14. *num.* 15. *verſ. tan-*
dem Aduocatus Vermigliol. *conſ. crim.* 68. *nu.*
9. & Hieronym. Baſilicò *crim. deciſ.* 8. *num.* 40
78 quia reprobatur pluribus ab Auendan. *de*
Mandato Regio par. 2. *cap.* 16. *num.* 17, 18. *&* 19.
& à Franc. Maria Prato *pract. obſeruat.* 20. *à*
n. 33. *vſq; in fin.* & nouiſſimè à P. Didaco Sgroi
in *tract. Lux Prælatorum p.* 7. *c.* 6. *per tot.* qui af-
fert eandem diſtinctionem, quam nos ex Ca-
ballo, & Fontanell. adduximus *in c.* 7. §. 1. *n.*
158. de pœna conſiſtente in ſpecie, & pœna
conſiſtente in numero, & infert hinc, quod
quoties pœna conſiſtit in ſpecie, non poteſt
dari in eadem ſpecie, ſi contingit, quod illa
ſit minoranda: ſecùs ſi conſiſtit in numero,
quia tunc, ſi pœna debet propter aliquam cau-
ſam minorari poteſt intra eandem pœnæ ſpe-
ciem imponi, & exemplificat in pœna trire-
mium, quæ ſi eſſet perpetua ex ſtatuto, ſeù
lege imponeretur ad tempus, vide eos, qui
benè materiam enucleant: ego addo, quod
cum pœna triremium ad imperpetuum aſſi-
miletur deportationi: & ad tempus aſſimile-
79 relegationi, vt dixit *loc. cit.* ex Capibl. *de Baron.*
pragmat. 7. *num.* 14. *par.* 1. & diuerſi imperij,
& diuerſi effectus ſint pœna triremium per-
petuarum, & pœna triremium ad tempus, vt
ex Bart. Calephat. & Peregrino dicit Fon-
tanell. *de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.* 14. *num.* 57.
& ſeqq. & per conſequens ſit differentia inter
vnam, & aliam pœnam, non poteſt dici,
quod damnatus ad triremes ad tempus ſit
damnatus in eandem ſpeciem pœnæ; Et quod
tollit penitùs difficultatem, quando aliqua
difficultas remaneret, eſt quod in Tribuna-
80 libus Supremis dicta concluſio non fuit vſu
recepta, vt verſati in criminalibus *ſubſellijs*
optimè ſciunt.

Si Reus fuit tortus ex inditijs vrgentiſſimis,
81 & indubitatis, & in tormento permanſit in
negatiua, tunc Reus poteſt condemnari ad
relegationem, ſemper enim vnus gradus pœ-
82 næ eſt minuendus, quando vnus gradus in-
ditiorum minuitur, vt diximus *ſuprà* ex The-
ſau. *quæſt. forenſ.* 13. *num.* 11. *lib.* 3. ſeù potiùs
poteſt condemnari ad Exilium, vt practicari
in Vrbe dicit Farinac. *dict. quæſt.* 40. *num.* 15.
quem refert Cenſal. *dict. vot. crim.* 1. *num.* 9.
& referunt Guazzin. Caball. Chartar. Scia-
loya ab eodem Cenſal. citati *ibidem num.* 9.
& 10. vbi aduertit eos omnes loqui in termi-
nis inditiorum indubitatorum.

Sed tu iterum aduerte, quod Farinac. &
Doctores, qui eum ſequuntur loquuntur in
Reo duriſſimè torto, & ſic, quando non con-
currit hæc qualitas, benè poterit dari rele-
gatio, vt ſeruetur proportio in imponendis
pœnis, quam docet nos Theſau. *loco citat.* &
admittit P. Didacus Sgroy *dict. cap.* 6. *num.* 7.
verſ. quod quando.

Si demùm Reus fuit tortus ex inditijs ordi-
83 narijs, nempe ex ijs, quæ regulariter ſuffi-
ciunt ad torturam, & exemplificantur in
ſemiplena probatione à Sigiſmund. Scaccia
de re iudicata gloſ. 14. *quæſt.* 7. *num.* 111. tunc
84 in negatiua permanens debet abſolui diffi-
nitiuè, vel iuxta praxim hodiernam, de
qua ſupra, debet cum cautione de ſe præſen-
85 tando relaxari, vt ait Zanger *de tortura*
cap. vltim. num. 2. & Gaſpar Manſius in *Com-*
ment. ad Conſtit. criminalem Carolinam artic. 61.
num. 4. *& ſeqq.* etiam ſi leuiter fuerit tortus,
quia inditia, quæ remanent poſt torturam
non ſufficiunt ad imponendam pœnam, vt
pluribus docet Sigiſmund. Scaccia *dict. quæſt.*
7. *num.* 111. qui ait, quod Iudex benè poteſt
hoc caſu ſupplere cum alia competenti tortu-
ra vſque ad totalem purgationem inditio-
rum.

86 Et puto, quod idem ſit dicendum in caſu,
quo tortura fuit illata ex inditijs pluſquam
ſemi-

Digitized by Google

ſemiplenam probationem conſtiruentibns, quia ex tortura quantumuis leui debilitantur, & eneruantur adeò inditia, vt non remaneat amplius ſemiplena probatio, ſine qua Reus nequit in extraordinariam condemnari, imò Scaccia *loco citat. ait*, & ego dixi *ſupra num.* 43. quod ex ſemiplena probatione Iudex neqnit condemnare in extraordinariam, ſed omninò debet ad torturam deuenire, & ratio eſt ea, quam aſſignat P. Paſſerinus in *praxi quaſt.* 29. *art.* 1. *num.* 16. nempè, quia tunc Iudex non eſt certus de delicto, niſi quantum ſufficit ad interrogandum Reum, vel extra torturam, vel in tortura, & hoc pluribus medijs oſtendit, vt poteris per te ipſum videre: & hoc modo intellectus benè loquutus eſſet Simaneha *de Catbolicis inſtitutionibus tit.* 56. *de purgat. canonica num.* 18. *&* 20. *& ſeqq.* vbi firmat, quod tortus in crimine hæreſi ſi ſubſtinuit negatiuam in tortura, non tenetur abiurare, & contrariam conſuetudinem crudelem, iniuſtam, & laqueis plenam eſſe oſtendir, & Simanehæ opinionem amplexus fuit Farinac. *de hæreſi quaſt.* 185. *num.* 128. *& qu.* 194. *num.* 58. dummodo tamen Reus fuerit ſufficienter tortus. Hanc concluſionem ego exiſtimaui fuiſſe, & eſſe extendendam ad caſum irregularitatis, nam ſi Sacerdos poſitus ſit ad torturam pro homicidio ex inditijs cótra ipſum vrgentibus, & negatiuam ſuſtinuerit, non poterit amplius haberi pro irregulari, ſi fuerit ſufficienter tortus, quia ſicut purgauit inditia, quoad omnem reatum reſpectu pœnæ, ita etiam illum purgauit reſpectu irregularitatis ad tradita per Simanch. *loco cit.* cuius argumenta benè conferunt ad fundandam hanc ampliationem, & breuitatis cauſa ommittuntur cum poſſint penes eundem videri.

Nec refragantur adducta à D. Iacob. Pignatell. *conſult.* 19. *tomo* ¶. qui facit quæſitum, an Clericus, qui de homicidio inquiſitus indicia tortura diluit, durante nihilominus communi exiſtimatione Populi illum pro homicida reputantis cenſendus ſit irregularis ita, vt promoueri nequeat? Et affirmatiuè reſpondet ductus authoritate Sac. Congregationis Concilij in terminis ità reſpondentis in Nouarien. dimiſſoriarum ad ordines die 1. Octobris 1661. & motus ratione, nempè, quia ex notorio delicto homicidij conſurgit irregularitas ratione generalis infamiæ, quæ ex tortura potius augetur, quia diffamatio, & ſcandali cauſa redditur ex tortura maior, & euidentior, & macula iam contracta ex imputatione, ac diffamatione homicidij ob negatiuam in tortura confirmatam non poteſt dici ſublata.

Quia eius opinio poteſt procedere in terminis, in quibus ipſe loquitur, nempe in Clerico promouendo, & non arctato ad ordinum ſuſceptionem, quia huic dare, vel negare ordines eſt remiſſum arbitrio Epiſcopi adeo, vt cauſas adducere non teneatur, neque ab eiuſmodi denegatione appellare liceat, vt firmat ipſe D. Pignatell. *ibidem num.* 4. Secus dicendum, vt ipſemet D. Pignatell. aſſerit *ibidem num.* 3. *& ſeqq.* in ijs, qui iam promoti ſunt, & etiam in ijs, qui arctati ſunt ad ordines ſuſcipiendum, & aſſignat D. Pignatell. rationē differentię, quia Epiſc. interdicens promoto ordinum exercitium, & arctato ordinum ſuſceptionem, irrogat pœnam poſitiuam priuationis iuris iam obtenti, & quæſiti, & ideo non poteſt illam indicere, niſi habeat plenam probationem delicti, ſeu veram infamiam, quæ irregularitatem inducat: hæc autem ceſſat, quoties Reus in tortura permanſit negatiuus, quia cum tortura purgauit inditia, & infamiam ex inditijs reſultantem, & pro innocente habendus eſt ex dictis *ſupra num.* 66.

Nec obijciatur primo, quod is qui ſuſtinuit torturam abſoluitur ob defectum plenæ probationis, & non ob probatam innocentiam.

Secundo, quod tantum abeſt, quod tortura auferat maculam iam contractam ex imputatione, & diffamatione homicidij, vt potius irroget Clerico maiorem infamiam.

Tertio, quod ſententia abſolutoria ob torturam ſuſtentatam obtenta tollit punitionem, & infamiam iuris, ſed nullatenus tollit infamiam facti ex qua ſcandalum Populi oritur, vt conſiderat Rota in *Sabinen. coram Sacrato* relata à Marcheſan. *de commiſſion. par.* 1. *& in Calaguritana* 5. *Iul.* 1655. *&* 15. *Maij* 1656. *coram Bichio*, quas refert D. Pignatell. *loc. cit. num.* 5.

Reſpondetur enim ad primum, & ſecundum, quod tortura eſt ſpecies probationis, qua Reus oſtendit ſuam innocentiam adeo efficaciter, vt debeat exiſtimari melior, quam antè accuſationem habebatur, vt oſtendi *ſupradict. n.* 66. *&* 67. & melius probat pluribus Simanch. *loc. cit. n.* 22.

Ad tertium reſpondetur, quod infamia iuris debet attendi in Clerico promoto, de quo nos loquimur, infamia vero facti in Clerico promouendo, de quo loquitur D. Pignatell. qui hanc diſtinctionem optimis medijs comprobat adeo vt nihil addi poſſit.

Quæro decimo, an qualificatè confeſſus debeat torqueri ad præcisè, & ſine qualitate reſpondendum, & an tortus debeat abſolui, ſi perſiſtat in qualitate confeſſioni adiecta?

In prima parte dubij Doctores ſunt inter
87 ſe contrarij, & pro affirmatiua ſtant Bald.
Claud. Sayſell. Gram. Foller. & alij relati à
Farinac. *quaſt.* 81. *num.* 136. pro negatiua
88 ſtant Clar. Triuis. Bertazol. & alij relati ab
eodem Farinac. *loc. cit. num.* 137. qui *num.* 138.
reſidet cum hac negantium opinione, motus
ea ratione, quia ſi Reus tortus, vt ſimpliciter
reſpondeat, perſiſtat in tortura, abſoluendus

eſt, cum per torturam, non obſtante quacumque proteſtatione tanquam contraria facto, purgentur nedum inditia, ſed etiam probationes: & ideo ad effugiendum iſtud periculum cautius eſt deuenire ad pœnam extraordinariam, & ita teſtatur ſeruari in practica in Vrbe. Alij verò relati à Caballo *crim. reſol.17. num. 25. 12.* diſtinguunt inter Reum
89 dicentem non occidiſſe, & ſi occidit occidiſſe ad neceſſariam defenſionem: & Reum dicentem occidiſſe; ſed ad ſui defenſionem feciſſe, & rationem differentiæ allegant, dicendo, quod confeſſio primo modo facta habetur pro negatiua delicti: Secundo verò modo facta habetur pro affirmatiua, & propterea confeſſus primo modo torquetur: at confeſſus ſecundo modo condemnatur, quatenus qualitatem confeſſioni adiectam non probet, vt pluribus oſtendit Caball. *loco citato per tot.* alias enim adinuentus eſſet modus pro Iudicibus fraudandi Fiſcum, & Reos confeſſos liberandi, quod non eſt dicendum, vt inquiunt Farinac. *dict. quæſt.81. num. 137. in fine* Caball. *d. caſ.17. nu. 7. & 10. in fine.*

90 Alij demùm dicunt Reum qualificatè confeſſum poſſe moderatè torqueri, vt ſimpliciter, & ſine qualitate reſpondeat, & perſiſtentem in ſuo dicto poſſe condemnari in extraordinariam pœnam, vt ex Gram. *vot. 2. num. 17.* (quod meliùs, & apertiùs aſſerit *ſuper Conſtit. Regni de homicidijs puniendis num. 9.* quem refert Caball. *caſ.17. num. 10.*) & ex Carena *de S. Offic. par. 3. tit. 8. §. 1. num. 8. verſ. vel tandem* Boer. *deciſ.164. num.16.* Theſau. *deciſ.13. num. 3 & 4.* Maſtrill. *deciſ.246.* & Sperell. *deciſ.108. num. 38.* dicit Conciol. *crim. reſol. verbo confeſſio reſol.24. num.26.*

Meliùs tamen, & tutiùs eſt dicere, quod
91 aut Reus confeſſus eſt ſpontè, aut confeſſus eſt in tormentis: ſi Reus confeſſus eſt ſpontè cum qualitate, tunc conſtituendi ſunt duo caſus; primus caſus eſt in eo, qui incipit fa-
92 teri cum negatiua, puta dicendo, quod non occidit, & ſi apparuerit, quod occiderit, fecit ad ſui defenſionem, & quia taliter confeſſus habetur pro negante, vt ex Baldo, Angel. Iaſ. Clar. Nouell. Carrer. & alijs dicit Caball. *dict. caſ.17. num. 2.* & ex Berò, Fœlyn. Marian. Miliæn, Foller. Cyrill. Boſs. Gabriel. & alijs dicit Farinac. *quæſt. 81. num.142.* vtique Reus debet torqueri ad hoc vt veritatem dicat ſuper homicidio non ſolum, quia Iudex non debet admittere iſtam reſponſionem conditionatam, puta, ſi occidi, occidi ad meam defenſionem, vt docet Caſon. *tract. de torm. cap. 18. rub. de confeſſ. ſpontè numer. 19.* quem refert, & ſequitur Farinac. *quæſt. 81. numer. 144.* ſed etiam quia taliter confeſſus nihil prorsùs ponit in eſſe contra ſe, dum habetur ac reputatur pro merè negante vt dixi, & hoc in terminis vult Gram. in *Conſtit. Regni tit. de homicid. puniend. num. 9.* vbi firmat, quod incipiens reſpondere cum huiuſmodi negatiua, torturam non euitabit.

Aduertendum tamen, quod torturæ eſt lo-
93 cus, ſi, & quatenus in proceſſu habeantur inditia ſufficientia ad torturam, alias enim ex ſola huiuſmodi reſponſione non deuenitur contra Reum ad torturam ob regulam tritam, & generalem, quod tortura non poteſt inferri, quando legitima non extant inditia, vt pluribus citatis oſtendit Farinac. *quæſt. 37. num. 1. & ſeqq.* & ob authoritatem Caball. ſic in ſpecie reſpondentis in *d. caſ.17. n.7.*

Nec obſtat Bald. in *leg. vnica num. 21. Cod. de confeſſis* ibi-- *ſi tamen Iudex vult cautiùs procedere, nè incidat in opiniones Doctorum, mediantibus tormentis cogat ipſum ſimpliciter confiteri, quod poteſt, quia habet pluſquam inditia.*

Quia reſpondetur Baldum non dicere, quod ſola hæc reſponſio ſufficiat ad torquendum, alias non dixiſſet in verbo plurali, quod Iudex habet pluſquam inditia, denotat enim cum illo verbo plurali requiri adhoc concurſum aliorum inditiorum: vndè benè Clarus *pract. crim. quæſt. 45. verſ. ſed pone, quod Reus in fine*, & ex eo Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. numer. 142. in fine*, & Farinac. *quæſt. 37. num. 183.* dicunt ad torquendum Reum non reſpondentem præcisè requiri, quod ſuper delicto adſit diffamatio, vel aliquod aliud inditium contra Reum, quia non debet eſſe in poteſtate Iudicis ſub prætextu non præcisè reſponſionis torquere illum Reū, contra quem ſuper delicto principali nulla habet inditia; eſſet enim per indirectum admittere, quod directa via denegatur, vt formalibus verbis dicit Farin. *d. n. 183.*

Secundo reſpondetur, Baldum loqui in terminis valdè diuerſis à caſu noſtro, nempè in Reo confitente ſe commiſiſſe homicidium, ſed ad ſui defenſionem neceſſariam, vt benè perpendit Caball. *dict. caſ. 17. num. 3. 6. & 7.* & cum nos ſimus in caſu, & in terminis Rei negantis commiſiſſe homicidium, non benè ex doctrina, & caſu Baldi infertur ad caſum in facti ſpecie propoſitum.

Nec obſtat Farinac. *quæſt. 37. num. 176. & ſeqq. & num. 183.* vbi poſt alios multos, quos citat, vult quod Reus reſpondens qualificatè ſi præcedat diffamatio ſuper delicto principali, debet poni ad torturam, vt præcisè, ſimpliciter, & abſque qualitate reſpondeat.

Quia, vt iam dixi, & hic ad maiorem ex-
94 plicationem replico Farinac. & Doctores per eum citati loquuntur in terminis Rei ambiguè, & non præcisè reſpondentis: nos autem loquimur in terminis Rei abſolutè negātis; habetur enim incipiens fateri cum negatiua pro merè negante, vt dictum eſt *ſupra*, & propterea non benè applicantur termini, vt de ſe patet.

Secundus caſus eſt in eo, qui incipit fateri cum affirmatiua, puta occidi, ſed ad mei neceſſariam defenſionem, & iſto caſu, vel vltrà confeſſionem taliter qualificatam adſunt proba-

probationes, vel adſunt ſolùm inditia, vel eſt
ſola ipſa confeſſio. Si adſunt probationes,
95 non conuenit ponere Reum in tormentis,
quia tenderet in præiudicium fiſci, & Reipu-
blicæ, & eſſet aperire viam Iudicibus fraudes
committendi, vt inquiunt Triuiſan. *deciſ.* 35.
num. 37. Farin. *quæſt.*81. *num.*131.*&* *num.*137.
& ratio eſt, quia tunc locus eſt condemnatio-
ni in pœnam ordinariam ex ipſis probationi-
bus, & multò magis ex probationibus, &
confeſſione qualificata ſimul, quæ probatio-
nes exiſtentes corroborat, vt dicit Farinac.
*dict.quæſt.*81.*num.*129. *&* 131. *&* 133. vbi plu-
res allegat concordantes.
Si cum confeſſione ſit qualificata concur-
96 rant contra Reum inditia vrgentiſſima, &
indubitata, tunc Reus debet leuiter torqueri,
vt præciſè reſpondeat, & perſiſtens in dicto
debet in pœnam extraordinariam condemna-
ri iuxta opinionem Gram. *vot.*2. *num.*16. *&*
17. Boer. *deciſ.*164. *num.*16. Theſau. *deciſ.*103
*num.*3. *&* 4. Maſtrill.*deciſ.*246.*num.*6. & Ca-
rena *de S.Offic.dict.*§.1. *num.*14. nam leuis tor-
tura non multum fiſco præiudicat cum non
ſit ſufficiens ad purgandum inditia, vt benè
poſt alios dicit Carena *loco cit. num.* 15. & è
contra cum ea poteſt haberi confeſſio ſim-
plex, & explicita, quæ ſufficeret ad pœnam
ordinariam,& ideo in iſto caſu non eſt omit-
97 tenda tortura, & qui aliter faciunt, non
ſunt boni aleatores,& ſunt repræhendendi,vt
dicit Scaccia *de re iudicata gloſ.* 14. *quæſt.* 7.
*num.*112. ſi verò inditia ſint ordinaria, talia
98 tamen, quod Reus remaneat pluſquam ſe-
miplenè grauatus, & tunc erit in arbitrio Iu-
dicis Reum plenè torquere, vel omiſſa tortu-
ra in extraordinariam condemnare, vt dicit
Bald. in *dict.leg.vnica num.*21.*Cod.de confeſſis*,
qui concludit tutius eſſe, quod Iudex, nè in-
cidat in opiniones Doctorum, procedat ad
torturam, ſed admittit etiam, quod poteſt
venire ad pœnam extraordinariam, & certè
non eſt tollendum hoc arbitrium Iudici, qui
poterit cognoſcere tutius eſſe venire ad tor-
turam, quam ad pœnam extraordinariam,
& è contra, vt dixi *ſupra num.* 43. at ſi rema-
99 net ſolùm grauatus ſemiplenè, quia tunc ex
ſemiplena non poteſt deueniri ad pœnam ex-
traordinariam, de neceſſe debet inferri tor-
tura, vt inquit Ioſeph. Ludou. *deciſ.Lucen.*19
*num.*20. quem refert Farinac. *quæſt.*81.*n.*135.
&.dixi ego *d.num.*43.
Si demum adeſt ſola confeſſio, tunc Reus
100 nec condemnatur, & nec torquetur ex tra-
ditis per Clar. *quæſt.*45. *verſ. ſed pone* Meno-
ch. *de præſumpt.lib.*1.*quæſt.*89. *num.*142.& Fa-
rinac. *quæſt.*37. *num.* 183. quos *ſuprà* allega-
ui, dummodò tamen non concurrat diffama-
tio, ſeù aliquod aliud inditium, ſeù admini-
101 culum ſuper eodem delicto, quia diffama-
tione, ſeù alio inditio concurrente Reus de-
beret torqueri ad præciſè reſpondendum, vt
dicunt Doctores ſupracitati.

Aut verò Reus confeſſus eſt cum qualitate
102 in tormentis, & tunc ſiuè incipiat fateri cum
negatiua, ſiuè fateatur cum affirmatiua reſ-
ponſio qualificata non recipitur, nec recipi
debet per Iudicem iuxta monitum Bald. in
*dict.leg.vnica num.*21.*Cod.de confeſſis* ibi — *in-
ſtruo Iudicem, quod non admittat talem reſpon-
ſionem, quia ſi interrogatio eſt ſimplex, non de-
bet admitti reſponſio duplex, & implicita*, imò
Iudex debet tunc continuare torturam, adhoc
vt ſimpliciter, & ſinè qualitate confiteatur,vt
in terminis docet Maſtrill.*deciſ.*246. *num.*6.&
103 ratio differentiæ inter caſum Rei confeſſi
ſponte, & caſum Rei confeſſi in tormentis
eſt, quia ſpontè confeſſus debet probare
qualitatem confeſſioni adiectam ad hoc, vt
à pœna eximatur, vt dicunt Gram. *vot. cri-
min.* 2. *num.*12. *& ſeqq.* Bertazzol. *conſ. crim.*
449. *num.* 1. *&* 2. & meliùs Bald. in *dict. leg.
vnica num.* 21. *Cod.de confeſſis*, cenſetur enim
104 quod confitens ſpontè homicidium addat
dictam qualitatem ad ſe eximendum à pœna,
& ſic quod mortis cauſa fugiendæ, vel ab ali-
quo conſultus fuit motus adhoc allegandum,
vt aduertit Boer. *deciſ.* 164. *num.*24. *in fine*,
& propterea ei nullatenus credendum, vt di-
105 cit Gram. *dict.vot.*2. *num.* 1. & antè eum
Bald. *in dict.leg.vnica num.*21. quia præſump-
tio Iuris eſt contra eum, prout firmant dicti
106 Doctores *loc. cit.* At confeſſus in tormentis
cenſetur dixiſſe veritatem in totum, quia, vt
dixi *ſuprà num.* 67. ex Cicerone in Topicis ad
Trebat.Farinac. *quæſt. num.* 1. & Garzia *de
polygam. lib.*3. *quæſt.*7.*num.*4. quæ verberibus
torti, & igne fatigati dicunt, ea videtur veri-
tas ipſa dicere: tortura enim, vt dixi *ſuprà
num.* 66. ex Farinac. & Carolo Antonio de
107 Luca eſt ſpecies probationis, qua Reus ſuã
innocentiam oſtendit adeò efficaciter, vt de-
beat exiſtimari, & reputari Reus tortus eſſe
melior, quam antè accuſationem habebatur:
108 quod tortus perſiſtendo in negatiua elidit
omnem præſumptionem, & omnia inditia,
& etiam plenas probationes eneruat, ac de-
bilitat ſecundùm Farinac. *quæſt.*40. *num.* 13.
Theſau. Giurb. Guazzin. Caball. Carenam,
Capyc.latr. & alios, quos refert Conciol.
*crim. reſol.*14.*verbo tortura*, & perſiſtendo in
109 tortura in qualitate confeſſioni adiecta, de-
bet omninò abſolui, Boſs. *tit.de confeſſ.n.*28.
Bertazol. *conſ.crim.*27. *num.*7. *&* 8. *&* *conſil.*
449. *num.* 28. Gram. *dict. vot.*2. *num.*6. *&* 9.
110 & Farinac. *quæſt.* 81. *num.* 138. quia perſi-
ſtens in qualitate confeſſioni adiecta habetur
ac ſi per teſtes qualitatem probaſſet, quando
eam in tortura ſuſtinuit, vt ex Crauett. *conſ.*
35. *num.*20. *vol.*1. Boſs. *tit.de confeſſ.num.*56.
dicit Farinac. *conſ.*60. *num.* 26. & idem dicit
Giurb. *conſ.crim.*43. *num.*9. & P. Graſſett. *de
nece proditor.* §.30. *num.* 14. *in fine*, & Burgos
de modo proceden. ex abrupto quæſtion. 100. *nu-
mer.*34.

Digitized by Google

Vlteriùs enim Iudex teneatur veritatem in-
111 dagare, & pro ea habenda ab Ore ipſius
Rei deueniat in defectum alterius modi ma-
gis apti, ad torquendum ipſum Reum, non
debet in ipſa via deſiſtere, ſed potius progre-
di, & continuare tormentum, quando videt,
quod Reus quoquo modo incipit ſe diſpone-
re ad veritatem fatendam, aliàs non poteſt eſ-
ſe tutus in conſcientia, quia ponit ſe in peri-
culo condemnandi Innocentem, vel eum, qui
tantam pœnam, ac tale ſupplicium non me-
retur, & cum ſua celeritate in deſiſtendo à
tormento præiudicat etiam Fiſco, & Reipu-
blicæ, quia Reus confeſſus in tormentis cum
112 qualitate excludente, vel minuente delictum,
non poteſt condemnari in pœnam ordina-
riam ob rationem ſupra allatam, nempè quia
cenſetur dixiſſe veritatem, & præſumptionem
contra ſe exiſtentem enernat: & etiam quia
facto Iudicis non potuit proſequi probatio-
nem Innocentiæ, quam in tortura, & cum
tortura facere inceperat: quando enim facto
Iudicis præcluditur Reo via probandi ſuam
innocentiam illa debet haberi pro probata,
113 vt in terminis Iudicis non concedentis fa-
cultatem Reo examinandi teſtes ſuper articu-
lis, vt articuli habeantur pro probatis in-
quiunt Farinac. *quæſt.07.num.251.& conſ.43.
num.1. in fine*, & Vermigliol.*conſ.15. n.45.*

Nec dicatur, quod non eſt adimenda Iudi-
ci facultas deſiſtendi à tormento, quando ex
circumſtantijs cognoſcit continuationem Fiſ-
co, & Reipublicæ eſſe præiudicialem, quia
hoc non poteſt fieri in caſu iſto, in quo con-
feſſioRei habet annexum inſeparabiliter gra-
dum probationis reſultantis ex tormento, vt
dixi *ſupra*. Et ideo iſto caſu tenenda eſt opi-
nio Peregrini, qui in *conſ.2. num.122. & 123
lib.2.* ait, quod vbi iudex videt Reum indu-
ratum debet facere notare hoc in proceſſu, &
debet deſiſtere à tortura non vt condemnet
in pœnam extraordinariam, ſed benè, vt po-
ſtridie, vel alio die dictam torturam conti-
nuet.

Prçterea animus Iudicis debet inclinari
114 circa veritatem inueniendam, & debet eſſe
tanquam mediator inter fateri, & negare, vt
per text. in *leg.qui tacet de regulis iuris* Boſs.
tit.de defenſ. Reor. num.9. dicit Caualcan. *de
brach.Regio par.3. num.237.* qui exagerat con-
tra Iudices, qui non attendentes, an confeſ-
ſio Rei ſit vera, vel erronea animum ſolum
habent ad perſeuerantiam confeſſionis, ſeù
vt Reus velit nolit, perſeueret in confeſſione,
quando modo aie, modò negat: etenim de-
bet Iudex amplecti quod eſt verius, quia
finis eius debet eſſe veritas arg. text. in *leg.il-
licitas §.veritas ff.de Offic.Præſid.* Bart.in *quæſt.
incip. Iudex maleficiorum*, & Cyriac. *controu.
150.num.93.* ait quod Iudex, vbi quis in tor-
mentis fatetur, debet eſſe valdè circumſpe-
ctus in animaduertendo, an fatendo dicat ve-
ritatem, vel potius doloris impatientia men-
tiatur, & an confeſſio ſit probabilis, poſſibi-
lis, & veriſimilis Menoch. *de arbitr. caſ. 269.
num.3.* Baiard.ad Clar. *quæſt.64.num.142.* Fa-
rinac. *quæſt.81.num.28.& 29.* & eſt text. in
leg.1.§.Diuus ff.de quæſt. ibi -- *ſi nulla probatio
religionem cognoſcentis inſtruat*; & quidem
non ſolum ad effectum condemnandi, ſed
etiam ad effectum acceptandi confeſſionem,
& Reum à tormentis deponendi, vt deduci-
tur ex Maſtrill.*dec.246.n.40.*

Concludendum igitur, quod Iudex non
115 debet acceptare à Reo poſito, & exiſtente
in tormentis confeſſionem qualificatam, hoc
eſt non debet deponere ipſum Reum à tor-
mentis ob confeſſionem cum qualitate à Reo
factam.

Et quamuis Maſtrill. *dict.decif.246.num.40*
dicat, quod Iudex debet Reum à tortura de-
ponere, ſi videt, & cognoſcit ex facto, vel
ex aliqua veriſimilitudine, quod Reus dicit
puram veritatem, aduertit enim, quod in
tantum Iudices acceptando confeſſionem
qualificatam deſtiterunt à proſequutione tor-
menti in caſu de quo agit, in quantum co-
gnouerunt, quod confeſſio ſic qualificata
erat veriſimilis, & præſumptionem pro ſe
habebat: & ratio ob quam Iudex debet eo ca-
ſu deſiſtere à tormento, ea eſt, quia Reus,
116 qui faſſus eſt veritatem, non debet in tor-
mento detineri, & quatenus detineatur am-
pliùs in eo dicitur grauari, vt oſtendit Giurb.
*conſ.crim.85. in princ.& num.13. & num.30.in
117 fine*: nihilominùs inde non ſequitur, quod
debeat deponi à tormento, quando addit
confeſſioni qualitatem inueriſimilem, quia
tunc Iudex eſt certus, quod Reus non fatetur
veritatem, & ideo debet continuare tormen-
tum, quod ad habendam veritatem adhibet,
alias à fine ſibi propoſito, & ab obligatione
indagandi veritatem recederet contra text. in
leg.;& ſi non defendantur ff.de pœnis, *& leg.1.
§.fin.ff de quæſtion.* & facit ad propoſitum
Caualcan. videndus *de brach. reg. dicta part.3.
num.237.*

Et vlterius non poterit poſtmodum Reum
ſic confeſſum condemnare quia, vt dixi, eius
dictum in tormento habet annexam proba-
tionem, quæ non poteſt ſeparari.

Quoad ſecundam partem dubij *Doctores*,
etiam in hac parte ſunt contrarij inter ſe: nam
aliqui dicunt, quod tortura debet Reo quali-
ficatè confeſſo prodeſſe quoad omnem pœ-
118 nam, & ſunt Farinac. *dict.quæſt.81. nu.140.*
& Bertazzol.*conſ crim.27.num.5.* aliqui dicunt,
119 quod debet tortura prodeſſe quoad pœnam
ordinariam dumtaxat, & ſunt Gram. *vot. 2.
num. 17.* Boer. *decif. 164. num. 16.* Theſau. *de-
ciſ.13.num.3.& 4. & in fine* Maſtrill. *dec.246.
num.8. & 20. & in fine* Theſau. *forenſ. qu.46.
num.3. & ſeqq. lib.3.* Bolognin. *in leg.vt vim
num.48. ff.de Iuſt. & Iure* Gomez. *var. cap.3.
num.16.in fine lib.3.* nam confeſſus qualificatè
in plano examine, ſi qualitatem non probat

exami-

Digitized by Google

120 eximitur ſolùm à pœna ordinaria, vt dicit
Abb. cuius eſt originale dictum in *cap. auditis num. 32. de præſtrip.* quem ſequuntur Felyn. *ibid.num.30. & in cap.cum venerabilis numer.15.de except.*& Dec. *in dict.cap.venerabilis num.83. & ſeqq.* Farinac. *quæſt. 81. num. 116. & 157.* Gomez. *var.cap.3.num.26. lib.3.* Ayllon. *ibi in additione* Bertazol. *conſ.crim.27.nu.2.lib.1.* & Sperell. *deciſ.* 108. *num.36. & ſeqq.*
qui hanc concluſionem ampliat pluribus mo-
121 dis, ſed tu dicas quod ſi qualitas reddit delictum impunibile, & Reus eſt ſufficienter tortus, non poteſt imponi pœna ex doctrina Farinac. *dict.quæſt.81. num.* 140. & ex ijs quæ dixi *num.109.& ſeqq.*ſi verò Reus non eſt ſufficienter tortus, & tunc, vel defectus prouenit ex facto Iudicis, & debet repeti tortura, vt dixi *ſupra*, vel prouenit ex facto Rei, puta, quia defecit in tormento, & tunc erit in arbitrio Iudicis reponere Reum in tortura, vt dixi *ſupra*,vel cundemnare eundem in pęnam extraordinariam regulandã iuxtà eaquę dixi, *n.70.et ſeq.*ſi demùm qualitas non reddit delictum impunibile, ſed tantùm pœnam minuit, & tunc etiam tortus debet ſubire pœnam qualitati congruam iuxta *deciſionem* Maſtrill. *deciſ.246. num. 8. & 20. & ſeqq.* Theſau. *deciſ.13. num. 3.* Laur. Matthæù *de re crim. controu.27. num. 34. in fine*, nam tortura debet prodeſſe ſolùm in illa parte, in qua qualitas adiecta excuſat, etenim eſſet abſurdum dicere, quod tortura debeat prodeſſe in illa parte, quam non elidit, ſed potiùs confirmat. Benè verum eſt, quod ſi tortura fuerit immo-
122 derata ita, vt multùm fuerit exceſſum in modo, & tempore adhibiti tormenti, poterit de illa haberi conſideratio in pœna Reo poſtmodùm infligenda, quia debet fieri compẽſatio, vt inquiunt Decian. *tract.crim. lib.4. cap.17. num.22.* & Azeuedo *recapil.lib.8. titul.16.leg.1.num.61.* & ego dixi *in cap.1. §.10. numer.45.*

Quæro decimo, an negatiuus in tortura ſufficienter illata poſſit ſaltem condemnari ad intereſſe partis, puta ad reſtitutionem rei derobatæ? in Sac. Conc. Neapolitano fuit re-
123 ſolutum affirmatiuè teſte Merlino Pignatell. *contron. forenſ. 20. in fine cent.* 1. apparet enim ex *cap. anteced.19. nu.5. & 6.* quod ille accuſatus fuerat negatiuus in tortura.

124 Negatiuè verò reſpondent Ronit.*deciſ.67. num. 27. & ſeqq.* & Capyc.latro *deciſion. 75. num. 8.*

Vide de Ponte *deciſ.* 24. Nouar. *Vaſſall. gran.114.par.2.* & vide quæ dixi in *cap.14.§.19 num.54.& ſeqq.*

Quæro vndecimo, an qui fuit tortus pro
125 vno delicto poſſit torqueri iterum, ſi ſuperueniant inditia pro alio delicto? Dic, quod tranſactis quadraginta diebus torquetur, & interim non poteſt Caſtill. *deciſ.177. num.10. par.2.* Anton. *de Ballis var. lib.2. de quæſt. & tortura quæſt.14.n.1.*

Dixi, pro alio delicto, quia inquiſitus de pluribus delictis, puta, de pluribus homicidijs, de pluribus furtis, de pluribus falſitatibus, & huiuſmodi, de quibus, & vno quoquo extant inditia ad torturam, non poteſt ſeparatim primo pro vno, & poſtea pro alio, ſeù alijs torqueri, ſed vno, & eodem tempore pro omnibus delictis, de quibus in proceſſu apparent inditia, torqueri debet, & ſi non ſufficienter vna vice tortus fuerit, iterum repetitur, vt docet Farinac. in *addit. ad quæſt. 38. num. 112. poſita poſt tertium librum conſiliorum eiuſdem*, vbi reprobat Martinum del Rio contrarium dicentem *diſquiſit.magic. lib.5.in 2.append. quæſt.34.* & Farinac. ſequitur D.Zuffus *de legitim.proceſs. quæſt.65.nu.2.* D. Sabell. in *ſumma §.tortura num. 13.* & Dominus Hieronymus Cala *ſuper pragmat. 11. de Empt.& vendit.par.1. cap.16. num. 47. & ſeq.* ibi — *hinc eſt, quod quando plurium delictorum cumulatio ſit, non ſiunt plures inſtantiæ, ſed vnitate ſpecifica vnica eſt inſtantia, vnicum Iudicium, & vnica ſimiliter ſententia Reus condemnatur pro omnibus*, & D. Zuffus *ibidem* teſtatur, quod Fiſcus cum voluiſſet diuidere delicta cumulata non obtinuit ob inſtantiam Inquiſiti petentis ſibi conteſtari omnia delicta, & huius aſſertionis plures afferri poſſunt rationes, quarum *prima* eſt nè continentia cauſæ diuidatur, vt aduertunt Zuffus, & Calà *loc.cit. ſecunda* eſt nè Reus pluribus inſtantijs defatigetur, vt dicunt præfati Doctores. *Tertia* eſt nè tandiù punitio in præiudicium Reipublicæ differatur, nam inter vnam, & aliam torturam quadraginta dies intercedere debent ex adductis à Caſtill. & Ball. *locis ſupracitatis. quarta* demum ratio eſt, quia delictis pluribus ſimul, & ſemel conſideratis, & ponderatis tortura poteſt eſſe grauior, & atrocior, & ratione coaceruatorum criminum poteſt etiam repeti, vt docet Farinac. *loc. cit.* ſicut in delictis, quorum pœna arbitraria eſt, ſi delicta cumulentur in vno proceſſu Reus poteſt condemnari ad triremes, licet de per ſe, & ſeparatim perpenſa remigationis pœnam non mereantur, nàm tunc Iudex arbitrio ſuo ſolet eligere pœnam, quæ correſpondeat omnibus criminibus, quamuis ſingulis non conueniat, vt ex Carpzou. *practic. crim.par.3. quæſt.132. num.80. & ſeqq.* inquit Calà *loc.cit. num. 86. & ſeq.* propterea non benè loquutus videtur Ballis *dict. quæſtion.14. num. 1.* dum ait, ſunt eius formalia verba, *inutile non erit diſcutere, ſi ſunt contra Reum diuerſa delicta probata, & torquetur ſuper vno ſeparatim, ſi eſt negatiuus, elapſis quadraginta diebus à prima tortura ſecundùm conſuetudinem torquetur ſuper alijs*, & loquitur ſine ratione, & ſinè authoritate, & conſuetudo, de qua teſtatur apud Iudices ignaros extat, vt aduertit Farinac. *loc.cit.* ibi — *hanc limitationem in ſpecie ab aliquo pertractatam non inueni, ea nempè ratione, vt credo, quia indubitabilis ſit.*

Sed

Vlteriùs cum Iudex teneatur veritatem in-
111 dagare, & pro ea habenda ab Ore ipſius
Rei deueniat in defectum alterius modi ma-
gis apti, ad torquendum ipſum Reum, non
debet in ipſa via deſiſtere, ſed potius progre-
di, & continuare tormentum, quando videt,
quod Reus quoquo modo incipit ſe diſpone-
re ad veritatem fatendam, aliàs non poteſt eſ-
ſe tutus in conſcientia, quia ponit ſe in peri-
culo condemnandi Innocentem, vel eum, qui
tantam pœnam, ac tale ſupplicium non me-
retur, & cum ſua celeritate in deſiſtendo à
tormento præiudicat etiam Fiſco, & Reipu-
blicæ, quia Reus confeſſus in tormentis cum
112 qualitate excludente, vel minuente delictum,
non poteſt condemnari in pœnam ordina-
riam ob rationem ſupra allatam, nempè quia
cenſetur dixiſſe veritatem, & præſumptionem
contra ſe exiſtentem eneruat: & etiam quia
facto Iudicis non potuit proſequi probatio-
nem Innocentiæ, quam in tortura, & cum
tortura facere incæperat: quando enim facto
Iudicis præcluditur Reo via probandi ſuam
innocentiam illa debet haberi pro probata,
113 vt in terminis Iudicis non concedentis fa-
cultatem Reo examinandi teſtes ſuper articu-
lis, vt articuli habeantur pro probatis in-
quiunt Farinac. *quæſt.67.num.251.& conſ.43.
num.1. in fine*, & Vermigliol.*conſ.15. n.45*.

Nec dicatur, quod non eſt adimenda Iudi-
ci facultas deſiſtendi à tormento, quando ex
circumſtantijs cognoſcit continuationem Fiſ-
co, & Reipublicæ eſſe præiudicialem, quia
hoc non poteſt fieri in caſu iſto, in quo con-
feſſio Rei habet anneaum inſeparabiliter gra-
dum probationis reſultantis ea tormento, vt
dixi *ſupra*. Et ideo iſto caſu tenenda eſt opi-
nio Peregrini, qui in *conſ.2. num.122. & 123
lib.2.* ait, quod vbi iudex videt Reum indu-
ratum debet facere notare hoc in proceſſu, &
debet deſiſtere à tortura non vt condemnet
in pœnam extraordinariam, ſed benè, vt po-
ſtridie, vel alio die dictam torturam conti-
nuet.

Preterea animus Iudicis debet inclinari
114 circa veritatem inueniendam, & debet eſſe
tanquam mediator inter fateri, & negare, vt
per text. in *leg.qui tacet de regulis iuris* Boſs.
tit.de defenſ. Reor. num.9. dicit Caualcan. *de
brach.Regio par.3. num.237.* qui exagerat con-
tra Iudices, qui non attendentes, an confeſ-
ſio Rei ſit vera, vel erronea animum ſolum
habent ad perſeuerantiam confeſſionis, ſeù
vt Reus velit nolit, perſeueret in confeſſione,
quando modo ait, modò negat: etenim de-
bet Iudex amplecti quod eſt verius, quia
finis eius debet eſſe veritas arg. text. in *leg.il-
licitas §.veritas ff.de Offic.Præſid.* Bart.in *quæſt.
incip. Iudex maleficiorum*, & Cyriac. *controu.
150.num.93.* ait quod Iudex, vbi quis in tor-
mentis fatetur, debet eſſe valdè circumſpe-
ctus in animaduertendo, an fatendo dicat ve-
ritatem, vel potius doloris impatientia men-
tiatur, & an confeſſio ſit probabilis, poſſibi-
lis, & veriſimilis Menoch. *de arbitr. caſ. 269.
num.3.* Baiard.ad Clar. *quæſt.64.num.142.* Fa-
rinac. *quæſt.81.num.28.& 29.* & eſt text. in
leg.1.§.Diuus ff.de quæſt. ibi -- *ſi nulla probatio
religionem cognoſcentis inſtruat*; & quidem
non ſolum ad effectum condemnandi, ſed
etiam ad effectum acceptandi confeſſionem,
& Reum à tormentis deponendi, vt deduci-
tur ea Maſtrill.*dec.246.n.40*.

Concludendum igitur, quod Iudex non
115 debet acceptare à Reo poſito, & exiſtente
in tormentis confeſſionem qualificatam, hoc
eſt non debet deponere ipſum Reum à tor-
mentis ob confeſſionem cum qualitate à Reo
factam.

Et quamuis Maſtrill. *d.ict. deciſ.246.num.40*
dicat, quod Iudex debet Reum à tortura de-
ponere, ſi videt, & cognoſcit ex facto, vel
ex aliqua veriſimilitudine, quod Reus dicit
puram veritatem, aduertit enim, quod in
tantum Iudices acceptando confeſſionem
qualificatam deſtiterunt à proſequutione tor-
menti in caſu de quo agit, in quantùm co-
gnouerunt, quod confeſſio ſic qualificata
erat veriſimilis, & præſumptionem pro ſe
habebat: & ratio ob quam Iudex debet eo ca-
ſu deſiſtere à tormento, ea eſt, quia Reus,
116 qui faſſus eſt veritatem, non debet in tor-
mento detineri, & quatenus detineatur am-
pliùs in eo dicitur grauari, vt oſtendit Giurb.
*conſ.crim.85. in princ.& num.13. & num.30.in
117 fine*: nihilominùs inde non ſequitur, quod
debeat deponi à tormento, quando addit
confeſſioni qualitatem inueriſimilem, quia
tunc Iudex eſt certus, quod Reus non fatetur
veritatem, & ideo debet continuare tormen-
tum, quod ad habendam veritatem adhibet,
alias à fine ſibi propoſito, & ab obligatione
indagandi veritatem recederet contra text.in
*leg.;& ſi non defendantur ff.de pœnis, & leg.1.
§.fin.ff de quæſtion.* & facit ad propoſitum
Caualcan. videndus *de brach. reg. dicta part.3.
num.237*.

Et vlterius non poterit poſtmodum Reum
ſic confeſſum condemnare quia, vt dixi, eius
dictum in tormento habet annexam proba-
tionem, quæ non poteſt ſeparari.

Quoad ſecundam partem dubij Doctores,
etiam in hac parte ſunt contrarij inter ſe: nam
aliqui dicunt, quod tortura debet Reo quali-
ficatè confeſſo prodeſſe quoad omnem pœ-
118 nam, & ſunt Farinac. *dict.quæſt.81. nu.140.*
& Bertazzol.*conſ crim.27.num.5.* aliqui dicunt,
119 quod debet tortura prodeſſe quoad pœnam
ordinariam dumtaxat, & ſunt Gram. *vot. 2.
num. 17.* Boer. *deciſ. 164. num. 16.* Theſau. *de-
ciſ.13.num.3.& 4. & in fine* Maſtrill. *dec.246.
num.8. & 20. & in fine* Theſau. *forenſ. qu.46.
num.3. & ſeqq. lib.3.* Bolognin. *in leg.vt vim
num.48. ff.de Iuſt. & Iure* Gomez. *var. cap.3.
num.26.in fine lib.3.* nam confeſſus qualificatè
in plano examine, ſi qualitatem non probat

exami-

Digitized by Google

120 eximitur ſolùm à pœua ordinaria, vt dicit
Abb. cuius eſt originale dictum in *cap. au-
ditis num. 32. de præſcrip.* quem ſequuntur Fe-
lyn. *ibid. num. 30. & in cap. cum venerabilis nu-
mer. 15. de except.* & Dec. *in dict. cap. venerabilis
num. 83. & ſeqq.* Farinac. *quæſt. 81. num. 116.
& 157.* Gomez. *var. cap. 3. num. 26. lib. 3.* Ayl-
lon. *ibi in additione* Bertazol. *conſ. crim. 27. nu.
2. lib. 1.* & Sperell. *deciſ. 108. num. 36. & ſeqq.*
qui hanc concluſionem ampliat pluribus mo-
121 dis, ſed tu dicas quod ſi qualitas reddit deli-
ctum impunibile, & Reus eſt ſufficienter tor-
tus, non poteſt imponi pœna ex doctrina
Farinac. *dict. quæſt. 81. num. 140.* & ex ijs quæ
dixi *num. 109. & ſeqq.* ſi verò Reus non eſt ſuf-
ficienter tortus, & tunc, vel defectus proue-
nit ex facto Iudicis, & debet repeti tortura,
vt dixi *ſupra*, vel prouenit ex facto Rei, pu-
ta, quia defecit in tormento, & tunc erit in
arbitrio Iudicis reponere Reum in tortura, vt
dixi *ſupra*, vel cundemnare eundem in pęnam
extraordinariam regulandã iuxtà eaquę dixi,
n. 70. et ſeq. ſi demùm qualitas non reddit deli-
ctum impunibile, ſed tantùm pœnam minuit,
& tunc etiam tortus debet ſubire pœnam
qualitati congruam iuxta *deciſionem* Maſtrill.
deciſ. 246. num. 8. & 20. & ſeqq. Theſau. *de-
ciſ. 13. num. 3.* Laur. Matthæù *de re crim. con-
tron. 27. num. 74. in fine*, nam tortura debet
prodeſſe ſolùm in illa parte, in qua qualitas
adiecta excuſat, etenim eſſet abſurdum dice-
re, quod tortura debeat prodeſſe in illa par-
te, quam non elidit, ſed potiùs confirmat.
Benè verum eſt, quod ſi tortura fuerit immo-
122 derata ita, vt multùm fuerit exceſſum in
modo, & tempore adhibiti tormenti, pote-
rit de illa haberi conſideratio in pœna Reo
poſtmodum infligenda, quia debet fieri com-
putatio, vt inquiunt Decian. *tract. crim. lib. 4.
cap. 17. num. 22.* & Azeuedo *recopil. lib. 8. titul.
26. leg. 1. num. 61.* & ego dixi *in cap. 1. §. 10. nu-
mer. 45.*

Quæro decimo, an negatiuus in tortura
ſufficienter illata poſſit ſaltem condemnari ad
intereſſe partis, puta ad reſtitutionem rei de-
robatæ? in Sac. Conc. Neapolitano fuit re-
123 ſolutum affirmatiuè teſte Merlino Pigna-
tell. *contron. forenſ. 20. in fine cent. 1.* apparet
enim ex *cap. anteced. 19. nu. 5. & 6.* quod ille
accuſatus fuerat negatiuus in tortura.

124 Negatiuè verò reſpondent Rouit. *deciſ. 67.
num. 27. & ſeqq.* & Capyc. latro *deciſion. 75.
num. 8.*

Vide de Ponte *deciſ. 24.* Nouar. *Vaſſall.
gran. 114. par. 2.* & vide quæ dixi in *cap. 14. §. 19
num. 54. & ſeqq.*

Quæro vndecimo, an qui fuit tortus pro
125 vno delicto poſſit torqueri iterum, ſi ſuper-
ueniant inditia pro alio delicto? Dic, quod
tranſactis quadraginta diebus torquetur, &
interim non poteſt Caſtill. *deciſ. 177. num. 10.
par. 2.* Anton. *de Ballis var. lib. 2. de quæſt. &
tortura quæſt. 14. n. 1.*

Dixi, pro alio delicto, quia inquiſi-
tus de pluribus delictis, puta, de pluribus
homicidijs, de pluribus furtis, de pluribus
falſitatibus, & huiuſmodi, de quibus, & vno
quoquo extant inditia ad torturam, non po-
teſt ſeparatim primo pro vno, & poſtea pro
alio, ſeù alijs torqueri, ſed vno, & eodem
tempore pro omnibus delictis, de quibus in
proceſſu apparent inditia, torqueri debet, &
ſi non ſufficienter vna vice tortus fuerit, ite-
rum repetitur, vt docet Farinac. in *addit. ad
quæſt. 38. num. 112. poſita poſt tertium librum
conſiliorum eiuſdem*, vbi reprobat Martinum
del Rio contrarium dicentem *diſquiſit. magic.
lib. 5. in 2. append. quæſt. 34.* & Farinac. ſequi-
tur D. Zuffus *de legitim. proceſs. quæſt. 65. nu. 2.*
D. Sabell. in *ſumma §. tortura num. 13.* & Do-
minus Hieronymus Cala *ſuper pragmat. 11. de
Empt. & vendit. par. 1. cap. 16. num. 47. & ſeq.*
ibi — *hinc eſt, quod quando plurium delictorum
cumulatio fit, non fiunt plures inſtantiæ, ſed vni-
tate ſpecifica vnica eſt inſtantia, vnicum Iudi-
cium, & vnica ſimiliter ſententia Reus condem-
natur pro omnibus*, & D. Zuffus *ibidem* teſta-
tur, quod Fiſcus cum voluiſſet diuidere deli-
cta cumulata non obtinuit ob inſtantiam In-
quiſiti petentis ſibi conteſtari omnia delicta,
& huius aſſertionis plures afferri poſſunt ra-
tiones, quarum *prima* eſt nè continentia cau-
ſæ diuidatur, vt aduertunt Zuffus, & Calà
loc. cit. ſecunda eſt nè Reus pluribus inſtantijs
defatigetur, vt dicunt præfati Doctores.
Tertia eſt nè tandiù punitio in præiudicium
Reipublicæ differatur, nam inter vnam, &
aliam torturam quadraginta dies intercedere
debent ex adductis à Caſtill. & Ball. *locis ſu-
pracitatis*. *quarta* demum ratio eſt, quia de-
lictis pluribus ſimul, & ſemel conſideratis,
& ponderatis tortura poteſt eſſe grauior, &
atrocior, & ratione coaceruatorum crimi-
num poteſt etiam repeti, vt docet Farinac. *loc.
cit.* ſicut in delictis, quorum pœna arbitraria
eſt, ſi delicta cumulentur in vno proceſſu
Reus poteſt condemnari ad triremes, licet de
per ſe, & ſeparatim perpenſa remigationis
pœnam non mereantur, nàm tunc Iudex ar-
bitrio ſuo ſolet eligere pœnam, quæ corteſ-
pondeat omnibus criminibus, quamuis ſin-
gulis non conueniat, vt ex Carpzou. *practic.
crim. par. 3. quæſt. 132. num. 80. & ſeqq.* inquit
Calà *loc. cit. num. 86. & ſeq.* propterea non
benè loquutus videtur Ballis *dict. quæſtion. 14.
num. 1.* dum ait, ſunt eius formalia verba,
*inutile non erit diſcutere, ſi ſunt contra Reum
diuerſa delicta probata, & torquetur ſuper vno
ſeparatim, ſi eſt negatiuus, elapſis quadraginta
diebus à prima tortura ſecundùm conſuetudinem
torquetur ſuper alijs*, & loquitur ſine ratione,
& ſinè authoritate, & conſuetudo, de qua
teſtatur apud Iudices ignaros extat, vt ad-
uertit Farinac. *loc. cit.* ibi — *hanc limitationem
in ſpecie ab aliquo pertractatam non inueni, ea
nempè ratione, vt credo, quia indubitabilis ſit.*

Sed

*Sed quia ſcio quandoque Iudices ignaros contra-
rium ſeruaſſe , hoc ideò , & illam addidi .*

Sed an quod dixi de ſpatio , & intercape-
diue dierum quadraginta inter vnam tortu-
ram , & aliam , procedat , quando tortura
repetitur ? Dic , quod non , quia apud nos
ſufficit interpoſitio vnius diei , & apud
Dom. Sabellum in *ſumma §. tortura num.* 15.
ſufficit , quod interponatur ſpatium ad mi-
nus trium, quatuor, ſex, octo, decem, vel quin-
decim dierum , & plurium arbitrio Iudicis
attenta debilitate , vel robuſtitate patientis ,
& adhoc plures allegat concordanres .

Quæro duodecimo , an deficientibus indi-
tijs debeant audiri partes offerentes ſe para-
126 tas ad torturam mutuò ſuſtinendam ? nega-
tiuè reſpondet Beſoldus *Theſau. pract. adauct.
litt. V. num.* 20. *fol. mihi* 1034. & hoc idem ex
Bruno, Caſono, Marſil. Claro , Maſcard. Fa-
rinac. & Gaillo vult Gomez. *de poteſt. in ſe ip-
ſum lib.* 15. *num.* 4. dicens , quod licet videa-
tur hoc aliquando obſeruatum , vt habetur ex
Quintiliano *declamatione* 7. nihilominus mo-
dus iſte probandi legibus cognitus non eſt ,
& hoc idem dicit Caualc. *de brach. reg. part.* 3.
num. 223. *& ſeq.*

Quæro decimotertio , an Reus , qui habet
aliquod impedimentum in eius perſona poſ-
ſit torqueri ? Dic , quod non ; ſiuè impedi-
127 mentum ſit perpetuum , vt puta proueniens
ex ruptura inteſtinorum , fractura brachij ,
ſtrictura , ſeù ſtructura pectoris continuati; ſi-
uè ſit ad tempus , vt febris continua , quarta-
na, tertiana , podagra , & huiuſmodi , nam
aliquo morbo laborans , ſeu aliquo membro
infirmus, ſeù debilitatus nequit torqueri Zac-
ch. *medico legal. quæſt.* 7. *lib.* 6. *tit.* 2. Horatius
Græcus *in tract. inſcript. Medico fiſcale ſect.* 4.
cap. 2. D. Sabell. in *ſumma §. tortura num.* 7. qui
loquitur de tertianarijs, quartanarijs, patien-
tibus dolores capitis , vertigines , apople-
xiam, epilepſiam, patientibus nimiam obeſita-
tem , vel pinguedinem, & allegat Zacchiam,
Farinac. Ludouic. Guazzin. Conciol. & ad
eximendum laborantes morbo gallico alle-
gat Add. ad Sanfæl. *decis.* 355. & ad eximen-
dos à tortura podagricos allegat Scialoya
de torquen. Reis cap. 13. *num.* 39. Giuтba *conſ.* 8.
Anſald. *conſ.* 129.

Cæterùm aliquando tortura profuit poda-
128 gra inueterata laborantibus , cum ex ea
ſanati fuerint , cuius experimenti duo exem-
pla refert Fabricius *obſeru. Chirurg. cent.* 1. *ob-
ſeru.* 79. quem allegat Beſold. *Theſau. practic.
adauct. litt. P.* §. 11. *fol. mihi* 727. ſed quiſque
poteſt dicere cum gloſ. in §. *licet Inſtit. quibus
ex cauſis manumiſs. non licet*, ab hoc prodeſſe
liberet nos Deus .

Vlterius Reus , qui fuit tortus non obſtan-
129 te impedimento allegato , puta , quia Chi-
rurgus , ſeù Medicus dixerat potuiſſe torque-
ri , poteſt in termino ſibi aſſignato ad dicen-
dum cauſam , quare &c. examinari facere
alios teſtes , qui dicant torturam non potuiſ-
ſe inferri ex impedimento Caſtill. *decis.* 178.
num. 11. *par.* 2. & poteſt dicere de nullitate
130 confeſſionis , vt pluribus monſtrat Afflict.
Conſtit. Regni Neapol. lib. 1. *rub.* 27. *nu.* 43. *tit. de
homicid. clandeſtin.*

Quod eſt verum in caſu quo dictum Chi-
rurgi non fuiſſet legitimatum , & Reus non
fuiſſet ante torturam auditus in ſuis defenſio-
nibus , prout ex præeminentia M. Curiæ pra-
cticari ſolet in Regno Siciliæ .

Sed an inter impedimenta perſonalia re-
tardantia , ſeu potius excludentia illationem
torturæ poſſit annumerari excellentia alicu-
ius artificij torquendum nobilitantis ? iſta
materia pertinet ad *text. in leg. ad beſtias ff. de
pœnis* ibi — *ſed ſi eius roboris , vel artificij ſint ,
vt dignius Populo Romano exhiberi poſſint, Prin-
cipem conſulere debet* : & iuxta traditiones ſu-
per dicto textu ſcribentium diſcutienda eſt ,
& propterea dicendum , quod excellentia ar-
tis debet retardare Iudicem ab illatione tor-
turæ , & conſulere Principem , cui facienda
eſt relatio criminis admiſſi , & qualitatis ex-
cellentiæ concurrentis in perſonam delinquē-
tis , nam diſpoſitio *dict. leg. ad beſtias* non
procedit taxatiuè reſpectu ad condemnatos
ad beſtias , quia habet locum reſpectu ad
quaſcumque alias pœnas , vt benè aduertit
Narbona *ad leges hiſp. lib.* 1. *tit.* 3. *leg.* 35. *gloſa*
5. *num.* 35. *verſ. quod idem* : præſertim verò ſi
ſint corporis afflictiuæ , & eo magis ſi pote-
runt afferre impedimentum exercitij , ſiqui-
dem tunc ob præiudicium , quod poteſt Rei-
publicæ obuenire , eſt à pœnis huiuſmodi ab-
ſtinendum , & per conſequens abſtinendum
à tortura tùm quia poteſt cauſare mortem ,
vt dicit Gomeſ. *var. cap.* 13. *num.* 36. & Marſil.
in leg. edictum num. 11. *ff. de quæſtion.* tum quia
poteſt cauſare debilitationem bracchiorum ,
ſeu digitorum , quibus artifex vti deberet ad
exercitium , vt ait Farinac. *quæſt.* 41. *num.* 88.
tum demum quia excellentia de per ſe habet
meritum diſponēdi Principem ad remittendā
etiā omnem pęnam, vt inquit Narbon. *loc. cit.*
qui tamen refert Azoni non profuiſſe excellen-
tiam iuris . hæc ſcripſi in gratiam N. famoſiſ-
ſimi, Pictoris, cui tortura imminebat, quia ex-
cellens in arte nō debet mori, & nec torqueri.

Quæro decimoquarto, an ſit ſufficiens im-
131 pedimentum ætatis infantilis , ſeù decrepi-
tatis ? annuit Horat. Græcus *loco ſupracitato* .
Vide P. Fragroſ. *de Regim. Reipubl. Chriſt.
par.* 1. *lib.* 5. *diſput.* 12. §. 14. *num.* 90. *& ſeqq.
tom.* 1. & Farinac. *quæſt.* 41. *num.* 16. *& ſeqq.*
132 qui diſtinguit inter torturam grauem, & le-
uem, & territionem, vide eum .

Quæro decimoquinto , an tortura poſſit
inferri ſocijs criminis , quando adſunt indi-
tia contra ipſos etiamſi non conſtet plenè de
133 eo , qui occidit ? affirmat Spada *conſ.* 106.
per tot. lib. 1. extantibus enim inditijs contra
plures omnes torqueūtur non obſtāte, quod ex

ſocijs

Digitized by Google

ſocijs aliqui iam torti negatiui in tormento perſtiterint, vt videre eſt penès Theſau. *deciſ. 24. circa finem*.

Negat Io. Bapt. Muccius in *dilucidat.* ad Sanfælic. *deciſ. 36. num. 11. & ſeqq.* ob rationem, quia auxilium ſpecificatur à delicto principali, & ſic illi adhæret, & acceſſorium vocatur, itaque niſi liquidò conſtet, & plenè probatum ſit delictum principale ita, vt nulla ſuperſit Reo defenſio, *quinimò*, ſunt eius verba, *niſi fuerit Reus damnatus, nec vllum ſuperſit remedium, non poterunt auxiliatores puniri, licet custodiendi ſint: & quamuis omnes æquali pœna puniendi ſint, non tamen æquali modo contra omnes procedendum, ſed primò contra eos, qui delictum conſumarunt, & perfecerunt, qui verè principales denominantur, deindè verò contra alios auxiliatores*.

Sed circa hoc quæſitum tres caſus ſunt diſtinguendi. *Primus* eſt in pluribus inſimul inſultantibus, ſed non conſtat quis ex eis vulnerauerit, & occiderit, & hoc caſu, vel delictum eſt appenſatum, & quia omnes tenentur pœna ordinaria legis Corneliæ de ſicarijs *leg. 1. §. Dinus, & leg. 15, qui cum telo Cod. ad leg. Cornel. de ſicar.* & Imperator Leo *conſtitut. 70. de Graſſation.* Alex. *conſ. 15. num. 4. lib. 1.* Adden. *ibidem lit. B.* omnes etiam, extantibus legitimis inditijs, poſſunt torqueri, vt punctualiter docet Nos Clarus *pract. crim. §. homicidium verſic. ſed hic incidenter quæro*, vbi inſuper, ait quod ſi Rei ſint contumaces formatur inquiſitio contra omnes æqualiter narrando factum, & dicendo, quod vnus eorum vulnerauit, & occidit, & alij auxilium præſtiterunt, neminem nominando pro homicida, & omnes condemnantur in contumacia in pœnam homicidij, quam praxim citato Claro, & alijs pluribus Doctoribus relatis indicat Farinac. *quæſt. 96. num. 61. & in addit. impreſſa poſt 3. lib. conſilior. eiuſdem dict. nu. 61.* affert concordantem Caball. *crimin. reſol. 198. num. 33.* quibus addo benè in terminis noſtris loquentem Giouagnon. *conſ. 87. num. 3. lib. 1.* qui *num. 8.* ampliat hoc procedere etiam in caſu, quo dubitatur, an homicidium ſit appenſatum ob rationem, quia contumaces præſumuntur doloſi.

Vel delictum non eſt appenſatum, & tunc ad reperiendum verum delinquentem poſſunt pariter torqueri omnes, qui interueniſſe conuincuntur, vt in ſimili de ijs, qui reperiuntur in domo, in qua homo fuit interfectus dicunt Doctores quos refert, & ſequitur Farinac. *quæſt. 52. num. 99.* Nec huic aſſertioni contradicunt Clar. Farinac. & Giouagnon. *locis citatis*, quia concedunt hoc caſu poſſe contra eoſdem, ſi ſint præſentes, deueniri ad pœnam extraordinariam, et ſi ſint contumaces ad pœnam homicidij, quod tamen improbat, & quidem benè Giouagnon. *ibidem num. 8. verſ. ſi autem contumaces*, quia ex quo ſunt contumaces non debent condemnari in maiorem pœnam, quam exigit delictum, & propterea vult, quod ſiuè Rei ſint præſentes, ſiue ſint contumaces debent condemnari in pœnam extraordinariam. Si poſſunt condemnari in extraordinariam, ergo eo magis poterunt torqueri: & hoc apud me nullam habet difficultatem, quia, quando aliud fundamentum deficeret ad eos torquendum, ſufficeret, quod ſint veriſimiliter informati, vt eſt notum.

Secundus caſus eſt in mandante, & mandatario, & de hoc dixi ad ſufficientiam in *cap. 7. de homicidio §. 2. in 1. quæſito*; vbi tractaui, an probationes factæ à mandatario pro ſint mandanti, & latius *ibid. in 3. quæſito, & in add. impreſſa poſt 2. tomum ad dictum §. 2. num. 70.* vide quæ ibi dixi, & vide Intrigliol. *deciſ. 19. num. 20.* Farinac. *quæſt. 3. num. 8.* Giurb. *conſ. 91. num. 18.* qui volunt poſſe etiam deueniri ad extraordinariam contra mandantem, non conſtito de mandatario, dummodò notitia perſonæ mandatarij habeatur ſaltem per famam.

Tertius caſus eſt in conſulentibus, auxiliantibus, proxenetis, & iſto caſu poteſt habere locum opinio D. Io. Bapt. Muccij, & de iſto caſu loquuntur Menoch. Baiard. ad Clar. Guazzin. Conciol. quos refert, & ſequitur D. Sabell. in *ſumma §. tortura num. 17. verſic. quod tortura illata principali*.

Nota, quod Giurb. *conſ. crim. 87. n. 23.* dat caute-
134 lam, vt Iudex quando habet plures ſocios
pro eadem cauſa detentos dicat in decreto
torturæ *procedatur pro nunc* contra N. N. præ-
ſeruat enim dicta clauſula ius Fiſco integrum
procedendi ſucceſſiuè contra cæteros carcera-
tos ad eandem torturam non obſtante, quod
tortus perſtiterit in negatiua.

Quæro decimoſexto. Dixi *ſupra* non poſ-
ſe procedi ad torturam, niſi præcedant legi-
tima inditia, ſed an debeant dicta inditia
communicari Reo, & eius defenſori? Reſ-
135 pondeas affirmatiuè, & vlterius dicas quod
confeſſio extorta in tormentis non communi-
catis priùs inditijs ad defendendum, etiamſi
ratificata, eſt nulla, & neque confitenti, ne-
que vlli alio nocet, vt inquit Oldephop. *con-
tra Carpzou. decad. 1. quæſt. 9. num. 11. & ob-
ſeru. pract. tit. 4. obſeru. 4. num. 5. 10. 11. & 15.*
et hoc idem videtur velle Afflict. in *Conſtit.
Regni Neapolit. lib. 1. rub. 27. num. 43. & ſeq.
tit. de homicid. clandeſt.* et abſolutè firmat Pe-
regrin. *conſ. 2. num. 148. lib. 2.* vbi allegat tex.
in *clem. Paſtoralis de re iudicata* Angel. *de ma-
leſic. verbo fama publica num. 37. &* Farinac. *q.
38. num. 84.*

Et hoc procedit in omni delicto, etiam atrociſſimo, nam antequam Reus torqueatur danda eſt ei copia proceſſus cum termino cõpetenti ad faciendum defenſiones, et purgandum inditia, vt in crimine hæreſi dicunt Baldus *conſ. 95. vol. 1.* Boſs. *tit. de indit. & tortur. num. 78. & tit. de hæretic. num. 9.* Paris. *conſ. 2.*

n 155.

Digitized by Google

*num.*155. *lib.*4. Roland. *conſ.*12. *num.*61.*lib.*3. Franc. Perſonal. *de indit.num.*22. Vulpell.*reſponſ.* 21. *num.* 3. et his relatis Peregrin. *dict. conſ.*2. *num.*145. et in crimine læſæ maieſtatis dicunt Bart.in *extranag.ad reprimendum verbo, & figura num.* 15. Afflict. *tit. quæ ſint regalia verbo , & bona committentium num.* 7. Gigas *de crim. laſæ maieſt. tit. qualiter in crim. procedatur quæſt.*19. *nu.* 3. Roland. Vulpell. Oſaſc. Perſonal. locis relatis à Peregrin. *ibidem* : et in crimine aſſaſſinij dicunt Carrer. in *pract.* §.*circa quintum num.*16. Laurent. Auenion. *deciſ.*15. et Peregrin. *loco citato* : et in crimine veneni , et parricidij Gram. *voto tertio*, et Peregrin. *vbi proxime* , et in crimine ſodomiæ Farin. *qu.* 39. *num.* 111. et Peregrin.*ibid.* et generaliter in omnibus atrocioribus, et enormiſſimis procedere dicunt Marſil.Gram.Carrer. locis relatis à Peregrin. *loc.cit.* vbi ex Io: Maria Monticellio *reg.crim.*14. *num.*3. & Farinac. *dict.quæſt.*39. *num.*41. ait contrarium nullibi reperiri in iure : & *num.* 147. ſubdit hoc procedere quamuis Reus eſſet malæ vocis , & famæ , et adeſſet timor ſubornationis, & adhoc probandum allegat Farinac. *dicta qu.*39.*nu.*70.& 75.

Et quidem in Vrbe , & Statu Eccleſiaſtico datur copia totius proceſſus , & actorum , vel loco copiæ accommodatur Procuratori , & Aduocato proceſſus Originalis , vt teſtatur etiam Farinac. *dict. quæſt.* 39. *num.* 112. & 113. quamuis in *cap.qualiter , & quando de accuſat.* cautum ſit danda eſſe capitula , vt legitur in *dict. cap. qualiter , & quando* , ibi -- & *exponenda ſunt ei illa capitula,de quibus fuerit inquirendum.et facultatem habeat defendendi ſe ipſum.*

Et iuſta , & ſancta eſt praxis prædicta,quia ſi Reus non habet totum proceſſum poteſt in aliqua parte remanere indefenſus , & præiudicium maximum recipere : & propterea benè Peregrin. *dict.conſ.*2. *num.*149. improbat , quod Iudex proponat Reo indicia , eumque incontinenti cum ſuis defenſionibus audiat , quia, vt dicit , non eſt ex præſcripto iuris ordine , & nimis læditur Rei defenſio , quandoquidem habita copia indiciorum , vel lectis , & benè intellectis indicijs, commodiùs, & vtiliùs formare poteſt ſuas defenſiones , limitat tamen hoc Peregrinus *n.*150. in Principe, cui concedit arbitrium ſic ordinandi,quia non eſt omninò tollere defenſionem , ſed immutare ordinem iuris poſitiui , quod quidem ius eſt in manu Principis *leg. Princeps ff. de legib.* Afflict. *deciſ.*391. *num.*4. Alex.Iaſ. Fœlyn. Aſin. Farinac. locis relatis à Peregrin. *ibidem* , qui in fine refert ita ſeruari Venetijs in cauſis atrocibus , quæ aſſumuntur per excelſum Decem Virũ Conſilium, ad quod citat etiam Gigantem, & Decian.

Sed vide Afflict. Guazzin. Matthæù , Scialoyam, Sanfælic. Anton.de Bellis , Maioran. Calà , & alios quos refert Dominus Sabell. in *ſumma* §. *tortura numer. octauo* .

Sed an copia proceſſus danda ſit cum expręſſione nominum, et cognominum teſtium? Dic quod regula communis , & trita elicita ex text. in *cap.* 2. *de teſtibus , & in cap. qualiter, & quando de accuſat.* vbi communiter Doctores, et Paris. *in conſ.*2.*num.*155. *lib.*4.Clar. *quæſt.*49. *num.* 1. et pluribus relatis Parexa *de edict. inſtrum. tit.* 6. *reſol* 8. *num.* 24. quod nomina teſtium , et accuſatorum ſint Reis publicanda,innixa eſt etiam æquitati , vt ſcilicet poſſint Rei habere modum ſe defendendi , et excipiendi contra dicta , et perſonas eorumdem teſtium , à quibus inculpari ſe vident , nam ſicut per ſuppręſſionem nominum infamandi , ac per exceptionum excluſionem deponendi falſum teſtibus audacia datur vt eſt in text.in *d.cap. qualiter,& quando* §.*debent* : ita Reo depręſſio præbetur . Siquidem, vt benè conſiderat Io: Bapt. Muccius in *dilucidat.* ad Sanfælic *deciſ.*24. *num.* 11. non poterit Reus ſe plenè defendere , ſi ignorat teſtium perſonas, quas poſſet ex capite inimicitiæ redarguere, quod genus defenſionis optimum eſſe firmat ex Martino del Rio *diſquiſ. magic. lib.*5. *in appendic. quæſt.* 2. *per tot.* & poſſet etiam eos tanquam falſos repellere ex locorum , et temporum circumſtantijs , vel poſſet ex notitia perſonarum teſtium Iudicem inſtruere , vt in repetitione facienda illos ſuper aliquibus ad veritatem dignoſcendam interrogaret, quare eueniret,vt in aliquo fortè variarent , et ex hoc torturæ ſupponendi eſſent iuxta dictum Sanfælic. *d.dec.* 24.

Nec huic inconuenienti occurrit ſciſcitatio , quæ poteſt fieri Reo ad dicendum , an , et quos habeat inimicos .

Quia præterquam , quod vix dari poteſt , quod quis omnes poſſit hoſtes præcipuè occultos explicare cum quandoque quis non aduertat ad offenſionem , quia talem non credidit , & quandoque obliuiſcitur , quia lædens in puluere , at læſus , vt eſt in procubio, ſcribit in marmore , & ideo ex ſpecificatione nominum benè poteſt reminiſci .

Reſpondetur,quod non in ſola exceptione inimicitiæ conſiſtit defenſio, ſed in mille alijs aduertentijs , & præſertim in abſentia teſtis à loco , & tempore ſuppoſiti delicti .

Ab hac tamen regula recedi poſſe ſtatuit Bonifac. Octauus in *cap.fin.de hæretic.in* 6.vbi, & quoties agatur de cauſis fidei , & inſimul poſſit timeri , ne teſtibus , vel accuſatori in perſonis , ſeu bonis eorum , vel affinium , & conſanguineorum aliquid damnum obueniat tunc enim nomina non ſunt publicanda verba text. ſunt clara ibi -- *Iubemus tamen , quod ſi accuſatoribus , vel teſtibus in cauſa hæreſis interuenientibus , ſeu deponentibus (propter potentiam perſanarum contra quas inquiritur) videant Epiſcopus , vel Inquiſitares graue periculum imminere , ſi contingat fieri publicationem nominum eorumdem , ipſorum nomina non publicè , ſed ſecretò coram Diœceſano Epiſcopo, vel*

eo

eo abſente ipſius Vicario , quando Inquiſitores procedunt, quando verò procedit Epiſcopus coram Inquiſitoribus , ſi haberi commodè poſſit copia eorumdem, ac nihilominus , ſiuè Epiſcopus , ſiue Inquiſitor proceſſerint , aliquibus alijs perſonis prouidis , & honeſtis , iuriſque peritis (quas ad hoc vocari , & eis per totum proceſſum , ſuper quo deliberandum eſt, ſeriosè manifeſtari , ac integraliter explicari , & de ipſorum conſilio ad ſententiam , vel condemnationem procedi volumus) exprimantur ; ſicque , non obſtante quod illis , contra quos huiuſmodi depoſuerunt , nomina ipſorum non fuerint publicata , adhibeatur ad cognicionem iudicis inſtruendam plena fides depoſitionibus teſtium eorumdem , & ibi — *Ceſſante verò periculo ſupradicto, accuſatorum , & teſtium nomina (prout in alijs fit iudicijs) publicentur .*

Et in hoc diſcernendo Pontifex grauat conſcientias Iudicum ibi — *Cæterum in his omnibus præcipimus tam Epiſcopos , quam Inquiſitores puram , & prouidam intentionem habere , ne ad accuſatorum , vel teſtium nomina ſupprimenda , vbi eſt ſecuritas , periculum eſſe dicant : nec in eorum diſcrimen ſecuritatem aſſerant , vbi tale periculum immineret , ſuper hoc eorumdem conſcientias onerantes .*

Ratio autem huius ſanctionis factæ à Bonifacio Octauo fundatur in bono communi , & vtilitate Reipublicæ , vt ſcilicet teſtes , & accuſatores , ſcientes nomina eorum eſſe occultanda, facillimè ad deferendum , & reſpectiuè deponendum inducantur , vt aduertit Barboſa in dicto *cap.fin. nu.6.* & licet hoc fiat cum aliquali delinquentis prędiudicio auferendo medium ad defenſionem ordinatum , nihilominus , vt ſubdit Barboſa *ibidem*, non eſt inconueniens , quod hoc fiat ex iuſta cauſa , & propter maius bonum publicum conſequendum, præſertim cum alijs medijs defenſio maneat delinquenti conſeruata , & hoc replicat Barboſa *ibid. num.* 8.

Ex hoc textu deſumpſerunt aliqua Tribunalia praxim occultandi nomina teſtium , & accuſatorum etiam in alijs criminibus, quam hæreſis, quando teſtibus , & accuſatoribus poteſt ex publicatione nominum damnum prouenire ita teſtantur Afflict. in *Conſtit. Regni hi num. 19. tit.de Inquiſit.* Muta *ad pragm. Sicil.tit.2. de offic.iudic. num.*11. qui ait, quod Iudex debet conſiderare non ſolum , quod poteſt contingere deferenti , ſed etiam quod poteſt contingere eius Agnatis per Agnatos delati per ea, quæ ipſe adnotauit in *cap. Regni Sicil. c.47. Regis Martini n. 1. tom. 3.* Aldrete *de Religioſ. diſcip. tuend. lib.1.c.14.n.*10. Creſpi *obſeru.89. & 90.* Farin. *q.39.num.*88. del Bene *de ſanct.Offic. par.2. dubit.*198. *ſect. 12. per tot.* Clar. *quæſt.49. num.3.* Barboſa in *cap. fin. de hæretic. in 6.* & Parexa *de edit. inſtrum. tit. 6. reſol.8.num.*28. qui licet *ibidem num.*29. referat Farinac. *loco citato num.* 87. dicere numquam ſe meminiſſe, quod Reo inquiſito quãtumuis magnæ potentiæ pro alio delicto , quam hæreſis, non fuiſſe publicata, ac expreſſa nomina teſtium , & referat Clarum *loco citato* dicere , quod Senatus Mediolani numquam præter quam in vno caſu , quem refert, nomina occultaſſe , & Barboſam pariter *loco citato* dicere , nomina iuxta veriorem Doctorum opinionem inconcuſsè pandi debere, nihilominus *ibidem num.* 30. ex Solorzano *de Iure Indiar. tom.2. lib.4.cap.8.num.*11. teſtatur in Viſitationibus Miniſtrorum Regiorum ſeruari , quod nomina teſtium non pandantur ob nimiam eorum potentiam .

Et hoc poſſe fieri tuta conſcientia, quando imminet periculum firmant Butrius , Fælyn. Nauar. *locis relatis* à Barboſa *dict. capit. final. num.7.*

Non ſufficit tamen quodlibet periculum , & nec quælibet potentia ſatis debet eſſe Iudici ad practicandam huiuſmodi nominum occultationem, nam text. in *dict. cap. fin.* exigit , quod periculum, quod timetur, ſit graue puta mortis , vel detruncationis ipſorum teſtium , ſeu Parentum , vel deuaſtationis ſubſtantiæ , vt ex Vberto Locato in *Iudic. Inquiſit. verbo Aduocatus num.* 1. inquit Farinac. *quæſt.* 188. *num.*10. & potentia debet eſſe, vel ob familię genus , vel ob inquiſiti diuitias , & opulentiam , vel ob inquiſiti , vel parentum, ſeu factionis malitiam , & facinoroſitatem , vt explicant Farin. *ibidem*, & Paſſerin. in *d.cap. fin. num.*15. & alij paſſim .

Cæterum in Tribunali S. Officij in cauſis fidei de conſuetudine receſſum eſt non ſolùm à regula prædicta Iuris fundata in *cap. qualiter, & quando*, ſed etiam à limitatione eiuſdem regulæ fundata in *d.c.fin.* ſiquidem in fauorem fidei introductũ eſt, vt nunquã nomina teſtium, ſeu accuſatorum edantur , & publicentur, etiã ſi non adſit timor , & periculum , vt de tali conſuetudine teſtantur *Repertor. Inquiſitor. verbo nomina verſ. nunc videndum* Paramus *de Orig.S.Inquiſit.lib.3. quæſt.4. in rub. de exped. proceſs. num.* 48. del Bene *dict. ſeſs.12. num. 2. verſ. & ideo*, Farinac. *qu.39. num. 88. & dicta quæſt.188.num.*12. Guttierez *de delict. quæſt. 8. num.9.* Barboſa *in cap fin.num.11. de hæret.in 6.* Simancha *Catholic.inſtit. tit.de teſtib. num.27.* Parexa *de edic.inſtrum.tit.6.reſol.8.num.*26. Carena *de S. Offic. par.3. tit.7. num.*65. Pegna , Emeric. Royas *locis relatis* à Paſſerin. *d. cap. fin.* qui eos ſequitur, & ait quod nec publicanda ſunt nomina teſtium , quando agitur contra memoriam defuncti , et allegat Sabelles *de materijs fidei lib.3. cap.20. num.188. & ſeq. &* Souſa *aphoriſm. lib. 2. cap. 6. &* Carena *dict.tit.7. num.*65. quibus adden. Formoſinus in *cap.abſolutos quæſt.1. num.22. in tract.crim. tom.2.*

Imò nec ſunt dandi articuli, ſeu copiæ depoſitionum cum circumſtantijs talibus, vt inde poſſit aliquo modo deſumi , & coniectari quinam ſint teſtes , qui depoſuerunt , vt di-

cant Emeric. Pegna, Lælius Zecchus locis relatis à Thoma del Bene *dict. ſect. 12. in reſol. difficul. num. 2. &* à Farinac. *dict. quæſtion. 188. num. 7.* qui in fine ex Lælio Zecchio ſubdit peccare mortaliter Iudices nomina teſtium, ac denunciantium, vel circumſtantias eorum depoſitionis publicant, & ego dicerem teneri etiam ad omnia damna eis, vel conſanguineis eorum obuenientia.

Dicit Repertorium *Inquiſit. verbo nomina verſ. nunc videndum*, & ex eo Farinac. *dicta quæſt. 188. num. 12.* hanc conſuetudinem poſſe approbari ex quadam extrauaganti Innoc. VI. quam Repertorium refert ad verbum, *ibidem.*

Et Farinac. in *quæſt. 39. num. 88. verſ. vbi propterea*, dicit omnem controuerſiam eſſe ſublatam ex Bulla Pauli Tertij.

Sed neutrum videtur ſubſiſtere, quia vt ipſe Farinac. benè conſiderat *ibidem numer. 89.* Bulla Pauli, cuius diſpoſitio eſt, vt nomina pandantur præterquam in crimine hæreſis, & alijs criminibus à iure exceptis iuxta tamen iuris diſpoſitionem, videtur ſe referre ad diſpoſitionem *cap fin. de hæretic. in 6.* vt ſcilicet tunc ſolùm occultentur nomina, ſi immineat periculum.

Bulla verò, ſeu extrauagans Innoc. dum vult, quod nullatenus nomina publicentur propter ſcandalum, vel periculum, quod ex publicatione ſequi poſſit recipit eandem interpretationem.

Propterea innitendum eſt dumtaxat conſuetudini, quæ tamen non eſt deſtituta ratione, nam vt ait Paſſerin. *loc. cit. num. 15.* periculum accuſatorum, & teſtium regulariter adeſſe reſpectu Inquiſitorum in Sancto Officio, tam potentium, & Nobilium, quam aliorum iudicatur, & ſaltem in hoc Tribunali adeſt periculum cauſis fidei Vniuerſis, vt aduertit Simancha *Catholic. Inſtitut. tit. de teſtib. nu. 27.* & clarius loquitur Carena *dict. tit. 7. n. 65. circa finem*, dùm ait, quod non publicantur nomina, vel quia S. Officium ſemper præſumit adeſſe periculum, vel & rectiùs fortaſſe, quia ſemper militat ratio fauoris fidei cum teſtes facilius indicent delicta, cum ſciunt ſe non eſſe publicandos.

Verum conſuetudo hęc, cum omnis conſuetudo ſit ſtricti iuris, & tantum habeat de potentia, & effectu, quantum de vſu, vt pluribus oſtendit Piagius *de conſuetud. quæſt. 17. num. 1.* non eſt extendenda nec ex identitate, & nec ex maioritate rationis, ſed ſeruanda eſt in caſibus, in quibus vſum obtinuerit.

Non eſt igitur ſeruanda in caſu, quo agatur de ſocio criminis, qui etiam ad faciem Correi adduci, & cum eodem confrontari debet, vt ex Genuen. *prax. Archiepiſcop. Neap. cap. 68. num. 6.* ait del Bene *dict. ſect. 12. num. 7 & ſeqq.* Salelles *de mater. Tribunal. fidei lib. 2. cap. 2. num. 245. tom. 1. & lib. 3. cap. 20. num. 162.* Pegna ad Emeric. *part. 2. comm. 48.* Farinac. *dict. quæſt. 188. num. 30.* Carena *de S. Offic. par. 3. tit. 7. num. 53.* Martin. del Rio *diſquiſ. magic. lib. 5. in 2. appendic. quæſt. 39.* Caſtro Palaus *tract. 4. diſ. 8. punct. 15. §. 3. num. 8.* & Paſſerin. *dict. cap fin. num. 27.* & eſt ratio, quia iſte eſt caſus mixtus, qui non continetur in ſimplici vulgatis iuribus, ſed melior eſt ratio, quia ſocio criminis nunquam poteſt occultari adeo complicitas, vt non inde valeat Correus ſaltem ex circumſtantijs penetrare, quod conſocius ſit, qui depoſuit: vlterius non conducit, & nec expedit cauſæ, imò non poteſt practicari talis occultatio in ſocio criminis, vt practico Iuriſtæ patet: addendum ex Paſſerin. qui plures allegat concordantes *loc. citat. num. 27.* & ſignanter Caſtro Palaum in *moral. par. 1. tract. 4. diſp. 8. punct. 15. §. 3. nu. 8.* quod in iſto caſu teſtis ob ſocietatem, & non ob teſtificationem etiam confrontari cogitur, & quod ex tali nominis conſocij manifeſtatione, ſeu confrontatione non reſultat graue inconueniens, nam teſtis ſocius criminis ſe ipſum condemnat, & Reus tenetur ſocium denunciare.

Et nec eſt ſeruanda in alijs cauſis, quam fidei, etiam ſi cauſa agitetur in Tribunali S. Inquiſitionis, prout pluries fuit in Sacra Congregatione reſolutum, & præſertim (prout apparet in quadam notula, quam habeo) *die 1. Iulij 1615. Die 3. Martij 1655. & die 19. Octobris 1672.* & exiſtimo hoc habere locum etiãſi delictum ſit occaſionatum ex cauſa fidei, adhuc enim talis cauſa non poteſt habere priuilegium cauſæ meræ fidei tributum, niſi inde panderentur merita cauſæ fidei, ob rationem ſuprapoſitam, quia conſuetudo tamquam contra ius introducta eſt ſtrictè interpretanda, & non poteſt extendi ad caſus non exceptos conſuetudinis.

Tertio non eſt ſeruanda in caſu nullum præferente periculum, puta quia tam inquiſitus, quam teſtis ſint perſonę viles, vt explicant Genuen. del Bene, Salelles locis *proximè citatis* Pegna, Simancha, Diana relati à Paſſerin. *d. cap fin. n. 28.*

Et nec in aliquo caſu graui, dummodo hoc fiat de ordine Eminentiſs. DD. Cardin. Generalium Inquiſitor. qui vt dicunt Royas, Emeric. Pegna, Repertor. Inquiſit. & Simancha locis relatis à Thoma del Bene *dict. ſect. 12. num. 5.* permittunt fieri confrontationem, etiam in cauſis fidei, ſed coram ipſis.

Et neque in caſu quo teſtis ex ſe ipſo ſpontè ſe offerret ad confrontationem, & vellet depoſitionem ſuam contra Reum in faciem eiuſdem Rei confirmare, vt ex Salelles dicit Paſſerin. *d. cap. fin. num. 26.*

Rurſus nec ſeruanda, quando teſtis eſt ſuſpectus de falſitate, nec via occurrit, qua ſublato dubio appareat veritas, vt dicunt Caſtro Palaus dicto *num. 8.* & Paſſerin. *num. 29.* ſubdens, quod in hoc caſu ne innocens forſan damnetur poterit teſtis compelli ad confrontationem, & allegat Pegnam *dict. com. 48.*

Fari-

Digitized by Google

Farinac. *quæſt.188. num.31.* Scaccia *de Iudic. cap.87.num.19.* Salelles *dict.art.20.n.166.*

Sed in his etiam vltimis duobus caſibus expectanda eſt ſupremæ S.Congregationis licentia ex dictis ſupra,& innuit Caſtro Palaus *d.n.8.in fine.*

Non relinquenda hic queſtio an nomina Eccleſiaſticorum vna cum laicis delinquentiū ſint in proceſſu laicali deſcribenda per extenſum,an verò per N.N.?

Videtur dicendum nomina Eccleſiaſticorum eſſe per extenſum ſcribenda in proceſſibus,qui à Iudicibus ſæcularibus in criminali conficiuntur, quoties à Correis, vel teſtibus nominantur,nam hoc in terminis firmant plures Doctores.

Souſa enim in Bulla Cœnæ *cap.20. diſp.95. concl.2. num. 4.* quem refert, & commendat Diana *par.1. tract.2. reſol.53.* ait -- *Quando in al quo facto criminali Eccleſiaſtici, & Sæculares ſimul conuenerunt eatenus Iudex Sæcularis poterit circa Eccleſiaſticos teſtium dicta recipere, quatenus ad id procedendum contra laicos neceſſarium fuerit.*

Duardus in *Bulla Cœnæ libr. 2. canon. 19. quæſt.5. num.2.& 4.* ait -- *Iudex laicus capiens informationem pro aliquo delicto in quo nominantur perſonæ Eccleſiaſticæ non incidit in excommunicationem noſtri Canonis, quia is non dicitur proceſſare Eccleſiaſticos, cum proceſſus à citatione incipiat*, & ad dictionem quomodolibet poſitum in textu ait -- *intelligendam quādo quomodolibet authoritatiuè ſe ſæculares interponant in cauſis capitalibus Eccleſiaſticorum, ac ſi ad ipſos pertineret de illis cognoſcere*, & allegat Sayr. *lib.3.* Theſau. *tom.1.cap.23.n.2.*

Pueronus ad dictam *Bullam Cœnæ can. 19. in Elengo num.19. 5.imò reperto citra finem ibi quod ſi de facto laicus ſimul, & Eccleſiaſticus delicto cooperati fuerint, poterit idem iudex laicus quatenus opus fuerit ad formandum proceſſum contra laicum etiam d cta teſtium, vel complicum, vel aliud quid ſimile agere*, & citat Bonacinam, Filiuccium,& Graſſium.

Del Bene *de Immun. Eccleſ. cap.9. dub it. 31. num.5.* ait -- *aduerte, quod ſi quando in aliquo facto criminali Eccleſiaſticus, & ſæcularis Iudex conuenerunt, eatenus poteſt iſte circa Eccleſiaſticos teſtium dicta recipere, quatenus id ad procedendum contra laicos neceſſarium ſolum fuerit, alias à Cenſura Bullari non excuſatur.*

Et aliqui Doctores inducunt hoc ex textu in *extrauag.*cum Matthæus *de heretic.* ponderantes verba -- *alij vero ſuper ijs, quæ &c.*

Et ſuadetur quidem ratione, & æquitate cum alias laici complices poſſent ex occultatione nominum Eccleſiaſticorum, & mutilatione eorum,quæ perſonas,& Eccleſiaſticorum facta concernunt priuari modo faciendi ſuas defentiones,quod non eſt permittendum.

Propterea Epiſtola ſcripta à S. Conſulta ſub *die 4.Martij 1682.*poteſt dici legitimis innixa fundamentis,quæ talis eſt.

La Sacra Conſulta vedendo, che in alcuni Sommarij de' proceſſi, che giornalmente ſi traſmettono, non s'eſprimono i nomi delle perſone Eccleſiaſtiche, ò d'altri eſſenti dal foro ſecolare chiamati per conteſti, ò complici de'delitti, de'quali ſi tratta, mà ſi deſcriuono con le lettere N. N., hà ſtimato, che ciò ſia abuſo, douendoſi ſcriuere le depoſitioni, come ſi proferiſcono per hauer l'intera verità del fatto. E però vuole, che in auuenire ſiano deſcritti diſteſamente i nomi di tutti i delinquenti tanto laici, quanto Eccleſiaſtici, & altri eſenti come ſopra nel modo, che da Correi, ò Teſtimonij ſono nominati aggiungendo, che ſubito, che s'hà notitia della reità, ò complicità di detti Eccleſiaſtici, ò altri eſenti ſenza trattener la proceſſura in quanto à gl'altri, ſe ne dia parte alla ſteſſa Sacra Conſulta per attender ſopra di queſti gl'ordini della medeſima, così dunque V. S. faccia, che ſegua &c.

Nec poteſt exprobari, niſi in quantum in ea nulla legitur facta mentio ordinis, ſeù auuitionis Pontificis prout de neceſſe fieri debet,quoties de Eccleſiaſticis à Tribunali ſeculari, quantumuis Supremo, contingit fieri diſpoſitio, quia à Tribunali Eccleſiaſtico, vel de ordine Pontificis, eſt facienda.

Et ex hoc capite eſſet alia, facto verbo cum Sanctiſſimo, ſubroganda, in qua optimum eſſet demandare, quod à Iudicibus laicis fiat proteſtatio ſtatim, ac nominentur Eccleſiaſtici, quod non intendunt nomina,& facta Eccleſiaſticorum nominatorum recipere, niſi in quantum tendunt ad dilucidandum factum reſpectu ad laicos proceſſatos.

Hoc enim modo, & Immunitati Eccleſiaſticæ, & indemnitati Reorum conſulitur.

Sed an dicta regula, quod debeant præcedere inditia legitima ſit abſolutè, & vndequaque vera? Doctores, & ſignanter Gram. 136 *vot.32 num.9.* Clar. *quæſt.64.* Farinac. *q.37 num.79.* & Carena *de S.Offic. par. 3. de iudit. & tort. §. 18. num. 118.* ponunt dictam regulam affirmatiuam, ſed illa eſt pluribus modis limitanda.

Primo, quando Reus carceratus non vult Iudici reſpondere, vel non vult reſpondere præcisè Capyc. *deciſ.145.* Farinac. *loc. citat. num.176.* Diana *tract.6.reſol. 34. par. 4. reſol. moral.* & his relatis Carena *loc. cit.* 119. quod intellige procedere iuxtà ea, quæ pouit Farinac. *qu.37.nu.173.*

Secundo, quando Reus non vult iurare Carena *ibid.d.nu.119.*

Tertio, quando Reus ſimulat furorem, Faber in *ſuo Cod.lib.9. tit.21.def.1.* vbi, quod Senatus ſolet aliquando iubere, vt huiuſmodi Rei ſimulantes fatuitatem in ſecretum locum ducantur, & toto Senatui exhibeantur inſpecturo ex vultu, & ſermone quales re vera ſint, & eum refert, & ſequitur Carena *loc.cit.num.119. & in hyſtoria Lunæ* alias de

Digitized by Google

Monſ. de Thoy *de Lugdunenſibus obſeſſis*, habentur hæc verba. *Guglielmus Mareſeotius, ni fallor, Medieus Regius eoram Rege, & Senatu, Reo in medium adducto, obſeruato vultus, oris, & arteriarum motu ſic effatus. In hoe homine nihil eſt à Dæmone, parum à morbo, multum à malitia: hinc enectus ad torturam oppoſitus coniurationem aperuit, & tanti criminis author pœnas luit*, vndè ego in facti cuntingentia ex Doctrina Fabri, Carenæ *loc. eitat.* & Danzæ *de pugna Doctor. tit. de homicidio eap.4. num.16. tem.2.* & ex dicto exemplo hyſtorico dixi, quod Petrus Querenghus, qui ex coniecturis viſus fuit ſimulaſſe furorem, erat ſupponendus torturæ.

Quarto limitatur in homicida, qui nulla intercedente inimicitia occidit, poteſt enim torqueri ad indicandum mandantem per tex. expreſſum in *leg. & ſi certus ff ad Syllan.* Farinac. *q.37. nu.154.* & Carena *loc.eit.nu.* 120.

Sed tunc Reus debet eſſe confeſſus, vel plenè conuictus occidiſſe, vt dicunt d. Doctores.

Quinto limitatur in bannito, qui antè executionem ſententiæ debet ſuper alijs torqueri, & ſuper complicibus, & receptatoribus ad textum in *leg. qui vltimo ff. de pœnis* Clar. *quæſt.* 64. Carena *loc. eit. num.* 121. qui aiunt hoc generaliter obſeruari in crimine aſſaſſinij, furti, sfoſſationis annonæ, & ſalis, ſubdit tamen Carena *num.* 122. quod hæc conſuetudo non eſt extendenda ad alios caſus, & quod Senatus cenſuit Puerum ſodomitam confeſſum non eſſe interrogandum ſuper alijs eiuſdem generis, niſi adeſſent inditia ſpecialia, & allegat Porro *in addit.* ad Ambroſ. *proceſs.inform.lib.4.cap.2.num.5.* vide Farinac. materiam plenè examinantem *qu.37. nu.169. & ſeqq.*

Sexto tandem limitatur in Cuſtode bonorum, Caupone, & ſimilibus Farin. *qu.37. nu.* 159. Carena *loc.cit.n.*123.

Sed mihi videtur, qnod etiam in iſtis caſibus neceſſe ſit, quod ſuo quoquo modo legitima præcedant inditia, nam ſi agitur de Cuſtode, debet conſtare de conſignatione, & deficientia rerum: ſi agitur de bannito, debet conſtare de hac qualitate, & de veriſimilitudine, quod habuerit complices, & receptatores: ſi agitur de homicida, debet conſtare, quod ſit confeſſus occidiſſe, & debet conſtare, quod non habens cauſam propriam occidit: ſi agitur de ſimulante furorem, debet conſtare aliquo modo de huiuſmodi ſimulatione: ſi agitur de Reo, qui non vult iurare, ſeù reſpondere, debet de huiuſmodi renitentia apparere, & debet vlterius apparere, quod iniuſtè recuſet, nam ſi quis interrogatur de re, ſuper qua non tenetur reſpondere, prout multi dantur caſus, vtique ex hoc non poſſet torqueri; propterea concludendum, quod ſemper, & in omni caſu debent haberi, & præcedere legitima inditia.

Quæro decimoſeptimo, an ſit verum, quod dicunt de ſortilegio taciturnitatis aduersùs torturam? Paulus Ghirlandus, & Sprengerus relati à Beſoldo *Theſau.pract. adauct.lit.P.*
137 *§.11.fol.mihi 726.* teſtantur ſe in facto comperuiſſe, qnod tortura eleuati dormiebant capite decliuo, ac ſi iacerent in lecto abſque vlla penitùs lamentatione, & ad tractus cordæ eraut tanquam ſtatua marmorea: ac dùm eleuabantur dicebant à principio quædam verba ſubmiſſa voce, deindè ſilebant vt dormientes.

Et ſubdit Beſoldus *loeo citato*, quod etiam per maleficas abſentes poſſunt maleficio ſilentij ligari ij, qui tormentis applicantur, & quod in Iſpruc quædam malefica iactare ſolebat, quod vbi ad minùs filum ex veſtimentis alicuius detenti haberet, tantum efficere poſſet, quod quantumcumque tormentaretur etiam vſque ad mortem, nihil fateri poſſet.

Iodoch. *pract.crim. cap.37. num.*21. relat. à Diana *par.4. tract. 6. reſol.* 37. & à Vulpi *moral. reſol.* 84. *num.* 21. refert caſum ſibi occurſum de quadam muliercula, quæ numquam in tormento faſſa fuit, niſi poſtquam fuerunt abraſi omnes pili, & fuit reperta ſchedula in pudendis. Et hoc maleficium, quod vocat taciturnitatis, & inſenſationis dari ex Binsfeld. Nicolao Remigio, Sprenger. Pegna, & alijs dicit Don Franc. Torrebianca *de iure ſpirituali lib.12. cap.20. per tot.*

138 At Paulus Zacchia *qq. Medieolegal. lib.7. quæſt. 5. tit. 4. de Stigmat. Magar.* negat hoc fieri poſſe ope Dæmonum, quia Dæmonis potentia irrita eſt in Reos, quandocumque in manibus iuſtitiæ detinentur.

139 Mirum tamen hoc videtur Hieronym. Baſilico *decif.crim.8. num.24.* cum Innumeri Doctores contrarium teſtentur, & Delrio *d. ſquiſ. magical.lib.5.ſect.9.* firmat nonnullos tantam fidem huic maleficio taciturnitatis præſtitiſſe, vt vltro ſe Iudicibus, & tormentis obtulerint.

Quomodo autem Diabolus in his operetur dirigente iter Idea deſiderij humani oſtendit Vanhelmont. in *ortu medieinæ. tit. de iniectis numer. 15. & tit. de iaculatorum modo num.2.& 3.*

De ſortilegio ſilentij loquuntur Delrio, Paris de Puteo, Bocer. Vuecher. Guill. Bouchet. BocKel, & Gohauſ. *locis relatis* à Betold. quibus addo Sanfæl. *deciſ.265.per tot.* Simon. de Prętis *conſ.* 105. Caball. *eremin. reſol.*223. *num.*71. Carena *de S.Offie.par.2. tit.11. §. 16. num.146. & ſeqq.* vbi multos allegat, & Hieron. Baſilicò *dict.deciſ.crim.8.num.19.& ſeqq.* vbi ait huiuſmodi ſilentij beneficium acquiri poſſe aſſuetudine, ex potu lapidis memphitis, ex eſu placentæ factæ cum farina, & lacte matris, & filiæ: viuo medicato, & ope Dæmonum, & in vnaquaque re affert authores, & ante eum prædicta poſuit Carpzou. *pract crim.quæſt.125. num.65. & ſeqq. par.3.*

Aliqui impreſſerunt in eorum libris ſchedulas

140 dulas huiuſmodi ſortilegij, & verba cum
notis, & ſignis poſuerunt, vt fecerunt Sanfę-
lic. *dict.deciſ.*265. Vulpi *moral.reſol.*84.*nu.*20.
Beſold.*dict.*§.11. *fol.mihi* 726. Carpzou.*pract.
crim.quæſt.* 125.*num.*65. *& ſeq. par.*3. & Hie-
ron. Baſilicò *dict.deciſ.*8. *num.*23. & durum
mihi viſum fuit, quod Cardinalis Ponzettus
in *tract.de venenis lib.*2. *tract.*1. *cap.*5. *in fine*
ponat verba, quibus vtuntur quidam cir-
cumforanei ad ſanandum eos, qui morſum
ab animalibus venenoſis patiuntur: videntur
enim ſuperſtitioſa.

Et aliqui volunt Iudici licere contra huiuſ-
141 modi maleficia vti remedijs ſuſpectis con-
ſiſtentibus in verbis, vt inquit Hieronym.Ba-
ſilicò *dict.deciſ.*8. *num.*29. ſed præter abraſio-
nem pilorum, mutationem veſtium, vel loci,
vel dilationem tormenti ad aliud tempus, de
quibus Baſilicò *loc. cit.* Binsfeld. Ambroſin.
Chartar. *locis relatis* à Diana *reſolut. moral.
tract.*6.*reſol.*37. *par.* 4. turpe eſt, quod Chriſ-
tianus vtatur maleficio ad maleficium tollen-
dum, quia non ſunt facienda mala, vt eue-
niant bona, vt ex Diuo Paulo ait Baſilicò
vbi ſupra: vide tamen Baldum *conſ.*360.*incip.
in Chriſti nomine Amen; quia quæſtio iſta n.* 10.
*lib.*3. qui ex Magiſtro Io. de Ripa in *ſumma
Confeſſorum rub de impedimento ligationis* vide-
tur inclinare in partem affirmatiuam, & aſ-
fert rationem, qua mouetur ad ita tenendum:
& vide etiam D. Franciſc. Torreblanca *de
iure ſpirituali lib.*12. *cap.* 25. qui pluribus tue-
tur id non licere, *& num.*29. improbat aſſer-
tum Paracelſi *Lib.de morbis caduc.& lib.de cæ-
leſt. medic.* dicentis, quod nihil refert, an
Deus, an Angelus, an Diabolus ægro fe-
raut opem modo morbus curetur, vnde hiſ-
pani, Hagaſe el milagro, y hagalo el Diablo:
& hoc pro aphoriſmo hæretico habet: & non
licere maleficium maleficio tollere pluribus
oſtendit etiam Petrus Binsfeld. *leg.* 4. *Cod.de
malefic. & mathemat. quæſt.* 5. per quinque
concluſiones à *fol.*497. *vſq; ad fol.*504.

Quæro decimo octauo, an vtentes dicto
ſortilegio, ſeù maleficio ſilentij debeant pu-
niri? Simon de Pratis *conſ.*105. Clar. §.*hære-
ſis in fine* Caball. *crim.reſol.*223. *num.* 71. San-
fæl. & Vulpi *locis citatis* tenent eſſe puniendos
142 Sed contrarium, & ſecundum me minus
benè, firmat Laderch. Imol. *conſ.*103. *per tot.*
qui non ſolum excuſat vtentes huiuſmodi ſor-
tilegijs ad redimendum proprium ſanguinem,
ſed excuſat etiam alios, qui docent dicta ſor-
tilegia torquendos, dummodò tàm torquen-
di, quam ipſi, qui docent, ſint carcerati; li-
citum enim ait carceraris, quod mutuam ſa-
143 lutem procurent, & dummodò, prout in
caſu, de quo ipſe loquitur, ſortilegia non
ſint hæreticalia, vide eum, & vide etiam An-
dream de Iſernia in *conſtit. Regni de homicid.
clandeſt. rub.* 77. *col.* 6. qui ait, quod de his
144 inſtructoribus ſolet eſſe ſchola in carceribus
& Beſoldus *Theſau.pract.adauct.litt.P.*§.11.*fol.
mihi* 726. ait, quod carcerati ſolent dicere
torquendis, quid enim ſi haberes brachia fra-
cta, non ne ſuſtineres medicum aptantem oſ-
ſa cum dolore? quid ſi dolore iliaco vexare-
ris, non nè ſuſtineres dolorem? & Paris de
Puteo *de ſindic.verbo tortura, grauior*, inquit,
quod Aduocati ſolent indurare corda eorum,
& dicere clientulis carceratis, qui timent tor-
queri, melius eſt ſemel in tortura pendere,
quam ſemper in furca ſtare, vt refert Beſold.
dict. §. 11. qui ex Marſilio, & Delrio refert
etiam quemdam Mediolanenſem in tormento
dixiſſe: *Io ſtimo meglio l'eſſere tormentato mil-
le volte nelle braccia, che vna volta nella gola*:
145 ſed ſi, vt dicit Laderch. carcerati cũ alijs car-
ceratis loquẽtes eoſdem animant, & inſtruunt,
non debent puniri, quia non reperitur Iure
cautum, quod carcerati nequeant ſe adinui-
çem moneri, ne fateantur vt ex Farinac. *qu.*
31. *num.*107. *&* 108. dicit etiam Lucatell. *qu.
Iudic.inſpect.*5.*num.* 280. vbi *in fine* teſtatur ita
in facto fuiſſe reſolutum: quem ego retuli in
*cap.*3. §.9. *num.*195. Vide Afflict. *conſt. Regni
Neap.lib.*1.*rub.*27.*n.*63.*tit.de homicid. clandeſt.*
Farin. *q.*38.*n.*96. Guazz. *def.*30.*c.*24.*n.*5. Cenſ.
*voto crim.*1. *num.*31. Baſilicò *deciſ.crim.*8. *num.*
25. *& ſeq.* & Fabr. *in Cod. tit.* 21. *de quæſtion.
diff.* 3. vbi quod ex inuentione ſchedulæ reſul-
tat nouum inditium ad torturam, & ita de-
ciſum fuiſſe in Senatu Sabaudiæ refert *ibidem*,
& quod poſſit, & debeat reperta penes carce-
ratum ſchedula huius maleficij ſilentij conte-
ſtari ipſi Reo dicta reperitio, & augeri tor-
tura, vel pena aliqua extraordinaria infligi
dicit D. Sabell. in *ſumma* §. *tortura num.* 22.
verſ quod qui inuentus eſt: & quod ſit aſſignan-
dus terminus ad faciendas defenſiones, quan-
do ſuperueniunt inditia, vult idem D. Sabell.
*ibid.n.*15.*verſ.circa quam repetitionem*.

Sed à quo Iudice ſint puniendi? Sanfælic.
Vulpi, & alij citati *in princ.* tenent Iudicem
laicum eſſe competentem: at Carena *de S.
Offic.par.*2.*tit.*11. §.16. *num.*146. *& ſeqq.* ait de
Iure communi cognitionem eſſe mixti fori in
ſortilegio ſimplici: eſſe vero ſolius inquiſito-
ris in ſortilegio hæreticali, de Iure verò Bul-
larum firmat ſpectare talem cognitionem in
quocumque caſu ad ſolum inquiſitorem.

Quæro decimonono, an bannimenta no-
ſtra loquantur de tormento Vigiliæ? Dic,
quod non, quia volunt poſſe deueniri ad tor-
turam pro delicto, in quo intrat pœna arbi-
traria, etenim certum eſt, quod tormentum
146 vigiliæ non infertur, niſi in atrociſſimis, &
in quibus aliquid plùs quàm ſimplicis mortis
pœna indicitur, vt dicam *infra num.* 152. &
ſic quoad vſum tormenti Vigiliæ remanent
incorrecta iura, & conſtitutiones, quæ de illo
loquuntur.

Lubet tamen aliquid de d.tormento, ac alijs
147 vſu receptis hic ponere, & in primis dico,
quod de hoc Vigiliæ tormento loquuntur Pau-
lus V. *Conſtit.*71. *in ord.* Marſil. *in l.* 1. *num.*26. *ff.*

de

de quæſt. Grilland. *de quæſtian. qu.* 2. *num.* 1.
Chartar. *de interrog. Reis lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 7.
Farinac. *quæſt.* 38. *num.* 70. Guazzin. *Reor. de-
fenſ.* 30. *cap.* 21. *num.* 13. Scanarol. *de viſit.
carcerat. lib.* 2. §. 6. *cap.* 4. *per tot.* Zacchia *medi-
coleg. lib.* 6. *tit.* 2. *quæſt.* 1. *num.* 19. *& quæſt.* 5.
& 6. Antonell. *de temp. legal. lib.* 4. *cap.* 20.
Lucatell. *indic. quæſt. inſpect.* 1. *num.* 23. *& ſeqq.
& inſp.* 5. *num.* 6. Conciol. *crim. reſol.* 16. *nu.* 2.
verbo tortura Spada *conſ. crim.* 114. *num.* 3. *&*
4. *lib.* 1. Cenſal. *vot. crim.* 1. D. Sabellus *in ſum-
ma* §. *tortura num.* 2. 19. 24. *&* 27.

De ſimili tormento loquuntur Beſoldus in
ſæpè citato §. 11. *fol.* 724. *& ſeqq.* & D. Sabell.
locis proximè citatis, & Horatius Græcus in
medicofiſcali penès Sarnò *pract. crim. in fine d.
libri* Manzius *ad conſtit. crim. Carolinam art.* 58.
num. 20. *& ſeqq.* qui allegat Zanger. Roſbach.
& Vvcizengger. de eodē tormento loquentes.

Quando infertur dictum tormentum, nul-
148 lum aliud tormenti genus eadem die præce-
dere debet, vt diſponitur in *dicta Conſtit.* Pau-
li V. & ait Guazzin. *dict. defenſ.* 30. *cap.* 21. *nu.*
149 13 *verſ. nec vnquam*, & hoc in quouis alio
tormenti genere ſeruari debet, quia Reus ni-
miùm affligi, vel debilitari non debet, vt
aduertit Manzius in *Conſtit. crim. Carolina art.*
58. *num* 46.

Et non poteſt quis vltrà decem horas in
150 dicto tormento detineri Chartar. *dict. lib.* 4.
cap. 2. *num.* 7. Farinac. *quæſt.* 38. *num.* 71. Guaz-
zin. *dict. num.* 13. & Scanarol. *loc. citat. num.* 21.
151 Sed hodie etiam vltrà vſque ad duodecim
horas portenditur ex vſu Tribunalium, vt ha-
betur penès Spadam *conſ. crim.* 114. *num.* 2. *verſ.
quod autem*, & Farinac. *quæſt.* 38. *nu.* 71. quia
forſan homines ex huius tormenti illationis
frequentia non adeo vt priùs deterrentur, vſus
enim reddit illud, vt ita dicam, familiare.

Dictum tormentum, vt dixi, non poteſt in-
ferri, niſi duo concurrant, primo, quod aga-
152 tur de delicto atrociſſimo; ſecundum, quod
vrgentiſſima, aut ferè indubitata inditia præ-
cedant, Chartar. Farinac. Guazzin. & Scan-
narol. *locis citatis* Antonell. *de tempor. legal.
lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 5. & Spada *conſ.* 114. *num.* 3.
& Illuſtriſſimus Dominus meus Euſebius de
Euſebijs in elaborata, ac electiſſima eius al-
legatione impreſſa penès Paſſerinum in *cap.
pro humani de homicid. in* 6. *poſt num.* 20. vtinam
omnia præfati Domini mei doctiſſima ſcripta
pro bono publico ederentur; inditia autem
eſſe talia dicuntur, quando ſunt proxima de-
licto, & ſunt concludenter probata, vt ex
Menoch. & Farinac. aduertit Scannarol. *loc.
cit. num.* 16. qui *num.* 17. ait ſufficere, quod
ſint duo inditia: delicta verò atrociſſima ſunt
enumerata à Cenſalio *vot. crim. Rotæ Iannæ* 1.
num. 15. nempè hæreſis, læſæ maieſtatis, euer-
ſionis Status, proditionis, aſſaſſinij, homicidij
alicuius ſacræ perſonæ, puta, Cardinalis, aut
alterius Magni Principis, & Farinac. *qu.* 38.
num. 71. enumerat parricidium, aſſaſſinium,
crimen læſæ maieſtatis, latrocinium, ſed Cla-
rus *pract. crim.* §. 1. *num.* 9. *verſ. ego autem*, tra-
dit regulam generalem, quod omne deli-
ctum, pro quo lex, ſeu ſtatutum imponit pę-
nam grauiorem, quam ſimplicis mortis, in
ipſo genere mortis, dicitur eſſe atrociſſimum,
quem ſequuntur Oddo *de reſtit. in integr. par.* 2
quæſt. 80. *num.* 5. *& ſeqq.* & Farinac. *quæſt.* 18.
num. 89. & alijs quos retuli *cap.* 7. §. 1. *num.* 102.
quibus addo Dominum Euſebium penès Paſ-
ſerin. *loc. cit.*

Aduerte tamen, quod aliquando datur di-
153 ctum tormentum etiam in delictis non atro-
ciſſimis, nam quando Reus propter aliquod
impedimentum non poteſt tormento funis
torqueri, tunc poteſt idem ſupponi dicto tor-
mento Vigiliæ, cum hoc tamen, quod etiam
iſto caſu delictum ſit graue, inditia ſint vr-
gentia, non excedat ſpatium ſex horarum,
& Rei non abradantur Guazzin. *defenſ.* 30.
cap. 21. *verſ. circa tempus*, & Scanarol. *citat.
n.* 32. & D. Sabell. *in ſumma* §. *tortura n.* 19.

Multas aduertentias ponit Scanarolus *loc.*
154 *cit. num.* 23. ad inſtructionem Iudicis proce-
dentis ad illationem dicti tormenti. *Primò*,
nè brachia eleuentur nimis. *Secundò*, nè re-
petatur, ſeu diuidatur, maximè quando ex
informatiuo, & ex abrupto proceditur. *Ter-
tiò*, nè vigiletur, qui ſemel, atque iterum
tortus fuit tormento funis. *Quartò*, quod
pili, & crines totius corporis abradantur no-
uacula. *Quinto*, quod Reo denudato, ac ra-
ſo offeratur ſpeculum, vt ſui aſpectu deterrea-
tur. *Sextò*, quod Iudex ſemper aſſiſtat per
ſe ipſum. *Septimò*, quod Chirurgi. & Medicus
accommodent Reū in d. tormento, & aſſiſtant
in alia ſtantia, vt in caſu deliquij poſſint prętò
eſſe, & ad comprobationem harum aduerten-
tiarum citat Farinac. Guazzin. Chartar. &
Conſtitut. Pauli V.

Subdit *ibidem* Scanarol. *num.* 19. quod fæ-
155 minæ non ſunt vigilandæ ob rationem, &
reſpectum honeſtatis: ſed teſtatur vidiſſe vi-
gilari in Vrbe quandam Chaterinam Siculam
monetariam, & ſubſtinuiſſe per 12. horas;
monet tamen nè exemplum ſeruetur, niſi Prin-
cipe conſulto, quod dicit etiam D. Sabell. in
ſumma §. *tortura nu.* 19.

Dicto tormento ſubijci non poteſt, qui eſt
156 debilis naturæ, vel alia infirmitate particu-
lari laborat, Lucatell. *de quæſt. Iudic. inſpect.*
5. *num.* 67. Decian. *conſ* 92. *num.* 136. *vol.* 2. Fa-
rin. *qu.* 38. *nu.* 82.

De tormento funis, ſeu cordæ plura po-
nit D. Sabell. in *ſumma* §. *tortura num.* 2. vbi
157 ait eſſe frequentiſſimum apud Tribunalia,
& num. 13. ait non poſſe excedere ſpatium
158 vnius horæ continuatæ, niſi quandoque
in atrociſſimis per quadrantem vltra, *num.* 14.
159 ait, quod in tortura teſtium pro habenda
veritate non exceditur ſpatium mediæ horæ:
& pro purganda macula non exceditur ſpa-
tium vnius Credo, niſi Iudici vltra detinen-
dos

160 dos putauerit, *& num.16.* ait quod tortura cum fune ſubtili magis cruciat, quam illa ra cum groſſa; intellige de funiculis, cum quibus ligantur manus.

De tormenro taxillorum vulgo *flanghetta* plura ponit idem D. Sabell. in *ſumma §. tortura, & num. 2. verſ. tertium tormentum* illud deſcribit, *& num.* 20. ait iſtud tormentum
161 paruipendi à Iudicibus, & Doctoribus, qnia parum in eo confidunt ad eruendam veritatem propter fraudes, quæ in illo inferendo à miniſtro tormentario adhiberi poſſunr,
162 quamuis ceſſantibus fraudibus intenſiſſimum afferat dolorem propter partis, in qua adhibetur, ſenſibilitatem magnam, ita vt à nonnullis inhumanum appelletur: &
163 propterea, vt ait, infertur per ſpatium duorum, quatuor miſerere, vel trium, ſeu quatuor Pater noſter, iuxta aduertentiam Ambroſin. *proceſs. informatiu. lib. 4. capit.* 11. et Guazzin. *reorum defenſ. 30. cap. 21. num.11.* et quamuis Chartar. *de interrog. reis lib.4. cap.2. num.9.* dicat poſſe hoc tormentum inferri per quartam partem vnius horæ, nihilominus eius opinionem non ſeruari ait, ſubdens, quod fuit repræhenſus quidam Iudex, qui ſequutus opinionem Chartarij per quartam horæ partem etiam interpolatim illud adhibuerat.

De tormento Sibilorum agit idem D. Sabellus *loco citato* qui *num.2.* illud deſcribit ex
164 Doctoribus, quos citat, *& numer.* 21. ait quod eſt omnium leuiſſimum, et minus periculoſum, et ſolet adhiberi cum pueris, vel mulieribus, et caſibus lenibus, et quoad ſpatium temporis regulari debet iuxta opinionem Ambroſini, et Guazzini, vt dictum eſt de tormento taxillorum.
165 De gradu torturæ agit idem D. Sabell. in *d. §. tortura num. 3.* vbi firmat quod ſex ſunt gradus.

Primus eſt Rei ſpoliatio, ligatio, & funi applicatio.

Secundus eſt eleuatio in altum per vnum miſerere ſine quaſſatione.

Tertius eſt detentio Rei ſic eleuati per duos miſerere, vel plus ſine quaſſatione.

Quartus eſt detentio Rei eleuati per mediam horam, vel per horam integram cum aliquo ictu, ſeu quaſſatione.

Quintus eſt detentio Rei eleuati cum compedibus ferreis, vel alio pondere ad pedes, vel cum ligno alligato ad pedes ne iungantur, vel quando irroratur aqua frigida in dorſo Rei in tormento pendentis, vel quando dantur quaſſationes.

Sextus eſt quando tormentum repetitur.

Cap. XXXIV. §. XIII.

E doue naſceſſe dubbio circa l'intelligenza de' preſenti Bandi Sua Signoria Illuſtriſſima ſi riſerua l'interpretatione di quelli, sì come anco la facoltà di procedere de ſimilibus ad ſimilia ex maioritate, vel identitate rationis.

SVMMARIVM.

1 *Eius eſt interpretari, cuius eſt condere leges.*
Intellige hoc eſſe verum, quando fit interpretatio extra ambiguitatem verborum legis. num. 8.
2 *Interpretatio legis non dicitur proprie quando fit ab eo, qui poteſt condere, ſed potius eſt declaratio.*
3 *Interpretatio legis triplex eſt: prima eſt ea, quæ fit à Principe, & habet vim legis.*
4 *Secunda eſt, quæ fit à conſuetudine, & pariter habet vim legis.*
5 *Tertia eſt, quæ fit à Doctoribus, & in tantum attenditur, in quantum reſtringitur ad verba, & mentem legis.*
6 *Declaratio legis non fit ab alio, quam à Principe.*
7 *Declarandi ius eſt perſonaliſſimum in tantum quod nec à ſucceſſore poteſt fieri.*
9 *Interpretatio declaratoria, quæ fit propter ambiguitatem verborum legis, ſeù ſtatuti competit cuilibet Iudici.*
10 *Extenſio non fit in pœnalibus.*
11 *Nec ex identitate rationis.*
12 *Et nec ex maiorate rationis.*
13 *Fallit, quando agitur de coercendis delictis.*
14 *Dummodò non facta extenſione delicta remaneant impunita.*
15 *Et ratio ſcripta ſit in lege.*
16 *Lex vna aliam interpretatur, & vnum caput ſtatuti ab alio declaratur.*
17 *Extenſionis legis, ſeu ſtatuti materia penes, quos Doctores habetur.*

1 EIVS eſt interpretari, cuius eſt condere leges *leg. 1. ff. de Conſtit. Princip. leg. 2. & leg. fin. Cod. de legib. cap. inter alia de ſent. Excomm. cap. ex parte il 2. de verb. ſignific.* Carauit. *pragm. 1. §. XV. num. 5. tit. de Senat. Conſ. Macedon.* Montaluus *lib. 1. tit. 1. leg. 10. lit. A. partitarum Hiſpan.* & Bart. in *leg. omnes populi num. 54. & 56. ff. de iuſt. & Iure*, & nouiſſime D. Antonius Guilielmus Ertl in *Paleſtra aulico iuridica de iuribus Principum exercitatione 57. in princip.* vbi allegat plura iura, & ſignanter

ter nouellam Iuſtin. 143. de mulier. rapt. paſſ.
& hoc idem ex Panormit. in cap. ad audientiam
num. 2. de decimis dicit Carolus à l'Eſpinoy in
addit. ad Philippum Nigrum in tract. de ex-
ceptione Canonica num. 7. Et hæc non dicitur
2 propriè interpretatio, ſed declaratio, & iux-
ta declarationem à Principe factam debet ſer-
uari, quia declaratio legis operatur idem,
quod ipſa lex leg. ita fidei ff. de Iure fiſci. Si-
quidem triplex eſt legis humanæ interpræta-
tio ſecundum gloſ. in l. ſi de interpretat. ff. de
legib. Suarez. in tract. de legib. lib. 6. cap. 1. nu. 1.
Faiardo fiſcal. alleg. 9. num. 513. Prima eſt,
3 quæ fit à Principe, & talis interpretatio ha-
bet vim legis leg. vltima Cod. de legib. Suarez.
loc. cit. num. 2. & 3. & Faiard. num. 514. Secun-
4 da eſt, quæ fit à conſuetudine, & eiuſdem
ponderis exiſtimatur leg. de quibus, & leg. ſi
de interpretatione ff. de legibus Suarez loc. cit.
num. 4. & Faiardo pariter loc. cit. num. 515. Ertl.
loc. citat. verſ. hæc omnia fol. mihi 197. Tertia
5 eſt illa, quæ fit à Doctoribus Iuris peritis,
qui habent facultatem gloſandi, & interpre-
tandi leg. 1 ff. de orig. Iur. leg. 1. ff. ſi cert. pet.
& in leg. ſi negotium ff. de priuileg. credit. cum
alijs adductis per Faiard. loc. cit. num. 516. &
Ertl. vbi proximè verſ. ſecunda eſt doctrinalis, &
hæc eſt propriè legis interpretatio, & in tan-
tum attendenda, in quantum restricta ad ver-
ba legis, & ad mentem Legislatoris, vt ex
Suarez, & alijs aduertit Faiardo ibidem
num. 517. & ſeqq.

Imò quatuor eſſe ſpecies interpretationis,
ex gloſa in cap. 1. verbo interpretatus de poſtul.
Prælator. & in cap. ſicut §. ex his 11. quæſt. 1.
& in leg. ſi de interpretatione ff. de legibus fir-
mat Fagnan. in cap. cum veniſſent in princ. de
iudicijs, qui num. 1. & ſeqq. explicat, & ad-
ducit exemplum cuiuſcumque ſpeciei, circa
quam materiam videndi Doctores, & præ-
ſertim Fermoſin. in dict. cap. cum veniſſent, hic
autem non intelligitur de ſecunda, & nec de
tertia interpretatione, ſed de prima, quæ
tanquam facta à Principe habet vim legis, &
pro lege ſeruari debet, vt dixi, & hæc inter-
6 pretatio, ſeu declaratio non poteſt fieri ab a-
lio, quam à Principe ſecundum Bald. in cap.
ea quæ de re iudic. & Carauita loc. cit. num. 6.
qui inſuper ex Bart. in leg. inter ſtipulantem §. 1.
ff de verb. oblig. ait, quod ius declarandi in
7 tantum eſt perſonaliſſimum, quod Iudex ſuc-
ceſſor non poteſt declarare ſententiam ſui
prædeceſſoris.

Intellige tamen prædicta quoad interpræ-
tationem faciendam extrà ambiguitatem
verborum bannimentorum, ſeù ſtatuti, regu-
la enim illa eius eſt interpretari, cuius eſt
8 condere, procedit in dicta interpretatione,
quæ fit extra ambiguitatem verborum ſtatu-
ti, vt dicit Decian. conſil. 36. num. 5. vol. 5.
Creſpi obſeruat. prima §. 4. num. 70. Ioannes
Mart. à Coſta de Domo ſupplicationis annot. 4.
num. 11. & huiuſmodi interpretatio eſt, quæ
habet vim legis generalis, vt ex Decian. &
Roman. aduertit Creſpi dict. num. 70. etenim
9 interpretatio declaratoria, quæ fit propter
ambiguitatem verborũ ſtatuti competit cui-
libet Iudici, vt dicunt Creſpi loc. cit. & Can-
cer. var. reſol. lib. 3. cap. 3. num. 62. & ſunt ad
hoc textus, quos ad hunc propoſitum perpen-
dit Creſpi ibidem num. 69. videlicet in leg. non
vt ait ff. de legib. ibi — interpretatione, vel Iu-
riſdictione ſupplere, & in leg. quæſitum ff. de
teſtibus, ibi — veruntamen, quod legibus om-
miſſum eſt non ommittetur religione iudican-
tium: & in hoc notabilia ſunt verba Panor-
mitani in cap. ad audientiam num. 2. de decimis,
quem refert, & ſequitur al'Eſpinoy ad Phi-
lippum Nigrum tract. de exemptione Canonica
num. 7. dicit enim — aut apparet de mente, &
eis ſtandum eſt etiam contra proprium ſignifica-
tum verborum leg. cum pater §. dulciſſimis ff.
de leg. 2. & cap. ſecundo requiris de appellat.
aut non conſtat de ſtatuentis mente, nec colligi
poteſt, quia ratio non exprimitur, tunc ex
coniecturata ratione, aut extendere, aut reſ-
tringere licebit, licet odioſa, & eſt ſingulare,
& notabile dictum Dyni in leg. ſcire §. ſufficit,
ff. de excuſat. tutor. ſi ratio coniecturari non
poteſt recurrendum erit ad verba legis, & ſi ſint
clara, erunt obſeruanda leg. ille §. cum in ver-
bis ff. de legat. 3. ſi ſint dubia, fiet interpræta-
tio per alias leges, vt iura iuribus concorden-
tur leg. cum expediat de election. in 6. illis defi-
cientibus recurrimus ad conſuetudinem loci leg.
minimè, & leg. ſi de interpretatione ff. de legibus
leg. cum dilectus de conſuetudin. ſi nulla adſit
conſuetuda tendimus ad ſimilia cap. cum dilecta
de confirmat. vtilit. vel inutilit. leg. non poſ-
ſunt ff. de legibus, in defectu verò omnium,
quando per remedia ſupradicta certitudo legis
non poteſt haberi tunc demum, & non ante
conſulendus eſt Princeps. Vide eos, qui di-
cunt etiam, quod numquam, tam ſtrictè
ſunt interpretanda ſtatuta, vt recedamus à
propria ſignificatione verborum dict. cap. ad
audientiam iuncta gloſa ibidem.

Digitized by Google

La facoltà di procedere de ſimilibus ad ſimilia ex maioritate, vel identitate rationis.

10 Extenſio in pœnalibus non fit Bald. in
leg. cum proponas Cod. de hæred. inſtit. Afflict.
11 *decif.* 21. *num.* 5. etiam ex identitate rationis
Dec. *conſ.* 268. *num.* 4. Purpurat. *conſil.* 321.
num. 23. *vol.* 1. *& conſ.* 446. *num.* 3. *lib.* 2. imò
12 nec ex maioritate rationis Eug. *conſ.* 68. *num.*
15. Vrſill. ad Afflict. *decif.* 334. *& decif.* 369.
num. 4. Farinac. *fragm. par.* 1. *num.* 73. *& ſeqq.*
verbo extenſio, & Giurb. *conſil. crimin.* 6. *nu-
mer.* 17.

Hæc tamen concluſio procedit, niſi agatur
13 de puniendis, vel coercendis delictis Bart. in
leg. quemadmodum 5. *not. Cod. de agricol. & cen-
ſit. lib.* 11. Roman. *conſ.* 105. Franch. *decif.* 315.
Maſcard. *de interpræt. ſtatut. concl.* 4. *num.* 207.
14 ſed hoc eſt verum, ſi extentione non facta
delicta remaneant impunita *leg.* 3. §. *vtrum*,
& ibi Bart. & Bald. *ff. ad ſyllan.* Boſs. *tit. de
pœnis num.* 12. Farinac. *fragm. dict. part.* 1. *num.*
148. *& ſeq.* Honded. *conſ.* 95. *num.* 13. vel in
15 lege ſcripta ſit ratio Ricc. *decif.* 122. *num.* 3.
par. 1. Iacob Gallus *conſ.* 114. *nu.* 42. & Giurb.
dict. conſ. 6. *num.* 18. nam vbi in lege non eſt ex-
preſſa ratio, nullo modo poteſt fieri extenſio
ita, vt delictum poſſit dici eſſe compræhen-
ſum in lege de tali delicto non loquente San-
chez. *de matrim. lib.* 3. *diſput.* 42. *num.* 4. D. Ca-
rol. Petra *Magn. Cur. ritu* 274. *num.* 86. imò
poteſt etiam dubitari an expreſſio rationis
ſufficiat, quia pœnæ impoſitio non pendet
tantum à ratione, ſed ex placito Legislato-
ris volentis hanc fortaſſe pœnam non illam,
vt ſubdit D. Petra *loc. cit. num.* 87. *verſ. germa-
na igitur*, ratio enim, licet ſuadeat pœnam,
non arctat tamen ad hanc, vel illam, vt ex Al-
phonſ. de Caſtro *de lege pœnali lib.* 1. *cap.* 7. *do-
cum.* 3. et Sanchez *de matrim. lib.* 10. *diſp.* 4. *n.* 3.
ait D. Petra *ibid.* obtinuit nihilominus vſus, vt
ratio in lege expreſſa ſufficiat ad hoc, vt de-
lictum, in quo militat eadem ratio deformi-
tatis, & prohibitionis, dicatur compræhen-
ſum in lege, vt mox citati Caſtro, Sanchez. &
D. Petra fatentur.

Meritò igitur ad tollendas has diſcepta-
tiones Legislator ſtatuit ſibi reſeruare arbi-
trium extendendi banuimenta ex identitate,
ſeu maioritate rationis ſemper tamen ex ſi-
milibus ad ſimilia, & ſic in arbitrando de-
bet attendere diſpoſitionem præſentium ban-
nimentorum, & non poteſt limites eorum
egredi, quia ad illa ſe reſtrinxit, quod eſt de
16 Iure, quia vna lex ab alia interprætationem
capit, & caput ſtatuti ab alio capite eiuſdem
ſtatuti *leg. non eſt nouum ff. de legibus* Maſcard.
de ſtatut. interpræt. concluſ. 1. *num.* 109. Fonta-
nell. *decif.* 245. *num.* 6. & Matthæu *de regim.*
Regni Valent. cap. 8. §. 8. *num.* 102. & quando
caſus, de quo agitur, non eſt deciſus per le-
gem propriam, & in terminis caſus diſpo-
nentem deciditur de Iure per leges in ſimili
procedendo de ſimilibus ad ſimilia, vt eſt tex.
in *l. non poſſunt ff. de legibus* ibi — *nō poſſunt om-
nes articuli ſigillatim, aut legibus, aut Senatus
Conſultis, compræhendi, ſed cum in aliqua cau-
ſa ſententia eorum manifeſta eſt is, qui iuriſdi-
ctioni præeſt ad ſimilia procedere, atque ita ius
dicere debet, & in leg. ſeq.* inquit Vlpian.
*nàm vt Pedius ait, quoties lege aliquid vnum,
vel alterum introductum eſt bona occaſio eſt, cæ-
tera, quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel in-
terpretatione, vel certa iuriſdictione ſuppleri.*

Materiam extenſionis, vide apud Farinac.
17 *in fragm. dicto verbo extenſio*, & apud Campa-
neam *in cap. Regni adhoc à num.* 144. *vſque in
finem titul. de furtis*, & apud Doctores per eos
citatos.

Et de regula ſimilibus ad ſimilia, vide Fa-
brum *lib.* 5. *Orat. inſtit. cap.* 11. Euerard. *loco à
ſimili*, Menoch. *de Arbitr. caſ.* 84. vbi expli-
cat quando caſus dicatur ſimilis, vt indè ar-
gumentum à ſimili deducatur Camill. Gallin.
lib. 5. *de verbor. ſignific. cap.* 16. Alphonſ. Mo-
ditinm 5. *lex eſt dub.* 56. *num.* 4. *lib.* 1. *reſolut.
ſeu dubitat.* & remiſſiuè ad illos Thom. Va-
laſcus *allegat.* 92. *nu.* 4.

Et quando poſſit procedi à ſimilibus ad ſi-
milia ponit diffusè Fælyn. in *cap. præterea in*
4. *not. de ſponſalibus* vbi *num.* 1. *& ſeqq.* ponit
regulam cum octo limitationibus.

Cap. XXXIV. §. XIV.

E finalmente per togliere ogni dubio, caſſa, reuoca, & annulla ogni altro bando generale, e qualunque altro ſopra à delitti generalmente ſino ad hora fatto, e publicato, & ogni altro, che contenga materia determinata nel preſente.

SVMMARIVM.

1 *Leges, ſtatuta, bannimenta compilantur ad hoc, vt in vnum reſtringantur ea, quæ debent ſeruari.*
2 *Et ita euitetur obſcuritas, & confuſio, quæ ex multiplicatione legum generatur.*
3 *Leges in bene inſtituta Republica paucæ ſunt.*
4 *Sunt inſtar medicamenti.*
5 *Leges vbi multæ ſunt, ibi multæ etiam ſunt lites, & mores improbi.*

6 *Leges , quæ per nouam diſpoſitionem non ſunt correctè , debent manere in obſeruantia .*

7 *Dicuntur diſponere , ſi ceſſantibus verbis, ratio vrget .*

CVM hæc ſint bannimenta generalia , quæ in hac Ciuitate ſeruari debent , meritò omnia alia Legislator reuocauit , & annullauit , & ita fuit etiam diſpoſitum per compilatores ſtatutorum Bononiæ , vt apparet *lib. 6. in concluſione eorumdem ſtatutorum §. item dicimus , & ſtatuimus* , ibi — *nullam in futurum habere debeant obſeruationem , vel firmitatem* ,
1 & eſt ratio , quia ad hoc compilantur leges , ſtatuta , bannimenta , vt ſcilicet in vnum
2 reſtringantur , quæ obſeruari debent , & ita euitetur obſeuritas , & confuſio, quæ ex multitudine, & multiplicatione conſtitutionum , legum , & bannimentorum ocıri ſolet .
3 Adde , quod in benè inſtituta Republica paucæ debent eſſe leges , quia leges in Re-
4 publica ſunt inſtar medicamenti , vt ex Platone ait Laurent. Beyerline. in *Theatr. vitæ humanæ litt. L verba leges fol. mihi* 54.10.4. Vndè nec multas eſſe conuenit, nec itidè varias ,
5 vbi enim leges multæ ſunt, ibidem multę lites ſunt, & mores improbi, vt ſubdit Beyerline. *loc. cit.* & Boecalıus in *ſecretaria Apallinis in Epiſtola ad Platonem fol. mihi* 249. ait. *Veramente la multiplicità delle leggi è aperto ſegno della corruttione de' coſtumi , e dell'inoſſeruanza di tutte le coſe . Doue ſi fanno le molte , non ſi oſſeruano le poche* , & paulo poſt . *Doue s'oſſeruano le poche , non fanno d'huopo le molte , e non baſtano le molte , doue ſi traſcurano le poche .*

Che contenga materia determinata nel preſente bando .

Siquidem ea bannimenta , quæ expreſsè ;
6 vel tacitè per nouam diſpoſitionem non ſunt correcta , debent manere in obſeruantia , & ita apparet etiam diſpoſitum in *concluſione ſtatutorum Bononiæ*, ibi — *& vbicumque , & quorumcumque caſu ius municipale diſponeret , ius aliquod commune in caſu diſpoſito non vindicat ſibi locum , etiam ſi contra , vel aliter diſponere videretur , & vbi ius municipale non diſponeret , tunc in quolibet caſu ius commune ciuile debeat obſeruari .*

Quærit *ibidem* Montecent. *litt. B. verbo non diſponeret* , nunquid dicatur non diſponere ,
7 ſi ceſſantibus verbis ratio impellat ad ita dicendum ? & concludit eſſe attendendam rationem expreſſam , vel etiam non expreſſam, ſi vnica poſſit tantùm aſſignari iuxtà gloſ. & DD. *in leg. quamuis Cod. de fideicomm.* ſatis enim lege dicitur caueri , vt probatur *in leg. bis ſolis Cod. de reuocan. donat.* & ſubdit quod Doctores vocant haue intenſionem ad differentiam extenſionis , & plura adducit per te videnda , cum non multum faciant ad rem criminalem .

Cap. XXXIV. §. XV.

Et acciòche li preſenti ordini, e bandi paſſino à notitia d'ogn'vno così Terriero , come Foraſtiero Sua Signoria Illuſtriſſima ordina , e commanda , e vuole , che ſiano publicati alla Renghiera due volte ſecondo il ſolito, e che ciò ſeguito habbino forza d'inuiolabil legge da oſſeruarſi omninamente da tutti di qualſiuoglia ſeſſo , ſtato, grado , conditione , preminenza , e dignità di queſta Città, ſuo Contado , e diſtretto , e da altri, che da queſti bandi vengano compreſi, ſenza , che alcuno poſſa pretendere ignoranza .

SVMMARIVM.

1 *Proclamata ad publicationem ſtatutorum , ſeu bannimentorum , antiquitùs non requirebantur in Ciuitate Bononiæ .*

2 *Forma à Principe præſcripta debet ſeruari, ad hoc, vt bannimenta ligent .*

3 *Et quod forma ſit ſeruata debet conſtare per relationem Curſoris .*

4 *Bannimenta in quibus locis debent publicari .*
Et an ſcient o legis condita nondum publicatæ afficiat dict. n.4. verſ. dixi ſupra .

5 *Legitimè publicata contrauenientes afficiunt , & innodant .*

6 *Statim elapſo termino in bannimentis præfixo.*

7 *Et nullo præfixo termino in bannimentis poſt lapſum duorum menſium .*

8 *Imò ſtatim poſt ſcientiam habitam .*

9 *Publicatio bannimentorum fit ea ratione , vt quamcitò deducantur in notitiam Populi .*

10 *Et habita notitia ſtatim effectum ſuum ſortiuntur .*

11 *Scientia eorum , quæ publicè fiunt , præſumitur .*

12 *Non tamen ſufficit talis ſcientia præſumpta ad imponendum pœnam corporalem .*

Con-

13 *Contrarium verius eſſe, & in praxi ſeruari teſtatur* Farinacius.

14 *Ignorantiæ bannimentorum poſt publicationem illorum in locis ſolitis factam allegatio eſt fruſtatoria, & inanis.*

15 *Et ob probablicm ignorantiam vix Ruſticus, & idiota excuſatur à pęna ordinaria ex Principis benignitate.*

1 SOlitum, ſeù ſtylus, de quo hic non vigebat antiquitùs, quia olim in hac Ciuitate non requirebantur proclamata ad publicationem ſtatutorum, vt ex Ang. in *auth. de non eligend. ſecund. nubend. §. fin.* Alex. *conſ. 39. in fine lib. 3.* Dec. in *cap. 2. num. 13. extrà de conſtit.* & Roland. à Valle *conſ. 99. num. 4. lib. 2.* firmat Monterent. *in concluſione ſtatutor. Bononiæ lib. 6. §. quorum autem litt. A. verbo Kalendis.*

Hodie debet ſeruari forma hic præſcripta ad hoc, vt bannimenta ligent, licet enim de Iure ſufficiat ſimplex publicatio, nam de eſſentia legis, ſtatuti, bannimenti eſt, quod publicetur adhoc, vt liget ſubditos ad text. in *l. ſed & milites §. pen. verbo promulgatum ff. de excuſat. tutor. auth. vt facta noua Conſtit. col. 5. §. ſi vero cauſas verſ. iubemus auth. de litigioſ. §. fin. auth. de defenſor. Ciuit.* Franc. Marci *dec. 63* Caualcan. *deciſ. 30. num. 9. par. 1.* Gram. Capell. Tholoſan. Borell. Medices locis relatis à Don Franc. Magretto *ad conſtit. pragmat. proemial. quæſt. 2. num. 1.* ita vt non facta publicatione nullatenus afficiat Panormit. Paris. Menoch. Anguian. Chriſtineus relati à Magretto *loco citato num. 2.* quia præſumitur interim ignorantia, vt ex Coſta, & Farinac. ſubdit Magrett. *ibid. num. 3.* ſed non requiritur, quod huiuſmodi publicatio reiteretur, quia ſemel facta obligat ad text. in *l. boues §. hoc ſermone ff. de verbor. ſignific.* & dicunt Anibal. Troys. Bald. Alex. Afflict. locis relatis à Muta *ad prag. tit. 1. de offic. Proreg. num. 70.* nihilominus hic neceſſaria eſt reiterata publicatio eo modo, quo diſponitur in bannimentis, nàm forma
2 data à Principe in condendo leges, vel ſtatuendo non poteſt ommitti, quia dicitur actus ſubſtantia Bald. in *leg. prolatam C. de ſent.* & Bertach. *repert. litt. F. verbo forma*, Ideò de-
3 bet conſtare per relationem Curſoris, ſeu Præconis fuiſſe bis publicata ex Renghería ad effectum, vt omnes afficiant, & eorum ignorantia allegari non poſsit, vt docet Rota in *Signina Pænarum 25. Maij 1616.* coram Manzanedo alias Ottembergo.

Et merito quidem ordinatur duplicatio, & reiteratio publicationis, quia vt ex Riminal. & Bertazzol. inquit Muta *loc. cit.* in re conſiderabili, & inuſitata debet publicatio fieri bis, & etiam ter.

Et ſeruata hac forma in publicatione afficiunt omnes de Comitatu, nec eſt neceſſe,
4 quod publicentur in omnibus locis Comitatus vt inquit Afflict. in *conſtit. grandis vtilitas num. 15. verſ. quid ſi iſta dubitatio* Alex. Romanus in *prag. 1. de blaſphemia num. 59.* Zabarella *in proem. Clement. §. vniuerſitas num. 5.* Burſatt. *conſ. 45. n. 48.* Azzor. *inſtit. moral. cap. 7. q. 3. lib. 5* & Farinac. in *fragment. verbo conſtitutio n. 650. & ſeq.* Campanea, de Ponte, & Carauita locis relatis à de Luca ad Vinc. de Franch. *dec. 360. nu. 2.* et quamuis alij inter quos Farinac. *conſ. 135. num. 25.* Paris. *conſ. 171. num. 4. & 5. lib. 4.* Alex. *conſ. 181. n. 13. lib. 6.* Plot. *de in litem iuran. §. 5. n. 12.* et Burſatt. *conſ. 200. num. 104.* Danza *de pugna Doctor. tit. de pragm. public. nu. 16.* dicant quod conſtitutio pœnalis non ſolùm eſt publicanda in Ciuitate, ſed etiam in locis Prouinciæ, Caſtris, Villis, & Terris mediatè ſubiectis; nihilominus Farinac. in *fragm. dict. verbo conſtitutio num. 650.* teſtatur hanc concluſionem apud nos non eſſe vſu receptam, imò remota, ac ſubiata etiam hac conſuetudine veriorem de iure eſſe opinionē, quod non requiratur publicatio in alijs locis, quàm in Ciuitate Dominante diſputato ad partes articulo firmat Azzor. *loc. cit.*

